13
11 F
28

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

35 K 4

13-29-ω, III

CONSILIA,
SIVE RESPONSA
D. OCTAVIANI CACHERANI,
Comitis Rochæ Arazij, & Domini Ozaſchi
Magni Sabaudiæ Ducis Cancellarij,
& I. C. Eminentiſsimi.

QVAE IN CAVSIS FEVDALIBVS ARDVIS, & difficillimis, Illuſtrium virorum reddidit.

QVIBVS ACCESSERVNT NONNVLLA ALIA RESPONSA
in eadem materia feudali Doctiſſimorum Iuriſconſultorum.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITA.

Non ſolum in foro verſantibus, ſed etiam in Cathedris profitentibus, nec non quibuſcumque Iuriſconſultis, & cauſarum patronis admodum vtilia, & neceſſaria.

CVM INDICE RERVM NOTABILIVM LOCVPLETISSIMO.

Superiorum permiſſu, & Priuilegio.

AVGVSTÆ TAVRINORVM.

Sumptibus Ioannis Guerilij Bibliopolæ Veneti. 1625.

MAGNO CAROLO EMANVELI SABAVDIÆ DVCI

SOCIETAS CONCORDIAE. P. F.

CONCORDIA res omnes conuenire, ſibique conſtare, ac tutos eſſe omnis teſtis eſt ætas, omnium temporum euincit experientia, omne paſſim vulgus vſurpat. Verum quo ipſa ſtet Concordia non ita compertum eſt, noſtra tamen, quę in hac tua Taurinorum Auguſta coaluit Concordiæ Societas ſaluam ſe ſemper fore, ac incolumen pollicetur, ſi eam ſub Auguſtiſſimis tuis MAGNE CAROLE patieris Auſpicijs eſſe, ſi ſub tuæ tutelam Clementiæ recipiatur. Te Orbis vniuerſus Armorum quoddam Numen ſuſpicit, te Belli vindicem reueretur, te Pacis arbitrum veneratur, te Veteris Quirinæque virtutis non æmulum, ſed hæredem ex aſſe humanum genus præconis functum vice latè proclamat: tuo ſub Paludamento, Sacro victoriarum Flammeo Priſca penæque iam emortua, & propior funeri Gloria effętam exuta ſenectam, immortalem reſpirat ad vitam, viget animoſior, & orbem triumphat Auguſtior: Liceat ergo Concordiæ, per tuam Clementiam, non diſſimili frui fatorum vſura, neque illi artium diſpar cultus efficiat: nam quemadmodum Maieſtatem non armis ſolum ornatam, ſed etiam legibus, ſapientum que doctrinis, atque conſilijs armatam, Cęſaris edicto eſſe oportet; Ita non armorum belliceque laudis tantùm Prędes eſt eadem Principum Maieſtas, ſed etiam ſapientum ſtudia, & conſilia, literarum que Laureas Maieſtatis eiuſdem, ſummorum que Principum Authoritate atque victricibus ſignis munitas, ac tutas eſſe decet. Huic veterique Muneri Herculem Muſſagetem Phano antiquitas olim ritè prędecit: Tibi, tuęque gloriæ Aram pridem Italiam ipſam clariſſimę à te res geſtę conſecrarunt; Templum idem ipſe terrarum orbis omnium gentium, qua CAROLVS miraculum Principum celebratur, & colitur, admiratione nunc etiam dedicatur: ex hoc, humili prece, profuſis animis, conceptis votis Concordię ſocietas Patronum te

depoſcit

depoſcit iſto Conſiliorum volumine, ceu Sacro Arcanorum pignore, quæ ſicuti de tuo Sacrorum ærario deriuata, & hauſta dignoſcesa ſummo, & ſupremo quondam tuo Cancellario Octauiano Cacherano ita ſummum à te ſibi patrocinium iure efflagitant: Talem te, & illa, & Concordiæ Societas ſentiant qualem optant. Enim verò, vt de illis taceam, quæ vti tua ſunt, ita de tuo Præſidio dubitare non debent, noſtra hæc Societas te Sereniſſimum ſibi, ſuisque ſtudijs, atque conſilijs præſentem non habere non poteſt, cuius triumphalis dextera, animique ingentes ad omnem, non minus ſclentiæ, bonarumque literarum, quam militiæ laudem cultiſſimi, & exercitatiſſimi ſunt. Debes Dux Sereniſſime vtrique muneri par Præſidium, qui neutrius impar es, & emines ſtudio: quod idem dum ſecundum ſperamus, nos Concordiæ Socij Concordi animorum contentione, ac voto te felicisſimum ſemper optamus. Votum impleat. D. O. M.

D. OCTAVIANI CACHERANI:

COMITIS ROCHAE ARAZII,

ET DOMINI OZASCHI

SABAVDIAE CANCELLARII,

Iurisconsulti Eminentissimi.

CONSILIORVM LIBER SECVNDVS.

PRO SERENISSIMO DVCE SABAVDIÆ

In causa Marchionatus Montisferrati.

SOMMARIVM.

1 INstrumento habenti, solemnia de quibus in auth. vt præpona. nom. Imper. standum est.

2 Instrumentum publicum dicitur manifestissimè probare contenta in eo.

3 Probatio nulla melior in antiquis fieri potest, quàm per instrumenta.

4 Notarius censetur rogatus de instrumento ex verbo, seu clausula actu, &c. in instrumento apposita.

5 Notarius præsumitur rogatus ex attestatione eius dum asseris se rogatum.

6 Notarium non est necesse probare, quando instrumentum est antiquum.

7 Notarios plures de instrumẽto rogato subscribere omnes, & signare instrumentum necesse est.

8 Rogari de instrumento recipiendo, & stipulari pro aliquo diuersa sunt.

9 Interpretatio in quolibet actu ea semper facienda est, vt actus sustineatur.

10 Dubitatio, adiunctis ratione tollitur.

11 Adiunctis ratione, verba mutant naturam suam, & id quod additur corrigit præcedentia.

12 Notarij plures aliquando, vt testes in instrumento, seu actu aliquo adhibentur.

13 Pronomen hoc est demonstrativum ad oculum corporis, & intellectus coniunctim.

14 Scriptum id dicitur, quod oculo corporis legi potest, non quod virtute intellectus percipitur.

15 Relatio ad ea semper facienda ad quæ congruè, non autem ad quæ incongruè fieri potest.

16 Verba ambigua trahi debent ad sensum quo actus sustineatur, non quo deficiatur.

17 Notarij plures censentur de instrumento rogati, si fuerint subscripti in instrumẽto, sed si non fuerint subscripti non præsumuntur rogati omnes.

18 Notariorum consuetudo circa instrumenta considerada attendi debet.

19 Notarij dicto asserenti in instrumento se rogatum standum est, & probatum rogatus.

20 Notarij plures de eodem instrumento rogari insolidum possunt.

21 Antiquitas temporis facit præsumi omnia requisita interuenisse ad validitatem actus.

22 Præsumptio rogitus notariorum ad validitatẽ actus inducendam regulariter est potentior ceteris.

23 Notarij rogitus, vt instrumentum probet, requiritur, & ideo præsumitur in dubio.

24 Notarij cuiuslibet officium publicum dicitur authoritate, & vtilitate etiam priuatum.

25 Officium plurium quando est publicum authoritate & Officij administratio est ordinaria hunc cœpetit cuilibet insolidum.

26 Notarij æquiparantur iudicibus ordinarijs, cum habeant iurisdictionem ordinariam voluntariam.

27 Tabores sui natura habent administrationem insolidum. ideo ß plures adhibeantur debent censeri insolidum secundum sui naturam adhibiti.

28 Pro notario præsumitur præsertim in antiquis instrumentis.

29 Antiquitas temporis multum potest in instrumentis ad augendam eorum fidem.

30 Instrumenta dotalia, tam ex consuetudine, quàm ex iuris communis dispositione fieri debent.

31 Instrumentorum pluralitas non præsumitur.

32 Possessio præsumitur ex causa præambula.

33 Instrumento standum est, nec potest in dubium re-

nocerit eius fides, quando contenta in eo habuerunt effectum.

34 *Interpretatio nulla melior alicuius actus, quam qua sumitur ab effectibus subsequutis.*

35 *Instrumento producto, si in termino assignato non opponatur, non poterit postea opponi.*

36 *Instrumento minus solemni in iudicio producto si pars contra quam producitur non opponat, censetur illud habere pro publico & authentico.*

37 *Pro instrumento, & eius fide in dubio iudicandum.*

CONS. PRIMVM.

IT si grauissimũ mihi sit, in hac Marchionatus Montisferrati cõtrouersia scribere, ob illius, ac personarum inter quas vertitur, grauitatem, præsertim quod pro Illustriss'mis Ducibus Mantuæ celeberrimorum Iurisconsultorum extent responsa publicè ædita: Attamen, quoniam doctorum authoritas teste glo. in l. 1. C. de legib. Bart. in l. 1. nu. 2. ff. si cert. pet. iunctis aliis à Decio citatis in Lillam nu. 8. C. de collat. probabilis quidem, non tamen necessaria dicitur, imò nec probabilis, si vrgentibus rationibus, crebrioribusvè opinionibus, & veritati resistant, huiusmodique causa apud prudentissimos Iudices tractanda sit confisus in eo, qui est via, veritas, & vita, prætermissis exceptionibus nullitates actorum concernẽtibus, adductis veris, & receptissimis, tàm in facto, quàm in iure cõclusionibus liquidissimè demonstrabo Sereniss. Ducem Sabaudiæ optima, & ponora iura fouere, proinde benè ab Imperiali sententia, quatenus cõcernit fauorem Ducum Mantuæ, & odium quondam Illustriss. & Excellentiss. Caroli Ducis Sabaudiæ ad eandem Cæsaream Maiestatem vti melius instructam, seu instruẽdam prouocatum, & supplicatũ fuisse; Ad quæ probanda infrascriptum ordinem seruandum duxi. In principio petitiones prædicti Ducis Sabaudiæ iure munitas esse ostẽdam; deinde aliqua legitima exceptione non fuisse ellisas deffendam; Præterea æquissimos Iudices rogatos esse velim, ne multis scriptis, quorum latissimus patet cãpus, hereant, sed in veritate, quæ ex fide gestorum, & receptissimis doctorum conclusionibus probatur, fundamenta in iudicando constituant; Ad rem igitur deueniens, (prætermissa quæstione, possessorij super qua di ferrè, vt audio scripserunt olim doctissimi, & prudentissimi Iure cõsulti, & Præsides meritissimi Purpuratus, & Balbus, nec non alij clarissimi doctores) quoniã tres in petitorio actiones principales nomine prefati Sabaudiæ Ducis segũtur propositæ. Prima ex pacto inito inter Theodorum primum Paleologum cum Aymone Comite Sabaudiæ eius genero anno 1330. Secunda ex donatione, & aliis pactis, & conuentionibus initis inter Io. Iacobum, & eius filios Paleologos anno 1432. 1435. & sequentibus, & Tertia ex persona Blanchæ filiæ quondam Guilielmi Paleologi Marchionis Montisferrati, & vxoris Caroli primi illius nominis Ducis Sabaudiæ, omissa, hac vltima, circa priores insistam, inchoando ab ea, quæ tẽpore prior legitur, & constituta est in pacto posito in instrumẽto dotali Yolandæ filiæ dicti Theodori Paleologi primi illius agnationis Marchionis Montisferrati, & tunc futuræ vxoris dicti Aymonis, Comitis Sabaudiæ, quæ in actis proposita legitur fol 514. & sequentibus, & fol. 719. cuius pacti verba sunt hæc. Itẽ conuenit, & promittit dictus Dominus Marchio, prædicto Comiti, quòd si cõtingeret dictum Dominũ Marchionem, vel eius liberos masculos, ex legitimo matrimonio procreatos decedere quoquo tempore absque liberis masculis ex suis corporibus, & legitimis matrimonijs procreatis, quòd in illo casu Marchionatus Montisferrati cũ ipsius honoribus, vassallis, iurisdictionib', meris, & mixtis Imperijs, & vniuersaliter cum ipsius iuribus sint, & esse debeant pleno iure dictæ dominæ Yolandæ, & successorum suorum in augmentũ, & ex causa dotis dictæ Dominæ Yolandæ: Expressè hoc pacto appositio, quod si aliquæ filiæ remanerent, & extarẽt ex d. D. Marchione, & filijs suis legitimis, ex legitimis matrimonijs procreatis, quòd eis prouideatur secundum dignitatẽ Marchionatus per dictam Dominam Yolandam, hæredes, & successores eius de congrua, & sufficienti dote pro matrimonijs copulandis, vel per aliam viam caritatis, seu religionis si ipsam magis eligerent.)

Stantibus igitur verbis dicti pacti, vt supra, tria ad hãc vniuersalem, siue generalem petitionem fundandam videntur necessariò probanda. Primũ, quòd dictum pactum legitimè probetur. Secundum, quòd fuerit, & sit validum. Tertium, quod Illustrissimus, & Excellentissimus quondam Dux Carolus fuerit ex liberis dictorũ Amedei, & Yolandę, defeceritq; linea masculina prędicti Theodori, & sic casus successionis in dicto pacto comprehensus euenerit.

Capio igitur primum caput, in quo intrepidè teneo, pactum illud probari instrumento publico à Io. Raynaudi de Borgeto Grationopolitanensis diœcesis notario anno 1330. indictione 13. & die prima Maij recepto, & in
1 actis producto fol 521.† cui instrumento vtì publico standum est, cùm habeat omnia solẽnia extrinseca ad essentiam instrumẽti publici requisita, de quibus in auth vt prępon nomẽ Imperatoris, & de instru. caut & fide, & per Doct. præsertim Bart. in l. si quis ex argentarijs §. si initium ff. de ędend. & Felin. post alios in cap. 1. & in cap inter dilectos de fide instrum. Alex. consil. 48. nu. 2. vol. 5. videlicet nomen domini, annum, indictionem, mensem, diem, locum, rogitum, subscriptionem, & signum notarij, quo fit† vt ex
2 dicto instrumento pactum prędictum manifestissimè dicatur probatum. l. fin. iuncta glo. in l manifestũ C. de reb. cred. & iureiuran. cap. licet, & ibi Felin. nu. 10. Dec. in 13 notab. de probat. Bart. in l. 1. nu. 8. ff. de nou. oper. nunc. Felin. in cap. significauerunt nu. 4. de testibus, Dec. consil. 413. nu. 10. & seq.

vbi

vbi plura ad hoc adducit, Alciat. de præſump. reg. 3. cap 13. nu. 5. & ſeq. Pariſ. conſ. 10. nu. 70. vol 1 & conſ. 77. num. 1. & 2. vol. 3. Socin. iun. conſ. 127. num. 7. vol. 3. Ruin. conſ. 12 num. 1. vol. 4. multos effectus inſtrumẽti congerens Rol. à Valle conſ. 85. nu. 38. & ſeq. Nat. conſ. 145. nu. 1. & 167. nu. 1. latiſsimè more ſuo Tiraquel. de retract lignag. §. 2. glo. 1. num. 10. & tribus ſeq. præſertim cum ſimus in factis antiquiſsimis excedentibus metam ducentum annorũ, † in quibus nulla melior probatio quã per inſtrumenta fieri poteſt, vt concludit Bal. conſ. 337. nu. 15. & ſeq. vol. 1. Felin. poſt Bald. in cap. eum cauſam nu. 5. de prob. glo. fin. in verſ. item cõſiderabit iudex, in cap. tertio loco eodem tit. quam in terminis noſtris citat Rol. à Valle, qui in hac cauſa, vt diximus pro Illuſtriſs. Ducibus Mantuæ conſuluit conſ. 2. nu. 59. Alba. conſ. 64. nu. 21. & ſeq. poſt Bal. Salic. Alex. laſ. & Dec. per eũ allegatos, & conſ. 84. col. 2 Crau. conſ. 54. nu. 10. 11. & 12.

Nec contra dictum inſtrumentum vrgent in contrarium adducta, & Primò allegatus defectus rogitus tanquam interueniſſe, non præſumatur ex adductis per Aduocatos aduerſarios, & Boer. quæſt. 15. nu. 71. cùm multis modis appareat dictum notarium de dicto inſtru-
4 mento fuiſſet rogatum primò † ex illa dictione actum apud Caſellas in domo', &c. poſita in fine inſtrumenti, qua probatur, rogitũ notarij interueniſſe, teſte Bal. in l quod ſine, C. de inoff. teſtam. quẽ refert, & ſequitur Alex. conſ. 14. nu. 14. & 25. vol. 6. Socin. conſ. 171. col. 2. poſt Bart. & Paul. de Caſt. per eum allegatos Dec. in l. ſemper in ſtipulationibus nu. 7. ff. de reg. iur. Pariſ. conſ. 61. nu. 7. poſt Bal. Card. & Alex. vol. 1. & conſ. 28. num. 55. vol. 2. denotat enim dictio actum, perfectionem actus Cagn. in l. fi librarius nu. 71. ff. de reg. iur. poſt Caſtr. Alex. Bologn. & Brun. per eum allegatos, latiſsimè Neuiz. conſ. 26. nu. 42. & ſeq. poſt plures per eum adductos, vbi etiam traduc ex illis verbis, in præſentia mei notarij, & teſtium, induci rogitum.

5 Secundò † ex illis etiam verbis demonſtratur rogitus, hoc inſtrumentum recepi, ſcripſi, ſignaui, & fideliter expediui, rogatus Bart. in l. ſciendũ nu. 11. & 12. ff. de verb. oblig. Alex. plenè d. conſ. 43. nu. 2. vſque in fin. vol. 5. Dec. conſ. 11. nu. 15. & 16. Afflict. deciſ. 245. num. 9. Boer. d. quæſt. 35. col. fin. Pariſ. d. conſ. 61. nu. 3. & ſeq. vol. 3. & d. conſ. 28. nu. 52. vol. 2. Rol. à Valle conſ. 45. nu. 43. & 44. ex quorum dictis patet hanc veram, & communem concluſionem eſſe.

Nec etiam dicti inſtrumenti fides minuitur ex eo, quod probatum non fuerit præfatum Io. Raynaudi tempore rogitus ipſius inſtru-
6 menti fuiſſe notarium, † quia in inſtrumentis antiquis neceſſe non eſt probare, eum qui inſtrumentũ recepit fuiſſe notarium; ita firmat Innoc. in cap. veniens nu. 4. de verb. ſignif. quẽ refert, & ſequitur Anchar. conſ. 213. col. fin. Bald. in auth. quas actiones circa finem verſ. ego dico. C. de ſacroſan. eccl. Alex. conſ. 150. nu. 8. vol. 6. Felin. in cap. ſicut nu. 29. de re iud. Afflict. deciſ. 245. nu. 3. & 4. & deciſ. 251. nu. 6. Dec. conſ. 36 nu. 3. conſ. 47. nu. 2. & conſ. 338. nu. 6. Alc. de præſumpt. reg. 3. cap. 13. num. 6. Guid. Pap. quæſt. 757. nu. 2. Crau. conſ. 274. nu. 14. & de anniq. temp. in tertia par. nu. 18. poſt plures quos adducit, ex quibus dicitur iſtã eſſe receptam opinionem, & quę eo maximè hic procedit, cùm ex alijs inſtrumentis ab eodem Raynaudo receptis, & productis fol. 806. & fo. 894. appareat de quaſi poſſeſsione notariatus dicti Raynaudi, Nat. conſ. 56. nu. 45. poſt laſ. in l. Barbarius, ff. de off. præt. nu. 55.

Minus eiuſdem inſtrumenti fidei aduerſã-
7 tur, † quod dicitur, tres notarios de receptione dicti inſtrumenti legi rogatos, & vnum tantũ ſubſcripſiſſe, tanquam quòd omnes ſubſcribere deberent ſecundum Alex. conſ. 24. nu. 3. vol. 7. Socin. ſen. conſ. 2. col. 1. verſ. Præterea lib 3. Corn. conſ. 243. nu 18. lib. 3. poſt Bald. in l. iuſiurandi in fine, vbi etiam Salic. col. 2. vers. venio ad tertiam. C. de teſtib. Boer. quæſt. 21. qui plures alios refert, præſertim Guid. Pap. quæſt. 122. Rogitus autem eorum notariorum pluribus verbis in ipſo inſtrumento contentis probari videtur; nempè in ipſius inſtrumenti principio, ibi, conſtitutis in præſentia mei, & aliorum notariorũ, & teſtium infraſcriptorũ inferius nominandorum ſtipulantium, & recipientũ more publicatum perſonarum, &c. Et in alio verſiculo, ibi, dicti domini Marchionis, & mei, ac aliorum notariorũ inferius ſcribendorum ſtipulantium, & recipientium, vt ſupra; & apertius id demonſtrari videtur in ſubſcriptione dicti Ioannis Raynaudi, in qua infraſcripta verba leguntur;) Et me Ioanne Raynaudi de Borgetto, qui vnà cum Gabriele de Ricobono de Clauaſio, & Ioanne miſtralis de Borgetto publicis notarijs, ac teſtibus ſupradictis ad prædicta omnia præſens fui, hoc inſtrumentum recepi, ſcripſi, ſignaui, & fideliter expediui rogatus.) Quia ad hęc pluribus modis reſpondetur.

Primò ex prædictis verbis non probari alios notarios in ſubſcriptione nominatos de receptione eiuſdem inſtrumenti etiã rogatos fuiſſe, nam quod attinet ad ea verba in inſtrumento ante dictam ſubſcriptionem poſita, neceſſario ex illis minimè ſequitur, quòd dicti notarij illud inſtrumentum recipere rogati fue-
8 rint, † Cùm diuerſa ſint ſtipulari pro aliquo, & de inſtrumẽti receptioni rogari, vt in auth. de tabell. Bald. in l. 1. col. 4. C. per quas perſonas nobis acquiritur, conueniunt notata per Bart. in l. quę dotis num. 2. ff. ſolut. matrim. bonus text. in l. non enim, & in l. nec ei, §. fin. iuncta glo. fin. ff. de adop. & in l. ſi quis legatũ col. 2. verſ. aduerte appello. ff. ad leg. Corneliã de falſis, quem ſequitur Alex. conſ. 122. nu. 3. vol. 2. Dec. conſ. 17. nu. 3. & 4. Felin. in cap. capitulum nu. 14. de reſcript. & in cap. cum venerabilis, num. 25. de except. concludens aliud eſſe contractum, & aliud inſtrumentũ, & hoc aperte demonſtratur ex illis verbis, ſtipulantium, & recipientium nomine, & vice dicto-

dominę Yolandæ,& allorũ quorum intereſt, ex his enim verbis apparet eoſdem notarios nomine Yolandę, & aliorum ſupulatos eſſe, tamen clarum eſt dictam dominam Yolandã, & alios quorum intererat,ſaltem iuris prętium ptione tunc fuiſſe abſentes,& per conſequens prædictos notarios non rogatos fuiſſe de recepprione dicti inſtrumenti, idque clarius ex eodem inſtrumẽto dignoſcitur, in quo pater ſtipulatur pro filijs,& tamen certum eſt, patrem non fuiſſet notariũ, neque de receptione inſtrumenti, rogatũ, ex illa ergo ſtipulatione ad rogatũ inſtrumenti,tanquã quid diuerſum Inferri non poteſt.l.Papinianus exnli.ff. de min. l.non hoc.C. vnde legit. Minus etiam aſſertus prędictorũ aliorum notariorũ rogitus ex ſubſcriptione dicti Io. Raynaudi probatur : ad q demonſtrandum præmitto,† In quolibet actu eam ſemper ſumẽdam eſſe interpretationem, vt actus ſuſtineatur vulg.l.quoties, ff.de verb. ſignif l.quoties de reb. dub. cap. Abbate ſanè de verb. ſignif. Dec.conſ.11.nu.14.col.2.cum ſimilibus per eũ adductis.Et propterea dictiones vnà,& cum, quæ ſunt coniunctiuæ denotant vnitatem,& ſimultatem,l.Lucius.5.quod quis, & l. ſi plurib. in princ.de leg.2,& de adverbio vnà notat Bald. in d.l.fin. col.fin. verſ. niſi dicas.per illũ tex.C. de impub.& alis ſubſtit.& in l.1.§.his,ita col.1.verſ.vno modo. C. de cad.toll.& de prępoſitione cum eadẽ.l.1.& vbi autem,deberet referri,vt actus ſuſtineatur ad illud participiũ præſens fui , non autem ad illa verba receptũ,ſcripſi,ſignaui, & id clarè dignoſcitur ex illis verbis immediatè ſubſequẽtibus,videlicet,& teſtibus ſupradictis,quæ ſunt in eadem oratione , & non poſſunt referri ad illa verba inſtrumentũ receptũ,ſcripſi,ſignaui, & fideliter expediui rogatus. ſed tantũ ad participium præſens, fui : hinc fit † vt ratione dictorum verborum adiunctorum tollatur omnis dubitatio arg. not. per Bald. in l. precibus col.12.verſ.cùm ego.C.de impub.& aliis ſubſtit. & Alex. in l. recuſaui.§. Titius circa fin.ff. ad Trebell.quos refert,& ſequitur Pariſ.conſ. 43.nu.30.vol.3. cõcludentes, ratione adiuncti tolli omnem dubitationẽ, & per conſequens illa verba publicis notarijs, ratione dictorum verborum,(& teſtibus ſupradictis) additorum vtq; vna determinatio reſpicions plura determinabilia pariformiter determinet vulg.Iam hoc iure,ff.de vulg.& pupill.debent referri ad illud participiũ, præſens fuiſſe ui congruè omnes illæ dictiones notarijs,& teſtibus cõuenire poſſunt, non autẽ ad illa verba receptũ,ſcripſi, ſignaui,& fideliter expediui rogatus,quæ non poſſunt adaptari illis verbis,teſtib⁹ ſupradictis. His deſerunt nota. per Signor. conſ.3. nu.3.

11 † Quod ratione adiuncti verba mutant naturam, & id quod additur cortigit præcedentia, argumento d.vxori.§.fin.ff.de leg.3.l.ſi vno.ff. de locat.Afflict. deciſ. 2.nu.4. & deciſ.307. nu. 25.& aſſumit naturã adiuncti Socin.Iun.conſ. 167.nu.26.vol.2. Nec inconueniens eſt, vltra teſtes,& notariũ, qui de inſtrumento rogatus eſt, alios notarios, vti teſtes, vel alium effectũ

12 ſcilicet ſtipulationis inter fuiſſe, † vt in ſimili videmus, in l.fin. §. ſin autem dubius, & ſeq. C. de iure deliber. quem ad id citat Bart. in l. ſciendum nu.11.ff.de verb.oblig.§.ſi verò abſtant,& ibi gloſ.in verbo, tabularijs, in authen. de hęred. & falcid. Dec.d.conſ.11.nu.18.verſ. ſed ſatis eſt, quòd ex tribus notarijs poſt Bald. in auth. ſed cum teſtator col. fin. verſ. ex quo ſumo argumento C.ad l.Falcidiã, Alex.conſ. 48. num. 2. vol.5. & huiuſmodi interpretatio adiuuatur ex illis verbis, hoc inſtrumentum ſcripſi, ſignaui, & fideliter expediui rogatus, quæ nullo modo conuenire poſſunt alijs no-
13 tarijs, cùm pro nomine † hoc,ſit demonſtratiuum ad oculum corporis,& intellectus coniunctim Bart. in l. 1. num. 2. ff. de noui oper. nunciat.& in l.Meuius,§.dnob. ff.de leg. 2 & in l.nemo.vbi tex.ff.de hæred.inſtit. Et magis propriè ad oculum corporis ſecundum Bart. Alex.& Iaſ.in d.l.1.ff.de nou.ope.nunc. Pariſ. conſ.35.num.20.vol.2,Nat.conſ.455.num.27. & conſ.42.num.9. vbi poſt Bart.quem refert communiter approbatũ in l.qui liberis.§.hæc
14 verba in vlt. quæſt. de vulg.& pupill. dicit, † illud dici ſcriptum , quod oculo corporeo legi poteſt , non quod virtute intellectus percipitur Alex.in l licet col.2.verſ. quia illud propriè ſcriptũ.ff.de leg.1. per tex.in l.1.ff. de his, quæ in teſt.debent. At fieri non poteſt, quòd alij notarii nominati in ſubſcriptione, ſcripſerint,ſignauerint, & ex pediuerint hoc inſtrumentum ad oculum corporis demonſtratum, cùm oculari inſpectione appareat , alios notarios nominatos non ſcripſiſſe,ſignaſſe,ac expediuiſſe dictum inſtrumẽtum , impoſſibile ęſt tres notarios etiam rogatos ſimul ſcribere idem inſtrumentum: ergo illæ duæ dictiones, vnà,& cum,deſcriptæ in ſubſcriptione inſtrumenti non poſſunt aptè conuenire illis verbis, ſcripſi. ſignaui, & fideliter expediui rogatus
15 , ſed illi participio præſens fui, nam † relatio ſemper ad ea eſt facienda , ad quæ congruè fieret, & ad ea per quæ actus validus , & vtilis, non autem inualidus,& inutilis redderetur,ita nominatim nos docet Bart. in l.veteribus,nu.4.ff.de pact. & clarius in l.talis ſcriptura.§. hunc autem, nu.3.ff. de leg.1.vbi Iaſ.nu. 40. expreſsè dicit, quòd quando ex repetitione qualitatis vitiatur actus in dubio non intelligitur repetita in ſequenti actu per reg.l.cũ vulgari,vbi Bart.ff. de dote præleg.Felin.in c. cauſam, quæ col. 5. verſ. limita, quinto de reſcript.poſt Cai d.conſ.70. Dec. conſ.113.col.3. verſ. confirmatur hoc, & in materia noſtra d. conſ.11.nu.14.col.1.Iaſ.in l.1.nu.9.C.deliber. præter. Alciat.de pręſumpt.reg.3.cap.24.nu.3. & idem Alciat.inter reſponſa Grat. reſpon. 8. num.7. poſt gloſ. in princ. Inſtit. de inoff.teſtam.Et præmiſſis attentis inficiari, nemo poteſt, prædicta verba, vnà, & cum, teddi ambi-
16 gua , † Et propterea trahi debere ad ſenſum quo inſtrumentum ſuſtineatur, non quo deſtruatur Felin.in cap.ſi diligenti num.14. circa finem de foro competentem, poſt Bart. in l. ſi quis filiabus, ff. de teſtamen. tutell. quos

reſſert,

refert,& sequiter Cagnol.in l.si liberarius numer.63. ff.de reg. iur. & hæc coadiuuantur quia rogitus aliorum notariorum non præsumitur, & eiusmodi simile quòd si alij notarij rogati fuissent, te subscripturum fuisse, vt dicit Decius
17 consi.36.num.4.& sicut † si reperirentur subscripti, præsumerentur rogati, teste Dec.d. consil.11.num.12 in fin. sic à contrario sensu, cùm non legantur subscripti,non præsumuntur rogati, & quòd alij notarij non fuerint rogati de receptione instrumenti, etiam dignoscitur,ex illis verbis positis in instrumento, in præsentia mei,& aliorum notariorum, & testium,& c.nam si omnes fuissent rogati,vtique scripturus fuisset in præsentia nostrorum notariorum infrascriptorum,vt solet fieri,quando plures notarij rogantur de receptione alicui' instrumenti,& videri potest in cronica fo.402.
18 & sequen. † quæ consetudo notariorum attendi debet iuxta not.ab Alex.consi.161.nu. 9.volum.7. Felin.in c.cum p.tabellio num.10. de fide instrum. Afflict.decis.155.num.9. idq; coadiuuatur,ex alio instrumento recepto per dictum Raynaudi anno 1332.& die 16. Septembris producto fol.719. & 800. cuius fides in dubium non reiricatur , in quo instrumento idē Raynaudus notarius fere eandē videtur facere subscriptionem , faciēq; mentionem de supradicto instrumento dotali', quod in duobus locis dicit ab ipso rogatum , & receptum fuisse,nullam penitus de aliis notariis faciens mētionem. quorum,verisimiliter, tum ob paruū temporis interuallum, cùm ob negotij grauitatem meminisset,si secum rogati fuissent, argumento notatorum per Angel. in repetit. l. faciendum colum.5.verfic. tamen notarius viuit,quem refert , & sequitur ibi Alexand. colum.10.verf. tene opinionem Bartol.hic,quibus locis proposita quæstione † an notarius
19 in dubio præsumatur rogatus, dicunt, quòd si notarius viuens dixit se rogatum fuisse , tunc stabitur dicto notarij asserentis se rogatū fuisse,sic in casu nostro cùm præfatus Raynaudus notarius duobus annis post confectum predictum instrumētum dotale asserat se rogatum fuisse de dicto instrumento,nō expresso quod alij notarij fuerint secum rogati standum est assertioni prædicti notarij , sequitur Decius,d. consil.11.num.12. in fin. Nec in contrarium mouere debet, quod dicitur consuetudinem Principum esse , in contractibus eorum duos adhibere notarios , ne vnus possit alium fraudare , quia non probatur huiusmodi consuetudo, seu stylus,imò de contrario etiam in terminis nostris apparet, vt in instrumento facto inter dictum Theodorū , & Philippum Principem Achayæ recepto per Fracischum Nasaporis; & per alia instrumenta in actis producta legitur. Præterea diffidentia allegata non habet locum in casu nostro,cum tres asserantur notarij rogati quorū duo sunt de loco Giorgioti subditi Comiti Sabaudiæ,nam si dubitasset fraudari Teodorus,verisimile est, quod ad hibuisset etiam ipse duos notarios sibi subditos,cùm hoc facere facile poterat,ex quo Cafellis rogatum fuit instrumentum , qui locus Marchioni tunc subiectus erat, Nec video rationem qua moueri deberet Comes Sabaudiæ ad destinandum duos eius subditos vt reciperent dictum instrumentum , cùm sat fuisset, vnum eius secretarium videlicet dictum Raynaudum cum alio Marchionatus de instrumento rogari .

Potest etiam responderi , dato & non concesso,quòd ex prædicta subscriptione inducerētur probatio rogitus aliorum notariorum, quemlibet notariorum præfumi rogatū infoludum,cùm † plures notarij possint de eodem instrumēto in solidum rogari teste Bal.in l.fin. §.cum igitur colum.5.circa fin verf.& è contra C.de iur. delib. Alexand.consi.92.numer.4. volum 7. & licet à possibili ad esse, necessariò non vrgeat argumentum vulgata l non hoc, C. vnde legitimi , cum similibus, attamen
2 † attenta antiquitate temporis,longissima ob seruantia , & aliis infrascriptis omnia requisita ad validitatem actus interuenisse præsumūtur argumento not. in c. pernenit de emptio. & vend. vbi glos. & doct.late Felin.in c.Aldericus num.3.4. & 5.de testibus , Ita nuncupatim decidit Dec.d.consi.76.num.4.verfic.præterea dato , &c. post glos. & Bald. per eum allegatos , eandem opinionem expressè tenet Guliel.Benedict.in repet.c Raynutius,in verbo mortuo 1.num.417. verfic. in contrarium allegabam,de testam.vbi septem fundamentis & quidem inditio meo vrgentibus hanc opinionem defendit,ad cuius comprobationem adduco Bartol. consil.147.num.2.vbi proposita questione, si testator in suo testamento faciat duos exequutores sui testamenti, hoc modo facto talem exequutorem vna cum tali,an quilibet possit per se liberè exercere dictum officium respondet posse,quia nunquam præsumatur testatorū voluisse vnū sine alio non posse, nisi id expræserit , ita in casu nostro dicendum videtur vt censeatur quilibet insolidum rogatus , nisi contrarium expresserit , vnum scilicet notarium sine altero vel alijs le-
22 uare non posse, † quæ præsumptio rogitus notariorum ad validitatem actus inducēdam regulariter est potētior cæteris. l.quoties. ff.de rebus dub.ita concludit Dec.in l.postquam liti numer.23.C.de pact.post Bald Angel.Paul. de Cast. Alexan. & Arct. per eum allegatos , & d.consil.11. numer. 14. late Alciat.de præsumptio.reg.3.c.24.in principio Rip.in l.Centurio numer.166.ff. de vulgar. & pupillar. bonus tex. in l. cancellauerat. §.fin.ff.de his quæ in testamen.deleg. Nec obstat quod ab aliquibus dicitur, regulam,d.l. quoties limitari,non procedere quò ad inducendam probationem actus,quia in contrarium est veritas,quod pa-
23 tet, † quia etsi ad hoc vt instrumentum probet,requiratur rogitus notarij,sine quo instrumentum non probat , in auth.de tabell.§. nos autem & ibi glos.in verbo inſungatur in principio,attamen vt instrumentum sustineatur , & probet, in dubio præsumitur rogitus ; quamuis nullum sit verbum significans rogitum

sed solum notarius vtatur verbo scripsi, præsertim si reperiatur in protocolis, seu quinternis instrumentorum, teste Bar. in l. sciendum nu. 11. vers. sed quid si dixit ego notarius scripsi. ff. de verbor. obligat. quem sequitur Alexan. ibi colum. 10. & Ias. num. 39. & 40. Alciat. num. 25. Hiero. Butig. num. 59. Crot. num. 26. vbi in fine dicit, talem præsumptionem rogitus induci, vt actus valeat, multo magis, vbi de rogitu manifestè apparet, præsumi debet quilibet notarius rogatus in solidum, vt instrumentum sustineatur, & probet. Nec prædictis aduertatur Alex. cons. 124. vol. 7. quia in casu suo expresse dicebatur, alium notarium fuisse simul rogatū, vt apparet in illis verbis geminatis, vnà cum ser Iohāne Conte notario vnà secum rogato, & hæc est forma communis ferè omniū notariorum, quando plures notarij sunt de eodem instrumento simul rogati, vt ex subscriptionibus instrumentorum in actis producto-
24 rū apparet. Et hæc Decij conclusio coadiuua tur ex eo † quod officium cuiuslibet tabellionis est publicum authoritate, & veritate etiam priuatum. l. j. & l. generali, C. de tabul. lib. 10. l. non aliter ff. de adoptio. & vbi q; Docto. c. 2. de fide instrum. Bald. in l. j. colum. 4. C. per quas personas nobis acquirit. hinc sequitur, quod cum sit publicum authoritate, quilibet de receptione alicuius instrumenti rogatus in dubio censeri debet in solidum iuxta doctrin. Bartol. in repetit. l. 1. § si plures colum. 2. vers. vt igitur liqueat hęc materia. ff. de exer-
25 cito. quo loci dicit, † quod quādo plures sunt, quorum officium est authoritate publicum, & administratio cuius officij est ordinaria, tunc competit cuilibet in solidum, quam doctrinā sequitur Dec. post Abb. in c. prudentiam col. 3. vers. secunda conclusio de off. deleg. dicēs eam esse communiter receptam, et idem Bar. in l. Pomponius, aliàs si vni. ff. de re iudic. vbi dicit, plures institores, & exercitores in dubio præsumi in solidum constitutos, sed vt prędiximus, notarij habēt officium publicum au-
26 thoritate, equiparanturque iudicibus ordina- rijs † cum habeant iurisdictionem ordinariam voluntariam, dicanturq; iudices cartularij, secundum glos. in l. j. in verbo qui tribunali in fine. ff. de iud. & ibi Doctor. Socin. consil. 51. num. 2. vol. 1. post Angel. & Alexand. in l. ait Prætor, § si iudex colum. 2. ff. de re iudic. Corn. consil. 238. littera a, & consil. 259. littera c. vol. 3. & in addit. ad Matheūl. singul. primo, numer. 14. ergo censeri debet in solidum quilibet rogatus, ita sentit Alexand. d. consil. 92. num. 3. vers. si autem tabelliones æquiparantur iudicibus ordinarijs vol. 2. quo argumēto in terminis nostris vtitur Gul. Bened. in rep. c. Raimuus in verbo mortuo 1. num. 419. post Innoc. & Paul. de Castro per cum citatos, & hæc confirmantur ex his quæ de pluribus notarijs scribit Aretin. consil. 64.
27 colum. 3. versicul. & ista conclusio † qui cùm sui natura habeant administrationem in solidum, si plures adhibeantur, censeri debent in solidum, secundum sui naturam adhibiti, sic dicendum est in pluribus notarijs, quia, & ipsi sui natura habent aduti nistrationem sui officij in solidum d. l. generali C. de tabul. lib. 10. & c. 2. de fide instrument. & ex prędicta doctrina Bartol. in d. § si plures, ita iudicauerunt domini auditores Rotæ inter quos erat Illustrissimus, & Reuerendissimus ac doctissimus Cardinalis Putheus anno 1540. die 21. Iunij coram Reuerendis. D. P. Aemilio Veralso in curia Romana, super restitutione dotiū, Et ex. His tollūtur omnia quæ in contrarium adducūtur de duobus procuratoribus, mandatarijs, dellegatis, & arbitris, quorum omnium concursus requiri dicitur, cum eorum officium non sit publicum authoritate, & sui natura ordinarium, secus est in tabellione, cuius officium est publicum authoritate & ordinarium suiq; natura per quēlibet potest explicari. His deferunt quæ scribit idem Alexan. cons. 73. num. 7. volum. 1. per tex. cum glos. in l. 1. C. de viur. vbi concludit, præsumi notarium rogatum fuisse, eo ipso quod fecit instrumentum, & non est præsumendū quod dictus Raynaudus solus subscripsisset instrumentū in solidū,
28 nisi fuisset rogatus in solidum, † præsumitur enim pro tabellione Dec. cons. 653. numer. 1. quod præsertim in antiquissimis instrumentis procedere dicit, cui astipulantur quæ scribit Aret. consil. 86. colum. 1. loquens de instrumento iam annis centum, & triginta tunc elapsis conscripto, vt propter lapsum antiquissimi temporis licentia, & consensus Papæ requisitus ad validitatem actus interuenisse præsumatur, cōcludens post glos. Butr. Angel. & Imol. locis citatis, quod vbi requiritur consensus ad validitatem actus, præsumitur in facto antiquo interuenisse, His accedunt quæ docte scribit Boer. decis. 281. numero 17. ex antiquissimo tempore præsumi mandatum, sic dicendum est in rogitu notarij, vt vbi ad validitatē actus seu instrumenti requiritur rogitus cuiuslibet notarij, insolidum is interuenisse propter temporis antiquitatem præsumatur, cum tempore rogitus potuerit hoc interuenire, & colum. fin. vers. Ad secundum dico, tenet exemplo instrumenti antiquitus redi, & præsumi omnia solemniter acta propter antiquitatem, scilicet mandatum, seu commissionem iudicis, quem retert, & sequitur Decius consil. 445. num. 15. post Cumanum consilio 158. col. 2. contra quod dicitur, appocham priuatim nullo adminiculo sustinuit non probare, attamen si ea sit antiqua, fidem facit Ias. consil. 65. colum. 3. vo-
29 lum. 3. † nam in instrumentis antiquitas multum potest ad augendum eorum fidem, vt latè concludit Iason. consil. 120. num. 1. volum. 1. & cons. 61. vol. 3. in l. admonendi nu. 244. ff. de iureiur. Fel. in c. 1. nu. 10. de fide instr. vbi loquens de scriptura priuata concludit post Specul. Io. And. Butr. & Abb. per eum citatos, q priuata scriptura vetus facit præsumptionem vel semiplenam probationē, Crau. cons. 274. nu. 4. & 5. post Cy. Bar. Alex. Socin. Ias. Corn. Paul. de Castr. Butr. & Felin. & Guid Pap. per eū citatos. His etiā accedunt notata per Dec. cons.

consil. 13. numer. 8. quòd probatio imperfecta redditur plena, & integra per cursum centum annorum, & deseruiunt adducta per Doct. in l. sciendum ff de verbor. obligat. in l. qui alien. ff. de acquir. hæred. & in l. si filius. C. de petitio. hæred. latè Dec. consil. 341. num. 13. & consil. 409. quòd propter temporis antiquitatem omnia præsumantur solemniter acta, & omne vitium purgatum Felin. latè in c. Albericus nu. 3. & 4. de testib. vbi circa fin. concludit hanc esse communem opinionem in scripturis antiquissimis siue de magno, siue paruo præiudicio agatur. per glo. ordinariam etiam communiter receptam, in c. peruenit de emptio. & venditio. Et idem sentit Iaſ. in consilio ex aduerso allegato. 148. circa finem vol. 4. At instrumẽtum de quo agitur, est antiquissimum, cum annis ducẽtum, & vltra à die productionis confectum appareat, ergo est publicum, & solenne, Et si dicatur, prædicta de antiquitate non procedere, quando ex lectura instrumenti clarè apparet, duos notarios fuisse rogatos, & vnum tãtum scripsisse, & signasse iuxta cumulata in decis. Ped. 173. nu. 7.

Respondetur, quòd ex lectura dicti instrumenti nõ liquet, aliquos notarios fuisse de receptione dicti instrumẽti rogatos, vt supra abũdè demonstratum extitit. Secundò respondetur, posito, quod constaret, alios duos notarios fuisse de dicta receptione etiam rogatos, attamen non sequitur, vt vnus sine alijs leuare nõ possit, cùm hoc non fuerit expressum tunc enim diceretur clarè constare contrahentes noluisse vnum sine alijs scribere, & signare dictum instrumentũ, argumento nota. per Bar. d. cons. 147. nu. 2. Præterea eiusdem instrumẽti fides ex eo comprobatur, q̃ de alio instrumẽto constitutionis dotium; vel alio titulo dictæ Yolandæ non apparet, & tamen verisimile non est, nullum fuisse factum instrumentum
30 dotale, † cùm tam ex consuetudine, quàm ex iuris communis dispositione, fieri debeãt huiusmodi instrumenta dotalia præsertim quando inter Illustres personas nuptiæ fiunt, vt in authen. quib. mod. nat. effic. legit. §. quia vero dudum in militijs, & in auth. vt licea ma aut aui. §. nec quoniam, Nec mouere iudices debet, q̃ fieri possit, aliud extare instrumẽtũ, quia
31 respondetur † plura instrumenta non præsumi secundùm Salic. post Bal. l. 2. n. 2. C. de erro. aduo. Alex. cons. 16. nu. 30. volum. 6. Iaſ. cons. 77. num. 13. volum. 4. & hæc in casu nostro eo maximè procedere debent. cùm notorium sit. ex actisque apparet, dictos Aymonem Comitem Sabaudiæ, ac Yolandam eius vxorem, eorumq; successores vsq; in præsens à tempore dicti instrumenti tenuisse, & possedisse iure dorium Yolandæ loca Ciriaci, Lancei, & Casellarum, de quibus in dicto instrumento, †
32 Quò fit, vt virtute dicti instrumenti, tamquàm ex causa præambula præsumãtur possedisse. l. quædam mulier, & ibi glos. & Docto. ff. de rei vendit. l. 2. C. de aquir. possess. Bartol. in l. cùm solus colum. fin. versic. tertio casu, ff. de vsucap. Socin. consil. 158. numer. 26. Alexan. consil. 25. num. 30. & sequen. volum. 2. Dec. consil. 179. in fin. Alciat. de præsumpt reg. 2 c. 23. & 24. Rip. lib. 1. respon. c. j. num. 19. post glos. Bart. Ang. & Roman. locis citatis, Qua quidem antiquissima possessione stante scientibus, seu scire valentibus Marchionibus Mõtisferrati pro tempore existentibus, inducitur ratificatio prædicti instrumenti dotalis, saltem tacita, argumento notatorum in l. Paulus, ff. de rat. hab. & de dicta possessione apparet ex instrumenti priuilegiorum per prædictos Aymonem. & Yolandam coniuges concessorum vniuersitatibus Lancei, & Ciriaci, confirmationumq; dictorum priuilegiorum à Comitibus, & Ducibus Sabaudiæ successoribus vsque ad Ludouicum Ducem Sabaudiæ auum dicti Caroli Ducis in actis productis fol. 722. & seq. & etiam instrumento compromissi facti, & inter Amedeũ prædicti Aymonis filium, & Iohannem prædicti Theodori filium anno 1349. in Castro Ciriaci, in camera domini Comitis Sabaudiæ, cuius etiam meminit Beneuenutus in suis cronicis folio 218. & si alio titulo. siue iure desierint Marchiones Montisferati habere, & possidere dicta loca, Lancei, Casellarum, & Ciriaci, vel aliud instrumẽtum dotale dictæ Yolandæ extare dicant Illustris Ducès Mantuæ illud edocere deberent. & omnis tolleretur dubitatio, Nec ignorare possunt dicti instrumenti rogitum, cùm eius (licèt non integrè descriptis pactis) meminerit Beneuenut⁹ in sua cronica fol. 167. facie. 2. ab eorum procuratore producta, qua stante cùm ex eã apparet apud Marchionem Mõtisferrati tempore cõfectionis prædictæ fuisse prædictum instrumentum dotale, adhuc penes eius hæredes extare præsumitur argumento, l. 1. §. quod penes. ff. de
33 fideiusso. tutorum, Ideò fit. vt † cum instrumentum prædictum effectum habuerit sequimur illi dãdam esse fidem, nec posse in dubium reuocari Bald. in rubric. extra de pact. colum. fin. concludens obseruãtiam pactorum inducere illorum ratificationem, & d. cons. 337. nu. 15. & sequen. volum. 1. plenè Bart. consil. 400. num. 15. inter consil. Bald. vbi etiam Cini allegationes adducuntur volum. 4. idem Bal. cõs. 398. in fin. colum. 5. Tiraquell. de præscript. §. 1. glos. 4. versic. 24. Paris. consil. 68. num. 23. volum. 3. post Albert. Brun. loco citato, loquens de scriptura priuata, Cravet. consil. 65. nu. 10. post Cin & qui in fortioribus terminis loquitur, videlicet in copia instrumenti quæ sui natura nullam facit fidem, & consil. 101. num. 4. acclarnis cons. 158. num. 1. & 2. vbi expressè ait, post Bal. quòd quando virtute alicuius instrumenti aliquis fuit in possessione alicuius rei longo tẽpore ex hac subsequuta obseruantia ipsius instrumẽti fides comprobatur, quòd etiam idem Cravet. firmat. d. consilio 274. numero 7. post Cin. Bald. Roman. & Iaſ. per eum citatos, adducens quoq; ad hoc tex. in l. 2. & in l. veritas. C. de fideicommiss. appositè Grammat. decis. 106. numer. 8. & sequen. Alba. consi. 62. num. 9. vbi post Bart. Roma.

34 Socin. & Felin. per eum adductos dicit, † nullam maiorem interpretationē esse alicuius dispositionis, quam illā, quæ sumitur ab effectibus subsequutis, veritati enim equiparatur obseruantia, teste Alexan. cons. 6. nu. 1. in fi. vol. 1. conueniunt quæ scribit Paris. cons. 61. num. 42. vol. 3. obseruantia autem omnium contentorum in dicto instrumento dotali, quæ vsq; in diem purificatæ prædictæ conditionis, ob mortē Iohannis Georgij Marchionis demunctī sine liberis masculis obseruari potuerunt, manifestissima est, Nam primò Theodorus Marchio, & Aymo Comes vicissim promiserunt de contrahendo matrimonium inter dictum Aymonem, & Yolandā prædicti Theodori filiam, quòd quidem matrimoniū deinde fuit inter prædictos Aymonem, & Yolandam sequutum, vt ex actis apertè probatur. Item obseruatum legitur prædictum instrumentum in eo, quòd apparet dictum Aymonem Comitem fecisse donationem propter nuptias dictæ Yolandæ vxori futuræ aureorum triginta millium, & pro ipsis hipotecasse patriā Maurianæ, vt constat instrumento recepto per eūdem Io. Raynaudi notarium die 19. Septembris 1522. in actis producto, in quo fit expressa mentio de dicto instrumento dotali per eundem Raynaudi recepto. Tertiò probatur obseruātia, quia ex actis probatur, prædictos Aymonem, & Yolandam iugales, possedisse castra & oppida Ciriaci, Lancei, & Casellarum nominatim in dotem data, & assignata prædicto instrumento, vt ex iuribus, & instrumentis priuilegiorum, & franchisiarum, à prædictis iuralibus oppidis Ciriaci, & Casellarum concessa: unā, & in actis productis apparet, quę omnia inde à successoribus ipsorum iugalium fuerunt confirmata, prout ex iuribus etiam in actis productis liquet: Et si dicatur obseruantiam prædictam nō fuisse in hoc capite successionis de quo agitur, respondetur in hoc casu te non potuisse obseruari, quia nundum conditio euenerat, igitur de fide dicti instrumenti ambigendum nō est, & hoc præsertim proce-
35 dit cū in termino assignato ad opponendū, non fuerit dicto instrumento oppositum argumento notat. per Curt. iun. post Felin. Iaf. & Modernos Senenses per eū citatos. in auth. si quis in aliquo num. 30. C. de eden concludentem exemplo instrumenti credi si non opponatur à parte. Nec obstat oppositio facta fol. 779. quia serò facta fuit, cùm nec tempore primæ productionis. fol. 521. nec secundæ de qua in fol. 743. fuerit facta. Alex cons. 186. in fi. vol. 6. vbi expressè dicit post Hostien. & Butr. quos
36 allegat, † non posse aduersus instrumentum quid quam opponi, seu allegari, quia cùm tempore productionis dicti instrumēti nihil fuerit oppositum dicto instrumento videtur pars illud pro publico, & authentico approbasse. Idē disertè scribit Io. Cronus à Montisferrato cōs. 210. nu. 11. & quinque sequentibus. Augetur quoque dicti instrumenti fides, & per consequens probatio facti de quo agitur arguendo à verisimili, & à fortiori seu maiori ratione, quæ

quæ sanè argumenta validissima sunt veritatē
Euerar. in locis legal. c. 65. & 66. diserit, Nam
cum prætatus Theodorus Paleologus idē seu
simile pactū paulò ante fecisset cū Philippo de
Sabaudia Principe Achaye, pactū Aymonis
Comitis Sabaudiæ vassallo: ea forsan ratione,
vt ipsum Principem ad ipsius Theodori nou
Marchionis defensionem alliceret, de quo
pacto constat instrumento recepto per Franciscum Nasiporis anno 1322. die prima Martii in actis producto, multo magis existimandū
est, prædictum pactum etiā fecisse cum prædicto Amedęo Comite Sabaudiæ longè potentiore, & ad ipsius Marchionis defensionem validiore, quem verisimile non est (circumscripto dicto pacto) dictum matrimonium cōtrahisse sub tam parua dote trium videlicet oppidorum argumento not. per Bal. in tit. si feud. fuer. contr. inter dom. & agn. vers. filij nati nu. 1. & 2. lect. apertè demonstratur, ex eo, quòd expressè in dicto pacto dictum est, illud esse factum in augmentum, & ex causa dotis.

Nec vrgens est præsumptio, quæ in contrarium adducitur, videlicet, pactum huiusmodi non esse verisimile, cùm vnusquisq; sibi, & posteris succedi secundum iuris ordinem velle præsumatur, argumento notat. per Iaf. in l. si id quod nu. 18. ff. de iurisdic. omn. iud. quia prędicta procedęrēt in dubio, secus vbi de mente apparet. vt ibi per Iaf. num. 19. Sed in casu nostro, ex prædictis duobus instrumentis apparet de mēte dicti Theodori, ergo tollitur, prætensa præsumptio, rationi naturali etiam congruit vt magis diligeret filiam propriam quā filias filiorum vulg. l. si viua matre. C. de non matet.

Concludo igitur, quòd, cùm pro instrumento, stent tot virgentissimæ ne dicam præsumptiones sed probationes videlicet, rogitus notarij, mentio de eodem instrumento in alio etiam publico instrumento facta: antiquissimum tempus eiusdem instrumenti vltra decentum annos, & in aliis suis partibus obseruantia diuturna, verisimilitudo dicti pacti, oppositio saltem congruo tēpore non facta, iuris præsumptio, quæ stat pro validitate instrumētī, ac alia supradicta, non est vlterius de eius fide dubitandum, Et datum citra veri præiudi-
37 cium, quòd dubitari posset, † in dubio pro instrumento iudicandum est secundum Bartol. Alex. Iaf. & communiter Docto. in l. 1. §. finaff. de nou. oper. nun. Grātus resp. 9. nu. 19. lib. 1. post alios per eum relatos.

SVMMARIVM.

1 *Exempla antiqua etiam si parte non vocata sumpta sint attamen plenè probant.*
2 *Cronistis seu historiographis creditur.*
3 *Producenti instrumenta, vel libros in iudicio videtur fateri omnia contenta in eis vera esse.*
4 *Instrumentorum pluralitas non præsumitur.*
5 *Indicio licet requiratur in instrumento attamen si fuerit appositæ fides erronee non tamen vitiat instrumentum.*
6 *Instrumentum non vitiatur ex eo, quod non sit apposita*

positus locus loci vbi fuit rogatum.

7 *Testes in primilegijs, seu concessionibus Principum regulariter non opponuntur.*

8 *Montisferrati Marchiam totam esse comprahensam in concessione Ottonis Imperatoris facta Aledramo.*

9 *Confirmatio non est actus per se stans, sed dicitur confirmatio quasi cum alio firmatio.*

10 *Montisferrati concessionem factam Aledramo ab Ottone Imperatore esse liberam donationem non autem feudum probatur.*

11 *Montisferrati concessionem praedictam Ottonis vbi in feudum dicetur, esse feudum improprium, & alienabile.*

12 *Feudum quando est impropriu quo ad facultatem alienandi idem de eo iudicatur, quod de re allodiali.*

13 *Marchionum Montisferrati multa alienationes, & dispositiones de feudo Marchiæ recensentur ex quibus feudum iudicatur impropriu.*

14 *Continens sub contento non continetur.*

15 *Feudum iudicatur impropriu. & alienabile ex verbis liberè & plenariè, & aliis similibus appositis in inuestituris.*

16 *Verbum liberè in feudis quomodo exponatur, & intelligatur.*

17 *Verba integrè, seu cum omni integritate quid importent requisitè.*

18 *Consensus domini in alienatione feudi concessi cum facultate alienandi requiritur secundum aliquos, sed contrarium verius.*

19 *Marchionatum Montisfer ratis esse feudum hæreditarium, & alienabile probatur.*

20 *Verba relativa, sicut & eo modo, & forma, &c. sunt suimatura restrictiva, & repetitiua omnium qualitatum contentarum in precedentibus dispositionibus.*

21 *Verba seu dictiones prout, sicut & quemadmodum quando sicut conditionaliter, vel causaliter.*

22 *Verbum seu dictio sicut, importat omnimodam similitudinem.*

23 *Ottonis concessionem Marchiæ factam Aledramo posse dici esse donationem in feudum alienabile.*

24 *Dies defectus in instrumento tollit fidē instrumēto.*

25 *Fedricus primus Imperator fuit excommunicatus, & declaratus hæreticus.*

26 *Relativum quæ restringit, & limitat antecedentia.*

27 *Demania quæ dicantur.*

28 *Feudi concessionē dicitur vbi nullus actus traditionis possessionis verus, vel fictus non interuenerint neque aliquod iuramentum fidelitatis.*

29 *Feudum impropriu sine licentia superioris alienari potest.*

30 *Consensus, & licentia superioris in alienatione feudi ex antiquitate temporis interuenisse præsumitur.*

31 *Verba prout instè, & legaliter possumus quomodo intelligentur.*

32 *Feudum datum alicui cum clausula, & cui dederis quomodo intelligatur:*

33 *Feudum nobile vario modo intelligitur.*

34 *Feudum rectum quod dicatur, & qualiter sumatur verbum rectum in feudis.*

35 *Verba præcedentia limitantur declarantur per sequentia.*

36 *Confessio erronea dicitur vbi apparet, rem aliter se habere, & tunc non nocet.*

37 *Rem proprium conducens ab alio vel in feudū accipiens putans alienam facit actum ipso iure nullū.*

38 *Marchiam Montisferratie esse alienabilem fatetur, & asseris Theodorus Primus Marchio Paleologus*

39 *Attestationes receptæ parte non vocata nullius sunt effectus.*

40 *Inuestitura tenor attendi debet, & is communi naturæ feudorum derrogat.*

41 *Consuetudini seu vsui generali per specialem derrogatum censetur.*

42 *Principum concessiones, & priuilegia semper citra iniuriam, & damnum tertij intelligi debent.*

43 *Verba quemadmodum, prout, sicut & similia præcedentium concessionum relativa, & confirmativa quid operentur.*

44 *Clausula, quē per concessionem factam non censetur derrogatum iuribus, ius alterius conseruat, & defendit.*

45 *Princeps contractum, seu pactum revocare, nec ius virtute pacti alteri quæsitum tollere potest.*

46 *Princeps dominii quod est de integritum licet quæsitum per actū iuris ciuilis tollere non potest, etiam de plenitudine potestatis.*

47 *Ius in spe radicatum in contractu, & stipulatione ex causa de præterito probabile est, & considerabile.*

48 *Princeps in concedendis revocationibus adhibere debet causæ cognitionem vocato eo de cuius præiudicio in revocatione agitur.*

49 *Successor seu hæres vltimus dicitur successor, seu hæres primi.*

50 *Hæres non potest infringere factum defuncti cuius est hæres.*

51 *Facta magis quàm verba sunt attendenda, & plus valet quod agitur quàm quod simulatè concipitur.*

52 *Probatio non inducitur ex insertione actus etiam si totus tenos inseratur.*

53 *Concessio in feudum genericè facta quicquid in feudum est, non probat esse feudum.*

54 *Filius succedens patri in seruo, & tenens bona patris censetur ea tenere vti hæres patris.*

55 *Hæres hæredis dicitur etiā hæres primi prædefuncti.*

56 *Hæres vltimus dicitur habere vatum factum primi cuius dicitur hæres media persona antecessorum.*

57 *Pactum de succedendo fieri potest, & tenet in Ducibus Marchionibus & aliis perpetuò inuestitis, & in dignitate regali constitutis.*

58 *Duces Comites, & Marchiones perpetuò inuestiti, & in dignitate regali cōstituti dicuntur habere iura regalia, & Imperialia.*

59 *Pactum seu conuentio valet qua quis post mortem suam alteri eius bona si sine liberis decesserit promittit.*

60 *Pactum seu conuentio de succedendo in certis bona est de iure validum.*

CONS. II.

Ad primum continuatium.

PROBATO igitur ex supracitato instrumento dicto pacto. Secūdò quæritur, an pactum illud legitimum, & validum fuerit, ad cuius cognitionem, videndū prius est de dicti Marchionatus

chionatus Montisferrati,& bonorum, de quibus agitur qualitate, an iure allodij, vel feudi Marchiones Mõtisferrati,tàm Saxones,quam Paleologi illa tenuerint,& possederint,& si iure feudi,an proprij,vel improprij,verum quoniam à primordio tituli posterior formatur euentus l.vnica.C.de impon.lucr.descrip.lib. 10.l.tutor datus.ff.de fideiussio, initium sumere cõgimur à concessione Ottonis Imperatoris Aledramo primo Marchioni Mõtisferrati facta, de qua pluribus exemplis authenticis in actis productis fol.592. & insertis fol. 595. &
1 seq.& fol.655.plenè constat,† quæ quidẽ exẽpla,cum antiqua sint,& aliqua eorum vetustissima, etiam si non apparerent ea fuisse parte vocata sumpta: nihilominus plenè probãt teste Alex.cons.101.n.7.& 8.vol.7.post Hostien. Io.Andr.Bal. Imo.& Cyn. per eum allegatos affirmante hanc esse communem opinionem & Alexandrum sequitur Felin. post alios in c. Albericus nu.4.de testibus vbi,& ipse hãc esse communem opinionem testatur, Iaſ.in auth. si quis in aliquo col.3.vers.nono.C de edẽdo, concludens propter antiquitatẽ præsumi exẽpla parte vocata, & iudicis authoritate facta, Purpurã col.4.Paris.cons.104. num.55.vol.1. Dec.cons.145.nu.15.post Aret. & Cuma. per eum allegatos,& in l.ex his num. 26.C.de test. milit.Iaſon ilimè Cra.in tract.de antiquit. temp. par.3.nu.21 & seq. copiosissimè quoq: & doctè,Dydacus pract.quæst.cap.2.nu.26.vers.sed & propter antiquitatem vsque in finẽ, & hæc eò fortius procedũt,cum authoritate superioris loci,in quo scripta leguntur, fuerint sũpta, cap.fin.de fide instrum. Aret. cons.36. col.fin. vers.sed quis dubitat,Purpur. in d.auth. siquis in aliquo nu.3 C. de eden.ex quorum omniũ dictis,patet hanc esse veram,& receptissimam doctorũ conclusionẽ exempla antiqua scilicet præsumi solempiter sumpta,& plenè probare,quę quidem exempla,ex alijs etiam eiusdem cõcessionis exemplis nomine Marchionis Salutiarum productis comprobantur, nec non ex cronicis,generationem Marchionum Montisferrati describentibus, in quibus de ea concessione fit mentio,& nominatim per Beneuenutum à Sancto Georgio Marchionatus Montisferrati præsidem,qui dictæ concessionis tenorem, prout in dictis exemplis productis
2 legitur describit,† quibus vti in hoc receptissimis creditur ex Bart. & alijs Doct. in l.1. ff.si cert.pet.Paris.cõs.23.nu.233. & seq.vol.1. vbi de cronica Beneuenuti loquitur, Rol.à Valle cons.2.nu.60.præsertim contra Illustrissimos Duces Mantæ, qui eas produxerunt in
3 actis.fo.528.& per consequens† omnia in eisdem cronicis contenta, confessi fuerunt vulg. l.cum præcũ,C.de liberali causa,vbi glo.Bald. in l.1.§.æditiones col. pen. vers. subsequenter ff. de edend, & ibi Alex, ac cæteri doct. Imo, Abbas ,& alij in cap. venerabilis de exceptio Iaſ.cons.57.col.4.vol.1.Rol.à Valle.d.cons.2. nu.116.lib.1.Abb.cons 59.nu.11.

Nec parti opitulatur, quod dicitur, dictam cronicam nõ fuisse productam aduersus Ducem Sabaudiæ, sed contra Marchionem Salutiarum tantùm, quia si inspiciatur memoriale factum sub die vigesima Augusti 1534. de quo in actis fol.129 & seq. apparebit Procuratores Ducis Sabaudiæ , & Marchionis Salutiarum fuisse citatos ad cõparendum,eadem die, hora decima nona coram delegatis , & videndum fieri a Sormano Ducum Mantuæ Procuratore,quamlibet iurium productionem, ac ad accipiendum dictorum iurium producendorum copiam , eoquè tempore fuisse factam productionem duarum cedularum cum iuribus , & lia et dicta cronica fuerit designata in cedula concernente Marchionem Salutiarum , attamen productio non fuit restricta quo ad eum duntaxat, quod demonstratur,quia dictæ cronicæ copia fuit tradita Procuratori Ducis Sabaudiæ debite subscripta,& per eum acceptata sunt quæcunq; producta à parte Ducum Mãtuæ,& Marchionis Salutiarum, eademquè ab aduersantibus producta procurator Ducis Sabaudiæ in parte,& passibus vtilibus tãtũ reproduxit,vt in actis fo.167. apparet,& hæc cõprobantur per exhibitionem a Sormano factam sub die decima Septembris 1534. cum instructione incipiente Spectabilis dominus Baptista Sormanus fol. 572. vbi constanter fatetur scripta à Beneuenuto in dicta sua cronica esse vera publica,& notoria.Nec apparet dictã cedulam potius fuisse productã aduersus Marchionem Salutiarum,quàm contra Ducem Sabaudiæ, & in eisdem partibus reproducta fo. 576. Prætereà in actis fo.712.& fo.816.fit a Sormano productio iurium in hæc verba,cõtra quoscunque comparentes, seu se opponere volentes in hoc iudicio, & eodem fo. 712.& fo.821. leguntur per ipsum Sormanum omnia acta, omnes processus,& scripturę in fauorem Ducum Mantuæ in dicta causa contra quoscunq; respectiuè facta, & factæ, ac producta contra omnes, & quoscunq; compatentes,seu se opponere volentes, in presenti iudicio fuisse reproducta. At Dux Sabaudiæ,est de comparentibus,& opponentibus in præsenti iudicio cõtra Duces Mantuæ, ergo cronica Beneuenuti producta contra Marchionem Salutiarũ,dicitur etiam producta virtute huius vniuersalis, seu generali productionis contra præfatum Ducẽ Sbbaudiæ,& id coadiuuatur ex illis verbis positis fo.823.videlicet contra Illustrissimũ Ducem Sabaudiæ vltra producta supra contra omnes,&c, argumento not. in l.Scio.§.vxori, ff.de annu.leg.l.diuortio.§.obuentiones,ff.fol. matr.cum similib. adductis à Por.cons.6.nu.5.

Accedat,quòd inter præfatos omnes litigãtes nõ proceditur seperato,sed vnico,& simultaneo processu,ita vt dici quodãmodo possint consortes eiusdem litis,quo casu producta cõtra vnum alijs prosunt,præsertim cùm procedatur coram delegatis Cęsareis, coram quibus facti veritas,quæ ex actis apparet præcipuè locum obtinere debet,& ex hoc solo fundamento videlicet,quòd in dicta cronica Beneuenuti à parte iudicialiter producta cõtineatur copia, seu tenor prædictæ concessionis factæ Aledramo,

mo, eliduntur omnia fundamenta partis adverſus exempla dictæ conceſſionis facta, Addatur, quòd dictam conceſſionem Aledramo factam paſſim etiam admittunt Pariſ. Socin. iun. Cozad. & Rol. à Valle necnon alij pro præfatis Ducibus Mantuæ conſulentes, cuius etiam expreſsè meminit Carolus Quartus in inſtrumento facto anno 1355. à parte producto, & Alber. in ſuo dictionario in verbo feudum colum. 4. & Galleotus in ſua cronica, ita vt de dicta conceſſione non ſit vlterius dubitadum, præſertim cùm de alia antiquiore nõ appareat † pluralitaſq; inſtrumentorum nõ præſumatur iuribus ſupra allegatis, quibus addo Cruciat. conſ. 193. nu. 1. Curt. ſen. conſ. 41. col. 20. in prin. Quò ſit vt vana reddantur oppoſita contra dicta exempla, & præfatam conceſſionem, maximè per Alciat. reſponſ. 199. quibus putaui ad veritatis cognitionẽ ſingulatim eſſe reſpondendum. Nam quod attinet ad allegatum errorem anni Imperij Ottonis, quem tertiũ authoritate Ottonis Friſingenſis iſthonographi fuiſſe ſcribit, ſalua pace tanti viri erroneum eſt, teſte Guillelmo Rouillio fol. 139. poſt Egnat. lib. 2. Emilius lib. 3. Vuith. lib. 2. Luitlp. lib. 6. c. 6. atteſtantibus, Ottomen primum anno à natiuitate domini noſtri 961. fuiſſe creatum Imperatorem, quorum dicta comprobantur cronicis Beneuenuti, & Galeoti, ac exemplis publicis, & authenticis in actis productis, quibus magis credendum eſt quàm Alciato, & aliis ab eo adductis, & eum ſequentibus. Præterea demus errarum in deſcriptione anni Imperij fuiſſe, non propterea tollitur fides ſcripturæ authenticæ, argumento eorum
5 quę dicũtur de indictione, †quę licet poni debeat inſtrumentis, ſi tamen ponatur, & erroneè, non propterea vitiatur inſtrumentum, vt late concludit Ialſin repet. l. admonẽdi nu. 166. ff. de iureiuran. Felin in cinter dilectos n. 11. de fide inſtrum. Dynus conſ. 13. quæſtio talis eſt in quodam inſtrumento, Nec eius fides tollitur ex eo quod non ſit ſcriptus locus loci,
6 † cum crebriore doctorum ſententia id nõ requiratur vbi actus, qui ſit vnitormiter in quolibet loco fieri poteſt ità latè Ialſ. poſt Bart. & alios in l. de pupilo. §. qui nunciat. num. 3. ff. de nou. oper. nunt. Felin in c. 1. num. 6. de fide inſtrum. quod præſertim dicit procedere in bullis apoſtolicis, cùm certus ſit locus Papæ, Idem dicendum videtur in Impératore & ita ſeruat conſuetudo, vt in multis priuilegiis, & conceſſionibus Imperialibus à parte pductis, & nominatim in prætenſa inueſtitura Illuſtriſs. Ducum Mantuæ facta anno 1532. vltima Decẽbris apparet.

Minus etiam derrogatum cenſetur fidei dictæ conceſſionis, ob defectum teſtium, † cùm
7 in priuilegiis ſiue conceſſionibus Imperatorũ neceſſario nõ requirãtur teſtes, ex quo plures interfuiſſe præſumantur, ita nominatim dicit Bald. in l. Iancinus verſic. ibi imperiales donationes. C. de dona. quem refert, & ſequitur Alex. in l. omnium in fin. C. de teſtam. Felin in d. c. 1. num. 16. poſt Anch. Innoc. & Butr. per eum citatos, Iacob. à Sancto Georgio in verbo, Princeps verſ. 26. ſpecialitas, concludens præſentiã Principis ſupplere omnes ſolennitates, præſertim cùm priuilegium ſit ipſius Imperatoris epiſtalmathie, & ſigillo ac Cancellarij ſubſcriptione munitum, iuxta not. in l. benè a Zenone C. de quadrien. præſcript. in c. cùm à nobis de teſtibus, & per Iſer. de prohibita feu di alien. per Lo: harium. §. quoniam inter, in additione, Accedat, quòd eo tempore non apponebantur teſtes, in huiuſmodi priuilegijs, vt in priuilegijs Vgoni, & Lotharij deſcriptis in cronica Beneuenuti fol. 9. & in plurimis priuilegijs ſeu concluſionibus, vel inueſtituris, præſertim in prædicta inueſtitura facta anno 1532. die vltima Decembris legitur.

Nec pariter vrget, quod dicitur non conſtare illum Ambroſium Cancellarium fuiſſe notarium, nec in quaſi poſſeſſione notariatus, & ſimiliter illos qui exempla ſumpſerunt, prout requiritur iuxta notata per Alexan. conſ. 112. col. 1. vol. 4. quia oppoſita loquuntur in inſtrumento ſeu exemplo recenti, non autem in antiquo, cùm in eo non requiratur probatio notariatus, ſeu quaſi poſſeſſionis notariatus, vt latè ſupra in primo articulo probauimus, quibꝰ addo Signorol. conſ. 76. num. 1. 1. Ialſ. in l. Barbarius num. 55. ff. de offic. Prætor. et ſi vera eſſent quæ ſcribit Alciat. in dicto reſponſo. 199. dum opponit contra conceſſionem Ottonis primi corruerent ferè omnia iura, & inueſtituræ producẽ nomine Ducum Mantuæ præſertim dicta inueſtitura facta anno 1532. vltima Decembris, in quibus deſunt locus loci, teſtes, nec apparet cancellarios ſeu ſecretarios ibi ſub ſcriptos eſſe notarios, nec in quaſi poſſeſſione notariatus, & ſumus in ſcripturis nõ antiquis. Vana etiam eſt oppoſitio aſſerti erroris in nomine vxoris dicti Ottonis, nam cùm conſtet de corpore propter adiectam qualitatem vxoriam non nocet, dato quod erratũ eſſet in nomine, prio, & multo min in ſyllaba, in ſcribẽdo Adlegida, cùm dicere deberet Adelayda iuxta notata in l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de legat. 1. & in l. demonſtratio falſa, ff. de cond. & demonſtrat.

Stante igitur fide dictæ conceſſionis, quam inficiari eſſet veritatem negare, manifeſtiſſi-
8 mum eſt, & notorium † totam Marchiã Montisferran. & omnia bona de quibus agitur, ipſa rei euidentia, & oculari inſpectione eſſe in dicta conceſſione comprehenſa. Quoniam quò ad oppida, & territoria exiſtentia inter flumina Tanagri, & Vruæ ſiue Burmidæ, dubiũ non eſt quin in dicta conceſſione nominatim cõtineantur, vt expreſsè declarat Beneuenut' ſua cronica in copia iudicialiter tradita fol. 18. quamuis præfati territorium intra dicto duo flumina Tanagri, & Brumidæ, cõſiſtens prius eidem Aledramo ab Vgone, & Lothario Regibus donatum fuiſſe, vt ſcribitur in dicta copia cronicę Beneuenuti fo. 11. & in priuilegio dictorum Regum Vgonis, & Lotharij ibidem per tenorem inſerto, Quo verò ad Marchiam Mõtisferrati quã Beneuentus in dicta copia

fol.

fol. 18. & alij cronicorum scriptores dicũt cõtineri inter illumina Padi, & Tanagri, quod etiam p. is aduersa fatetur, similiter dicimus non dubium esse, nisi veritatem obtenebrare veimus dictam Marchiam in prædicta concessione, & confirmatione comprehendi, vt clare legitur in vers. in super etiam confirmamus, &c. & in vers. seu etiam quicquid habere, &c. propter quas clausulas intelligit Benenentus dicto fo. 18. verſic. E poi venete a Ravenna, & c. fuisse confirmatum prædicto Alexdramo Marchionatũ Montisferrati, quæ confirmatio necessario præsupponit. Alexdramum prius habuisse, & possedisse dictum Marchionatum, inter dilectos, cæterũ de fid. instrumẽto Fo. li à Valle conſ. 2. n. 19. Bal. in l. si sub 9 col. 2. C. de fur. vbi dicit, q̃ cõfirmatio nõ est actus p. se stãs, sed dicitur cõfirmatio quasi cũ alio firmatio, & vbi non est confirmabile, cõfirmatio non procedit, quia confirmatio præsupponit præcedẽtis actus legitimam subsistẽtiam, c. ex parte de constit. c. dudum de decim. Doct. Præsertim Decius in rubr. de confir. vtil. vel inutil. Por. consil. 204 num. 27. qui quidem Marchionatus prius erat Comitatus, vt ex illis verbis videlicet in Comitatu Aquensi, Saonẽsinec non Astensi, & Montisferrati demõstratur, & alia verba, fideli nostro Aledramo Comiti. Item & fo. 16. affirmans, prædictum Guilielmum Comitẽ fuisse patrẽ Aledrami, quod etiam comprobatur ex tenore instrumẽti donationis factæ à dicto Aledramo enunciante se Marchionem filium prædicti Guil elmi Comitis anno 9 7 inferto in copia dictæ cronicę Beneuenuti fo. 12. & seq. vbi legitur dictũ Aledramum donasse Abatiæ Garzani, quam dicit edificasse multa bona sita in pluribus locis Montisferrati, quæ dicit esse sua propria, ex quibus omnibus manifestè apparet prædictũ Aledramum fuisse dominum, & possessorem tempore dictæ concessionis, & confirmationis Marchionatus Mõtisferrati: proinde tole clarius demonstrari dictam Marchiam esse cõprehensam in prædicta confirmatione, Et hęc coadiuuatur ex eo, quod Beneuentus dicta cronica fo. 24. & 25. necnon omnes alij cronicorum Montisferrati scriptores attestantur, Bonifacium filium primogenitum 2 Iordani fuisse Marchionem Montisferrati, & post eũ Guilielmum secundo genitum, ambosq; Aledramo patri respectiuè in dicto Marchionatu, successisse, quod Sormanus fatetur fo. 278. Si ergo successerũt Aledramo in dicto Marchionatu, cogimur in necessarij antecedens fateri dictũ Aledramum qui legitur in præfata cronica fo. 20. perisse anno 995. habuisse, & possedisse dictum Marchionatũ tẽpore eius mortis, c. f. de succeſſ. feu. alioquin si nõ possedisset Aledramus prædictum Marchionatum, non posset dici filios ei successisse in dicto Marchionatu quia non entis nulla est successio, nullæ sunt qualitates, quæ sine subiecto non dãtur l. eius qui, ff. si cert. pet. l. decem ff. de verbor. obligat. l. non videtur. ff. de regul. iur. c. ad diſolue dum vbi gl. de desponſ. impube. ergo in præfata concessione, & confirmatione censetur cõprehẽsus dictus Marchionatus, quod etiã sola datur, cũ à dicto Aledramo vsque ad Guilielmum quartum Marchionem, licet fuerint successiue intermedij quinq; Marchiones videlicet Bonifacius Guilielmus, Bonifacius secundus, Guilielmus secundus, & Raynerius non appareat de aliqua alia concessione siue confirmatione inuestituræ quam prædicti Orthonis. Hinc fit vt præsumantur possidesse ex causa præamꝫula, vulg. l. quicquid ff. de rei vendicat. cum similibus, quod etiam fatetur Sormanus dictis foliis 278. & sequent. Ex prædictis ergo satis liquere dicitur, & negari nõ posse Marchionatum Montisferrati esse cõprehensũ in dicta concessione, & cõfirmatione Aledramo facta, quod comprobatur, quia pars fatetur Guilielmũ successisse Marchionibus Mõtisferrati prædecessoribus in dicto Marchionatu, quæ successio vt proximè diximus præsupponit prædecessorum in Marchionatu possessionẽm, quo fit vt clarè demonstretur fragilia & vana esse quę exadueꝛso opponũtur ad demonstrandum Marchiam non esse cõprehensam in dicta concessione, & quod titulus siue nomen Marchionis, & nõ Marchia tempore dictę concessionis, & confirmationis nõ denotatius aliquod in re, vel in ipsa dignitate, & esse nudum nomẽ sine administratione, dignitatesq; regales, vt est Marchionatus in dubio non censeri concessas, cum ex præmissis satis liquet nos in claris, non autem in dubio esse.

Sed dato, & non concesso quod Marchionatus Montisferrati in vniuerso nõ fuisset cõprehensus ex presse in dicta cõcessione, & cõfirmatione Ottonis, attamen negari iure non potest virtualiter esse cõprehensum ex verbis positis in dicta concessione respicientibus futuras acquisitiones, quarumuis rerũ per ipsum Aledramum, & eius hæredes fuciendas in dicto Marchionatu qui vt dictum est continetur in dictis fluminib. Padi, & Tanagri. Quibus stantibus indubitati iuris est prædictum pactum fuisse, & esse validũ idq; desiendo à sufficienti partium ennumeratione l. patre iurisso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Nam, 10 aut dicimus 2 prædictam concessionem Aledramo factã esse puram, & liberam donationem cum translatione pleni dominij bonorũ in dicta donatione comprehẽsorum, ex dictis pœ Alex. conſ. 24. nu. 11. volum. 1. Dec. conſil. 468. nu. 9. & seq. necnon ex rationibus, & fundamentis à Parisio adductis, d. conſ. 21. à num. 1. vsq; ad num. 17. vol. 1. Alciat. d. respons. 199. num. 23. & seq. Soc. iun. d. conſ. 76. num. 12. & pluribus sequentibus volum. 1. qui pro veritima conclusione habet, eam concessionem in donationem sonare: & Marchionatum Montisferrati, & alia bona contentiosa od Theodorum pleno iure hæreditario peruenisse, & nũ. 60. in fine, affirmat Marchionatum Mõtisferrati fuisse habitum, & possessum per Marchiones Montisferrati tamquam bona libera, & de hoc nullam esse dubitationem, quod etiam fir

mat

mat Gozad.consil.8.num.16.vsq; ad num.23. Rolan. à Vale d. consil.3. num.71. & pluribus seq & ex his etiam quæ latè Ru n. scribit cõsil. 18.num.9.lib.1. vbi latè ponit de clausulis, sicut suus exigit appetitus,secũdum suum sensũ secundum libitum suum,positis in concessionibus,'& in consil.38. nu.1. & tribus seq. vol.1. & eam concessionem pars fatetur esse simplicem donationem,vt in actis sub die quinta Iunij 1324. fol. 278.Quod etiam demonstratur, quia non apparet de aliqua priore inuestitura facta in feudum dictorum Marchionum Mõtisferrati de dicto Marchionatu ante inuestituram factam Guilielmo quarto Marchioni anno 1219.à parte producta, de qua infra dicemus, ideo cõsequens est, & ipsos Marchiones iure proprio Marchionatum prædictũ possedisse ex notatis per Alciat.de præsump.reg.2. c. 3. post plures citatos Bald. in c. significauit col.2.de rescript.& ibi Abbas col.3.latè laſin.fi prius num.40.& seq.ff.de nou. oper.nunc. & hoc cæterũ indubitati iuris est dictos Theodorum, & Aymonem conuenire, & pacisci de Marchionatu prædicto potuisse,prout conuenerunt, & pacti sunt ex vulg.reg. l. in re mandata.C.mandat.l.etiã,&.licet.ff.solut matrimo. stante præsertim licentia alienandi in dicta cõcessione comprehensa.

11 Aut verò dicere volumus † concessionem illam esse in feudum iuribus,& argumentis, à Parisio citatis d.consil.23.à nu.17. vsque ad nu. 45.& hoc casu,attentis clausulis in ipsa concessione,& confirmatione descriptis, præsertim clausula habeantq; potestatem tenẽdi,vendẽdi,commutandi,alienandi, vel pro anima iudicandi, & quicquid eorum decreuerit animus faciẽdi, omnium hominum cõtradictione remota, & tunc etiam clarissimum est feudum huiusmodi propriam feudi naturam nõ habere sed esse impropriũ feudum, & alienabile tãm per contractum, quam per vltimã voluntatem. d. c. vnico de feudo non haben. propr.nat. feud. & ita nominatim in casu nostro concludunt Paris. d. consil.23. num.40. & tribus seq.post Bal. Alb. Aret. Dec.& Cur.iun. per eum citatos,Socin.iun.consil.76.num.41.& 71.Gozadin. consil.8.num.24.& seq. Roland. à Valle d. consil.3. nu.114. Curt.de feud.in 4. parte in 2.reg.vers.5.quæro,concludens istam esse communem opinionem , quò fit vt stante dicto feudo impropriõ , & alienabili,subsi-

12 stat pactum de quo agitur,† cùm idẽ iudicandum sit de feudo impropriõ, quò ad facultatẽ alienandi quod de re allodiali Paris.consil.22. num.20.& d.consil.23.num.55.vol.1. Dec.cõs. 39. col. fin. & 680.nu.8. post Anch.cons.125. col. pen. Nat. consil.464.num.22. Socin.cons. 72.num.4. vol.1. Roll. à Valle cons.42.num. 27.& seq.vol.1. post plures per ipsos citatos.

Et prædicta adiuuantur ex eo , quòd præfati Marchiones Montisserrati ab Aledramo vsq; ad dictũ Theodorum semper habuerunt tenuerunt,& possederunt dictum Marchionatũ & alia ferè omnia bona tanquam libera,& pleno iure,aut saltem vt feuda impropria,& alienabilia, quod sole clarius patet ex quamplurib⁹ dispositionibus dictorum Marchionum tam inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus de dicto Marchionatu , & oppidis eius factis, quarum aliquas ad huiusce controuersiæ veritatem habendam visum fuit adnotare.

13 † Legitur enim dicta cronica fol.65. Bonifacium Marchionem Abauum Ioãnis Saxoni vltimi Marchionis agnationis Saxonæ decessisse relictis Demetrio, & Guilielmo filijs legitimis,& naturalibus,& sua ordinatione testimentaria reliquisse Guilielmo secundogenito Marchionatũ Montisferrati, qui si propriã feudi naturam habuisset non ad Guilielmum secundogenitum,sed ad Demetriũ primogenitum spectasset,saltem pro dimidia portione. cap. 1. de succes.feudi , & authoritatibus per Soc.iun allegatis.d.consil.76.num.49.& 50.vol. 1.vbi prædictæ ordinationis meminit.

Legimus etiã in prædicta cronica fol.60. prædictum Bonifacium anno 1202.die 22. Iulij vẽdidisse vniuersitati ciuitatis Vercellarum locũ Tridini, & fuisse receptum instrumentum à quodam Ruffino notario Vercellensi.

Item,& Guilielmum dicti Bonifacii filium Marchionem Montisferrati vt Demetrio fratri à Regno Thessaliæ expulso auxilio esse post mirtuõ accepisse à Federico secundo Imperatore nouem mille marchas argenti põderis Colloniæ, quas soluere ,præsit sub obligatione omnium bonorum suorum immobilium, quæ in allodium siue homagium habet,& specialiter super quàm plurimis oppidis nominatim descriptis, quæ contrahentes ipsi asserunt esse allodialia dicti Marchionis,vt constat instrumento confecto in Catanea vrbe Siciliæ, vbi tunc ipse Imperator Federicus aderat rece pto per Nicodemũ de Montecaucasio notarium , & secretariũ prefati Imperatoris anno 1220.die 24.Martij, quod insertũ est in cronica Beneuenti fol.75. & tribus seq. in quo instrumento etiã legitur,prefatũ Guilielmũ plura oppida dicti Marchionatus pignori variis, &dinersis vniuersitatibus, & personis dedisse, & fol.80. legitur fuisse factam consignationẽ, & remissionem dictorum locorum, & castrorum per prefatum Marchionem pignoratorũ officialibus eiusdem Imperatoris Federici.

Legitur pariter in dicta Cronica fol.33. Federicum secundum donasse prædicto Guilielmo Castra Paciliani Torcelli, & Cunioli, de qua donatione constare dicitur rescripto prædicti Imperatoris dato apud Spirã anno 1219. nono kalendas Martij,quam donationem dictus Federicus confirmauit Bonifacio filio d. Guilielmi anno 1239. vt in dicta Cronica fol. 83.Scribitur etiam eadẽ Cronica.fol. 86. facie 2.& fo.seq.Bonifacium quartum Marchionẽ Montisferrati prædicti Guilielmi filium anno 1253. die 12. Iunij suo testamento substituisse Guilielmo eius filio instituto sine liberis decedẽti Alasiam eiusdẽ Bonifacij testatoris filiã, si ea tẽpore mortis Guilielmi fratris innupta esset alias substituisse Thomã Manfredi Marchionis Salutiarum filium eius consobrinum.

Et

Et fol. 89. facie 2. & fol. 90. facie 1. legitur etiam dictum Gullielmum Marchionem Mõtisferrati anno 1257. quinto Kalẽdas Aprilis pignori obligasse p̃ dotibus Isabellæ suæ vxoris oppida Clauasij, & plura alia tam vltra, quàm citra Paduũ consistentia.

Aliã pactiouem huic de qua agimus conformem scribit idem Beneuenutus fol. 92. factam inter Gullielmum septimum cognomento magnum Marchionem Montisferrati, & Alfontium Regem Castellæ, qua cautum legitur, quòd si contingeret prædictum Marchionem sine filijs masculis decedere totus Marchionatus, Montisferrati cũ hominibus, iurisdictionibus vassallis, & cęteris peruenire deberet pro dote, & nomine dotis Margaritæ dicti Marchionis filiæ vxoris futuræ Ioannis præfati Alphonsi Regis filij, cum reseruatione tamen, quod ipse Marchio posset durante eius vita disponere de prędicto dominio, put erat solitum exceptis castris Montiscalui, & Vignalis quæ pro dotibus Beatricis prædicti Marchionis vxoris erant obnoxia, Et si cõtingeret dictum Marchionem perire relictis filiabus tuc eas dotari debere, & in residuo succederet Ioannes Regis Alfõsi filius, de qua conuentione scribit idem Beneuenutus rogatum fuisse instrumentum per Manfredũ Machariũ Notarium anno 1261. die 18. Octobris.

Scribitur pariter eadem cronica fo. 101. Ciuitatem Albæ sedediſſe Gullielmo Marchioni Mõtisferrati anno 1282. & fol. 100. facie 2. dicit Ciuitatẽ Casalis anno 1303. die 25. Iulij pariter fuisse ab agentibus nomine vniuersitatis donatam, & traditam prędicto Ioanni Saxono, & eius filijs in perpetuum constante instrumento recepto per quendam Odonem de Bargone Parmensem Notarium.

Legimus etiã in eisdem cronicis fo 111. Ioãnem prędicti Gullielmi filium, & vltimum ex liberis masculis prædicti Aledrami suum condidisse testamentũ, & filijs, seu filiabus suis institutis sine filijs decedentibus Yolandam eius sororem, & Andronici Paleologi prędecorũ Imperatoris vxorem substituisse, & ipsius Yolandæ nlios, & eis non existentibus hęredibus substituit aliarum sororum Alasiæ, & Margaritæ filios, & vltimo loco substituit Manfredũ Marchionem Salutiarũ, & de eo testamento dicit rogatum fuisse instrumentum per Facium Ricobonum notarium de Clauasio anno 1305. die 18. Ianuarij, huius testamenti meminit etiã Socin. iun. d. cons. 76. nu. 42. & 49. & Gozad. d. cons. 8. nu. 25. & 35. ac Sormanus Procurator Ducum Mantuæ in processu litis fo. 127. fatetur, quòd dicti testamenti vigore in Marchionatu succesſit prædictus Theodorus Paleologus, & fo. 280. ac in anteecedentibus foliis fatetur Marchiones Montisferrati à Gullielmo Aledrami primi Marchionis filio vsque ad ipsum Theodorum primum Paleologum succesſisse in dicto Marchionatu, vti hæredes prędefunctorum Marchionum, & fol. 304. etiam dictæ institutionis, & substitutionis meminit, quod quidem testamentum Ioannis Saxoni legitur à Procuratore Ducum Mantuæ produdum dicto processu fol. 445. & seq.

His addi possunt cõtractus, & dispositiones factę à Marchionibus vsque ad prędictũ Theodorum, de quibus dicetur in sequenti articulo pentionis particularis, ex quibus cõtractibus, & testamẽtis manifeste constat dicta bona ab Aledramo prędicto vsque ad prędictum Theodorum Paleologum habita, tenta, & possessa fuisse saltẽ vti feuda impropria, & alienabilia, proinde prædictum pactum fieri potuisse.

Nec p̃dictis repugnat asserta inuestitura Federici primi anno 1164. tertio nonas Octobris à parte producta fo. 318. quia si diligenter eam perscrutabimur nõ legitur facta de toto Marchionatu, sed de quibusdam oppidis ibidem particularitèr designatis inter, quæ nonnulla sunt sita extra terminos Marchionatus supra descriptos. Et dato, quòd omnia essent comprehensa intra prędicta flumina Padi, & Tanagri nihilominus ex illis particularibus oppidis non potest argui ad totum Marchionatum, & alia oppida Marchionatus multò plura, & insigniora, vt ipsa rei euidentia apparet, & propterea non valet argumentum, quòd à patronis causæ aduersantibus fit, arguendo a qualitate quorundam oppidorum ad totum Marchionatum, cum negetur minor propositio ar-
14 gumenti, † quia sub contento nõ continetur continens. l. clauib. ff. de contrah. empt. l. per fundum. §. 1. ff. de vsu, & habi. facit regula. l. in agris, ff. de acq. rer. dom. & l. si quis cum totum. ff. de except. rei iud. Colleg. Bon. in casu nostro in cons. contra Marchionem Salutiarum nu. 49. Et hæc multò magis procedunt quãdo repugnat iuris prędumptio, qua omnia præsumuntur libera. l. altius. C. de seruit. & aqua. Brun. cons. 1. nu. 1. imò contrarium probatur ex instrumento obligationis inter Gullielmũ Sextum Marchionẽ Montisferrati, & Federicum secundum Imperatorẽ anno 1220. die 4. Martij, cuius tenor legitur in dicta cronica fo. 76. & seq. Nec verũ est, vt pars asserit prædicta oppida fuisse in augmentũ feudi data Gullielmo, cùm dictio in augmentũ ibi posita respiciat Imperatorem non bona. Sic enim scripta leguntur, ad augmentũ gratiæ nostræ. Et dato, quod illæ dictiones in augmentũ respicerent bona, attamen non valet argumentum, quòd qualitas adiecta rei quæ additur alteri extendatur ad rẽ cui fit additio, imò è contra cùm regulariter accessorium sequatur naturã principalis non è contra. l. cũ principalis. ff. de reg. iur. cap. accessoriũ de reg. iur. in 6. cum alijs cumulatis à Brun. de augmento, in 5. quæst. principali. Præterea licet in principio dicti priuilegij dicatur, quòd facit inuestituram prædicto Gullielmo Marchioni Montisferrati, & suis hæredibus per rectum feudum de castris possionibus, & villis ibidem descriptis, attamen post dictorum bonorũ descriptionem apposita sunt sequentia verba.

Hæc omnia intercedẽte charissima cõsorte nostra Beatrice Imperatrice largimur, damus, concedimus, donamus, dicto Gullielmo Marchioni

chioni suisq; hæredibus,cùm omnibus regalibus cum omni iure & honore,& districtu,placito,& vtilitate,etiam cũ omni plenitudine,& integritate excepto fodro Regali,et salua fidelitate nostra,quę reseruatio seu exceptio regulariter firmat regulam in contrarium vulgata. l.quæsitum.§.denique vb. Bar.ff.de fide instr. l.nã quòd liquidè.ff de pecu.leg multò magis attenta dicta clausula,cum omni iure honore districtu, placito, vtilitate cum omni plenitudine,& integritate,quæ verba faciunt feudum omnino hereditarium,vt statim probabimus.

Nec euam nocet priuilegiũ Henrici Sexti factum anno 1191.die octaua Octobris etiã a parte productum, cùm patiter si particulare, & licet in eo appareat Bonifacium filium prędicti Gulielmi fuisse inuestitum in feudum pro se hæredibus, & successoribus in perpetuũ de locis Gamundi, Marenghi, & Fori, nihilominus etiam addit quòd omnia castra villas,possessiones, honores,iurisdictiones,iura, & vniuersa regalia,quę ipse Bonifacius,& eius pater possedit, & in super omnia quæ in priuilegijs dicto Bonifacio concessis continentur,eidem
15 liberè,& plenariè concessit,& confirmauit † ex quibus clausulis,& dictionibus,supra dictis additis tàm in priuilegio Federici primi quàm Henrici sexti liquidissimè patet bona prędicta quatenus possent dici feudalia,esse tamen feuda impropria disponibilia,& alienabilia in omnes etiam extraneas personas,& de eis potuisse dictos Marchiones ad libitum disponere,& pacisci iuxta not. per Afflict. & alios in cap.1. de feud.non haben.propr.nat.facit tex. in c.2. §.fin.extra de feud. quem adhoc citat Signo-
16 rol.cons.210.nu.3.dicens†quod verbum liberè in feudis exponitur ideſt sine distinctione personarum, nam huiusmodi verba eius sunt naturæ vt non requiratur alterius licentia,authoritas,consensus,ministerium ;aut factum , vt de dictione liberè latè scribit Dec. cõs.131. in princip.consil.309.num.4.& 5.& cons.152. colum.1.Curt.iun.cons.2.colum.1.vers. tertia præmittitur conclusio Alba. cosil.8. & nu.17. Ruin.cons.18.nu.6.& seq. volum.1. Galiaul. in repet.l.centurio col.77. vers. quarto limita. & ibi latè in additio. vbi concludit verbum liberè denotare propriã authoritatem. Cuma. cons.3.num.1.post.Bar.in l.precibus num.16. C.de impub & alijs substitu.& ibi Curt.iun n. 65.Socin.iun.in rep.l.centurio.num.336.ff.de vulg.& pup.& remouet omnem cõdinonem, & moram Oldra.cons.225,num.10.Tiraquel. in consuetud.Pictau.titulo 14.§.1.glo.3. & tit. 16.§.4.in glo.2.in amplia.& in rep.l. si vnquã, in verbo. reuertatur num.134. & duobus seq. post inumeros Doctor. more suo congestos, appositè in materia feudi Rollan.à Valle col. 42.num.18.& seq.post Archid. Bar.Bal.Butr. Alexand.Corn.Gozad.& Crauet.per eum citatos dicens verbum liberè importare meram & absolutam dispositionem sine impedimento,& contradictione alicuius , Alex. cons.40. num.5.volum.6.sequitur Nat.cons.130.num. 9.& seq. & cons.130.num.10. Beltran. consil. 90.in fine,in 2.parte 2.vol.dicens verbũ liberè plenitudinem potestatis significare.c.de multa de præben.per quẽ tex.glo.in c.cum plures in verbo liberè de off.deleg.in 6. dicit liberè ideſt,
17 etiam nõ requisito collega,†& de dictionibus integrè , & integritate latissimè Boer. quæst. 44.nu.31.& duobus seq. Natta cons.464.nu.9. & 10. concludens post glos. Angel. Alexand. & Bald.per eum citatos,& per tex. in l.si quãdo.C. de bon.vacan. lib.10.quòd dictiones cũ integritate positæ in priuilegio Principis operãtur,vt Princeps nihil videatur sibi reseruasse, sed omne ius suum in alium transfudisse Dec. in c.fin.col.fin.vers.quinto, & vltimo noto de confir.vtil.vel inutil.& de verbo plenariè, Tiraquel.in reper.d.l.si vnquã in verbo reuertatur,nu.128.ità quòd potest de eo liberè disponere Afflict.de feudo non haben.propr.nat.in fi. Quinimo iure defendi posset, quod attentis prędictis clausulis vniuersalibus,& prægnãtibus,prædicta priuilegia seu inuestituræ Federici primi,& Henrici VI. sonẽt in donationẽ, non obstãtibus illis verbis in feudum inuestimus,ex his, quæ tradit Dec.cons.193, nu.2. & sequen.post Oldr. Angel. Alex.& alios per eũ citatos Neuiz.cons.12.nu.72. & seq. post plures per eum adductos,eò maximè cùm nõ appareat fuisset præstitum iuramẽnum fidelitatis, nec factum aliquod homagium per prędictos Gullielmum,& Bonifacium dictis Imperatoribus,ideo liquet non vrgere quæ opponũtur de defectu consensus Imperatoris alienandi prædictum Marchionatum, & bona de quib"
18 agitur† tamquàm ille consensus esset necessarius non obstante dicta facultate alienandi cõcessã in inuestitura secundum Alex.cons.106. num.4.& 5.volum.4.cum ex suprascriptis appareat cõmunem opinionem esse cõtra Alex. qui etiam fuit sibi contrarius in cons.173. nu. 5. volum.2. & hanc communem etiã testatur Iaſin l fin. num.4. C.de iure emphi. Socin. cons.257.nu.5.latissimè Cur.de feud.in 4.parte princip. secunda regula vers. quinto quero, dicens Docto.ità cõmuniter tenere Sul. Clar. in §.feudum,quæst.41.vers. tu adeo aduerte.

Et ab hac in propria,& alienabili natura feudi recessum nõ fuit per prætensas inuestituras dicto Theodoro, & alijs in dicto Marchionatu successoribus concessas in actis productas, Quoniam si inuestiturã Henrici VII. Imperatoris præfato Theodoro anno 13to.septimo Kalẽdas Decembris factam à parte productã, & etiam à Beneuento relatã inspicimus,cui-
19 denter ex ea demonstratur† Marchionatum, & alia bona de quibus agitur esse feuda hæreditaria impropria,& alienabilia. Primò ex illis verbis inuestituræ pro se,& hæredibus suis, quæ faciunt feudum censeri hæreditarium secũdum quid,seu mixtum ideſt quòd filius seu descendens qui vult succedere sit hæres primi inuestiti mediatus seu immediatus , ita tenent Isern.de inuestit.de re alie fac.vers.quod ergo in fin.Bar in l.ex facto.§.fi.circa fin,ff.ad Trebell. Alex. cons.10. num.8.vol.3.dicens hanc opinionem esse magis cõmuniter approbatã

cons

conf. 55. num. 6. vol. 4. Curt. iun. de feud. in prima par. quæst. 8. col. 5 versꝰ quarto sub hac, & in conf. 1. num. 12. Iacob. à Sanct. Georgio in sua inuestitura, in verbo, ita quòd inuestiti habeant, &c. num. 2. latè Paris. conf. 2. num. 17. & conf. 5. num. 2. conf. 3. num 8. & 13. attestans omnes Doctos. ita tenere vol. 1. & latius, ac in casu nostro in conf. 23. num. 160. & seq. eodem lib. 1. Socin. conf. 10. nu. 14. inter consilia Bruni 10. Campeg. inter eadem consilia Bruni conf. 11. nu. 3. idem Brun. conf. 24. Socin. iun. d. conf. 76. num. 7 & vol. 1. conf. 95. num. 26. vol. 3. Alex de Alex. conf. 52 nu. 53. & seq. inter conf. Sigismundi, Dec conf. 20. num. 7 & vol. 2 2. versꝰ primo ergo non obstat, & nu. 10. & conf. 144. num. 8. Afflict. decis. 112. num. 5. Crau. conf. 197. num. 5. attestans hanc esse communem opinionẽ Dydac. lib. 2. var. resolut. cap. 18. num. 2. & hanc communem esse dicit Alci. resp. 180 Clarus de feud. quæst. 9. Rol. à Valle conf. 67. num. 30. & seq. vol. 1. & conf 67. nu. 22. & 23. vol. 2. & conf. 10. nu. 13. conf. 28. nu. 9. vol. 3. vbique affirmans istã esse receptissimam sententiam Nat. conf. 160. nu. 2. & seq. Viui. in suis communibus conclusionibus in verbo, feudum hæreditarium.

Secundò ex eo, quòd præfatus Theodorus in dicta inuestitura petijt sese inuestiri eo modo, & forma, quo, & qua sui prædecessores ipsum Marchionatum in feudum tenere cõsueuerunt, & in verbis dispositiuis sunt clausulæ ad priores inuestituras siue concessiones relatiuæ, videlicet, ita quodamodo idem Marchio pro se, & heredibus suis dictum feudũ habeat, & teneat, sicut, & eo modo, & forma quo, & qua prædecessores Marchiones Montisferrati habere, ac tenere consueuerunt, † quæ quidẽ verba sui natura sunt restrictiua, repetuntq; omnes qualitates in præcedentibus dispositionibus expressas. l. 3. s. eodem modo, & ibi glo. ff. nau. caup. fabula. l. à filio 8. si testator in fin. ff. de alim. & cib. leg. ex quibus, ita notat Aret. conf. 156. col. 2. in prin. vbi post Bart. & iura p eum citata dicit istud generale esse in omnib⁹ dictionibus relatiuis, ꝙ etiam approbat Paul. de Castr. conf. 461. col. 2. vers. ex quibus omnibus vol. 1. loquens de dictione sicut, & concludens, quòd vbi de anterioribus concessionib⁹, seu inuestituris apparet, nona cõcessio dicitur præcedentiũ confirmatio Alex. conf. 30. nu. 6. vol. 1. conf. 9. nu. 12 vers. & hoc saltem vol. 5. Felin. in cap. quoniam Abbas nu. 12. de offi. de leg. Dec. conf. 63. num. 6. Curt. iun. conf. 92. num 9. Rip. lib. 2. respon. cap. 6. num. 4. & seq. Paris. conf. 5. nu 6. & in terminis nostris conf. 22. nu. 10. & seq. vol. 1 Ruin. conf. 23. num 11. volu. 1. qui omnes loquuntur de dictionibus sicut, & prout, & secundum, de quibus etiam latè Gram. scribit decis. 50. num. 7. 8. & 9. concludens post Bart. Bald. Castr. Abb. Aret. Riminal. & Felin. locis per eum citatis † quòd quamuis regulariter dictiones prout, sicut, secundum, & aliæ similes positæ in priuilegijs stent causaliter, & assertiuè, & non conditionaliter, attamen quando aliquid de præterito dicitur, & de illo constat, tunc huiusmodi dictiones, prout, sicut, secundũ, & alię similes in priuilegijs, & concessionibus positæ tant cõditionaliter, dispositiuè, & limitatiuè, ac dispositionem, in qua descriptæ reperiuntur restringunt ad relata, & nu. 12. dicit illam esse communem opinionẽ, quam etiam tenet Gozad. conf. 57. nu. 16. latissimè Paris. quem rogo videri col. 23. nu. 48. & trib. seq. vol. 1. post Dyn. Bar. Aret. Felin. Paul. de Castro, & Abb. per eum citatos. Crau. conf. 135. num. 15. Hugo dissuus conf. 120. nu. 21. hinc dicit Socin. iun. conf. 122. nu. 33, vol. 3. post plures ab eo citatos, & conf. 76. num. 44. vol. 1. post Butr. in cap. fin. in 4. notab. de restit. spol. quòd dictio sicut, omnimodam similitudinem importat, tam in substantia, quàm in qualitate, quod etiam firmat Bell. conf. 20. nu. 1. 2. & 3. conf. 59. num. 3. latissimè Tiraq. de leg. connu. in ver. exprel. gl. 5. nu. 176. & 177. his accedunt † quæ de inuestitura renouata scribit Dec. conf. 53. in qua secundum eum omnia in præcedentibus descripta repetita censentur Rip. lib. 2. respon. cap. 1. nu. 29. Camer. in repet. cap. Imperialem fol. 71. littera F. de prolib. feud. alien. per Feder. Collegiũ Ponon. in hac causa respõdens in conf. contra Marchionẽ Salutiarum nu. 39 & seq. His deferuiunt quæ scribunt Nat. conf. 676. nu. 8. & Rol à Valle conf. 58. nu. 23. vol 3. quòd licet relatiuum, quis, vel qui sit relatiuũ substantiæ non tamen fieri relationẽ ad solã substantiam sui antecedentis, sed omnes conditiones qualitates, & modos ad quæ disponens se refert ex quibus patet hanc esse receptissimam sententiam, à qua in indicando nõ est recedendum. Cùm igitur ex actis constet de priuilegijs, & concessionibus dictorũ Ortonis, Federici primi, Henrici Sexti, & de aliis pluribus dispositionibus, tàm per contractus, quàm per vltimas volũtates à Marchionibus ante dictam inuestituram Henrici VII. factis, ex quibus liquet Marchiones consueuisse habere, & tenere bona, de quibus agitur liberè, & plenariè, cum omni iure, & honore, districtu, placito, volũtate, cum omni plenitudine, & integritate, ac vti saltem feuda impropria, & alienabilia: consequens est, vt per inuestituram Henrici VII. factam Theodoro predicto relatiuam ad eum modum, & formam, quo, & qua habere, & tenere consueuerunt Marchiones prædecessores non sit alterata prima natura dictorũ bonorũ, quin potuerit dictus Theodorus prout eius prædecessores, pacisci, & disponere de dictis bonis modo quo disposuit. Nec mouere debet, quod opponitur per pdicta verba relatiua nõ debere fieri relationẽ ad inuestituram. Aledramo factam tanquam sonet in meram donationẽ, quæ aduersari dicitur concessioni in feudũ, ideo vti incompatibilem non esse ad ea faciendam relationem, ne infirmetur inuestitura secundum Decium conf. 14. num. 5. vers. confirmatur, quia respõdetur † predictam concessionem Ottonis posse dici esse donationẽ in feudum alienabile tamen, & impropriũ rationibus a Paristo alle-

allegatis d. conf. 21. 5 nu. 17. vsq; ad nu. 45. appositè Socin. conf. 253. nu. 19. & col. fin. vers. quinto confirmatur Cor. conf. 16. litera A. B. & C. vol. 1. & ita inter pretando tollitur repugnantia allegata. Poteſt etiam reſponderi. poſito quòd non deberet fieri relatio ad prædictam conceſſionem Ottonis, ſed ad inueſtituras Federici primi, & Henrici VI. attamen dicimus dictas conceſſiones ſeu inueſtituras attentis prædictis clauſulis cum omnimoda plenitudine, &c. conſtituere Marchionatum in feudum alienabile, & impropriũm.

Nec obſtat ſi dicatur, relationem dictæ inueſtituræ Theodori poſſe fieri ad aſſertam inueſtituram Federici II. anno 1245. Bonifacio Marchioni Montiſferrati factam, qua cauetur dictum Marchionem, & eius hæredes ſemper debere tenere bona de quib. inueſtitur immediatè ab Imperio, & nunquam de dominio Imperij ea ſubtrahere, quia contra ſcripturam producta plura opponuntur.

24 Primò fidem non faceret ſcùm careat die, cuius deffectus tollit fidem ſcripturæ Bart. Iaſ. & communiter Doct. in l ſi quis ex argentarijs. §. initium. ff. de eden. Felin. in c. 1. de fide inſtru.

Secundò opponitur deffectus poteſtatis di-25 cti Federici II. † cùm iam eſſet excommunicatus, & hæreticus declaratus, Imperioq; priuatus à Gregorio nono, anno 1238. teſte Carione lib. 3. monar. 4. eta. 3. col. 402. poſt Blond. lib. 7. Decade. 1. necnon ab Innoc. 4. in Lugdunenſi Conſilio anno 1244. & 1245. teſtibus Onofrio Panuinio Hæremitano col. 148. Io. Andr. in addit. ad glo. in c. nemo de ellec. in 6. & eſt tex. in indiuiduo in c. 2. de ſenten. & re iud. in 6. quem citat glo. in c. vt inquiſitionis in prin. in dictione tunc de hæret. in 6. Modern. Pariſ. de feud. titu. 1. num. 42. & 43.

Tertiò obijcitur non eſſe veriſimile cũ in ea proponatur dictum Bonifacium aliqua mollitum fuiſſe in ipſum Imperatorem, & Imperiũ, propter quę meruit priuari Marchionatu, & nihilominus nullus cronicorũ Montiſferrati ſcriptor mentionem aliquam de his fecit. Quinimò Beneuentus dicta cronica fol. 82. & ſeq. deſcribit Priuilegium dicti Federici conceſſum dicto Bonifacio anno 1239. in quo priuilegio Federicus II. atteſtatur dictum Bonifacium ſibi & pro genitoribus ſuis ſemper fuiſſe fidelem, nec aliquam mentionem facit Beneuentus in dicta ſua cronica de dicto priuilegio. 245. quo fit, vt non careat ſuſpicione, cùm veriſimile ſit, quòd ſi fuiſſet conceſſum, eius meminiſſet Beneuentus in dicta ſua cronica.

Præterea in aſſerta inueſtitura dicitur quòd ſit de rectis feudis ſuis, quæ ipſe Bonifacius tenebat ab Imperio, verum cum non conſtet dictum Bonifacium antea tenuiſſe ab Imperio, Marchionatum, & alia bona in feudum rectũ, conſequens eſt ex dicta inueſtitura non probari dicta bona eſſe feuda recta, argumento not. in l. à filio. §. teſtator, & ſeq. ff. de alimen. & ci-26 ba. lega. vbi † relatiuum (quæ) reſtringit, & limitat antecedentia. faciunt notata in l. ſi fic. §. 1. vbi Bart. communiter receptus. ff. de leg. 1. & ibi Iaſ. num. 10. poſt Bald. de feud. guar. & Alexand. conſ. 187. num. 10. volum. 2. Signorol. conſ. 10.

Quinimò ſi videbitur priuileg'um ſiue inueſtitura facta à dicto Federico II. præfato Bonifacio anno 1239. vltima Auguſti cuius tenorẽ ſcribit Beneuentus in ſua cronica fo. 82. & ſeq. legitur dictum Bonifacium inueſtitum fuiſſe de omnibus his, quæ tam ipſe, quàm prædeceſſores ab Imperatoribus tenuerunt, adepti & vſi ſunt quolibet iuſto titulo, videlicet, quæ de demanio tenebat in demanium, quæ de ſeruitio in ſeruitium, & ſpecialiter de caſtris Paciliani, Torcelli, & Cunioli cum omnibus iuribus quæ Imperiũ habet, qua conceſſione ſic ſtante nihil videtur alteratum a prioribus conceſſionibus, 27 & more vtendi. Nam † demania ſunt ea, quæ erant, & ſunt in poteſtate, & dominio Principis, & Principi tanquam Principi ſpectant Lucas de pen. in l. quicunq; C. de omni agro de ſerlib. 12. quem citant Moder. Pariſ. de feud. §. 30. Iſer. & Affilch. in tit. de prohib. feud. aliena. per Federic. §. præterea. Ducatus num. 46. & 65. & ſeq. Gulliel. à Perno conſ. 5. num. 6. & ſeq. Rip. lib. 1. reſponio cap. 1. num. 11. & ex hac inueſtitura apparet, dictum Bonifacium bona quæ tenebat, & poſſidebat non teneriſſe in rectum, & proprium feudum ab Imperio, quòd comprobatur ex dicto teſtamento prædicti Bonifacij facto anno 1252. de quo ſupra diximus, in quo ſubſtituit Guilielmo ſuo filio Alaſiam eius filiam ſi in nupta fuiſſet, alias Manfredum Marchionem Saluſtiarum quas ſubſtitutiones non feciſſet, ſi tenuiſſet Marchionatum iure feudi recti, & proprij cap. 1. de ſucceſſ. feud.

Et ex his etiam tolluntur quæ de priuilegio à Conrado Rege filio dicti Federici II. eidem Bonifacio conceſſo anno 1253. die 4. menſis Maij dicuntur, cuius tenor inſertus eſt in prætenſo priuilegio Caroli IIII. anno 1455. tertio nonas Februarij, quod aliunde non adueritatur cùm particulare ſit de locis, quæ aſſerit ob crimen læſæ maieſtatis per quendam Manfredum Lanzam violentum Marchionem, rebellem ad curiam deuoluta fuiſſe. Cùm igitur non conſtet quæ oppida deuoluta fuerint, ergo nihil eſt conceſſum d. l. ſi ſic. vbi Bartol. & alij. ff. de leg. 1. cum a lijs ſupra allegatis quibus addo Socin. conſ. 96. nu. 11. Dec. conſ. 302. nu. 11. verſ. præterea. Accedat quod in dictis inueſturis Fe-28 derici, & Conradi † non legitur aliquis actus traditionis poſſeſſionis, verus vel fictus, aut ſaltem abuſiuus per traditionem haſtæ, enſis, baculi, vel alterius rei corporalis, nec aliquod iuramentum fidelitatis legitur præſtitum prout fieri debet præſertim in feudis propriis c. 1. quid ſit inueſtitura Corn. conſ. 16. litera L. & V. lib. 1. cum alijs cumulatis per Affilch. deciſ. 209. nu. 2. minuſque facta recognitio è dicto Bonifacio ad quam tenebatur ex forma dictæ inneſtiturę.

Ex præmiſſis ergo ſequitur, vt ſepè dictum eſt, primam dicti Marchionatus naturã per inueſturam Henrici VII. mutatam non fuiſſe, prædictaq; verba, ita, quodãmodo, ſicut prout 30 modo, &c. ſtare conditionaliter limitatiuè,

sed solum notarius vtatur verbo scripsi, præsertim si reperiatur in protocolis, seu quinternis instrumentorum, teste Bar. in l. seiendum nu. 11. vers. sed quid si dixit ego notarius scripsi. ff. de verbor. obligat. quem sequitur Alexan. ibi colum. 10. & Ia. num. 39. & 40. Alciat. num. 23. Hicro. Butig. num. 59. Crot. num. 26. vbi in fine dicit, talem præsumptionem rogitus induci, vt actus valeat, multo magis, vbi de rogitu manifestè apparet, præsumi debet quilibet notarius rogatus in solidum, vt instrumentum sustineatur, & probet. Nec prædictis aduertatur Alex. consi. 124. vol. 7. quia in casu suo expresse dicebatur, alium notarium fuisse simul rogatū, vt apparet in illis verbis geminatis, vna cum ser Iohane Conte notario vna secum rogato, & hæc est forma communis ferè omnium notariorum, quando plures notarij sunt de eodem instrumento simul rogati, vtex subscriptionibus instrumentorum in actis producto-
24 rū apparet. Et hæc Decij conclusio eoadua-
tur ex eo † quod officium cuiuslibet tabellionis est publicum authoritate, & vtilitate etiam priuatum, l. j. & l. generali. C. de rabul. lib. 10. l. non aliter. ff. de adoptio. & vbi q. Doctor. c. 2. de fide instrum. Bald. in l. j. colum 4. C. per quas personas nobis acquirit. hinc sequitur, quod cum sit publicum authoritate, quilibet de receptione alicuius instrumenti rogatus in dubio censeri debet insolidum iuxta doctrinam Bartol. in repetit. l. 1. §. si plures colum. 2. vers. vt igitur liqueat hęc materia. ff. de exer-
25 cito. quo loci dicit, † quod quādo plures sunt, quorum officium est authoritate publicum, & administratio cuius officij est ordinaria, tunc competit cuilibet insolidum, quam doctrinā sequitur Dec. post Abb. in c. prudentiam col. 3. versic. secunda conclusio de off. deleg. dicēs eam esse communiter receptam, et idem Bar. in l. Pomponius, alias si vni. ff. de re iudic. vbi dicit, plures iusitores, & exercitores in dubio præsumi insolidum constitutos, sed vt præ-
diximus, notarij habet officium publicum authoritate, æquiparanturque iudicibus ordina-
26 rijs † cum habeant iurisdictionem ordinariam voluntariam, dicanturq; iudices cartularij, secundum glos. in l. 1. in verbo qui tribunali in fine. 1. ff. de iud. & ibi Doctor. Socin. consil. 51. num. 2. volum. 1. post Angel. & Alexand. in l. ait Prætor. §. si iudex colum. 2. ff. de re iudic. Corn. consil. 238. littera a, & consil. 259. littera c. volum. 3. & in addit. ad Matheſil. singul. primo, numer. 14. ergo censeri debet insolidum quilibet rogatus, ita sentit Alexand. d. consil. 92. num. 3. versic. si autem tabelliones æquiparantur iudicibus ordinarijs vol. 2. quo argumēto in terminis nostris vtitur Gul. Bened. in rep. c. Rainutius in verbo mormo 1. num. 419. post Innoc. & Paul. de Castro per cum citatos, & hæc confirmantur ex his quæ de pluribus tutoribus scribit Areun. consi. 64.
27 colum. 1. versicu. & ista conclusio † qui cùm sui natura habeant administrationem insolidum, si plures adhibeantur, censeri debent insolidum, secundum sui naturam adhibiti, sic dicendum est in pluribus notarijs, quia, & ipsi sui natura habent administrationem sui officij insolidum d. l. generali C. de rabul. lib. 10. & c. 2. de fide instrument. & ex prædicta doctrina Bartol. in d. §. si plures, ita iudicauerunt domini auditores Rotæ inter quos erat Illustrissimus, & Reuerendissimus ac doctissimus Cardinalis Putheus anno 1540. die 21. Iunij cotā Reuerendis. D. P. Aemilio Verallo in curia Romana, super restitutione dotis, Et ex. His tollunture omnia quæ in contrarium adducuntur de duobus procuratoribus, mandatarijs, dellegatis, & arbitris, quorum omnium concursus requiri dicitur, cum eorum officium non sit publicum authoritate, & sui natura ordinarium, sed ex est in tabellione, cuius officium est publicum authoritate & ordinarium iuxta suam naturam per quēlibet poterit explicari: His deferuiunt quæ scribit idem Alexan. consi. 73.
num. 7. volum. 1. per tex. cum glos. in l. 1. C. de vsur. vbi concludit, præsumi notarium rogatum fuisse, eo ipso quod fecit instrumentum, & non est præsumendū quod dictus Raynaudus solus subscripsisset instrumentū insolidū,
28 nisi fuisset rogatus insolidum, † præsumitur enim pro tabellione Dec. consi. 552. numer. 5. quod præterea in antiquissimis instrumentis procedere dicit, cui adiapulantur quæ scribit Aret. consil. 96. colum. 1. loquens de instrumento iam annis centum, & triginta tunc elapsis confecto, vt propter lapsum antiquissimi temporis licentia, & consensus Papæ requisitus ad validitatem actus interuenisse præsumatur, cōcludens post glos. Butr. Angel. & Imolocis citatos, quod vbi requiritur consensus ad validitatem actus, præsumitur in facto antiquo interuenisse, His accedunt quæ docte scribit Boet. decis. 281. numero 17. ex antiquissimo tempore præsumi mandatum, sic dicendum est in rogitu notarij, vt vbi ad validitatē actus seu instrumenti requiritur rogitus cuiuslibet notarij insolidum is interuenisse propter temporis antiquitatem præsumitur, cum tempore rogitus potuerit hoc interuenire, & colum. fin. versic. Ad secundum dico, tenet exemplo instrumenti antiqui credi, & præsumi omnia solemniter acta propter antiquitatem, scilicet mandatum, seu commissionem iudicis, quem refert, & sequitur Decius consi. 445. num. 15. post Curiam, consilio 158. col. 2. confert quod dicitur, appocham priuatam nullo adminiculo iustificatam non probare, attamen si ea sit antiqua, fidem facit Ia. consil. 65. colum. 3. vo-
29 lum. 3. † nam in instrumentis antiquitas multum potest ad augendum eorum fidem, vt late concludit Iason. consil. 120. num. 1. volum. 1. & consi. 65. vol. 3. in l. admonendi nu. 244. ff. de iurciur. Fel. in c. 1. nu. 10. de fide instr. vbi loquens de scriptura priuata concludit post Specul. Io. And. Butr. & Abb. per eum citatos, q priuata scriptura vetus facit præsumptionem vel semiplenam probationē. Crau. consi. 274. nu. 4. & 5. post Cy. Bar. Alex. Socin. Ia. Corn. Paul. de Castr. Butr. & Felin. & Guid Pap. per cū citatos. His etiā accedunt notata per Dec. cons.

conſil.13.numer.8.quòd probatio imperfecta redditur plena, & integra per curſum centum annorum, & deſeruiunt adducta per Doct. in l.ſciendum ff. de verbor.obligat.in l.qui alien. ff.de acquir.hæred.& in l.ſi filius.C.de petitio. hæred.latè Dec.conſil.341.num.13. & conſil. 409.quòd propter temporis antiquitatem omnia præſumantur ſolemniter acta,& omne vitium purgatum Felin. latè in c. Albericus nu. 3.& 4. de teſtib. vbi circa fin. cõcluditur hanc eſſe communem opinionem in ſcripturis antiquiſſimis ſiue de magno, ſiue paruo præiudicio agatur.per glo. ordinariam etiam communiter receptam,in c.peruenit de emptio.& venditio. Et idem ſentit Iaſ. in conſilio ex aduerſo allegato. 148. circa finem vol. 4. At inſtrumẽtum de quo agitur, eſt antiquiſſimum, cum annis ducẽtum, & vltra à die productionis confectum appareat,ergo eſt publicum,& ſolenne, Et ſi dicatur, prædicta de antiquitate non procedere, quando ex lectura inſtromenti clarè apparet,duos notarios fuiſſe rogatos, & vnum tãtum ſcripſiſſe,& ſignaſſe iuxta cumulata in deciſ.Ped.172. nu.7.

Reſpondetur, quòd ex lectura dicti inſtrumenti nõ liquet,aliquos notarios fuiſſe de receptione dicti inſtumẽti rogatos,vt ſupra abũde demonſtratum extitit. Secundò reſpondetur,poſito,quod conſtaret,alios duos notarios fuiſſe de dicta receptione etiam rogatos, attamen non ſequitur,vt vnus ſine alijs leuare nõ poſſit, cùm hoc non fuerit expreſſum tunc enim diceretur clarè conſtare contrahentes noluiſſe vnum ſine alijs ſcribere, & ſignare dictum inſtrumentũ, argumento nota.per Bar. d.conſ.147.nu.2.Præterea eiuſdem inſtrumẽti fides ex eo comprobatur,q͡p de alio inſtrumẽto conſtitutionis dotium; vel alio titulo dictæ Yolandæ non apparet, & tamen verisimile non eſt,nullum fuiſſe factum inſtrumentum
30 dotale, † cùm tam ex conſuetudine,quàm ex iuris communis diſpoſitione, fieri debeãt huiuſmodi inſtrumenta dotalia præſertim quando inter Illuſtres perſonas nuptiæ fiunt, vt in authen. quib.mod.nat.effic. legit.§. quia vero dudum in militijs, & in auth. vt licea ma. aut aui.§. nec quoniam, Nec mouere iudices debet,q͡ſi fieri poſſit,aliud extare inſtrumẽtũ,quia
31 reſpondetur † plura inſtrumenta non præſumi ſecundùm Salic.poſt Bal.l.2.n.2.C.de erro. aduo.Alex.conſ.16.nu.30. volum.6. Iaſ.conſ. 77.num.13.volum.4. & hæc in caſu noſtro eo maximè procedere debent.cùm notorium ſit. ex actiſque apparet, dictos Aymonem Comitem Sabaudiæ,ac Yolandam eius vxorem, eorumq; ſucceſſores vſq; in præſens à tempore dicti inſtrumenti tenuiſſe, & poſſediſſe iure dotium Yolandæ loca Ciriaci, Lancei, & Ca-
32 ſellarum, de quibus in dicto inſtrumento, † Quò fit,vt virtute dicti iuſtrumenti,tamquàm ex cauſa præambula præſumãtur poſſediſſe.l. quædam mulier, & ibi glos. & Docto. ff. de rei vendit. l.2. C. de aquir. poſſeſſ. Bartol.in l. cùm ſolus colum. fin.verſic. tertio caſu, ff. de vſucap. Socin. conſil.158.numer.26. Alexan. conſil. 25. num.10. & ſequen. volum.2. Dec. conſil.179.in fin. Alciat.de præſumpt reg.2.c. 23.& 24. Rip.lib.1.reſpon. c.1. num.19. poſt glos. Bart. Ang.& Roman.locis citatis, Quæ quidem antiquiſſima poſſeſſione ſtante ſcientibus, ſeu ſcire valentibus Marchionibus Mõtiſferrati pro tempore exiſtentibus, inducitur ratificatio prædicti inſtrumenti dotalis, ſaltem tacita, argumento notatorum in l. Paulus, ff. de rat. hab. & de dicta poſſeſſione apparet ex inſtrumenti priuilegiorum per prædictos Aymonem. & Yolandam coniuges conceſſorum vniuerſitatibus Lancei, & Ciriaci, confirmationumq; dictorum priuilegiorum à Comitibus, & Ducibus Sabaudiæ ſucceſſoribus vſque ad Ludouicum Ducem Sabaudiæ auum dicti Caroli Ducis in actis productis fol.722.& ſeq.& etiam inſtrumento compromiſſi dicti,& inter Amedeũ prædicti Aymonis filium, & Iohannem prædicti Theodori filium anno 1349. in Caſtro Ciriaci,in camera domini Comitis Sabaudiæ,cuius etiam meminit Benecunutus in ſuis cronicis folio 218. & ſi alio titulo. ſiue iure deſierint Marchiones Montiſferati habere, & poſſidere dicta loca, Lancei, Caſellarum, & Ciriaci, vel aliud inſtrumẽtum dotale dictæ Yolandæ extare dicant Illuſtriſs Duces Mantuæ illud edocere deberent.& omnis tolleretur dubitatio, Nec ignorare poſſunt dicti inſtrumenti rogitum, cùm eius (licèt non integrè deſcriptis pactis)meminerit Benecunut' in ſua cronica fol. 167. facie. 2. ab eorum procuratore producta, qua ſtante cùm ex ea apparet apud Marchionem Mõtiſferrati tempore cõrectionis prædictæ fuiſſe prædictum inſtrumentum dotale, adhuc penes eius hæredes extare præſumitur argumento ,l. 1. §. quod penes. ff. de
33 fideiuſſo. tutorum, Idcò ſit. vt † cum inſtrumentum prædictum effectum habuerit ſequitur illi dãdam eſſe fidem, nec poſſe in dubium reuocari Bald.in rubric. extra de pact.colum. fin. concludens obſeruãtiam pactorum inducere illorum ratificationem,& d.conſ.337.nu. 15.& ſequen.volum.1. plenè Bart.conſil.400. num.15.inter conſil.Bald.vbi etiam Cini allegationes adducuntur volum.4. idem Bal. cõſ. 398.in fin.colum.5.Tiraquell. de præſcript.§. 1.glo.4.verſic.24.Pariſ.conſil.68.num.23.volum.3.poſt Albert.Brun.loco citato, loquens de ſcriptura priuata, Crauet.conſil.65. nu.10. poſt Cin & qui in fortioribus terminis loquitur, videlicet in copia inſtrumenti quæ ſui natura nullam facit fidem, & conſil.101. num.4. acclarnis conſ. 158. num.1. & 2. vbi expreſsè ait,poſt Bal.quòd quando virtute alicuius inſtrumenti aliquis fuit in poſſeſſione alicuius rei longo tẽpore ex hac ſubſequuta obſeruantia ipſius inſtrumẽti fides comprobatur,quòd etiam idem Crauet. firmat d. conſilio 274. numero 7. poſt Cin. Bald. Roman. & Iaſ. per eum citatos, adducens quoq; ad hoc tex.in l. 2. & in l. veritas. C.de fideicommiſſ.appoſitè Grammat. deciſ. 106. numer. 8. & ſequen. Alba. conſi. 62. num.9. vbi poſt Bart. Roma.

34 Socin. & Felin. per eum adductos dicit, † nullam maiorem inter prætationē esse aliculus dispositionis, quam illā, quæ sumitur ab effectibus subsequutis, veritati enim equiparatur obseruantia, teste Alexan. cons. 6. nu. 1. in fi. vol. 1. conueniunt quæ scribit Paris. cons. 61. num. 42. vol. 3. obseruantia autem omnium contentorum in dicto instrumento dotali, quæ vsq; in diem purificatæ prædictæ conditionis, ob mortē Iohannis Georgij Marchionis denūciati fine liberis masculis obseruari potuerunt, manifestissima est, Nam primò Theodorus Marchio, & Aymo Comes vicissim promiserunt de contrahendo matrimonium inter dictum Aymonem, & Yolandā prædicti Theodori filiam, quòd quidem matrimonium deinde fuit inter prædictos Aymonem, & Yolandam sequitum, vt ex actis aperte probatur. Itē obseruatum legitur prædictum instrumentū in eo, quòd apparet dictum Aymonem Comitem fecisse donationem propter nuptias dictæ Yolandæ vxori futuræ aureorum trigintā millium, & pro ipsis hipotecasse patriā Maurianæ, vt constat instrumento recepto per eūdem Io. Raynaudi notarium die 16. Septembris 1512. in actis producto, in quo fit expressa mentio de dicto instrumento dotali per eundem Raynaudi recepto. Tertiò probatur obseruātia, quia ex actis probatur, prædictos Aymonem, & Yolandam iugales, possedisse castra & oppida Ciriaci, Lancei, & Casellarum nominatim in dotem data, & assignata prædicto instrumento, vt ex iuribus, & instrumentis priuilegiorum, & franchisiarum, à prædictis iuralibus oppidis Ciriaci, & Casellarum concessarum, & in actis productis apparet, quę omnia inde à successoribus ipsorum iugalium fuerunt confirmata, prout ex iuribus etiam in actis productis liquet: Et si dicatur obseruantiam prædictam nō fuisse in hoc capite successionis de quo agitur, respondetur in hoc casu te non potuisse obseruari, quia nundum conditio euenerat, igitur de fide dicti instrumenti ambigendum nō est, & hoc præsertim proce-
35 dit cū in termino assignato ad opponendū, non fuerit dicto instrumento oppositum argumento notat. per Curt. iun. post Felin. Iaf. & Modernos Senenses per eū citatos. in auth. si quis in aliquo num. 36. C. de eden concludentem exemplo instrumenti credi si non opponatur à parte. Nec obstat oppositio facta fol. 779. quia serò facta fuit, cùm nec tempore primæ productionis. fol. 521. nec secundæ de qua in fol. 743. fuerit facta. Alex cons. 184. in fi. vol. & vbi expressè dicit post Hostien. & Butr. quos
36 allegat, † non posse aduersus instrumentum quidquam opponi, seu allegari, quia cùm tempore productionis dicti instrumēti nihil fuerit oppositum dicto instrumento videtur pars illud pro publico, & authentico approbasse. Idē dicerte scribit Io. Crotus à Monteferrato cōs. 210. nu. 11. & quinque sequentibus. Augetur quoque dicti instrumenti fides, & per consequens probatio facti de quo agitur arguendo à verisimili, & à fortiori seu maiori ratione, quæ sunt argumenta validissima sunt vtiam Euerar. in locis legal. c. 105. & 66. diserti. Nam cum prætatus Theodorus Paleologus idē seu simile pactū paulò ante fecisset cū Philippo de Sabaudia Principe Achaye, fratri Aymonis Comitis Sabaudiæ vassallo: ea forsan ratione, vt ipsum Principem ad ipsius Theodori noui Marchionis defensionem alliceret, de quo pacto constat instrumento recepto per Franciscum Nasaporis anno 1325. die prima Martij in actis producto, multo magis existimandū est, prædictum pactum etiā fecisse cum prædicto Amedæo Comite Sabaudiæ longè potentiore, & ad ipsius Marchionis defensionem validiore, quem verisimile non est (circumstanto dicto pacto) dictum matrimonium cōtrasisse sub tam parua dote trium videlicet coppidorum argumento not. per Bal. in tit. si feud. fuer. contr. inter dom. & agn. vers. filij nati nu. 1. & 2. ibi, apertè demonstratur, ex eo, quòd expressè in dicto pacto dictum est, illud esse factum in augmentum, & ex causa dotis.

Nec vrgens est præsumptio, quæ in contrarium adducitur, videlicet, pactum huiusmodi non esse verisimile, cùm vnusquisq; sibi, & posteris succedi secundū miuris ordinem velle præsumatur, argumento notat. per Iaf. in l. si id quod nu. 18. ff. de iurisdic. omn. iud. quia prædicta procederēt in dubio, seclusa ēi de mente apparet. vt ibi per Iat. num. 19. Sed in casu nostro, ex prædictis duobus instrumentis apparet de mēte dicti Theodori, ergo tollitur, prætensa præsumptio, rationi naturali etiam congruit vt magis diligeret filiam progeniem quā filias filiorum vulg. l. si viua matre. C. de non mater.

Concludo igitur, quòd, cùm pro instrumento, stent tot vrgentissimæ ne dicam præsumptiones sed probationes videlicet, rogitus notarij, mentio de eodem instrumento in alio etiam publico instrumento facta: antiquissimum tempus eiusdem instrumenti vltra decentum annos, & in aliis suis partibus obseruantia diuturna, verisimilitudo dicti pacti, oppositio saltem congruo tēpore non facta, iuris præsumptio, quæ stat pro validitate instrumētj, ac alia supradicta, non est vlterius de eius fide dubitandum, Et datum citra veri præiudi-
37 cium, quòd dubitari posset, † in dubio pro instrumento iudicandum est secundum Bartol. Alex. Iaf. & communiter Doctō. in l. 1. §. fina. ff. de nou. oper. nun. Grātus resp. 9. nu. 19. lib. 1. post alios per eum relatos.

SVMMARIVM.

1 *Exempla antiqua etiam si parte non probata sumpta sine attamen plenè probant.*
2 *Cronistis seu historiographis creditur.*
3 *Producens instrumenta, vel libros in iudicio videtur fateri omnia contenta in eis vera esse.*
4 *Instrumentorum pluralitas non præsumitur.*
5 *Indicio licet requiratur in instrumento attamen si fuerit oppositū sed erronee non tamen vitiat instrumentum.*
6 *Instrumentum non vitiatur ex eo, quod non sit apositus*

poſſint locum loci vbi fuit rogatum.

7 Teſtes in priuilegijs, ſeu conceſſionibus Principum regulariter non appellantur.

8 Montisferrati Marchiam totam eſſe comprahenſam in conceſſione Ottonis Imperatoris facta Aledramo.

9 Confirmatio non eſt actus per ſe ſtans, ſed dicitur confirmatio quaſi cum alio firmatio.

10 Montisferrati conceſſionem factam Aledramo ab Ottone imperatore eſſe liberam donationem non autem feudum probatur.

11 Montisferrati conceſſionem prædictam Ottonis vbi in feudum diceretur, eſſe feudum improprium, & alienabile.

12 Feudum quando eſt improprium quo ad facultatem alienandi idem de eo iudicatur, quod de re allodiali.

13 Marchionum Montisferrati multæ alienationes, & diſpoſitiones de feudo Marchia recenſentur ex quibus feudum iudicatur improprium.

14 Continens ſub contento non continetur.

15 Feudum iudicatur improprium, & alienabile ex verbis liberè & plenariè, & alijs ſimilibus appoſitis in inſtitutionibus.

16 Verbum liberè in feudis quomodo exponatur, & intelligatur.

17 Verba integrè, ſeu cum omni integritate quid importent reuiſuè.

18 Conſenſus domini in alienationi feudi conceſſo cum facultate alienandi requiritur ſecundum aliquos, ſed contrarium verius.

19 Marchionatum Montisferratis eſſe feudum hæreditarium, & alienabile probatur.

20 Verba relatiua, ſicut & comoda, & forma, &c. ſunt ſui natura reſtrictiua, & repetitiua omnium qualitatum contentarum in præcedentibus diſpoſitionibus.

21 Verba ſeu dictiones prout, ſicut & quemadmodum quando ſunt conditionaliter, vel cauſaliter.

22 Verbum ſeu dictio ſicut, importat omnimodam ſimilitudinem.

23 Ottonis conceſſionem Marchia factam Aledramo poſſe dici eſſe donationem in feudum alienabile.

24 Dicit effectus in inſtrumento tollit fictè inſtrumẽto.

25 Federicus primus Imperator fuit excommunicatus, & declaratus hæreticus.

26 Relatiuum quæ, reſtringit, & limitat antecedentia.

27 Demania quæ dicantur.

28 Feudi conceſſio nõ dicitur vbi nullus actus traditionis poſſeſſionis verus, vel fictus non interuenerit neque aliquod iuramentum fidelitatis.

29 Feudum improprium ſine licentia ſuperioris alienari poteſt.

30 Conſenſus, & licentia ſuperioris in alienatione feudi ex antiquitate temporis ſe interueniſſe præſumitur.

31 Verba prout iuſtè, & legaliter poſſumus quomodo intelligantur.

32 Feudum datum alicui cum clauſula, & cui dederis quomodo intelligatur?

33 Feudum nobile varijs modis intelligitur.

34 Feudum rectum quod dicatur, & qualiter ſumatur verbum rectum in feudis.

35 Verba præcedentia, limitantur declarantur per ſequentia.

36 Confeſſio erronea dicitur vbi apparet, rem aliter ſe habere, & tunc non nocet.

37 Rem propriam conducens ab alio vel in feudũ accipiens putans alienam facit actum ipſo iure nullũ.

38 Marchiam Montisferratis eſſe alienabilem fatetur, & aſſerit Theodorus Primus Marchio Paleologus.

39 Attentationes receptæ parte non vocata nullius ſunt effectus.

40 Inueſtitura tenor attendi debet, & is communi naturæ feudorum derrogat.

41 Conſuetudini ſeu vſui generali per ſpecialem derrogatum cenſetur.

42 Principum conceſſiones, & priuilegia ſemper citra iniuriam, & damnum tertij intelligi debent.

43 Verba quemadmodum prout, ſicut & ſimilia præcedentium conceſſionum relatiua, & confirmatiua quid operentur.

44 Clauſula, quò per conceſſionem factam non cenſeatur derrogatum iuribus, ius alterius conſeruat, & defendit.

45 Princeps contractum, ſeu pactum reuocare, nec ius virtute pacti alteri quæſitum tollere poteſt.

46 Princeps dominium quod eſt de integentium licet quæſitum per actũ iuris ciuilis tollere non poteſt, etiam de plenitudine poteſtatis.

47 Ius in ſpe radicatum in contractu, & ſtipulatione ex cauſa de præterito probabile eſt, & conſiderabile.

48 Princeps in concedendis reuocationibus adhibere debet cauſæ cognitionem vocato eo de cuius præiudicio in reuocatione agitur.

49 Succeſſor ſeu hæres vltimus dicitur ſucceſſor, ſeu hæres primi

50 Hæres non poteſt infitiari factum defuncti cuius eſt hæres.

51 Facta magis quàm verba ſunt attendenda, & plus valet quod agitur quàm quod ſimulatè concipitur.

52 Probatio non inducitur ex inſertione actus etiam ſi totus tenor inſeratur.

53 Conceſſio in feudum genericè facta quicquid in feudum eſt, non probat eſſe feudum.

54 Filius ſuccedens patri in feudo, & tenens bona patris cenſetur ea tenere vt hæres patris.

55 Hæres hæredis dicitur etiã hæres primi prædefuncti.

56 Hæres vltimus dicitur habere ratum factum primi cuius dicitur hæres media perſona antecceſſorum.

57 Pactum de ſuccedendo fieri poteſt, & tenet in Ducibus Marchionibus & alijs perpetuò inueſtitis, & in dignitate regali conſtitutis.

58 Duces Comites, & Marchiones perpetuò inueſtiti, & in dignitate regali cõſtituti dicuntur habere iura regalia, & Imperialia.

59 Pactum ſeu conuentio valet qua quis poſt mortem ſuam alteri eius bona ſi ſine liberis deceſſerit promittit.

60 Pactum ſeu conuentio de ſuccedendo in certis bonis eſt de iure validum.

CONS. II.

Ad primum continuatiuum.

PROBATO igitur ex ſupracitato inſtrumento dicto pacto. Secũdò quæritur, an pactum illud legitimum, & validum fuerit, ad cuius cognitionem, videndũ prius eſt de dicti Marchionatus

chionatus Montisferrati,& bonorum, de quibus agitur qualitate, an iure allodii, vel feudi Marchiones Mõtisferrati,tàm Saxones,quàm Paleologi illa tenuerint,& possederint,& si iure feudi,an proprij,vel improprij,verum quoniam à primordio tituli posterior formatur euentus l.vnica.C.de impon.luct.derscrip.lib. 10.l.tutor darus.ff.de fideiu.sio, initium sumere cogimur à concessione Otronis Imperatoris Aledramo primo Marchioni Mõtisferrati facta, de qua pluribus exemplis authenticis in actis productis fol.592. & insertis fol. 595. & seq.& fol.655.plenè constat,† quæ quidẽ exẽplaa,cum antiqua sint,& aliqua eorum vetustissima , etiam si non apparerent ea fuisse parte vocata sumpta : nihilominus plenè probãt teste Alex.cons.101.n.7.& 8.vol.7.post Hostien. Io. Andr. Bal. Imo.& Cyn. per eum allegatos affirmante hanc esse communem opinionem & Alexandrum sequitur Felin. post alios in c. Albericus nu.4.de testibus vbi,& ipse hãc esse communem opinionem testatur, lasin auth. si quis in aliquo col.3.vers.nono.C de edẽdo, concludens propter antiquitatẽ præsumi exẽpla parte vocata , & iudicis authoritate facta, Purp.ibi col.4.Paris.cons.104. num.55..vol.1. Dec.cons.145.nu.15.post Aret. & Cuma. per eum allegatos,& in l.ex his num. 26.C.de testi. milit.latiss.imè Cra.in tract.de antiquit. temp. par.3.nu.21 & seq. copiosissimè quoq: & docte,Dy.dacus pract.quæst.cap.2.nu.26.vers.sed & propter antiquitatem vsque in finẽ, & hæc eo fortius procedit,cùm authoritate superioris loci,in quo scripta leguntur, fuerint sũpta, cap.fin.de fide instrum. Aret. cons.36. col.fin. vers.sed quis dubitat,Purpur. in d.auth. siquis in aliquo nu.3 C. de edẽn.ex quorum omniũ dictis,patet hanc esse veram,& receptissimam doctorũ conclusionẽ exempla antiqua scilicet præsumi solempiter sumpta,& plenè probare,quę quidem exempla,ex aliis etiam eiusdem cõcessionis exemplis nomine Marchionis Salutiarum productis comprobantur, nec non ex cronicis,generationem Marchionum Montisferrati describentibus , in quibus de ea concessione fit mentio,& nominatim per Beneuentutum à Sancto Georgio Marchionatus Montisferrati præsidem,qui dictæ concessionis tenorem , prout in dictis exemplis productis leginr describit, † quibus vti in hoc receptissimis creditur ex Bart. & aliis Doct. in l.1. ff.si cert.pet.Paris.cõs.23.nu.233. & seq.vol.1. vbi de cronica Beneuenti loquitur , Rol.à Valle cons.2.nu.60.præsertim contra Illustrissimos Duces Mantuæ, qui eas produxerunt in actis.fo.528.& per consequens† omnia in eisdem cronicis contenta, confessi fuerunt vulg. l.cum præcũ,C.de liberali causa,vbi glo.Bald. in l.1.§.additiones col. peri. vers. fubiequeuter ff. de edend. & ibi Alex. ac cæteri doct. Imo, Abbas , & alij in cap. venerabilis de exceptio Iaf.cons.57.col.4.vol.1.Rol.à Valle.d.cons.2. nu.116.lib.1.Abb.cons 59.nu.11.

Nec parti opitulatur , quod dicitur, dictam cronicam nõ fuisse productam aduersus Ducem Sabaudiæ, sed contra Marchionem Salutiarum tantùm , quia si inspiciatur memoriale tãtum sub die vigesima Augusti 1534. de quo in actis fol.129 & seq. apparebit Procuratores Ducis Sabaudiæ , & Marchionis Salutiarum fuisse citatos ad cõparendum,eadem die, hora decima nona coram de legatis , & videndum fieri a Sormano Ducum Mantuæ Procuratore,quamlibet iurium productionem, ac ad accipiendum dictorum iurium producendorum copiam , eoquè tempore fuisse factam productionem duarum cedularum cum iuribus , & licet dicta cronica fuerit designata in cedula concernente Marchionem Salutiarum, attamen productio non fuit restricta quòad eum tantùm,quod demonstratur,quia dictæ cronicæ copia fuit tradita Procuratori Ducis Sabaudiæ debite subscripta,& per eum acceptata sunt quæcunq; producta à parte Ducum Mãtuæ, & Marchionis Salutiarum, eademque ab aduersantibus producta procurator Ducis Sabaudiæ in parte,& passibus vtilibus tãtũ repro duxit,vt in actis fo.167. apparet,& hæc cõprobantur per exhibitionem a Sormano factam sub die decima Septembris 1534. cum instructione incipiente Spectabilis dominus Baptista Sormanus fol. 572. vbi constanter fatetur scripta à Beneuentuto in dicta sua cronica esse vera publica,& notoria. Nec apparet dicta cedulam potius fuisse productã aduersus Marchionem Salutiarum,quàm contra Ducem Sabaudiæ, & in eisdem partibus reproducta fo. 576. Præterea in actis fo.712.& fo.816. fit à Sormano productio iurium in hæc verba,cõtra quoscunque comparentes, seu se opponere volentes in hoc iudicio , & eodem fo. 712.& fo.821. leguntur per ipsum Sormanum omnia acta, omnes processus,& scripturę in fauorem Ducum Mantuæ in dicta causa contra quoscunq; respectiue facta , & factæ , ac producta contra omnes , & quoscunq; comparentes, seu se opponere volentes , in presenti iudicio fuisse reproducta. At Dux Sabaudiæ,est de comparentibus,& opponentibus in præsenti iudicio cõtra Duces Mantuæ , ergo cronica Beneuentuti producta contra Marchionem Salutiarũ,dicitur etiam producta virtute huius vniuersalis, seu generali productionis contra præfatum Ducẽ Sbbaudiæ,& id coadiuuatur ex illis verbis positis fo.823.videlicet contra Illustrissimũ Ducem Sabaudiæ vltra producta supra contra omnes, &c. argumento not. in l.Scio.§.vxori, ff.de annu.leg.l.diuortio.§.obuentiones,ff.fol. matr.cum similib, adductis à Por.cons.6.nu.5.

Accedat,quòd inter præfatos omnes litigãtes nõ proceditur separato,sed vnico,& simul taneo processu,ita vt dici quodãmodo possint consortes eiusdem litis,quo casu producta cõtra vnum aliis prosunt. præsertim cùm procedatur coram delegatis Cæsareis, coram quibus facti veritas, quæ ex actis apparet præcipuè locum obtinere debet,& ex hoc solo fundamento videlicet,quòd in dicta cronica Beneuentuti à parte iudicialiter producta cõtinetur copia, seu tenor prædictæ concessionis factæ Aledramo,

mo, eliduntur omnia fundamenta partis adverſus exempla dictæ conceſſionis facta, Addatur, quòd dictam conceſſionem Aledramo factam paſſim etiam admittunt Pariſ. Socin. iun. Cozad. & Rol. a Valle necnon alij pro præfatis Ducibus Mantuæ conſulentes, cuius etiam expreſsè meminit Carolus Quartus in inſtrumento facto anno 1355. à parte producto, & Alber. in ſuo dictionario in verbo feudum colum. 4. & Galleotus in ſua cronica, ita vt de dicta conceſſione non ſit vlterius dubitá dum, præſertim cùm de alia antiquiore nõ ap
A pareat † plnrálitaſq; inſtrumentorum nõ præſumatur iuribus ſupra allegatis, quibus addo Cruct. conſ. 193. nu. 1. Curt. ſen. conſ. 41. col. 20. ut prin. Quò fit vt vana reddantur oppoſita contra dicta exempla, & præfatam conceſſionem, maximè per Alciat. reſponſ. 199. quibus putaui ad veritatis cognitionẽ ſingulatim eſſe reſpondendum. Nam quod attinet ad allegatum errorem anni Imperij Ottonis, quem tertiũ authoritate Ottonis Friſingenſis iſthoriographi fuiſſe ſcribit, ſalua pace tanti viri erroneum eſt, teſte Gullielmo Rouilio fol. 139. poſt Egnat. lib. 3. Emilius lib. 3. Vuith. lib. 2. Luithp. lib. 6. c. 6. atteſtantibus, Ottomen primum anno à natiuitate domini noſtri 961. fuiſſe creatum Imperatorem, quorum dicta comprobantur cronicis Beneuenuti, & Galeoti, ac exemplis publicis, & authenticis in actis producti, quibus magis credendum eſt quàm Alciato, & aliis ab eo adductis, & cum ſequentibus. Præterea demus erratum in deſcriptione anni Imperij fuiſſe, non propterea tollitur fides ſcripturæ authenticæ, argumento eorum
5 quę dicũtur de indictione, †quę licet poni debeat inſtrumentis, ſi tamen ponatur, & erronee, non propterea vitiatur inſtrumentum, vt late concludit Ialin repet. l. admonẽdi nu. 166. ff. de iureiuran. Felin in cãter dilectos n. 11. de fide inſtrum. Dynus conſ. 13. quæſtio talis eſt in quodam inſtrumento, Nec eius fides tollitur ex eo quod non ſit ſcriptus locus loci,
6 † cum crebriore doctorum ſententia id nõ requiratur vbi actus, qui ſit vniformiter in quolibet loco fieri poteſt ità late Iaſ. poſt Bart. & alios in l. de pupillo §. qui nunciat. num. 3. ff. de nou. oper. nunt. Felin in c. 1. num. 6. de fide inſtrum. quod præſertim dicit procedere in bullis apoſtolicis, cùm certus ſit locus Papę, Idem dicendum videtur in Imperatore & ita ſeruat conſuetudo, vt in multis priuilegiis, & conceſſionibus Imperialibus à parte productis, & nominatim in præſentia inueſtitura Illuſtriſs. Ducum Mantuæ facta anno 1532. vltima Decẽbris apparet.

Minus etiam derrogatum cenſetur fidei di-
7 ctæ conceſſionis, ob defectum teſtium, † cùm in priuilegijs ſiue conceſſionibus Imperatorũ neceſſario nõ requirãtur teſtes, ex quo plures interfuiſſe præſumantur, ita nominatim dicit Bald. in l. lancimus verſic. ibi imperiales donationes. C. de dona. quem refert, & ſequitur Alex. in l. omnium in fin. C. de teſtam. Felin in d. c. 1. num. 16. poſt Anch. Innoc. & Butr. per eum citatos, Iacob. à Sancto Georgio in verbo, Princeps verſ. 26. ſpecialitas, concludens præſentia Principis ſupplere omnes ſolennitates, præſertim cùm priuilegium ſit ipſius Imperatoris epiſtalmathe, & ſigillo ac Cancellarij ſubſcriptione munitum, iuxta not. in l. benè a Zenone C. de quadrien. præſcript. in c. cùm à nobis de teſtibus, & per Iſer. de prohibita feu di alien. per Lo: harium. §. quoniam inter, in additione, Accedat, quòd eo tempore non apponebantur teſtes, in huiuſmodi priuilegijs, vt in priuilegijs Vgoni, & Lotharij deſcriptis in cronica Beneuenuti fol. 9. & in plurimis priuilegijs ſeu concluſionibus, vel inueſtituris, præſertim in prædicta inueſtitura facta anno 1532. die vltima Decembris legitur.

Nec pariter vrget, quod dicitur non conſtare illum Ambroſium Cancellarium fuiſſe notarium, nec in quaſi poſſeſſione notariatus, & ſimiliter illos qui exempla ſumpſerunt, prout requiritur iuxta notata per Alexan. conſ. 112. col. 1. vol. 4. quia oppoſita loquitur in inſtrumento ſeu exemplo recenti, non autem in antiquo, cùm in eo non requiratur probatio notariatus, ſeu quaſi poſſeſſionis notariatus, vt latè ſupra in primo articulo probauimus, quibˀ addo Signorol. conſ. 70. num. 11. Iaſ. in l. Barbarius num. 55. ff. de offic. Prætо. et ſi vera eſſent quæ ſcribit Alciat. in dicto reſponſo. 199. dum opponit contra conceſſionem Ottonis primi corruerent ferè omnia iura, & inueſtituræ producẽ nomine Ducum Mantuæ præſertim dicta inueſtitura facta anno 1532. vltima Decembris, in quibus deſunt locus loci, teſtes, nec apparet cãcellarios ſeu ſecretarios ibi ſubſcriptos eſſe notarios, nec in quaſi poſſeſſione notariatus, & ſumus in ſcripturis nõ antiquis. Vana etiam eſt oppoſitio aſſerti erroris in nomine vxoris dicti Ottonis, nàm cùm conſtet de corpore propter adiectam qualitatem vxoriam non nocet, dato quod erratũ eſſet in nomine, pprio, & multo min' in ſyllaba in ſcribẽdo Adlegidę, cùm dicere deberet Adelaydæ iuxta notata in l. ſi quis in ſundi vocabulo. ff. de legat. 1. & in l. demonſtratio falſa, ff. de cond. & demonſtrat.

Stante igitur fide dictæ conceſſionis, quam inficiari cuiet veritatem negare, manifeſtiſſi-
8 mum eſt, & notorium † totam Marchiã Monteſferrati, & omnia bona de quibus agitur, ipſa rei euidentia, & oculari inſpectione eſſe in dicta conceſſione comprehenſa. Quoniam quò ad oppida, & territoria exiſtentia inter flumina Tanagri, & Vruæ ſiue Burmidæ, dubiũ non eſt quin in dicta conceſſione nominatim cõtineantur, vt expreſsè declarat Beneuenut' ſua cronica in copia iudicialiter tradita fol. 18. quamuis præfati territorium intra dicto duo flumina Tanagri, & Brumidæ, cõſiſtens prius eidem Aledramo ab Vgone, & Lothario Regibus donatum fuiſſe, vt ſcribitur in dicta copia cronicę Beneuenuti fo. 11, & in priuilegio dictorum Regum Vgonis, & Lotharij ibidem per tenorem inſerto, Quo verò ad Marchiam Mõsferrati quã Beneuenutus in dicta copia

fol.

fol. 18. & alij cronicorum scriptores dicēt cōtineri inter flumina Padi, & Tanagri, quod etiam p. 15. aduersa fatetur, similiter dicimus non dubium esse, nisi veritatem obtenebrare velimus, dictam Marchiam in prædicta concessione, & confirmatione cōprehendi, vt clarè legitur in vers. insuper etiam confirmamus, &c. & in vers. seu etiam quicquid habere, &c. propter quas clausulas intelligit Benenutus dicto fo. 18. vers. E poi venete à Ravenna, &c. fuisse confirmatum prædicto Aledramo Marchionatū Montisferrati, quæ confirmatio necessariò præsupponit Aledramum prius habuisse, & possedisse dictum Marchionatum, inter dilectos, &c. ceterū de iuramēto Fol. 114 Vallis cons. 2. n. 19. Bal. in l. salubres fol. 2. C. de fur. vbi dicit, q. cōfirmatio nō est actus p se stās, sed dicitur cōfirmatio quasi cū alio firmatio, & vbi non est confirmabile, cōfirmatio non procedit, quia confirmatio præsupponit præcedētis actus legitimam subsistētiam, &c. ex parte de confir. c. dudum de decim. Dōct. Præsertim Decius in rubr. de confir. vtil. vel inutil. Por. consil. 204 num. 27. qui quidem Marchionatus prius erat Comitatus, vt ex illis verbis videlicet in Comitam Aqensi, Saonēsi, nec non Astensi, & Montiserrati demōstratur, & aliæ verba, fideli nostro Aledramo Comiti. Item & fo. 16. affirmans, prædictum Guilielmum Comitē fuisse patrē Aledrami, quod etiam comprobatur ex tenore instrumēti donationis factæ à dicto Aledramo enunciante se Marchionem filium prędicti Guil elmi Comitis anno 9 . inserto in copia dictæ cronicę Beneuenuti fo. 12. & seq. vbi legitur dictū Aledramum donasse Abatiæ Garzani, quam dicit edificasse multa bona sita in pluribus locis Montiserrati, quæ dicit esse sua propria, ex quibus omnibus manifestè apparet præfatū Aledramum fuisse dominum, & possessorem tempore dictæ concessionis, & confirmationis Marchionatus Mōtisferratī: proinde sole clarius demonstrari dictam Marchiam esse comprehensam in prędicta confirmatione, Et hęc coadiuuatur ex eo, quod Beneuentus dicta cronica fo. 24. & 25. necnon omnes alij cronicorum Montiserrati scriptores attestantur, Bonifacium filium primogenitum Aledrami fuisse Marchionem Montisferrati, & post eū Gullielmum secundo genitum, amboſq; Aledramo patri respectiuè in dicto Marchionatu, successisse, quod Sormanus fatetur fo. 278. Si ergo successerūt Aledramo in dicto Marchionatu, cogimur in necessarijs antecedens fateri dictū Aledramum qui legitur in præfata cronica fo. 29. perisse anno 995. habuisse, & possedisse dictum Marchionatū tēpore eius mortis, c. l. de succeſſ. feu. alioquin si nō possedisset Aledramus prædictum Marchionatum, nullæ esset successiones, nullæ sunt qualitates, quæ sine subiecto non dātur l. eius qui, ff. si cert. pet. l. decem ff. de verbor. obligat. l. non videtur. ff. de regul. iur. c. ad dissoluēdum vbi gl. de despons. impub. ergo in præfatā concessione, & confirmatione censetur cōprachēsius dictus Marchionatus, quod etiā sola detur, cū à dicto Aledramo vsque ad Gullielmum quartum Marchionem, licet fuerint successiue, intermedij quinq; Marchiones videlicet Bonifacius Gullielmus, Bonifacius secundus, Gullielmus secundus, & Raynerius non appareat de aliqua alia concessione siue confirmatione inuestiturę quam prædicti Ottonis: hinc fit vt præsumantur possedisse ea tanta præambula, vulg. l. quædam ff. de rei vendicat. cum similibus, quod etiam fatetur Sormanus dictis foliis 278. & seqūent. Ex prędictis ergo satis liquere dicitur, & negari nō posse Marchionatum Montisferrati esse cōprachensū in dicta concessione, & cōfirmatione Aledramo facta, quod comprobatur, quia pars fatetur Guilielmū successisse Marchionibus Mōtisferrati prędecessoribus in dicto Marchionatu, quæ successio vt provimè diximus præsupponit prædecessorum in Marchionatu possessionem, quo fit vt clarè demonstretur fragilia & vana esse quę exaduerso opponūtur ad demonstrandum Marchiam non esse cōprehensam in dicta concessione, & quod titulus sine nomen Marchionis, & nō Marchia tempore dictę concessionis, & confirmationis nō denotatius aliquod in re, vel in ipsa dignitate, & esse nudum nomē sine administratione, dignitateſq; regales, vt est Marchionatus in dubio non censeri concessas, cūm ex præmissis satis liqueat nos in claris, non autem in dubio esse.

Sed dato, & non concesso quod Marchionatus Montisferrati in vniuerso nō fuisset cōprehensus expresse in dicta cōcessione, & cōfirmatione Ottonis, attamen negari ture non potest virtualiter esse cōprachensum ex verbis positis in dicta concessione respicientibus futuras acquisitiones, quarumuis rerū per ipsum Aledramum, & eius hæredes faciendas in dicto Marchionatu qui vt dictum est continetur in dictis fluminib. Padi, & Tanagri, Quibus stantibus indubitati iuris est prædictum pactum fuisse, & esse validū idq; desfendo à sufficienti partium ennumeratione l. patre sterioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni juris. Nam, 10 aut dicimus † prædictam concessionem Aledramo factā esse puram, & liberam donationem cum translatione pleni dominij bonorū in dicta donatione comprachēsorum, ex dictis per Alex. cons. 24. nu. 11. volum. 1. Dec. consil. 468. nu. 9. & seq. necnon ex rationibus, & fundamentis à Parisio adductis d. cons. 23. à num. 1. vsq; ad num. 17. vol. 1. Alciat. d. resp. 199. num. 23. & seq. Soc. iun. d. cons. 76. num. 12. & pluribus sequentibus volum. 1. qui pro verissima conclusione habet, eam concessionem in donationem sonare, & Marchionatum Montisferrati, & alia bona contentiosa od Theodorum pleno iure hæreditario peruenisse, & nu. 60. in fine, affirmat Marchionatum Mōtisferrati fuisse habitum, & possessum per Marchiones Montisferrati tamquam bona libera, & de hoc nullam esse dubitationem, quod etiam fir

mat

mat Gozad. consil. 8. num. 16. vsq; ad num. 23. Rolan. à Valle d. consil. 3. num. 71. & pluribus seq. & ex his etiam quæ latè Ru n. scribit cõsil. 18. num. 9. lib. 1. vbi latè ponit de clausulis, sicut suus exigit appetitus, secũdum suum sensũ secundum libitum suum, positis in concessionibus, & in consil. 38. nu. 1. & tribus seq. vol. 1. & eam concessionem pars fatetur esse simplicem donationem, vt in actis sub die quinta Iunij 1534. fol. 278. Quod etiam demonstratur, quia non apparet de aliqua priore inuestitura facta in feudum dictorum Marchionum Mõtisferrati de dicto Marchionatu ante inuestituram factam Guillelmo quarto Marchioni anno 1219. à parte producta, de qua infra diceꝫus, ideo cõsequens est, & ipsos Marchiones iure proprio Marchionatum prædictũ possedisse ex notatis per Alciat. de præsump. reg. 2. c. 3. post plures citatos. Bald. in c. significauit col. 2. de rescript. & ibi Abbas col. 3. latè laſin l. si prius num. 40. & seq. ff. de nou. oper. nunc. & hoc casu indubitati iuris est dictos Theodorum, & Aymonem conuenire, & pacisci de Marchionatu prædicto potuisse, prout conuenerunt, & pacti sunt ex vulg. reg. l. in re mandata. C. manda. l. etiã, §. licet. ff. solut. matrimo. stante præsertim licentia alienandi in dicta cõcessione compræhensa.

11 Aut verò dicere volumus † concessionem illam esse in feudum iuribus, & argumentis, à Parisio citatis d. consil. 23. à nu. 17. vsque ad nu. 45. & hoc casu, attentis clausulis in ipsa concessione, & confirmatione descriptis, præsertim clausula habeantq; potestatem tenẽdi, vendẽdi, commutandi, alienandi, vel pro anima iudicandi, & quicquid eorum decreuerit animus faciẽdi, omnium hominum cõtradictione remota, & tunc etiam clarissimum est feudum huiusmodi propriam feudi naturam nõ habere sed esse impropriũ feudum, & alienabile tàm per contractum, quam per vltimã voluntatem. d. c. vnico de feudo non haben. propr. nat. feud. & ita nominatim in casu nostro concludunt Paris. d. consil. 23. num. 40. & tribus seq. post Bal. Alb. Aret. Dec. & Cur. iun. per eum citatos, Socin. iun. consil. 76. num. 41. & 71. Gozadin. consil. 8. num. 24. & seq. Roland. à Valle d. consil. 3. nu. 114. Curt. de feud. in 4. parte in 2. reg. vers. 5. quæro, concludens istam esse communem opinionem, quò sit vt stante dicto feudo impropriò, & alienabili, subsi-
12 stat pactum de quo agitur, † cùm idẽ iudicandum sit de feudo impropriò, quò ad facultatẽ alienandi quod de re allodiali Paris. consil. 22. num. 20. & d. consil. 23. num. 55. vol. 1. Dec. cõs. 39. col. fin. & 680. nu. 8. post Anch. consil. 125. col. pen. Nat. consil. 464. num. 22. Socin. consil. 72. num. 4. vol. 1. Roll. à Valle consil. 42. num. 27. & seq. vol. 1. post plures per ipsos citatos.

Et prædicta adiuuantur ex eo, quòd præfati Marchiones Montisserrati ab Aledramo vsq; ad dictũ Theodorum semper habuerunt tenuerunt, & possederunt dictum Marchionatũ & alia ferè omnia bona tanquàm libera, & pleno iure, aut saltem vti feuda impropria, & alienabilia, quod sole clarius patet ex quæmpluribus dispositionibus dictorum Marchionum tam inter viuos, quàm in vltimis volũtatibus de dicto Marchionatu, & oppidis eius factis, quarum aliquas ad huiusce controuersiæ veritatem habendam visum fuit adnotare.

13 † Legitur enim dicta cronica fol. 63. Bonifacium Marchionem Abaũum Ioãnis Saxoni vltimi Marchionis agnationis Saxonæ decessisse relictis Demetrio, & Guilielmo filijs legitimis, & naturalibus, & sua ordinatione testamẽtaria reliquisse Guilielmo secundogenito Marchionatũ Montisferrati, qui si propriũ feudi naturam habuisset non ad Guilielmum secundogenitum, sed ad Demetriũ primogenitum spectasset, saltem pro dimidia portione. cap. 1. de succes. feudi, & authoritatibus per Soc. iun allegatis. d. consil. 76. num. 49. & 50. vol. 1. vbi prædictæ ordinationis meminit.

Legimus etiã in prædicta cronica fol. 60. prædictum Bonifacium anno 1202. die 22. Iulij vẽdidisse vniuersitati ciuitatis Vercellarum locũ Tridini, & fuisse receptum in strumentum à quodam Ruffino notario Vercellensi.

Item, & Guilielmum dicti Bonifacii filium Marchionem Montisferrati vt Demetrio fratri à Regno Thessaliæ expulso auxilio esse posse mutuò accepisse à Federico secundo Imperatore nouem mille marchas argenti põderis Collonię, quas soluere promisit sub obligatione omnium bonorum suorum immobilium, quæ in allodium siue homagium habet, & specialiter super quàm plurimis oppidis nominatim descriptis, quæ contrahentes ipsi asserunt esse allodialia dicti Marchionis, vt constat instrumento confecto in Catanea vrbe Siciliæ, vbi tunc ipse Imperator Federicus aderat rece pro per Nicodemũ de Montecaucasso notarium, & secretariũ prętati Imperatoris anno 1220. die 24. Martii, quod inserti est in cronica Beneuenuti fol. 75. & tribus seq. in quo instrumento etiã legitur, prętatũ Guilielmũ plura oppida dicti Marchionatus pignori variis, & diuersis vniuersitatibus, & personis dedisse, & fol. 80. legitur fuisse factam consignationẽ, & remissionem dictorum locorum, & castrorum per prętatum Marchionem pignoratorũ officialibus eiusdem Imperatoris Federici.

Legitur pariter in dicta Cronica fol. 33. Federicum secundum donasse prędicto Guilielmo Castra Paciliani Torcelli, & Cunioli, de qua donatione constare dicitur rescripto prędicti Imperatoris dato apud Spirã anno 1219. nono kalendas Martij, quam donationem dictus Federicus confirmauit Bonifacio filio d. Guilielmi anno 1239. vt in dicta Cronica fol. 83. Scribitur etiam eadẽ Cronica fol. 86. facie 2. & fo. seq. Bonifacium quartum Marchionẽ Montisferrati prædicti Guilielmi filium anno 1253. die 12. Iunij suo testamento substituisse Guilielmo eius filio instituto sine liberis decedẽti Alasiam eiusdẽ Bonifacij testatoris filiã, si ea tẽpore mortis Guilielmi fratris nupta esset alias substituisse Thomã Manfredi Marchionis Salutiarum filium eius consobrinum.

Et

Et fol. 89. facie 2. & fol. 90. facie 1. legitur etiam dictum Gullielmum Marchionem Mõtisferrati anno 1257. quinto Kalẽdas Aprilis pignori obligasse ꝓ dotibus Isabellæ suæ vxoris oppida Clauasij, & plura alia tãm vltra, quàm citra Padum consistentia.

Aliã pactionem huic de qua agimus conformem scribit idem Beneuenutus fol. 92. factam inter Gullielmum septimum cognomento magnum Marchionem Montisferrati, & Alfonsum Regem Castellæ, qua cautum legitur, quòd si contingeret prædictum Marchionem sine filijs masculis decedere totus Marchionatus, Montisferrati cũ hominibus, iurisdictionibus vassallis, & cæteris pertineñ e deberet pro dote, & nomine dotis Margaritæ dicti Marchionis filiæ vxoris futuræ Ioannis præfati Alphonsi Regis filij, cum reseruatione tamen, quod ipse Marchio posset durante eius vita disponere de prædicto dominio, ꝗut erat solitum exceptis castris Montiscalui, & Vignalis quæ pro dotibus Beatricis prædicti Marchionis vxoris erant obnoxia, Et si cõtingeret dictum Marchionem perire relictis filiabus tuc eas dotari debere, & in residuo succederet Ioannes Regis Alfõsi filius, de qua conuentione scribit idem Beneuenutus rogatum fuisse instrumentum per Manfredũ Machariũ Notarium anno 1251. die 18. Octobris.

Scribitur pariter eadem cronica fo. 101. Ciuitatem Albæ fedediſſe Gullielmo Marchioni Mõtisferrati anno 1282. & fol. 100. facie 2. dicit Ciuitatẽ Casalis anno 1303. die 25. Iulij pariter fuisse ab agentibus nomine vniuersitatis donatam, & traditam prædicto Ioanni Saxono, & eius filijs in perpetuum constante instrumento recepto per quendam Odonem de Bargone Paumensem Notarium.

Legimus etiã in eisdem cronicis fo 111. Ioãnem præfati Gullielmi filium, & vltimum ex liberis masculis præfati Aledrami suum condidisse testamentũ, & filijs, seu filiabus suis instituus sine filijs decedentibus Yolandam eius sororem, & Andronici Paleologi prꝫcorũ Imperatoris vxorem subſtituisse, & ipsius Yolandæ filios, & eis non existentibus hꝫedibus substituit aliarum sororum Alasiæ, & Margaritæ filios, & vltimo loco subſtituit Manfredũ Marchionem Salutiarũ, & de eo, testamento dicit rogatum fuisse instrumentum per Facium Ricobonum notarium de Clauasio anno 1305. die 18. Ianuarij, huius testamenti meminit etiã Socin. iun. d. cons. 76. nu. 42. & 49. & Gozad. d. cons. 8 nu. 25. & 35. ac Sormanus Procurator Ducum Mantuæ in processu litis fo. 127. fatetur, quod dicti testamenti vigore in Marchionatu succesſit prædictus Theodorus Paleologus, & fo. 280. ac in antecedentibus follis fatetur Marchiones Montisferrati à Gullielmo Aledrami primi Marchionis filio vsque ad ipsum Theodorum primum Paleologum succesſisse in dicto Marchionatu, vti hꝫedes prꝫ defunctorum Marchionum, & fol. 304. etiam dictæ institutionis, & subſtitutionis meminit, quod quidem testamentum Ioannis Saxoni legitur à Procuratore Ducum Mantuæ productum dicto processu fol. 445. & seq.

His addi possunt cõtractus, & dispositiones factæ à Marchionibus vsque ad prꝫsatũ Theodorum, de quibus dicetur in sequenti articulo pentionis particularis, ex quibus cõtractibus, & testamẽtis manifeste constat dicta bona ab Aledramo prædicto vsque ad prꝫsatum Theodorum Paleologum habita, tenta, & possessa fuisse fatẽ vti feuda impropria, & alienabilia, proinde prædictum pactum fieri potuisse.

Nec ꝓdictis repugnat asserta inuestitura Federici primi anno 1164. tertio nonas Octobris à parte producta fo. 813. quia si diligenter eam perscrutabimur nõ legitur facta de toto Marchionatu, sed de quibusdam oppidis ibidem particulariter designatis inter, quæ nonnulla sunt sita extra terminos Marchionatus supra descriptos. Et dato, quòd omnia essent comprehensa intra prædicta flumina Padi, & Tanagri nihilominus ex illis particularibus oppidis non poterit argui ad totum Marchionarum, & alia oppida Marchionatus multò plura, & insigniora, vt ipsa rei cuidentia apparet, & propterea non valet argumentum, quòd à patronis causæ aduersantibus fit, arguendo a qualitate quorundam oppidorum ad totum Marchionatum, cum negetur minor propositio ar-
14 gumenti, ꝗuia sub contento nõ continetur continens. l. clauib. ff. de contrah. empt. l. per suum. §. 1. ff. de vsu, & habi. facit regula. l. in agris, ff. de acq. rer. dom. & l. si quis cum totum. ff. de except. rei iud. Colleg. Bon. in casu nostro in consi. contra Marchionem Salutiarum nu. 49. Et hæc multò magis procedunt quãdo repugnat iuris prꝫsumptio. qua omnia prꝫsumuntur libera. l. altius. C. de seruit. & aqua. Brun. cons. 1. nu. 1. imò contrarium probatur ex instrumento obligationis inter Gullielmũ Sextum Marchionẽ Montisferrati, & Federicum secundum Imperatorẽ anno 1220. die 4. Martij, cuius tenor legitur in dicta cronica fo. 76. & seq. Nec Verũ est, vt pars asserit prædicta oppida fuisse in augmentũ feudi data Gullielmo, cùm dictio in augmentũ ibi posita respiciat Imperatorem non bona. Sic enim scripta leguntur, ad augmentũ gratiæ nostræ. Et dato, quod illæ dictiones in augmentũ respicerent bona, attamen non valet argumentum, quòd qualitas adiecta rei quæ additur alteri extendatur ad rẽ cui fit additio, imò è contra cùm regulariter accessorium sequatur naturã principalis non è contra. l. cũ principalis. ff. de reg. iur. cap. accessoriũ de reg. iur. in 6. cum alijs cumulatis à Brun. de augmento, in 5. quæst. principali. Prꝫterea licet in principo dicti priuilegij dicatur, quòd facit inuestituram prædicto Gullielmo Marchioni Montisferrati, & suis hꝫredibus per rectum feudum de castris possionibus, & villis ibidem descriptis, attamen post dictorum bonorũ descriptionem apposita sunt sequentia verba.

Hæc omnia intercedẽte charissima cõsorte nostra Beatrice Imperatrice larginiur, damus, concedimus, donamus, dicto Gullielmo Marchioni

chioni suisq; hæredibus,cùm omnibus regalibus cum omni iure & honore,& districtu,placito,& vtilitate,etiam cũ omni plenitudine,& integritate excepto fodro Regali,et salua fidelitate nostra,quę reseruatio seu exceptio regulariter firmat regulam in contrarium vulgata. l.quæstum. 3.denique vb. Bar.ff.de fide instr. l.nã quòd liquidè.ff de penu.leg multo magis attenta dicta clausula,cum omni iure honore districtu, placito, vtilitate cum omni plenitudine,& integritate,quæ verba faciunt feudum omnino hereditarium,vt statim probabimus.

Nec etiam nocet priuilegiũ Henrici Sexti factum anno 1191.die octaua Octobris etiã a parte producti,cùm pariter si particulare, & licet in eo appareat Bonifacium filium prędicti Gulielmi fuisse inuestitum in feudum pro se hæreditibus, & successoribus in perpetuũ de locis Gamundi, Marenghi, & Fori, nihilominus etiam addit quòd omnia castra villas,possessiones, honores,iurisdictiones,iura, & vniuersa regalia,quę ipse Bonifacius,& eius pater possedit, & in super omnia quæ in priuilegijs dicto Bonifacio concessis continentur,eidem liberè,& plenariè concessit,& confirmauit † ex quibus clausulis, & dictionibus,supra dictis additis tàm in priuilegio Federici primi quàm Henrici sexti liquidissimè patet bona prędicta quatenus possent dici feudalia,esse tamen feuda impropria disponibilia,& alienabilia in omnes etiam extraneas personas,& de eis potuisse dictos Marchiones ad libitum disponere,& pacisci iuxta not. per Afflict. & alios in cap.1. de feud.non haben.propr.nat.facit tex. in c.2. §.fin.extra de feud. quem adhoc citat Signorol.consil.210.nu.3.dicens†quod verbum liberè in feudis exponitur idest sine distinctione personarum, nam huiusmodi verba eius sunt naturæ vt non requiratur alterius licentia,authoritas,consensus,ministerium, aut factum, vt de dictione liberè latè scribit Dec. cõs.131. in princip.consil.309.num.4.& 5.& cons.152. colum 1.Curt.iun.cons.2.colum.1 vers. tertia præmittitur conclusio Alba. cons.8. & nu.17. Ruin.cons.18.nu.6.& seq. volum.1. Galiaul. in repet.l.centurio col.77. vers. quarto limita. & ibi latè in addit.io. vbi concludit verbum liberè denotare propriã authoritatem. Cuma. cons.3.num.1.post.Bar.in l.precibus num. 16. C.de impub & aliis substitu.& ibi Curt.iun n. 65.Socin.iun.in rep.l.centurio.num.336.ff.de vulg.& pup.& remouet omnem cõditionem, & moram Oldra.cons.225.num.10.Tiraquel. in consuetud.Pictau.titulo 14.§.1.glo.3. & tit. 16.§.4.in glo.2.in amplia.& in rep.l. si vnquã, in verbo. reuertatur num.134. & duobus seq. post inumeros Doctor. more suo congestos, appositè in materia feudi Rollan.à Valle col. 42.num.18.& seq.post Archid. Bar.Bal.Butr. Alexand.Corn.Gozad.& Crauet.per eum citatos dicens verbum liberè importare meram & absolutam dispositionem sine impedimento,& contradictione alicuius, Alex. cons.40. num.3.volum.6.sequitur Nat.cons.130.num. 9.& seq. & cons.130.num.10. Beltran. consil. 90.in fine,in 2.parte 2.vol.dicens verbũ liberè plenitudinem potestatis significare.c.de multa de præben.per quę tex.glo.in c.cum plures in verbo liberè de off.delegin 6. dicit liberè idest, etiam nõ requisito collega,† & dictionibus integrè, & integritate latissimè Boer. quæst. 44.nu.31.& duobus seq. Natta cons.664.nu.9. & 10. concludens post glos. Angel. Alexand. & Bald.per eum citatos,& per tex. in l.si quãdo.C. de bon.vacan. lib.10.quòd dictiones cũ integritate positæ in priuilegio Principis operãtur,vt Princeps nihil videatur sibi reseruasse, sed omne ius suum in alium transfudisse Dec. in c.fin.col.fin.vers.quinto, & vltimo noto de confir.vtil.vel inutil.& de verbo plenariè,Tiraquel.in reper.d.l.si vnquã in verbo reuertatur,nu.138.ità quòd potest de eo liberè disponere Afflict.de feudo non haben.propr.nat.in fi. Quinimo iure defendi posset, quòd attentis prędictis clausulis vniuersalibus,& pregnãtibus,prædicta priuilegia seu inuestiturę Federici primi,& Henrici VI. sonẽt in donationẽ, non obstãtibus illis verbis†in feudum inuestitus,ex his, quæ tradit Dec.cons.198.nu.2.& sequen.post Oldr.Angel.Alex.& alios per eũ citatos Neuiz.cons.12.nu.72. & seq. post plures per eum adductos,eò maximè cùm nõ appareat fuisset præstitum in rẽ tum in fidelitatis, nec factum aliquod homagium per prędictos Gulielmum,& Bonifacium dictis Imperatoribus,ideo liquet non vrgere quæ opponũtur de defectu consensus Imperatoris alienandi prædictum Marchionatum, & bona de quib' agitur† tamquam ille consensus esset necessarius non obstante dicta facultate alienandi concessa in inuestitura secundum Alex.cons.106. num.4.& 5.volum.4.cum ex suprascriptis appareat cõmunem opinionem esse cõtra Alex. qui etiam fuit sibi contrarius in cons.173. nu. 5.volum.2. & hanc communem etiã testatur Iason.in l fin. num.4. C.de iure emphi. Socin. cons.257.nu.5.latissimè Cur.de feud.in 4.parte princip. secunda regula vers. quinto quero, dicens Docto.ità cõmuniter tenere sul. Clar. in §.feudum,quæst.41.vers.tu adeo aduerte.

Et ab hac in propria,& alienabili natura feudi recessum nõ fuit per prætensas inuestituras dicto Theodoro, & aliis in dicto Marchionatu successoribus concessas in actis producta, Quoniam si inuestiturã Henrici VII. Imperatoris præfato Theodoro anno 1310.septimo Kalẽdas Decembris factam a parte producta, & etiam à Beneuentano relatã inspicimus,cui denter ex ea demonstratur† Marchionatum, & alia bona de quibus agitur esse feuda hæreditaria impropria,& alienabilia. Primò ex illis verbis inuestituræ pro se,& hæredibus suis, quæ faciunt feudum censeri hæreditarium secũdum quid,seu mixtum idest quòd filius seu descendens qui vult succedere sit hæres primi inuestiti mediatus seu immediatus, ità tenente Isern.de inuestit.de re alie fac.vers.quod ergo in fin.Bar in l.ex facto.§.fi.circa fin.ff.ad Trebell. Alex. cons.10. num.8.vol.3.dicens hanc opinionem esse magis cõmuniter approbatã

cons.

allegatis d.conſ.23.à nu.17.vſq; ad nu.45.appoſitè Socin.conſ.253.nu.19.& col.fin.verſ.quintò confirmatur Cor.conſ.16.litera A. B. & C. vol.1. & ita interpretando tollitur repugnantia allegata. Poteſt etiam reſponderi. poſito quòd non deberet fieri relatio ad prædictam conceſſionem Ottonis, ſed ad inueſtituras Federici primi, & Henrici VI. attamen dicimus dictas conceſſiones ſeu inueſtituras attentis prædictis clauſulis cum omnimoda plenitudine, &c. conſtituere Marchionatum in feudum alienabile, & improprium.

Nec obſtat ſi dicatur, relationem dictæ inueſtituræ Theodori poſſe fieri ad aſſertam inueſtituram Federici II. anno 1245. Bonifacio Marchioni Montisferrati factam, qua cauetur dictum Marchionem, & eius hæredes ſemper debere tenere bona de quib. inueſtitur immediatè ab Imperio, & nunquàm de dominio Imperij ea ſubtrahere, quia contra ſcripturam productam plura opponuntur.

24 Primò fidem non facere † cùm careat die, cuius deffectus tollit fidem ſcripturæ Bart. Iaſ. & communiter Doct. in l ſi quis ex argentarijs. §. initium. ff. de eden. Felin. in c. 1 de fide inſtru.

Secundò opponitur deffectus poteſtatis dicti Federici II. † cum iam eſſet excommunicatus, & hæreticus declaratus, Imperioq; priuatus à Gregorio nono, anno 1238. teſte Carione lib. 3. monar. 4. eta. 3. col. 402. poſt Blond. lib. 7. Decade. 1. necnon ab Innoc. 4. in Lugdunenſi Conſilio anno 1244. & 1245. teſtibus Onofrio Paunio Hæremitano col. 148. Io. Andr. in addit. ad glo. in c. nemo de ellec. in 6. & eſt tex. in indiuiduo in c. 2. de ſenten. & re iud. in 6. quem citat glo. in c. vt inquiſitionis in prin. in dictione tunc de hæret. in 6. Modern. Pariſ. de feud. titu. 1. num. 42. & 43.

Tertiò obijcitur non eſſe veriſimile cũ in ea proponatur dictum Bonifacium aliqua mollitum fuiſſe in ipſum Imperatorem, & Imperiũ, propter quę meruit priuari Marchionatu, & nihilominus nullus cronicorũ Montisferrati ſcripror mentionem aliquam de his fecit. Quinimò Benecuenutus dicta cronica fol. 82. & ſeq. deſcribit Priuilegium dicti Federici conceſſum dicto Bonifacio anno 1239 in quo priuilegio Federicus II. atteſtatur dictum Bonifacium ſibi & pro genitoribus ſuis ſemper fuiſſe fidelem, nec aliquam mentionem facit Benecuenutus in dicta ſua cronica de dicto priuilegio 245. quo fit, vt non careat, ſuſpicione, cùm veriſimile ſit, quòd ſi fuiſſet conceſſum, eius meminiſſet Benecuenutus in dicta ſua cronica.

Præterea in aſſerta inueſtitura dicitur quòd ſit de rectis feudis ſuis, quæ ipſe Bonifacius tenebat ab Imperio, verum cùm non cõſtet dictum Bonifacium antea tenuiſſe ab Imperio, Marchionatum, & alia bona in feudum rectũ, conſequens eſt ex dicta inueſtitura non probari dicta bona eſſe feuda recta, argumento not. in l. à filio. §. teſtator, & ſeq. ff. de alimen. & ci-
26 ba. lega. vbi † relatiuum (quæ) reſtringit, & limitat antecedentia. faciunt notata in l. ſi ſic. §. 1. vbi Bart. communiter receptus. ff. de leg. 1. & ibi Iaſ. num. 10. poſt Bald. de feud. quæ. & Alexand. conſ. 187. num. 10. volum. 2. Signorol. conſ. 10.

Quinimò ſi videbitur priuileg'um ſiue inueſtitura facta à dicto Federico II. præfato Bonifacio anno 1239. vltima Auguſti cuius tenorẽ ſcribit Benecuenutus in ſua cronica fo. 82. & ſeq. legitur dictum Bonifacium inueſtitum fuiſſe de omnibus his, quæ tam ipſe, quàm prædeceſſores ab Imperatoribus tenuerunt, adepti & vſi ſunt quolibet iuſto titulo, videlicet, quæ de demanio tenebat in demanium, quæ de ſeruitio in ſeruitium, & ſpecialiter de caſtris Paciliani, Torcelli, & Cunioli cum omnibus iuribus quæ Imperiũ habet, qua conceſſione ſic ſtante nihil videtur alteratum a prioribus conceſſionibus,
27 & more vtendi. Nam † demania ſunt ea, quæ erant, & ſunt in poteſtate, & dominio Principis, & Principi tanquàm Principi ſpectant Lucas de pen. in l. quicũq; C. de omni agro de ſenlib. 12. quem citat Moder. Pariſ. de feud. §. 30. Iſer. & Aſſlict. in tit. de prohib. feud. aliena. per Federic. §. præterea Ducatus num. 46. & 65. & ſeq. Gulliel. à Perno conſ. 5. num. 6. & ſeq. Rip. lib. 1. reſponſo cap. 1. num. 11. & ex hac inueſtitura apparet, dictum Bonifacium bona quæ tenebat, & poſſidebat non tenuiſſe in rectum, & proprium feudum ab Imperio, quòd comprobatur ex dicto teſtamento prædicti Bonifacij facto anno 1252. de quo ſupra diximus, in quo ſubſtituit Gulielmo ſuo filio Alaſiam eius filiam ſi in nupta fuiſſet, alias Manfredum Marchionem Saluarum quas ſubſtitutiones non feciſſet, ſi tenuiſſet Marchionatum iure feudi recti, & proprij cap. 1. de ſucceſſ. feud.

Et ex his etiam tolluntur quæ de priuilegio à Conrado Rege filio dicti Federici II. eidem Bonifacio conceſſo anno 1253. die 4. menſis Maij dicuntur, cuius tenor inſertus eſt in prætenſo priuilegio Caroli IIII. anno 1455. tertio nonas Februarij, quod aliunde non aduerſatur cùm particulare ſit de locis, quæ aſſerit ob crimen læſę maieſtatis per quendam Manfredum Lanzam violentum Marchionum, rebellem ad curiam deuoluta fuiſſe. Cùm igitur non conſtet quæ oppida deuoluta fuerint, ergo nihil eſt conceſſum d. l. ſi ſic. vbi Bartol. & alij. ff. de leg. 1. cum alijs ſupra allegatis quibus addo Socin. conſ. 96. nu. 11. Dec. conſ. 302. nu. 11. verſ. præterea. Accedat quod in dictis inueſtituris Fe-
28 derici, & Conradi † non legitur aliquis actus traditionis poſſeſſionis, verus vel fictus, aut ſaltem abuſiuus per traditionem haſtæ, enſis, baculi, vel alterius rei corporalis, nec aliquod iuramentum fidelitatis legitur præſtitum prout fieri debet præſertim in feudis proprijs c. 1. quid ſit inueſtitura Corn. conſ. 16. litera L. & V. lib. 1. cùm alijs cumulatis per Aſſlict. deciſ. 299. nu. 2. minuſque facta recognitio è dicto Bonifacio ad quam tenebatur ex forma dictæ inueſtituræ.

Ex præmiſſis ergo ſequitur, vt ſæpè dictum eſt, primæuam dicti Marchionatus naturã per inueſtituram Henrici VII. mutatam non fuiſſe, prædictaq; verba, ita, quodàmodo, ſicut prout, eo modo, &c. ſtare conditionaliter limitatiuè,

restringeret; præcedentia, siue relatio fiat ad concessionem Ottonis, siue ad concessiones, aut inuestituras Federici I. Henrici VI. Federici II. & Conradi, cum hæ omnes soluentur in feudum impropriũ, & alienabile iunctis alienationibus dictorum Marchionum prædecessorũ fadis, rani in vltimis voluntatibus, quam in cõtractib⁹, & propterea eundẽ Marchionẽ Theodorum peti'ei, & disponere potuisse de dicto Marchionatu in liberos dicit⁹ Yolandæ eius filios eo modo, & forma prout in dicto pacto de quo agitur apparet, † & sine licentia, & consensu Imperatoris, c. vnico de feud. nõ haben. propr. nat. feud. vbi Afflic. & communiter Doctor. Alex. cons. 173. nu. 5. volum. 2. Dec. cons. 164. num. 3. vertic. secundo respondeatur, Idem Dec. consil. 590. num. 3. Grat. relpont. 9. num. 140. volum. 1. Cranet. consil. 256. num. 4. post Iacob. à Sancto Georgio in inuestitu. versic. item etiam quod ipsi valuit, Curt. iun. consil. 103. n. 15. & seq. Zasius de feudi. de gener. colum. 8. verific. quinta conclusio. Patri. late cons. 31. nu. 13 & 29. vol. primo. vbi hanc communem esse opinionem scribit, & in terminis nostris Roland. à Valle cons. 3. num. 60. & seq. affirmans pariter istam esse communem sententiã, quod apertius ex eo demonstratur, ex quo prædictus Theodorus post dictam inuestituram bis similc pactum fecit, & aliqua bona alienauit, vt in dicta cronica fol. 167. legitur.

Præterea, dato citra veri præiudicium quod consensus, & licentia, Imperatoris necchiã interuenire in dicto pacto debuissent, quod nõ admitimus, rationibus & iuribus supra adductis, attamen † propter vetustatem temporis, præsumerentur interuenisse, vt in similibus terminis concludit Aret. cons. 36. colu. 1. Felin. in c. Albericus nu. 3. & 4. de rescrib. vbi firmat hanc esse communem opinionem cum aliis supra allegatis in primo articulo, vbi de viribus antiquitatis loquuti sumus, quibus addo Alexand. consil. 79. num. 9. & seq. vol. 1. quem refert, & sequitur Dec. cons. 499. quod citat. Rolan à Valle sequens eandem opinionem cons. 99. nu. 21. & seq. vbi post plures per eum citatos respondet ad contraria Iafo. cons. 89. num. 6. vsque in finem volum. 1. Nec prædictis aduertantur quæscribit Socin. consil. 29. num. 20. quia loquitur de actu non longi temporis, & de solemnitate, quæ non potest interuenire tempore actus, ficus vero dicit quando sumus in actu antiquo, & tractatur de solemnitate, quę potuit interuenire tempore actus, vt puta de consensu testeeodem Socin. in d. cons. 29. num. 21. in princip. & vers. licet forte.

Nec repugnant consilia Iaf. 166. col. vers. sed præmissis non obstantibus volum. 2. & consil. 148. vol. 4. quia in d. consil. 176. ita tenet, quoniam consensus Ducis Sabaudiæ non poterat intervenire in illo actu, attento quod in eo interuenit consensus Principis Achayæ vt directi domini, duoq⁹ directi domin. esse regulariter nõ possint simul & semel, & qa ibi cõstabat de nõ cõsensu d. Ducis, & quod dicit Iaf. nõ præsumi solemnitate ex antiquitate temporis quando agitur de magno præiudicio, certũ communiter reprobatur in antiquitate temporis immemorabilis Cranet. de antiquit. temp. in 3. part. nu. 3. 4. & 5. vbi dicit non esse necessariam quantationem solemnitatum, quod etiam tenet Iaf. in l. sciendum nu. 16. ff. de verb. oblig.

Nec aduersus prædicta repugnant illa verba posita in dicta cõcessione Ottonis prout ipse, 31 & legaliter potuimus, † quia illa clausula regulariter in priuilegiis, & cõcessionibus fiat cautela, dicit⁹ quia possumus Alex. cõs. 16. n. 25. & seq. vol. 5. præterquã quãdo consensus interuenit supplicantis aliquid tale concedi, & confirmari, vt in casu dictæ concessionis, & confirmationis Ottonis, nam sine bona in eo contenta in rorum, vel in partem ante prædictam concessionem fuissent ipsius Ottonis, vel Aledrami, nemini dubium est, vnumquemq; ipsorum (modo non errarent) posuisse suis bonis legem, quã voluerint imponere, † proinde eo pro libito in alledium sine in feudum proprium, vel improprium donare seu concedere etiam cũ tranlatione omnis proprietatis potuisse, in terminis dam. C. mandati. & d. cap. 1. ff. de feud. non habem. propr. nat. feud. vbi late Afflic. col. 1. aliar. post alios in c. 1. §. & quia nu. 13. de his qui feud. dare possunt c. 1. in fin. per quos fiat inuest. Alex. consil. 39. circa fi. vers. sed. & quando est aclum volum. 1.

Nec contra vrget quod dicitur, in illis verbis (habere, & tenere) addi debeat qualitas scilicet (in feudum) quia hæc subauditio aduersatur textin d. c. 1. de feud. vbi secundum communem intellectum † quando alicui est datum aliquid in 32 feudum cum clausula (& cui dederit) scilicet (in feudum) ideo talis potest libere donare Curt. de feud. in 2. reg. 4. par. quæst. 5. in fin. Socin. cons. 258. num. 4. circa fi. Dec. cons. 193. num. 3. Rol. à Valle d. cons. 2. in fin post Bar. Cur. sen. & tun. Iaf. & Bar. per eum allegatos, sic in c. in nostro non est admittenda subauditio dictorum verborum (in feudum) satis enim est, quod constet quo modo, & qua forma prædecessores d. Theodori d. Marchionatum habere, & tenere consueuerint.

Nec sunt impedimento illa verba Henrici in 33 uestitis in nobile rectum, & gentile feudum, quia respondetur dictione, nobile, varijs modis sumi, & inter cetera feudum nobile dici quid alteri non feruit, ideo feudum francum, & liberũ secundũ aliquos dicitur nobile, & ad paria indicatur feudum libertum, & nobile. Corn. cons. 16. litera B, & B. vol. 1. post Io. Andr. & ibi ra per eum citata Paul. de Castr. cons. 461. nu. 15. volu. 1. secundum impressionem Papiense late Tiraq. de nobil. cap. 7. ex cuius scripta legitur illam qualitatem nobilitatis quando additur tondo non operari, vt per eam feudum dicatur proprium, vel improprium alienabile, aut in alienabile, sed tantum respectu nobilitatis conferendæ vel non, occasione feudi considerata persona concedentis Io. And. in additio ad Spec. de præsc. in rubr. Alex. cons. 30. nu. 22. & seq. vol. 1.

34 Idem dicimus † de dictione (rectum) scilicet illam

illam varię sunt, recipereq; interpretationem secundum qualitates adiectas, vt latè concludit Alua. & Præpos. in prælud. feud. in 12. diuisione. Cur. iun. de feud in 1. par. quæst. 8. col. 5. vers. tertio sub hac specie Paris. cons. 4. nu. 17. vol. 1. vbi dominatum dicit, quòd licet in inuestitura dicatur, quòd Princeps concedit in feudum regium, nobile, & gentile, tamen illud nomen regium propter qualitates in illa positas non stat proprè, nec denotat feudum proprium, sed cõditionatum, cum sequenti declaratiõ præcedentia. l. si seruus plurium. 8. fin. ff. de leg. 1. & tale verbum regium exponitur perpetuum, & non reuocabile, vt in simulibus dicitur in cap. 1. §. item si vasallus. ti de feud. fuer. controuer. Id- 35 circo † illa verba limitantur, declarantur, restringuntur, & interpretantur per illa verba sequentia, scilicet ita quodammodo, &c. l. si cum fundo, & ibi Cepol. & Alcat. ff de verb. signif. l. cubius 5. quem habebat. ff. ad Turpeil. cum M. de consum. Socin. cons. 14. num. 9. vol. 1. cons. 69. nu. 85. vol. 3. Caru. cons. 11. litera M. vers. & maximè, quia sequentia vol. 1. Dec. cons. 227. nu. 16. & cons. 435. num. 8. & seq. Vbi ad contraria respondet Rum. cons. 18. num. 21. volum. 2. post Guillelm. Angel. & alios per eum allegatos, & cons. 1. num. 12. volu. 4. vbi loquuntur de clausula, ita quod, de qua etiam ibi Capic. dec. 108. num. 12. Paris. cons. 20. num. 47. & cons. 92. num. 53. volum. 2. & cons. 1. num. 23. & sequent. volum. 3. Socin. iun. cons. 69. num. 55. volum. 5. vbi loquitur de illis verbis, ita quod, & cons. 71. num. 53. volum. 4. Faciunt, quæ in materia feudali scribit Rol. à Valle cons. 67. num. 55. volu. 1. concludens verba sequentia declarare præcedentia post Præpolit. & Socin. iun. per eum allegatos, & de dictione, ita tamen, Berous. cons. 102. numero 17. volum. 2. & cons. 178. num. 12. volum. 1. latè Crau. cons. 25. num. 26. volum. 1.

Et propterea corruere etiam fundamentum, quòd sit super confessione dicti Theodori, de qua in dicta inuestitura, dum fatetur Marchionatum Montisferrati esse feudum nobile, & antiquum Imperij, quia non dicit illud fuisse feudum proprium, & stant simul, quòd feudum sit nobile, & antiquum, & sit impropriũ, ac alienabile, vt supra probauimus, & id clarè cognoscitur, quia petijt se inuestiri eo modo, & forma, & quo, & quâ prædecessores illud feudum tenere consueuerunt, & ita concessum fuit; at prædecessores tenuerunt dictum Marchionatum iure proprio, aut saltem vt feudum impropriũ, alienabile, & dispõibile, ergo confessio prædicta tanquã erronea non nocet. Quòd autem sit erronea clarè apparet ex præcedentibus inuestituris, concessionibusq; Marchionum prædecessorũ, ex quibus liquet bona de quibus agitur esse alienabilia, & dispõibilia, 36 & propterea rem aliter se habere † Ideo confessionem prædictam esse erroneam, vt in terminis respondet Rip. lib. 3. responsorum cap. 1. nu. 89. & seq. Alex. cons. 9. num. 12. per totum volu. 5. Et huic sententiæ appositè deseruit text. in l. error. in fin. ff. de iur. & fact. ignoran. quo loci habetur in damnis amittendæ rei ignorantiam iuris, aut facti non nocere, in l. si aliquam rem. ff. de acq. possessiõ. l. qui rem. & in l. ad probationẽ, C. locat. & vbiq; communiter DD. concludentes communi calculo, † quòd error domini conducentis, vel in feudũ, censuũ, vel emphyteusim recipientis rem suam, quam putat alienam, facit actum ipso iure nullum, & nullum dominium nec possessionem perdit Raul. de Castro cons. 11. col. 1. vol. 2. Cumian. cons. 165. Fulgos. cons. 5. Abb. cons. 3. quæst. 24. volu. 2. Alex. cons. 69. nu. 6. & plur. seq. vol. 5. Afflict. de cap. qui cur. vend. in princip. nu. 59. concludens per recognitionem non constitui feudũ. Et ex istis apparet omnia fundamenta, quæ fiũt in dicta inuestitura Henrici VII. præsertim in confessionibus prædictis esse sublata, cùm ex antiquis inuestituris relatis, & ex obseruantia Marchionũ Montisferrati vsq; ad ipsum Theodorum de qua supra dẽmonstrauimus, appareat 38 feudum illud esse impropriũ, & alienabile † prout huiusmodi alienabilia natura ejus exigebat. præfatus Theodorus prædicta cronica Beneuenti fol. 100. & seq. vbi nominatim confitetur Ioannem Saxonem Marchionem Montisferrati de iure, & ex priuilegijs Imperatorum potuisse liberè testari, & Yolandam eius sororem, ac Yolandæ liberos sibi hæredes in dicto Marchionatu instituere, quod etiã firmat collegium Bononiense in d. consilio contra Marchionem Saluciarum num. 33. & 51. & seq. ideo non militare quę dicuntur tenebit non constare de consuetudine Marchionum cõtrahendi, & disponendi de prædictis Marchionatu, & bonis, cum ex præmissis multiplicans contractibus, & dispositionibus fatis constet de solito, & consueto. l. mella. §. 1. vbi Bart. ff. de alimen. & cib. legat. Dec. cons. 222. nu. 10. de quo vsu, solito, & consuetoetiam concludenter deponũt testes nomine Ducis Sabaudiæ examinati.

Nec in contrariũ mouere debent Doctores qui Mantuæ opinantur, quia dominus Hieronymus Medices Lucensis affert constare scilicet de contraria consuetudine per productionem variorum instrumentorum, continentiũ licentiam alienandi feuda, & etiam per testes examinatos parte Ducum Mantuæ, quia non video aliqua instrumenta in actis producta quibus constet aliquem Marchionem Montisferrati in aliqua alienatione bonorum, de quibus agitur impetrasse licentiam alienandi ab Imperatore, nec vidi aliquos testes partis deponentes de aliqua cõsuetudine dictorum Marchionum impetrandi prædictas licentias. Et posito citra veri præiudiciũ, quod aliqui testes deponant de quadam consuetudine vniuersali Italiæ requirendi dictas licentias in alienationibus feudorum, Respondetur eos non concludere, cum non deponant de aliquibus certis feudis, nec eorum qualitate, & natura, anq; sint propria vel impropria.

Nec obstant asserta quinq; attestationes à prætensis Comitibus Nouellarij. Corrigic. Carpi, Rolli, & Archi factæ in actis productis folio 703. qui attestantur se pro notorio tenere

Principes Italiæ Ducatus, Marchionatus. Comitatus, & alia feuda à sacro Romano Imperio recognoscentes non posse valide, nec fas esse eos esse sua feuda, vel de ipsis feudis, seu bonis feudalibus sine licentia superioris alienare, seu obligare nisi in casibus à iure communi feudorum concessis quoniam † cum huiusmodi attestationes parte nō vocata receptæ fuerint cōtra l. do vnoquoq; ff. de re iud. c. 2. de testib. & c. nuper eod. tit. ideo nullius sunt vigoris, & effectus Alex. cons. 25. in fin. volum. 4. Præterea, illæ loquuntur, & ita intelligi debent de Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus, & aliis feudis propriam naturam feudi habentibus, nō verò de habentibus impropriam, prout est feudum hoc, & bona Marchionatus Montisferrati, vt supra diximus, & ex inuestituris apparet 40 † quarum tenor attendi debet, & communi naturæ feudorum derrogat. c. vnico in fin. vbi Bal. in fin. de his qui feuda dar. possunt nu. 52. cōcludens pacta tribere feuda extra naturales ne nimis feudi Brun. late cons. 41. Dec. cons. 44. num. 3. Affict. decis. 255. num. 102. & seq. Iacob. à Sancto Georg. in sua inuestitura in verbo Marchio in princip. plures cumulat. Neutz. cons. 10. in princip. Pilau. cons. 129. num. 32. & seq. sed Marchionatus Montisferrati quatenus dici possit feudum, est impropriam, & alienabile feudum, vt supra abunde probauimus, ergo huiusmodi attestationes Duci Sabaudiæ non obsunt, contra quas vrgent ea loco rum etiam intigniū Montisferrati alienationes præsertim pro doubus vxorum, & filiarum, nec non & dotale instrumentū Valentinæ filiæ Io. Galeacij Vicecomitis, & Ducis Mediolani vxoris Ludouici Ducis Aurelianensis anno 1387. die octaua Aprilis, in quo inter cetera in eo cōtenta tale pactum extat, quod ipso Ioanne Galeacio sine filijs masculis decedente præfata Valentina, seu eius filij in dominis Ducis Mediolani succederent, illius etiam instrumenti meminit Benevenutus. fol. 340. Præterea cōsuetudo siue vsus dictorū Marchionum sit in spe- 41 cialis quo ad bona de quibus agitur † clarum est per hunc vsum specialem esse derrogatum vsui, seu consuetudini generali ex vulgata regula l. in toto iure. ff. de reg. iur. & c. generi eo. tit. laudatissimè Parisi. cons. 13. nu. 20. & plumb. seq. per tres col. vol. 1. faciunt quæ scribit Roi. à Valle cons. 55. nu. 16. vol. 3. post Bald. cons. 318. vol. 1. & propterea inane esse, quod opponitur in dicto pacto non fuisse expressè reseruatum ius Imperatoris, quod reseruare necessarium fuisse scribit Simoneta cons. 73. nu. 22. inter cons. Mantuæ morus authoritate Curt. de feud. in prælud. car. 3. colum. 4. in fin. secundum impressionem Papiensem, qui mihi hoc nō dicit, quo fit vt putem voluisse allegare Curt. fol. 9. colu. 2. verlic. quartus, & vltimus effectus, quo loci, nec etiā dicit id quod allegatur, scilicet alienationem feudi non tenere. si vassallus qui potest alienare feudū irrequisito domino in alienatione eius domini expressè nō reseruauerit. ita enim nominatim scribit Curt. quòd vassallus post alienare feudum francum irrequisito domino, salvo tamen iure domini, ex quibus verbis non video cum dicente dicta verba, salvo iure domini necessariò debere scribi in alienatione feudi, quæ fit ex facultate concessa in inuestitura alienandi bona feudalia ita quòd si omittantur, corruere debeat alienatio, nam si accurate legitur scripta Curtij, respondet propositæ quæstioni, an vassallus possit alienare feudū francū irrequisito domino salvo iure domini, hoc est, quòd non obstante huiusmodi alienatione salvum semper sit ius domini, dicta interpretatio comprobatur ex eo quod idem Curt. in vero feudis vero effectus, dicit, vassallum posse retrahi de feudo franco, nec addit illa verba, salvo tamen iure domini, quorum omissio non vitiat testamentū, & hæc confirmantur, quia non obstantibus inuestituris seu concessionibus Federici primi Henrici VI. Federici II. & Conradi ex aduerso productis Marchiones Montisferrati Saxones vsq; ad Ioannem vltimum illius agnationis Marchionem contraxerunt, & testati sunt de bonis, de quib. agitur, absq; eo, quod in instrumentis legatur posita prædicta clausula, salvo iure domini, quæ multo magis potuit omitti in dicto pacto, cum alienatio de qua in eo non possit dici propria alienatio, tum quia sit facta in descendentes ex filia dicti Theodori, cum etiam facta legatur sub cōditione incerta, scilicet deficiente linea liberorū masculorū ipsius Theodori, qua conditione incerta stante non possit dici propria alienatio, argumento not. à Cepol la, & Alciat in Creditores. ff. de verbor. signif. concludentes creditores sub conditione incerta non venire appellatione creditorum: apparet igitur ex præmissis dictum pactum fuisse tunc, & recte factum, tum virtute primarum concessionum siue inuestiturarum à parte productarum, concedentium facultatem Marchionibus contrahendi, & disponendi de dicto Marchionatu, & alijs bonis, de quibus agitur, quā ex antiquissimo vsu dictorum Marchionū sic libere contrahendi, & disponendi irrequisitis Imperatoribus, & nulla facta reseruatione iurium Imperatorū, de quo vsu supra lata docuimus, quem etiam fatetur Benevenutus dicto fol. 160. & seq. & Colleg. Bonon. dicto consil. contra Marchionem Saluttiarum nu. 31. & seq. & 69. & propterea vanam esse quæstionē nullitatis dicti pacti ex defectu licentiæ seu consensus Imperatorum, aut reseruationis iurium ipsorum cum vt iæpius dictum est, prædicta nō fuerint necessaria. Supradicto ergo pacto sic stante clarissimi iuris est, omnes alias concessiones, donationes, & inuestituras ab Imperatoribus deinde factas nō præiudicasse, nec præiudicare iuribus prædicto quondam Caroso Sabaudiæ Duci, & consequenter Serenissimo Emanueli Philiberto moderno Duci Sabaudiæ virtute 42 eiusdem pacti competentibus † ex vulg. reg. de qua in L. 2. §. meritè, & §. si quis à Principe, ff. no quid in loco publ. nec alias C. de emancip. lib. vbi concessiones, & priuilegia Principū sēper citra Iniuriam, & damnū tertij intelligi debent Iaſſate in l. fin. nu. 59. & 64. ff. de constit. Princip.

Princip. post plures DD. quos ibi refert, & in l. quominus nu. 9. & seq. ff. de flum. Alex. cons. 57. num. 5. volum. 3. cons. 84. num. 9. cod. volu. & cons. 216. num. 19. volum. 2. Dec. cons. 468. num. 26. & seq. & cons. 498. num. 17. & his adstipulantur, quæ in terminis nostris scribit Roland. à Valle d. cons. 2. nu. 146. & quatuor seq. vbi ait, consensum seu cõcessiones domini, ac superioris in prejudicium tertij nõ valere. Natta cons. 504. num. 6. & 7. cons. 524. num. 27. & cons. 509. num. 7. & seq. & cons. 584. num. 7. vbi dicit post plures DD. per eum allegatos, id procedere etiam si id priuilegio esset clausula motu proprio, & non obstante, quod etiam affirmat cons. 5. num. 5. Carolus IV. expressè in confirmatione facta Ioanni Marchioni anno 1369. octauo Idus Martij in prinoipio, tertij iura reseruat, & ex eo etiam quod donationes, concessiones, confirmationes, & priuilegia subsequuta ad præcedentes se referant, eaq; confirment. Nam cum in confirmatione Caroli IV. Ioanni Marchioni dicti Theodori filio anno 1369. octauo Idus Martij idem Carolus præfato Marchioni, eiusque hæredibus, & successoribus omnia iura priuilegia, immunitates, gratias, literas à retroprincibus obtentas in omnibus suis punctis, clausulis, & tenoribus de verbo ad verbum. Prout imperiali maiestate, & sacro Romano Imperio obtenta, & obtentę sunt, & prout vtentium vsu approbata fuerunt confirmauerit, & de nouo concesserit. Quæ verba repetita etiam fuerunt in cõcessionibus Venceslai Imperatoris præfati Caroli IV. filij Theodoro præfati Ioannis filio Marchio Mõtisferrati anno 1384. die 15. Martij factis, & Sigismundi Imperatoris, eidẽ Theodoro anno 1414. die 2. Ianuarij ac Io. Iacobo Marchioni dicti Theodori filio anno 1418. die 17. Iunij, Federici III. Imperatoris Gullielmo Marchioni dicti Io. Iacobi filio anno 1464. die 14. Maij, & anno 1469. prima Februarij, necnõ Bonifacio dicti Gullielmi fratri anno 1485. die 8. Iulij concessis, & in concessione Maximiliani Imperatoris Mariæ tutrici Gullielmi Marchionis prædicti Bonifacij filij anno 1494. die 17 Martij, ac Caroli V. Annæ tutrici Bonifacij Marchionis præfati Gullielmi filij, & Illustrissimæ Ducissæ Mantuę fratris anno 1522. die 19. Octobris, necnon ipsis Illustrissimis Ducibus Mantuę anno 1532. die vltima Decẽbris factis in omnibus sint positæ clausulæ prædictæ quemadmodum, prout, sicut & aliæ similes præcedentium concessionum relatiuæ, & confirmatiuæ, † quæ operantur, vt relatum censeatur esse in referente cum omnibus qualitatibus suis vulg. l. asse. toto ffde hæred. in fitu. Paris. cons. 22. num. 11. & sequent. vol. 1. post Barto. Paul. de Castr. Alex. Alber. Brun. & Curper eum allegatos concludens, posteriores inuestituras, & concessiones censeri debere concessas ad confirmationem, & corroborationẽ præcedentium, non autem ad derrogationem, quia inducta ad confirmationem non debent derrogationem operari. l. legata inutiliter in princip. ff. de adm. legat. cum similibus dici non potest iuribus prædicti Serenissimi Ducis derrogatum fuisse, eo quod in plurimis ipsarum concessionum siue inuestiturarum concessionum siue inuestiturarum locis nominatim ius tertij reseruatum sit, vt in priuilegio Sigismundi Imperatoris anno 1413. die 2. Ianuarij, & 1414. die 20. Septembris, & etiam Federici anno 1469. die prima Februarij, Maximiliani 1513. die 20. Ianuarij, Caroli V. anno 1522. die 19. Nouembris, & 1532. vltima Decembris, in quibus præcedentia de verbo ad verbum referuntur, & ad ea fit relatio, multò magis, & in specie de iuribus præfati quondam Caroli Ducis Sabaudiæ, quæ confirmauit, & illis derrogatum esse noluit per inuestituram factam Du-
44 cibus Mantuæ, † quæ quidem clausula aliorũ ius conseruat, & defendit, vt late de ea scribit Paris. cons. 5. nu. 26. vol. 1. & cons. 65. num. 51. vol. 3. post Bal. Alber. Sign. Brun. & Curt. quos allegat, Affict. in cap. 1. qui succeff. tenentur col. 8. Natta d. cons. 509. nu. 15. & 19. post Specul. & Oldr. per eum citatos.

Nec aduertatur nobis alia ciusdẽ Caroli IV. concessio sub 10. Maij 1355. quoniam ea in meram donationem omnium dominiorum, & iurium imperio, competentium sonat, nullo penitus reseruato, nisi iure quod Imperatori in Principes competit, & etiam ipsa est præcedentium concessionum confirmatoria de qua latius dicetur in sequenti petitione. Non etiam obstant clausulæ ex certa scientia, motu proprio, de plenitudine potestatis, nõ obstantibus, & aliæ, quæ cum positæ sint in concessionibus subsequentibus ad anteriores, vt dictum est, expressam relationem habentibus, præcedentium confirmationem potius, quàm derrogationem operantur, prout latius de his clausulis infra in tertia petitione dicetur.

Minusq; impedimento sunt alienationũ dicti Marchionatus, & bonorum de quibus agitur reuocationes, quę in priuilegijs Federici III. & Maximiliani continentur, quia illæ loquuntur de alienationibus vi, metu, dolo, aut p aliquã aliam machinationẽ factis, aut alio quouis modo illegitimè extortis, sed pactũ de quo agimus non fuit vi, metu, dolo, aut per aliquã machinationem factum, ergo illud reuocatum
45 ab ipsis Imperatoribus non censetur, prout † nec etiam reuocare, maximè nulla subsistente causa potuissent, & ius Ducibus Sabaudiæ virtute illius pacti ex volũtate alterius partis quæsitum tollere. l. sicut vbi gl. C. de actio. l ratas. C. de rescind. vendit. Zasius in terminis. d. cons. 1. num. 74. lib. 2. & per DD. in cap. quæ in ecclesiarum vbi Dec. num 27. de constit. & in cap. 1. de feudo sine culpa non amittendo Cravet. de antiquit. tempor. parte prima in princip. nu. 23. & in terminis nostris Gozadin. consil. 9. num. 45. Socin. iun. d. cons. 77. num. 111. & 112. lib. 1. Curt. senlatè in consil. 50. colum. 7. post plures
46 alios per eosdem allegatos. Nam † Imperator etiam de plenitudine potestatis non potest dominium quod est iurisgentium licet quæsitum fuerit per actũ iuris ciuilis sine causa alicui auferre, prout plurib. in locis Craueta scribit post

multos quos allegat, videlicet in conſ. 7. num. 16. in conſil. 5. num. 4. conſ. 135. num. 20. conſ. 172. num. 3. conſ. 103. num. 3 & conſil. 241. nu. 2. verſic. aduertendum eſt poſt plures DD. per eum allegatos, Pariſ. conſil 101. nu. 70. & ſeq. volu. 1. vbi dicit iſtam eſſe magis communem opinionem, & iſtud nedum in dominio directo, ſed etiam vtili procedit, quod Princeps tuꝰ Imperator ſine cauſa auferre non poteſt vt per Doct. in d. cap. 1. de feud. ſine culpa non amittat. Curt. ſen. d. conſ. 50. colum 70. verſi. tamen iterato, Ruin. conſ. 46. num. 10. & conſ. 37. num. 4. lib. 1. Iaſ. conſil. 107 colum. 3. lib. 3. & conſ. 86. col. 2. lib. 3. Socin. iun. conſ. 134. nu. 110. lib. 2. Clar. in tract. de feud. q. 62.

Etſi dicatur tempore dictarum reuocationum ius tantum in ſpe ex prædicto pacto Ducibus Sabaudiæ competiſſe, proinde reuocari
47 potuiſſe. Ad hoc reſpondetur,† huiuſmodi ius in ſpe eſſe probabile, & conſiderabile cùm ſit radicatum in contractu. & ſtipulatione ex cauſa de præterito, ita tenent Oldrad. conſ. 224 nu. 2. Aret. conſ. 3. circa fin. Dec. conſ. 107. num. 1. in fine vbi per tex. in §. ex conditionali Inſtit. de verbor. oblig. in l. quoties ff. de noua. & doctr. Bald. in l. ſi conſtante colum. fina C. de donat. ante nupt. dicit ius acquiſitum ſpe ex contractu tolli non poſſe, & conſ. 408. num. 26. Socin. iun. conſ. 95. num. 28. & ſeq. vol. 1. Ruin. conſ. 3 num. 1. 2. & col. fin. vol. 1. Zaſius de feudi alien. col. 18. latiſſimè Tiraquell. de iure primogenit quæſt. 40. num. 95. & quæſt. 42. nu. 20. Natta conſ. 268. num. 8. & 9. & ſeq. loquens de iure in ſpe conſiſtente Iaſ. conſ. 223. col. 3. verſ. ſecundo quia, per tex. quem dicit expreſſiſſimum in c. 1. de alienat. feud. pater.

Et dato citra veri noxium cauſam ſubeſſe priuandi Ducem Sabaudiæ iure ſuo, prout non
48 fuit,† attamen adhibenda erarin eiſdem reuocationib. concedendis cauſæ cognitio, vocato, eodem Sereniſſimo Duce de cuius præiudicio agebatur, prout concludunt omnes DD. in locis ſupracitatis, quibus addo Pariſ. conſ. 1. nu. 19. lib. 1. poſt plures alios quos ibi refert, & de quo latius in tertia petitione dicemus. Præterea culpa vnius non potuit aliis Ducibus Sabaudiæ tumris nocere præſertim Duci Carolo qui tempore purificatæ conditionis dicti pacti reperms fuit in rerum natura vulga. reg. c. non debet de reg. iur. in 6. Quibus ſtantibus nullum reuocationes illę præiudicium pacto de quo agimus afferre potuerunt.

Præterea, aut Duces Mantuæ fatentur ſe eſſe vt ſunt præfati Theodori Paleologi primi illius agnationis Marchionat' Montisferrati acquiſitoris, hæredes, ſaltem mediis perſonis prædeceſſorum, præſertim Bonifacij aui, Gullielmi patris, Io. Georgij patrui vltimi in dicto Marchionatu Montisferrati, qui ſunt ex deſcendentibus maſculis dicti Theodori, proinde præfati
49 Theodori ſucceſſores: cùm† vltimus ſucceſſor primi acquirentis ſucceſſor dicatur c. 1. de natu. ſucceſſ. feud. cap. 1. ſi vaſſ. feud priu. cui defecta. quæ iura ad hoc citat Iacob. à S. Georgio in verſic. præſentes. & recipientes num. 6. Pariſ. d. conſ. 23. num. 53. 262. & ſequen. vol. 1. Socin. iun. d. conſil. 72. num. 29. & ſeq. volum. 1. poſt Angel. Cald. Alex. & Brunum per eum
50 allegatos; & hoc caſu† certi iuris eſt, & ipſos Duces Mantuæ, nõ potuiſſe impugnare, & infringere factum defuncti vulga. l. cum à matre. C. de rei vendi. & l. ex qua perſona vbi Dec. & Cagnol. ff. de regul. iur, Alex. conſ. 38. num. 11. & ſeq. volu. 5, Cepoll. conſ. 31. num. 1. & ſeq. Ruin. conſi. 25. num. 10. & ſequen. volum. 2. Pariſ. conſ. 2. num. 23. volum. 1. concludentes hæredem alienantis feudum hæreditariũ multõ magis improprium non poſſe venire contra factum defuncti primi acquirentis, quod etiam firmat Colleg. Bonon. in dicto conſilio contra Marchionem Saluttiarum. nu. 59. & ſeq.

Si verò negent ſe eſſe hæredes ſaltem mediatos dicti Theodori, receptiſſima eſt doctorum ſententia, illos ad prædictum Marcionanim admitti non debere nec debuiſſe hanc concluſionem firmat Alex. conſil. 26. num. 6. & ſeq. volum. 4. conſil. 10. num. 8. volum. 3. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell quem refert, & ſequitur Dec. conſi. 390. Campez. conſi. 11. num. 6 inter conſi. Bruni Iaſ. Ibidem conſ. 9. num. 8. Brun. conſ. 18. nu. 13. & 14. vbi ſic ſi Calde. conſil. 13. ſub rubr. de feud. dicit, quod in tali caſu non queritur de ſucceſſione vltimi defuncti, ſed de ſucceſſione primi inueſtiti in cuius perſona cõtractus, & facta ſint fundata, Pariſ. in terminis noſtris conſ. 23. num. 177. volum. 1. Ruin. conſ. 1. fin. n. 12. volum. 1. Socin. conſ. 5. nu. 18. 28. vol. 3. Natta conſ. 149. nu. 2. & 5. Silua conſ. 30 num. 14. & pluribus ſeq. D. Roland. à Valle etiam in caſu noſtro dicto conſil. 2. num. 77. & 115. Alciat. reſponſ. 1-8. num. 7. & reſponſ. 186. per totſi poſt alios ab ipſis citatos, ex quibus patet eſſe communem, & indubitatam iurisconcluſionem, quòd negantes ſe eſſe hæredes mediatos, vel immediatos primi acquiſitoris, non debent admitti ad feudum.

Nec Duces Mantuæ iuuat quòd eorum nomine dicitur, videlicet non eſſe hæredes dicti Theodori, cuia Gullielmus filius Io. Iacobi repudiauit hereditatẽ Ioannis Marchionis eius fratris inneſtiti, de qua repudiatione dicunt cõſtare inſtrumento recepto anno 1464. die nona Ianuarij producto fol. 824. quia ſi diligenter videatur ſuſpitione nõ caret, attento quòd in allegata cronica Beneuenuti fol. 466. legitur præfatum Iohannem periſſe die 19. Ianuarij, & ſic viuere dicta die nona Ianuarij, & propterea eius hæreditatem non potuiſſe repudiare, cùm viuentis non ſit hæreditas. l. 1. ff. de hæred. vel actio. vend. Et hæc ſuſpitio augetur ex eo, quòd de dicta repudiatione nulla legitur facta mentio in cronica Beneuenuti cuius veriſimiliter meminiſſet ſi facta fuiſſet, prout meminit aſſertæ repudiationis Bonifacij Marchionis hæreditatis prædicti Gullielmi, de qua in dicta cronica fol. 481. Item opponitur aduerſus aſſertam ſcripturam non fidem facere tanquam exemplum parte non vocata ſumptum. iuribus vulgaribus, Et dato quòd exemplo danda fides eſſet, dicitur imaginariam fuiſſe præ-

tenſam

tensum repudiationem, cùm re vera fuerit hæ-
51 res. & successor dicti Ioannis fratris, † plusque
valere debeat, quod agitur quàm quod simu-
latè concipitur, & magis attendenda sunt facta
quam verba. l. si tamen. 5. ei qui ff. de ædili. ædic.
c. cauere. 22. quæst. 5. & in materia repudiatio-
nis. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquir. hę-
red. & ibi Barto. num. 6 faciunt quæ notat Dec.
in c. cùm super coſ 2 in fine de offi. deleg. vbi di-
cit, plus esse facere, quã dicere, & voluntas ma-
gis declaratur factis, quàm verbis, iuribus per
eum allegatis. Conſtat etiam ex prædicta con-
fessione partis fol. 149. præfatum Gulielmum
tenuisse, & possedisse eadem met bona, quæ Io.
Iacobus pater, & successiuè Ioannes frater ten-
uerunt respectiuè, & possederunt, quod esse
non potuit citra ius, & nomen hæredis, vt per
Alexan. conſ. 32. num. 1. vol. 3. saltem respectu
bonorum mobilium, & allodialium, ac etiam
feudalium hæreditariorum non habentiũ pro-
priam naturam feudi, vt supra diximus; Et po-
sito citra veri præiudicium quo d confiteretur pre-
fatos Gulielmum, & Ponsicinum repudiasse
hæreditatem dicti Ioannis fratris, attamen non
legitur aliquem ipsorum abstinuisse ab hære-
ditate Marchionis Io Iacobi eorum patris, filij
hæredis Theodori defuncti anno 1410. filij &
hæredis Ioannis primi illius nominis agnatio-
nis Paleologi Marchionis Montisferrati de-
functi anno 1372. filij & hæredis prædicti Theo
dori Paleologi primi acquisitoris præfati Mar-
chionatus ex agnatione Paleologi, cuius hære-
des se esse confessi sunt præfati Duces Mantuæ
ministerio Sormani eorum procuratoris, qui
in cedula per dictum Sormanum procurato-
rem Ducis Mantuæ producta die prima Iunij
1534. fatetur, bona ad quæ agitur fuisse relicta
in hæreditate Io. Georgij, & per ipsius prædе-
cessores, & antecedentes gradatim vti veros
Principes, dominos, & possessores liberè tenta,
& possessa spatio ducentum annorũ, & plus
singula singulis debitè referendo, intra quod
tempus ducentum annorum, comprehendit-
ur præfatus Theodorus primus, qui reste Be-
neuenuto sua cronica folio 172. petijt anno
1338. idem etiam, & secundo confessus est Sor-
manus in cedula producta die decima Iunij eius
dem anni 1534. in qua, genesim dicti Io. Geor-
gij à dicto Theodoro latè deducit. Si ergo libe-
ri dicti Theodori inter quos connumeratur Io.
Georgius gradatim possederunt dicta bona
quæ vt pars fatetur, relicta fuerunt in hæredi-
tatem dicti Io. Georgij, consequens est, quòd
etiam relicta fuerint in hæreditatibus prædece-
sorum respectiuè, ne eadem res diuersis iure
censeatur contra regulam. l. cùm qui ædes. ff.
de vsucap. Præterim cùm vt sæpè dictum fuit
Marchionatus, & bona de quibus agitur quate-
nus feudalia dici possent, sint feuda hæreditaria,
& impropria: Cùm igitur præfatus Io. Geor-
gius fuerit hæres, & successor primi, dictaq; Il-
lustrissima Ducissa Mantuæ faciat se hæredem
prædicti Io. Georgij eius patrui defuncti sine li-
beris masculis legitimis, & naturalibus, sequ-
itur necessariò similiter fuisse hæredem præfati
quondam Theodori primi.

Nec obstat quod parte dictorum Ducum
Mantuæ dicitur, eos venire ex asserta inuesti-
tura Caroli IIII. die 10. Maij 1355. quæ dicitur
facta Ioanni filio, & hæredi Theodori primi
acquisitoris pro ipso Ioanne, & eius hæredi-
bus, & successoribus masculis, & fœminis cùm
multis modis tolli possit. Primo, quod de ea
legitimè non constet, quoniam nullum origi-
nale prætensæ inuestitiuræ legitur productum,
sed cùm taxat reperitur eius tenor insertus in in-
uestitura Caroli V. facta dictis Ducibus anno
52 1532. die vltima Decembris, † ex qua quidem
insertione non inducitur probatio vulg. auth.
si quis in aliquo. C. de eden. cùm alijs cumula-
tis in decisio. Pedemont. 166. quæ procedunt
etiam si inserantur tenores in concessionibus,
seu confirmationibus Principũ quando tenor
relatus nõ est in potestate cõcedentis, seu con-
firmantis, at Carolus V. iure non potuisset in
præiudicium iurium Ducis Sabaudiæ compe-
tentium virtute dictæ pacti, vt infra concluden-
ter probabimus respondendo clausulis ex cer-
ta scientia & alijs similibus ergo insertio teno-
ris non probat.

Secundò dato, quod ex asserto tenore pro-
baretur dicta cõcessio Caroli IIII. dicimus illam
sonare in meram donationem, & maxi-
mè stante versiculo in dicta concessione descri
pto, incipiente, & nihilominus, &c. in quo di-
cius Imperator non obstante quòd paulo ante
dixisset quòd omnia, & singula castra, & bona
in dicta concessione specificata, quæ erant de
proprietate, & dominio immediato Imperij in
proprietatẽ dicto Io. Marchioni hæredibus, &
successoribus suis dabat, quicquid verò in feu-
dum, aut retrofeudum erat, aut esse debebat; &
53 donabat † ex quibus verbis vniuersalibus quic
quid in feudum, nihil penitus censetur esse feu-
dale nisi quod esse feudale probatum est argu-
mento not. per Bartol. Iason. & alios in l. si fi-
lio, ff. deleg. 1. & in l. quod in venditionẽ. ff. de hæ-
red. vel actio. venditio. Socin. conſi 96. num. 11.
volum. 1. post plures Docto. per eum citatos, &
in terminis nostris Signorol conſ. 10. quem re-
fert, & sequitur Nat. conſ. 514. num. 10. Afflict.
de feud. non haben. propr. nat. num. 15. attamẽ
subiungit clausulam infrascriptam videlicet, &
nihilominus fidelitates, iura, vassallatus, & su-
perioritatis dominia, & omnia iura, & quæ-
cunq; gaudimenta ipsi Imperatori, & Roma-
no Imperio in dictis rebus castris oppidis, & bo
nis specificatis; competentes, & competentia
in eundem Ioannem Marchionem, eius vè
hæredes, & successores dabat, & transferebat,
eos ponendo loco ipsius Imperatoris saluo su-
perioritatis dominio, quod in ipsum Mar-
chionem hæredes, & successores suos tamquã
in Principes Imperij, & sic respectu iurisdictio-
nis vniuersalis seruat, ex quibus verbis iun-
cta præsertim confirmatione per dictum Ca-
rolum anno 1369. Octauo Idus Martij facta
ipsi Ioanni, cuiusq; hæredibus, & successori-
bus omnium concessionum, & donatio-
num ab Imperatoribus ipsi Ioanni, & eius

ãnteceſſoribus factarum inter quas conceſſio, ſeu donatio Aledramo collata connumeratur negari nõ poteſt, prædicta oppida ibidem expreſſa eſſe allodialia, prout etiam quãplurima eſſe allodialia aſſerit Pariſ. conſ.22.nu. 30.vol.1. & conſ.23.num.73. eodem vol. quod etiam probatur ex ipſa cronica Beneuenuti fo. 40.col.2. vbi apparet anno 1182. oppida Tridini, & Morani, nec non,& eorum iura fuiſſe relicta, & tradita Marchioni Gullielmo, & eius hæredibus ab vniuerſitate Verceliarum, cui Bonifacius Marchio anno 1202. die 20. Iulij vendidit dictum oppidum Tridini precio 7000 librarum argenti cum pacto luendi,vt habetur fol.60.& anno 1238. Vercellenſes donauerunt omnia iura, quæ habere prætendebant in loco Tridini Gullielmo Marchioni; Item legitur caſtra,& oppida Pacciliani Torcelli, & Cuniolj fuiſſe donata Gullielmo Marchioni, & eius hæredibus ob eius merita à Federico II. Imperatore.

Legitur etiam fo. 73. de quamplurimis alijs caſtris, & oppidis nominatim deſcriptis in inſtrumento obligationis, ſeu hypothecæ pro reſtitutione nouem millium marcarum argenti facta à Gullielmo Marchione erga Federicum I I. Imperatorem anno 1220. die 24. Martij, quæ caſtra, & oppida Imperator, & Marchio prædicti aſſerunt eſſe allodialia,quorum nomina ne legentem tedio afficiam libenter pertãſeo, cùm videri in allegatis cronicis poſſint fo. 75.& tribus ſequentibus.Legimus pariter in dictis cronicis fol.10. anno 1282. Albenſes Carolo Regi Siciliæ tunc temporis obedientiam præſtantes,donaſſe Gullielmo Marchioni Mõtiſferrati Ciuitatem Albæ, & ſo. 109. Caſalenſes dominium Burgi Caſalis anno 1303.die 25. Iulij Ioanni Marchioni vltimo ex agnatione Saxoniæ donatione,nam antea nõ erat Marchionum Montiſferrati, ſed ſub Cæſare immediatè, vt legitur fo. 85. & 94. in quo videmus anno 1278. Gullielmum Marchionem Montiferrati electum Capitaneum Burgi Caſalis, & eius territorij donatio fuit ab eiſdem Caſalenſibus repetita anno 1316.die 23.Martij, vt legitur eadẽ cronica fol.134.apparet etiam fol.158. homines vniuerſitates Bremidę anno 1321.deciſſe prędictum locum Theodoro Paleologo.

Præterea citra iniuriam negari non poteſt, quin hi, qui virtute dictæ conceſſionis, ſeu donationis Caroli IIII. fuerunt, vt opportuit hæredes immediati, vel mediati prefati Theodori primi acquiſitoris; Nam cum dictus Ioannes eſſet filius primogenitus dicti Theodori poſſederitq; & tenuerit à morte Theodori patris, quæ fuit anno 1338. die 21. Aprilis teſte Beneuenuto in dicta cronica fol. 252. quæcunque bona à præfato Theodoro tempore eius mortis tenta, & poſſeſſa, & in eius hæreditate relicta, & ſic annis 17. ante dictam conceſſionem
54 Caroli IIII. † conſequens eſt, vt ea habuerit, tenuerit, & poſſederit tanquam hæres Theodori patris cap. 1. vbi Bald. & Docto. an agna. vel filius,late Rol. à Valle conſ.28.nu.9. & 10. vol. 3. Bald. in l. apud hoſtes. C. de ſuis,& leg. quem refert, & ſequitur Alex in l.ſi cum dotẽ, §. tranſgrediamur, C. oi. pen. verſ.in hoc autẽ tiam,ff.de ſolut.matri. Bart. in l.1. in princ. C.de repud.hæred. quẽ refert,& ſequitur Dec. conſ.491.num.2.facit glo.in authen. vt hi, qui obligat. §. quod autem; quo fit, vt pariter præfati Duces ſint hæredes prædicti Theodori primi,facit gl. in authen.vt hi, qui oblig.perhib. ſe habere res mino. §. quod autẽ: ad quod alludit dictum Apoſtoli. Si filius ergo hæres: quo fit, vt pariter prefati Duces ſint heredes dicti Theo
55 dori primi, † quia hæres hæredis hæres prædefuncti,dicitur,l. 2.& 3. ff. de peti.hæred.pater familias.§.fin ff. de vulg. & pupil.l. ti quis filiũ. §.fin.ff. de acquir. hæreditat.l.fin. C.de hæred. inſtit. Alciat, in materia feudali reſp. 186.nu.3. proinde eius factum infringere non poſſit iuris ſupra allegatis.

56 Quinimo, vt ſupradictũ extitit † cum omnes Marchiones Montiſferrati Paleologi ſucceſſerint in dicto Marchionatus ex perſona præfati Theodori primi,dicuntur habere ratum, quod fecit ille, cui ſucceſſerunt.l. ſolutum. §. ſolutũ, vbi gl.in verbo hæres extitit,& Bart.nu.1. ff.de pign.act.quem refert,& ſequitur Alex.conſ.92. num.2.verſ.& eo ipſo vol.5.concludentes ſuecedentem alteri cenſeri habere ratum factum illius cui ſucceſſit.

Et ex ſupradictis ſolluntur fundamenta,quæ ab aduerſarijs fiunt in præſenſa inueſtitura, ſeu verius donatione Caroli IIII. Item dum dicũt, clauſulam ibi appoſitam pro ipſo, Ioanne, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis, & fœminis fiecre feudum ex pacto, & prouidentia, quod erroneum in iure eſt, & contra text. ac Doct. ibi in titulo de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis innecti. accept. nec non alios ſupra citatos, niſi dicamus omnia feuda propter pacta in inueſtituris inſerta dici ex pacto,& prouidentia contrahentium.

Non etiam dictum pactum eliditur tanqnã de futura ſucceſſione factũ, & per conſequens à iure improbatum. l. pactum, quod dotail.l.licet. C. de pactis, & l. hæreditas. C.de pact. conuent. cum alijs cumulatis à Dec. conſ.300. nu. 3. conſ.488. num.19. & ſeq. quia tribus modis reſpondetur.

57 Primò † huiuſmodi pacta à Ducibus Marchionibus, & Comitibus perpetuò inueſtitis,& indignitate regali cõſtitutis fieri poſſe teſte Bar. in conſ.72. quem refert, & ſequitur Iaſ. conſ.5. col.4. verſ. 3. pro iſta parte vol. 3. & conſ.173. col.6. verſ.ad idem, & quarto vol. 4.& in l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obligat. Bened. in repetit.cap. Rainutius verſ. duas habens filias,num.192.198.& 220.extr.de teſtam. Dec. conſ.516. num.3. poſt. Rom. conſ.403. idem Dec. conſ.655. vbi loquitur de conuentione facta inter Ducem Saxoniæ,& Marchionem Brandeburgenſem,Socin.iun.conſ.65.nu. 44. & plur. ſeq. volu.1. loquens de quibuſdam Ducibus Saxoniæ, & Principibus Hailiæ, & in eadem ſpecie factidem reſpondit Ruin. conſ. 40.col.1.& conſ.99.num.12. & 15. concludentes huiuſmodi conuentiones de ſuccedendo valere

valere inter Principes, præsertim si interuenit iuramentum, vt in casu nostro, latè Aufrerius
58 in add. ad cap. Tholo. quæst. 552. & seq. † Nam huiusmodi Principes iura Imperialia, ac Regalia habent possuntq; in eorum ditionibus, quę Imperator in immediatè sibi subiectis potest Dec. cons. 191. num. 1. Brun. cons. 45. num. 18. Curt. iun. cons. 1. nu. 29. & seq. Socin. iun. cons. 2. num. 3. vol. 2. Paris. cons. 99. vol. 1. post innumeros doctè per eum allegatos, Rol. à Valle cons. 29. num. 30. lib. 1. cons. 76. num. 1. & seq. lib. 2. Natta cons. 110. num. 1. & nominatim de Marchione Montisferrati scribit Bald. in cap. cum ecclesia co. 2. vt lite pendente, dicens de eius potestate non esse dubitandum, & propterea eius contractus vim legis obtinere, & successores suos ligant. Bart. in l. Cęsar. ff. de public. Felin. & Dec. in cap. 1. de probat. Idem Dec. cons. 684. nu. 22. Ruin. cons. 93. nu. 3. vol. 4. latè Natta cons. 122. num. 9. & seq. ex quibus patet istam esse communem opinionem, & ideo non obstare dicta per Alex. in l. Centurio col. 4. ff. de volg. & pupill. quæ tamen possunt retorqueri, cum æquiparet Reges, & tenentes locum Imperatoris in ditionibus suis.

Et multò magis pactum prædictum sustinetur cùm stante generali vsu Principum. Italiæ, de quo, in §. filij nati, vbi Præpo. post Bald. & Aluar. si de feud. fuerit controuers. inter dom. & agn. & de hoc vsu patet ex similibus pactis à Marchionibus Montisferrati factis, de quibus supra fit mentio.

Videlicet ex pacto facto per Gullielmum VII. cum Alphonso Rege Castellę anno 1261 de quo scribit Beneuenutus fol. 92. & ex pacto per prædictum Theodorum cum Philippo de Sabaudia anno 1325. nec non ex hoc, de quo agimus, ex quibus dici potest Marchiones Montisferrati consueuisse sic pacisci ex notatis per Bart. in l. Mela. §. fin. ff. de alim. & cib. leg. Dec. cons. 222. num. 10. Et ex his omnibus apparet non obstare dicta Bald. & aliorũ in d. §. filij nati, tum quia non loquantur propriè in terminis nostris cùm etiam stante dicto vsu cõprobent opinionem nostram, habeantq; contra se communem opinionem Doctorum, de qua supra proximè diximus.

Secundò respondetur ex communi conclu-
59 sione, quæ habet † eam conuentionem valere qua quis post mortem suam alteri eius bona si sine liberis masculis decederet, promittit. l. fin. vbi glo. communiter recepta in verbo accommodauerit, & ibi Bart. num. 16. ac alij Docto. C. de pactis Bart. cons. 272. Oldrad. cons. 139. Dec. cons. 655. num. 11. Curt. iun. cons. 15. col. 2. Cran. cons. 138. num. 2. Gozad. cons. 87. num. 9. & seq. plures, alij quos cumulat Tiraquel. de iure primogenitorum quæst. 6. num. 5. per text. in l. 1. C. vt actio. ab hæred. & contra hęredes, Iasd. cons. 173. col. 5. & seq. vol. 4. vbi dicit istam esse communem opinionem, & ratio est, quia tunc obligatio in persona promittentis incipit, licet effectum illa non habet nisi in persona hęredis Purpur. in d. l. fin. nu. 210. Dicens id procedere etiam si in promissione mixtum videatur aliquod verbum commune, quod successioni conuenire possit, citans Guid. Pap Singul. 523. vbi ferè ponitur simile pactum, & multis authoritatibus comprobat. At pactum, de quo agimus continet huiusmodi promissionem, radicatam in personam Theodori promittentis, vt ex illis verbis. Item conuenit, & promittit dictus dominus Marchio prędicto domino Comiti, ergo de iure subsistit tale pactum, quod maximè locum habere debet in casu nostro, in quo prædictum pactum licet sit conditionale, factum tamen fuit in augumentum dotis dictæ Yolandæ, quo casu idem iudicatur, quod de ipsa dote teste Bruno de augmento in 5. quæst. principali.

Tertiò potest responderi pactum, de quo loquimur esse de succedendo in Marchionatu Montisferrati, & sic de certis bonis, non autem de successione vniuersali in tota, seu quotta hę-
60 reditatis dicti Theodori, † pactum autem de succedendo in certis bonis est de iure validum, cum per illud libera non tollatur testãdi facultas, nec fit contra bonos mores Bart. cons. 72. num. 9. vers. non enim prohibetur hæreditas, Alex. cons. 28. circa fin. vol. 8. & cons. 83. num. 19. volu. 2. Dec. in l. pactum, quod dotali num. 10. vers. sed dictum Bald. C. de pactis, cons. 63. in fin. & cons. 225. colum. 3. vers. primus est latissimè cons. 578. colum 2. & seq. & cons. 655. Guid. Pap. quæst. 267. 505. & 512. & d. singu. 623. Iasi. in fin. num. 17. vers. quarta limitatio. C. de pactis, & cons. 211. colum. 3. vers. circa secundum caput, & cons. 233. colum 4. volum. 2. cons. 173. colum. 5. vers. sed præmissis, non obstantibus volum. 4. Curt. iun. cons. 81. num 4. post Oldrad. Bart. Ang. Paul. de Castro, Alex. Iasi. & Dec. locis citatis dicens Doct. ita communiter tenere, quod etiam affirmat cons. 1. num. 16. Idem etiam tenet Purpur. in d. l. fin. num. 216. Paris. cons. 26. nu. 38. volum. 2. Ruin. cons. 126. num. 5. & seq. volum. 1. Curt. iun. cons. 1. num. 16. Natta cons. 474. num. 2. post Iasi. cons. 9. num. 10. volum. 1. Socin. inter consi. Brun. cons. 10. colum. 5. vers. Præterea communis, post plures per eum citatos affirmans istam esse communem opinionem.

Nec obstat in contrarium adducta, quia loquuntur de parte quotitatiua hæreditatis, seu successionis, quæ pacto dari non potest. l. hæreditas. C. de pactis conuentio. Bart. d. cons. 72. nu. 2. Dec. in l. pactum, quod dotali colum. 3. vers. 2. limitatur. C. de pact. & cons. 63. circa finem, & cons. 225. colum. 3. & alij proximè allegati.

Nec aduersantur Corn. cons. 84. lit. era B. vers. ic. item. l. illa, volum. 3. Dec. Curt. Purpur. Cagnol. & alij in l. fin. C. de pactis concludentes pœnam illius legis extendi ad pactum factũ super re certa, quia ibi alia ratione pactum improbatur, videlicet quoniam de re aliena sine consensu domini factum fuerat. pactum autem nostrum est de re propria Theodori pacisc̃entis, nec est contra bonos mores, vt supra demonstrauimus, ergo à d. l. fin. ad casum nostrũ non vrget argumentum, & per consequens

valet

Valet pactum prædictum dicta. l. fin. & ibi Iaſ. nũm. 7. verſic. quarto limita. & num. 11. verſ. octauo nota Cagnol. num. 29. & pluribus ſequen. Curt. num. 3. & ſequen. & communiter Doct. Ex quibus infertur in contrarium adducta non procedere in caſu noſtro, & Doct. in contrarium citati non probare id ad, quod citantur.

SVMMARIVM.

1 *Liberorum appellatione omnes deſcendentes in infinitum veniunt.*
2 *Conditionis alternatiua ſufficit alteram ex duabus euenire.*
3 *Dictio, ex, cauſam proximã regulariter denotat, & num. 8.*
4 *Mens diſponentium in conditionibus præcipuè ſpectanda eſt.*
5 *Liberorum appellatione apud antiquos omnes deſcendentes vſque ad trinepotem includuntur.*
6 *Maſculinitatis qualitas operatur, quòd liberi in conditione poſiti cenſeantur vocati.*
7 *Conditio ſi ſine filijs, vel liberis deceſſerit, non dicitur defeciſſe, niſi filij, vel liberi in conditione poſiti ſuperuiuant.*
8 *Dictio, ex aliquando ſecundum ſubiectam materiam etiam cauſam remotam importat.*
9 *Nepotes an veniant in diſpoſitione, in qua dictum ſit ſi ſine liberis deceſſerit ex ſuo corpore procreatis.*
10 *Deſcendentium ex corpore alicuius ſi fiat mentio veniunt omnes deſcendentes in infinitum.*
11 *Diſpoſitio, ſeu conceſſio pro ſe. & deſcendentibus ex ſuo corpore procreatis, non ſolum nepotes, & pronepotes ex filijs maſculis comprehendit, ſed etiam ex filia bus.*
12 *Parentis appellatione non tantum pater, ſed auus pro auus, & alij aſcendentes veniunt.*
13 *Clauſulæ præcedentes maioris ſunt efficacia ad determinationem ſequentium, quàm è contra.*
14 *Antecedens ſequentis naturam non ſapit, ſed ſequens antecedentis ſic.*
15 *Filiorum appellatione alij deſcendentes veniunt.*
16 *Filiorum appellatio ad omnes deſcendentes extenditur, etiam in contractibus abſurdi euitandi gratia.*
17 *Genitiui, eius, natura regulariter eſt, importare dominium, aut poſſeſſionem.*
18 *Verba vniuerſalia quoquo tempore tractum temporis in futurum continent.*
19 *Qualitas adiuncta verbo ſecundum tempus verbi intelligi debet.*
20 *Verbum. quod poteſt poni in præterito, & in futuro in dubio vtrumq; tempus amplectitur.*
21 *Hæredum, ſeu ſucceſſorum mentio ſi reperitur facta in vltimis voluntatibus, & contractibus intelligitur ordine ſucceſſiuo.*
22 *Pluribus ordine ſucceſſiuo vocatis, exiſtentibus in primo gradu, ſequentes admittuntur, qui tempore purificatæ conditionis reperiuntur.*
23 *Pactum loquens de liberis, an extendatur vltra quartum gradum.*
24 *Dotis in augmentum quod datur, dotis naturam ſequi debet.*
25 *Stipulatione patris, vel alicuius ex aſcendentibus acquiritur ius etiam natis poſt eius mortem.*
26 *Stipulatione notarij ius acquiritur abſentibus, & nondum natis etiam ſine aliqua ratificatione.*
27 *Iuramentum operatur, vt ius abſenti acquiratur.*
28 *Ratificatio facto inducta ratificationi verbis facta præualet.*
29 *Promiſſione ſiue pacto ſi aliquis deceſſerit ſine liberis, bona ſint alterius, vtilis actio in rem competit.*
30 *Traditio non requiritur in contractibus in diem, vel ſub conditione factis.*
31 *Dominium ſaltem vtile tranſit ſine traditione ex ſubſtitutionibus, quæ fiunt in contractibus.*
32 *Paciſcentes licet poſſit diſcedere à conuentione ipſis pacto in præiudicium ſucceſſorum non tamen, & ſucceſſoribus liceret in præiudicium aliorum.*

CONS. III.

Circa idem factum.

SVpereſt, itaque tertium diſcutere articulum, an ſcilicet dictus caſus propter mortem Ioannis Georgij Marchionis Montisferrati ſine filijs maſculis defuncti euenerit, & conſtantiſſimè deſendo purificatam fuiſſe conditionem pacto adiectam, & conſequenter caſum euenifſe; Ad quod probandum duo præmittenda duxi: Pri-
1 mum eſt, † appellatione liberorum omnes deſcendentes in infinitum venire vulga. l. liberorum. ff. de verbo. ſignif. vbi Bart. & alij, idem & appellatione ſucceſſiorum. l. ſciendum. ff. de verbor. ſignii. Lin annalibus. C. de leg. per quæ iura, ita expreſsè notat Pariſ. conſ. 20. num. 8. volum. 1. poſt Bart. & Doct. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. ff. de liber. & poſthum. & conſ. 38. num. 7. volum. 2. vbi poſt Bart. Alexi Socin. & Dec. per eum allegatos expreſsè concludit id maximè procedere quando diſpoſitio confertur in futurum euentum, prout fuit in caſu noſtro.

Secundum eſt, duplici conditione alternatiua ad ipſum Marchionatũ vocatos fuiſſe Yolandã, & eius ſucceſſores, ſcilicet, ſi ipſe Theodorus ſine liberis maſculis deceſſiſſet, vel eius liberi maſculi deceſſiſſent ſine liberis maſculis,
2 † cuius conditionis alternatiuæ ſufficit alteram euenifſe, & ſic vel quod ipſe Theodorus deceſſerit ſine liberis maſculis, vel eius liberi maſculis ſine liberis maſculis, ita docet Bart. in l. centurio num. 37. ff. de vulg. & pupill. quem refert, & ſequitur Pariſ. conſ. 86. nu. 9. volum. 2. dicens docto. communiter ſequi in hoc Bart. & idem repetit. conſ. 42. nu. 7. & 10. vol. 3. poſt Curt. Socin. Corn. & repet. per eũ citatos, facit regula. l. ſi is, qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & l. hæc verba ille. ff. de verb. ſignif. l. ſi hæredi plures. ff. de cõdit. inſtit. cap. in alternatiuis de reg. iur. in 6. Felin. in cap. inter cæteras nu. 12. de reſcript.

His ſic præmiſſis dicimus prædictum Ioannẽ Georgium Marchionem, & Carolum Sabaudiæ Ducem fuiſſe de liberis deſcendentibus & ſucceſſoribus reſpectiuè hic Yolandæ, ille verò Theodori, dictumq; Io. Georgium ſine filijs

filijs masculis, vt pars etiam fatetur, & notissimum est, supersuite præfato Carolo Duce decessisse, ideoq; casum in eodem pacto, & conuentione positũ euenisse, quod autem dicti Io. Georgius Marchio, & Carolus Dux essent descendentes, & successores respectiuę dictorum Theodori & Yolandæ plenè tam ex partium confessione de qua apparet in memoriali die penultima Maij 1534. & prima Iunij eiusdem anni, quàm ex iuribus productis, ac cronicis in hoc receptissimis, quibus legitur ex Theodoro Iohannem, & Yolandam primogenitã natos fuisse, qui Iohānes Marchio genuit Theodorum II. Theodorus Iohan. Iacobum. Io Iacobus Bonifacium, Bonifacius autem Io. Georgium, & sic at nepotem præfati Theodori primi; Ex Yolanta autem prædicti Theodori filia, & Aymonis Sabaudiæ Comitis vxore natus est Amædeus VI. huius nominis cognomento le verd. ex Amedeo VI. Amedeus VII. cognomẽto Rubeus ex eodem Amedeo VII. Amedeus VIII. ex Amedeo VIII. natus est Ludouicus ex Ludouico Philippus, ex Philippo Carolus actor dictæ, Yolãdæ trinepos, quibus stantibus manifestum est casum siue substitutionem in dicto contractu factam euenisse in personis prædictorum Io. Georgij defuncti sine liberis masculis ex legitimo matrimonio procreatis, & Caroli Ducis dictæ Yolandæ trinepotis.

Et si dicatur verba illa, sine liberis masculis, de liberis primi gradus intelligi debere; & sic de filijs prout probari ex illis verbis videtur, ex
3 suis corporibus procreatis tũm dictio, ex causam proximam regulariter denoret. l. 1. §. ex incendio vbi Bart. fi. de incend. ruina, & naufrag. quem sequitur Alex. conf. 61. num. 1. volum. 1. qua interpretatione stante videri defecisse conditionem pacto adiectam, cùm Theodorus relicto Iohanne filio decesserit, & Iohannes plures reliquerit filios præfertim Theodorum II. quinimò, & Theodorus nepos decessit alijs relictis liberis, vt supra proximè deduximus, quinimò si dictum fuisset si sine filijs decesserit intelligi debet latissimè de omnibus descendentibus teste Alex. in l. Gallus. §. insti mens colu. fin. ff. de liber. & posthum. Iaf. in l. de quib col. 5. ff. de legib. quos sequitur Natta conf. 619. nu. 20. nec impedimẽto iuis esse quòd postea defecerint, l. cùm vxori. C. quando dies legati cedat l. ex facto. ff. ad Treb. Old. conf. 21. & alijs.

4 Respondetur † in conditionibus semper spectandam esse disponentium mentem vulg. l. in conditionibus primum locum. ff. de conditio. & demonstratio. l. tale pactum. §. fin. vbi glos. communiter recepta. ff. de pact. quæ etiam in contractibus locum habet Dec. consil. 70. col. 2. & consil. 184. num. 7. Tiraquell. in repet. l. si vn quàm in prin nu. 56. C. de reuocat. donat. post plures alios per eum relatos, præsertim vbi ex stricta seu lata verborum significatione aliqua sumi potest cõiectura, vt in casu nostro, in quo pluries de liberis mentio facta repiritur, quorũ geminatio enixam Theodori voluntatem demonstrat argumento l. Balista. ff. ad Trebel. cũ

5 alijs similibus † quorum liberorum appellatione apud antiquos proprio vocabulo omnes descendentes vsq; ad trinepotem includebantur. l. iurisconsultus. parentes. ff. de grad. affinita. postea verò à iureconsultis sanctum est omnes descendentes in infinitum comprehẽdi. l. cognoscere. 6. liberorum, & d. l. liberorum, ff. d e verb. signific. Hinc dicimus dictionem liberos esse collectiuam, pluresq; successionũ gradus continere Dec. consil. 248. num. 3. & 4. post Barto. Ang. Alex. & Aret. per eum allegatos. Alciat. in d. l. liberorum num. 2.

Mens autẽ Theodori pacisc entis ex eo colligitur, quòd apparet illum voluisse eius liberos, & liberorũ liberos masculos in Marchionatu succedere exclusis proprijs filiabus, † quod
6 ex qualitate masculinitatis in eodẽ pacto adiecta cognoscitur, quæ quidem qualitas secundum magis receptam sententiam operatur, vt liberi descendentes à disponente in conditione positi censeantur vocati Dec. consil. 270. nu. 3. & in l. 1. num. 16. vbi etiam Curt. colum. 1. C. de pact. vbi ait se ita consuluisse, prout consuluit, vt in consil. 87. & consil. 48. num. 7. idem Dec. consil. 516 num. 5. consil. 145. in fin. consil. 556. consil. 578. colum. 4. & alibi sæpe idem tenet Crauet. consil. 130. nu. 2. post plures quos refert & maximè Guido. Pap. qua est. 184. idem Crau. consil. 62. colum. fin. versic. quinta coniectura Iaf. consil. 283. colum. 1. lib. 2. Ferr. de cis. 147. nu. 18. Parisi. consil. 66. num. 76. & seq. & num. 40. volum. 3. Socin. iun. consil. 145. num. 27. volum. 3. Alciat. respons. 485. num. 6. Gozad. consil. 26. num. 22. & seq. Alba. consil. 86 num. 11. & co. nsil. 87. num. 10. & seq. & alij citati per Port. lib. 2. commun. opinio. concluf. 12. fo. 426. versic. limita. 15; ad vers. sed contra. Et licet videatur plures DD. tenentes contrarium citare, attamen prædicta opinio receptior est, præsertim si cum eam sequentibus addiderimus Doct. tenentes filios positos in conditione censeri vocatos, quos ennumerat Port. dicta conclusione 12. fol. 425. versi. contrariam verò partem, item de numero tenentiũ negatiuã demamus eos, qui loquuntur de filijs extraneorum positis in conditione, & sine dubio procedit quando fœminæ sunt exclusæ, vel quando concurrit coniectura conseruãdæ agnationis, ita limitat Port. d. conclus. 12. fo. 426. versic. 18. limita 3. & 20. limita post alios ibi citatos, Item quòd in casu nostro clarè apparet, quia masculis deficientibus prædictam Yolandam, & eius successores ad Marchionatum exclusis alijs suis, & dictorum liberorum filiabus vocauit.

Nec enim verisimile est ipsum Theodorum liberos primi gradus tantùm tam ipsius quàm filiorum eius vocasse, & in conditione posuisse, alioquin vnum sequeretur absurdissimum, scilicet quod si contigisset Theodorum tẽpore pacti, vel saltem mortis suæ filios primi gradus superuenientes non habere, sed ex præmortuo filio nepotem tantum, vel ipsum Ioanuẽ Theodori filium sine filijs, sed tantum superstitibus nepotibus, vel pronepotibus decessisse, quòd eo casu pacti conditio euenisset, quia verum esset

esset dicere Theodorum, seu Iohannem decessisse sine filijs primi gradus, & sic in dicto Marchionatu præfata Yolanda, seu successor eius exclusis dictis nepotibus, & multò magis pronepotibus, & alijs posterioribus masculis successisset, quòd quam sit absurdum, & à pacifcentium mente præfertim Theodori longè alienũ testatur Papinia. in l. cum auus. ff. de conditio. & demonstratio. Seuola in l. Lucius. ff. de hæred. instit. & diserte Imperator Iustinianus in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. & ita ad præallegatum consilium Oldrad. 21. respondit Dec. cons. 427. num. 10. & hoc absurdo motus, ita argumentatur Ruin. consil. 35. num. 11. versic. sed præmissis non obstantibus, & nu 12. volum. 1. quem post hæc scripta vidi.

Et si dicatur, in proximo casu Theodorum, & Iohannem susceptisse filios primi gradus, & hoc satis esse ad exclusionem substitutorum, licet postea decesserint. Si quis hæredem. C. de instit. & substit. Ad hoc respondetur † conditionem, si sine liberis vel filij decesserit, non dici defecisse nisi filij vel liberi in conditione positi superuiuant. l. cùm filiusfamilias. §. cum quis. ff. de legat. 1. l. ex facto. §. si quis autem vbi Alex. num. 1. & 2. ff. ad Trebell. Bar. in l. hæredibus in pri. ff. ad Trebell. præterea vocata fuit Yolãda, & eius successores eo casu quo Theodorus, vel eius liberi masculi decederent sine liberis masculis, qui casus nunquam euenit nisi in persona Io. Georgi Paleologi.

7 Nec in contrarium vrgent illa verba ex suis corporibus procreatis tamquam causam proximam, & immediatam significantia, & propterea ad liberos primi gradus restringi debeãt secundum Guid. Pap. quæst. 383. quia, hæc in quibus aliqualis subesse videtur difficultas, facilè ex infrascriptis tolli possunt. Primo quidem † quòd, & si præpositio illa (ex) causam proximam denotet teste Bart. in d. l. 1. §. ex incendio. ff. de incend. ruin. naufr. attamen nonnunquam secundum subiectam materiam causam remotam significat. idem Bart in d. §. ex incendio, latè Alciat. post alios in l. ex hoc iure colum. 1. & 2. de iust. & iure, & proprius ad terminos nostros accedendo adducitur doctr. Bal. in l. 1. col. 1. vers. quæro quòd si dicatur. C. de
9 cond. insertis, vbi quærit. † Si in dispositione aliqua dictum sit, si sine liberis decesserit ex suo corpore procreatis, an veniant nepotes? & cõcludit venire, quia in nepote est sanguinis continuatio, & immediatum dicitur quicquid per rerum naturam continuatione est vnum, & idẽ l. cum acutissimi. C. de fideicom. & Bald. sequitur ibidem Paul. de Cast. num. 6. Barba. in apost. ad Bald. in tit. de succes. feudi. §. fi. in fi. post Bart. in l. liberorum. ff. de verb. signifi. Paul. de Castr. in Gallus. §. instituens num. 4. ff. de liber.
10 & posthu. vbi post Bal. dicit, † quòd si fiat mẽtio de descendentibus ex corpore veniunt omnes descendentes in infinitum, & est text. in c. 1. versic. non enim patet, & versic. seq. de eo qui sibi, & hæred. suis masc. & fœmin. inuest. accepit, & ibi Bald num. 2. dicit cum text. esse notabilem, quòd omnes descendentes masculi dicuntur nasci ex corpore primi inuesti, sequitur ibi Affict. in 3. notab. & cum text. ad hoc citat Veronen. in l. cognoscere. §. liberorum post Bald. Alb. & Paul. de Cast. per cum allegatos Ruin. d. cons. 35. num. 13. vers. nec obstat quòd loquatur, & numer. 14. volum. 1. post Bartol. & Paul. de Cast. per cum allegatos, Neuiz. cons. 69. num. 10. & seq. Alciat. in l. non est sine liberis num. 4. de verbor. signif. post Bal. & Corn. per eum citatos, Ripa lib. 1. respons. cap. 1. num. 77. & duobus seq. vbi num. 79. post
11 Rom. dicit, † quòd concessio pro se, & descẽdentibus, ex suo corpore, non solùm com prehendit nepotes, & pronepotes ex filijs, ma sculis, sed etiam ex filiabus, eo quia in his est etiã continuatio sanguinis in infinitum, & pro hac opinione adducitur secundum Alex. tex. optimus in l. Lucius. la vstima ff. de hære. inst. vbi appellatione filiorum ex suo corpore natorũ veniunt liberi in infinitum. His addo text. in l. appellatione parentis. ff. de verbor. signifi. vbi
12 † parentis appellatione non tantùm pater, sed auus prouauus, & omnes superiores veniunt tãquàm quod superiores ipsi nos parere dicantur, cum nomen parentes a pario paris veniat, & tex. in l. natorum. ff. eod. tit. vbi natorũ appellatione veniunt nepotes Corn. consil. 51. litera F. volum. 3. Soc. consil. 25. num. 1. volum. 1. Alexand. in Apostill. ad Bartol. in d. liberorum num. 8. litera A, & huic sententiæ maximè deferuit decisio Salicet. in authen. sed & si quis nu. 2. versic. ego puto. C. de secund. nupt. vbi concludit, quòd si in dispositione aliquid con cessum fuerit alicui pro se, & suis hæredibus de suo corpore descendentibus, & ipsis deficientibus ad tertium deuenitur, illa verba hæredibus de suo corpore descendentibus intelligantur nõ solum de descendentibus primi gradus, sed etiam in infinitum. l. sciendum. ff. de verbor. significi. ita quòd si descendentes secundi, tertij, vel vlterioris gradus fuerint hæredes, & sine filijs decesserint tertius vocatus admittitur, & licet Salicet. de dictione hæredibus loquatur, quæ in infinitum extenditur, d. l. sciendum, tamen idem in dictione liberos dicendum est, quæ etiam omnes descendentes comprehendit.

Et si dicatur superfluè apposita videri prædicta verba, vel eius liberos masculos de legitimo matrimonio procreatos, & alia, sine liberis masculis ex suis corporibus, & legitimis matrimonijs procreatis. Respondetur illa verba ad exclusionem naturalium, & legitimatorum, vel aliorum filiorum per aliquem ciuilẽ modum habitorum esse posita, nam duo copulatiuè requiruntur, videlicet, quòd sint de liberis ex suis corporibus, & hoc excludit arrogatos, & quòd sint ex legitimis matrimoniis procreati, & hoc omnes legitimatos per rescriptum, vel alio modo ciuili excludit argumento nota. per Salicet. loco supra proximè citato ver. oportet enim, &c. & notatorum per Abba. in cap. in presentia num. 12. & seq. de proba. ita in terminis respondetur Mod. Pa-

rij. cons. 50. num. 32. & sequen. post Bald. Ang. Bertran. & Alex. locis citatis.

Ex quibus patet non esse veram opinionem Guidonis Papæ, quæ contra se communem habet opinionem, vt nominatim scribit Rip. in d. l. ex facto. §. fi. num. 9. ff. ad Trebell. dicens ab ea communi opinione non esse recedendum Alexand. in d. l. liberorum in fi. ff. de verbor. sign. Hinc fit, vt enim tollatur aliud argumentum, quod prima facie sumi poterat ex verbis, incipiente, Expresse hoc pacto opposito, in quo præmissus Theodorus de filiabus ex filijs ipsius, & sic de liberis primi gradus loquitur, vnaquæ pars pacti aliam declaret. l. qui filiabus. ff. de legat. 1. & sequentia tendant ad declarationem præcedentium. l. si seruus plurium. §. fin. ff. eod. tit.

Quia ad hæc respondetur, quod cum in præcedentibus clausulis de liberis, & liberorum liberis loquutus fuerit, subsequentes clausulæ de 13 filiis loquentes de liberis intelligi debent, † cum præcedentes clausulæ maioris sint efficaciæ ad declarationem sequentium, quam è contra, sequentes ad determinationem præcedentium ita expresse Bartol. ad l. quisquis nu. 1. ff. de legat. 3. per illum tex. quem refert, & sequitur Ias. cons. 70. colum. 1. versi. & illa clausula. vol. 5. idem Bart. in d. l. ita stipulatus. Grillogonius. ff. de verbor. obligat. Alex. consil. 18. colu. 2. hinc etiam Bal. scribit in l. quotiès principalis in fi. C. 14 de iudicior. per illum tex. † quod antecedens sequentis naturam non capit, sed sequens antecedentis, cuius qualitatis est virtute ad sequentia declarandi scilicet, supplendi, implendi, & restringendi, quod Ias. etiam notat cons. 69. colum. 1. in fin. volum. 2. Bald. consil. 257. nu. 1. versic. nam præcedentium vol. 5. quapropter perinde esse si in dicto vers. dixisset, & liberis filis ex ligitimo matrimonio procreati, & propterea non obstant l. qui filiabus, & l. si seruus plurium. §. in fi. ff. de legat. 2. quæ retorquentur.

Quibus sic stantibus, tolluntur omnes amfractudines, quæ ex aduerso excitari videntur de illis verbis, filijs suis, tamquã quod ea solos primi gradus filios comprehendant secundũ Roman. cons. 438. in vltimo dubio, cui respondet Socin. in l. Gall. §. instituens. ff. de liber. & posthum. & Alex. consil. 26. num. 6. & seq. volum. 3 prædicta enim omnia vrget, nisi aliud ex antecedentibus in quibus de liberis masculis, & liberorum liberis masculis dictum est, apparet, 15 Accedat etiam hus, † quod filiorum appellatione alij descendentes veniunt l. iusta. l. filij. l. liberorum. §. sed & Papinianus, & §. seq. ff. de verb. signif. præsertim ex coniecturata mente disponentis d. l. cum accusatum. C. de iudicior. nisi, cum alijs supra citatis, nam sicut excluit filias proprias, & filiorum suorum, ita quod dotentur, cõiectura euidens est, quod similiter voluerit excludere filias vlterioris gradus, cui dotes cõstituì debere a liberis masculis vocatis, vt supra diximus, quod sine dubio procedit, quando verba possint omnes comprehendere, vt est dictio filij, & filiæ d. l. iusta, & l. filij. ff. de verbor. signif. l. Lucius. ff. de hæred. instit. per quam lita notat Bart. in l. liberorum nu. 5. versic. sed numeria nostra. ff. de verbor. signific. vbi dicit, quod quando pater instituit filios simpliciter, non adiectis propriis nominibus, nunc institutio seu alia prouisio facta de filijs extenditur ad omnes liberos, & opinionem Bart. dicit communem Ias. in l. Gallus, §. instituens num. 2. ff. de liber. & posthum.

Et nisi ita dicamus, sequerentur duo absurda, & iniqua. Primum, quod magis dilexisset proneptes, & alias feminas vlteriores gradus, quam filias, & neptes. quia istæ excluderentur a successionibus Yolandæ, illæ verò non, contra l. si viua matre. C. de bonis mater. & alia a Ias. cumulati cons. 337. num. 14. vol. 4.

Secundum absurdum esset, quod cum ex prima parte dicti pacti sit facta substitutio liberis masculis liberorum masculorum dicti Theodori, & sic vltra primum, secundum, tertium, & quartum gradum, vt supra probauimus, iniquum esset, vt alia filia vlterioris gradus indo- 16 tata remaneret. † ratione igitur absurdorum euitandorum dicto filij extenditur ad omnes descendentes etiam in contractibus Alex. in l. sed si hac. §. liberos col. 2. versic. si autem fuit facta. ff. de in ius vocando, & cons. 65. num. 7. volum. 4. quem refert, & sequitur Dec. cons. 433. num. 18. Rumald. cons. 25. num. 13. vol. 1. qui omnes loquuntur in terminis regulæ. d. l. si vna matre, & hæc multo magis locum habere videntur in contractibus. Actus inter Principes, prout est in casu nostro qui pro lege habentur secundum Bart. in l. Cesar. ff. de public. 2. quo casu dicto filij, quando a lege profertur, ad nepotes extenditur secundum Bart. communiter receptum in d. l. liberorum num. 6.

Sed præmissis cessantibus dato citra veri præiudicium, quod dictiones illæ, & filius suis, positæ in d. vers. hoc pacto apposito, non extenderentur ad personas vlterioris gradus, non propterea illæ dictiones liberos masculos, & liberis masculis positæ in primo capitulo, quæ sui propria significatione comprehendunt omnes descendentes debent restringi ad liberos primi gradus, cum ex separatis capitulis non fiat, illatio in nominatim, respondet Socin. in suo consil. 128. nu. 71. post Ange. de Gambillio. Alex. Soc. & Cæcialup. per eum allegatos. Et ex prædictis euanescit fundamentum illud quod à patronis causæ nomine Ducum Mantuæ fit in illis verbis, vel suis liberos masculos, quæ iuxta eorũ interpretationem intelligi debent de liberis, qui aliquo modo possent deterri a Theodoro, vel ratione patriæ potestatis, vel quasi possessionis 17 nis filiationis, cum erassent † geniti ipsius, namra regulariter ut importet dominiũ aut possessionem, seu determinationem secundum Bart. Ias. & alios in rubr. ff. de nou. oper. nunti. quod comprobari asserunt argumento notatorum in l. 1. §. sed vbi patris. ff. unde cognat. & in l. Titius. ff. de ius. & iurand. quibus vltra supra allegata respondeti potest, genitum nõ semper importare dominium, seu possessionẽ, vel quasi, sed debere secundum subiectam materiã intelligi, sic notant Bartol. & alij super d. rubr. ff.

de

de noui. oper. nunt. vbi Alciat. latè num. 22. & pluribus seq. Quod comprobatur exinfrascriptis argumentis: Demus aliquem donasse, seu aliquid promisisse alicui, & eius parentibus siue hæredibus, nunquid dicemus donatarium, legatarium, aut cui promissio facta est, habere dominium, aut possessionem aliquam, seu quasi in parentes? quorum appellatione veniunt omnes ascendentes, l. appellatione parentum, ff. de verbo. signific. vel in hæredes, præsertim extraneos, quorum appellatione veniunt non solùm primi, sed vlteriores gradus hæredes, & hæredes hæredum proinde etiam non existentes in rerum natura viuente donatario, legatario, aut eo cui aliquid promissum fuit, l. hæredis appellatio, & l. hæredis appellatione. ff. eo. titul. de verbor. signif. certe idem dicendum est; Si aliquid donatur, seu promittitur alicui, & eius liberis, & liberorum liberis, vt in casu nostro; cum hæc dicto collectiua liberis, non solùm primu gradus, sed & vlteriores in infinitum liberos, tàm in sua, quàm in aliena potestate, & sui iuris existentes comprehendat d. l. cognoscere. §. liberorum, ff. de verbor. signif. cum alijs supra, & infra citatis, idque clare probatur ex illis verbis, vel eius liberos masculos decedere quoquo te-
18 pore, † quæ verba distributiua; & vniuersalia quoquo tempore tractum temporis in futurũ continent Bart. in l. cum quidã. num. 16. vers. quãdoque opponitur, & num. 19. vers. solutio intelligas, & pluribus in locis, præsertim num. 30. ff. de vulg. & pupill. vbi multis iuribus probat, quòd Verbum, quod potest se habere ad plura tempora iudicatur fuisse prolatum ab initio, vt ostendat omnes futuros euentus, fiunt notata in l. 1. ff. de mil. testam. & in l. quidam in princip. ff. de fideicomm. libert. in illis verbis quoquo modo, vbi dicta verba operantur, vt in dispositione comprehendantur ea, quæ alias non comprehenderentur, & trahuntur ad omnia, quæ excogitari poterunt Ruin. consil. 20. num. 4. vol. 1. cons. 12. num. 5. & cons. 137. nu. 2. vol. 2. Rol. à Valle cons. 3. num. 49. & seq. vol. 1. proinde omnia tempora complectuntur, & sic etiam post mortem dicti Theodori; Nec in cõtrarium vrget text. in d. l. 1. §. sed vbi natus. ff. vnde cogna. cum diuersi sit ratio, & diuersi termini, nam ibi quis volebat admitti ad bonorũ possessionem alterius, vti eius proximus cognatus, & distinguit, an viuo eo de cuius bonorum possessione agitur fuerit saltem cõceptus, an post mortem, & hoc vltimo casu respondet non admitti, quia non fuerit proximus agnatus eiquo viuo nundum erat animal; nos autem sumus in casu, in quo a contrahentibus vocantur omnes liberi nati quoquo tempore, & sic etiam post mortem contrahentium, idem respondetur ad d. l. Titius. ff. de liis & legit.

Minus etiam aduersantur illa participia procreatos, & procreatis, quæ veluti præteriti temporis ad liberos tempore prædicti pacti procreatos restricta esse videntur, l. si ita legatum. ff. de auro, & argento legat. l. cum in. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. quæ omnibus alijs responsionibus, quæ adduci possent, & quæ ex suprascriptis colligi possunt duobus tantum modis respondetur.

Primo dicta iura non procedere, vbi de contrahentium mente aliter appareret, vti d. l. non aliter. ff. de leg. 1. & de mente apparere dicitur, ex quo in omnium viuescentium masculorũ defectum vocauit Yolandam, & eius liberos, in respondet Ruin. cons. 103. nu. 17. vol. 2. post Socin. in l. cognitis. ff. de reb. dub.

19 Secundò respondeo † illa participia adiuncta esse illi verbo infinitiuo decedere, & propterea secundum illius verbi tempus accipi debere, cum qualitas adiuncta verbo regulariter secundum eiusdem verbi tempus intelligi debeat. vulg. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxali actio. Bart. in l. Titius. ff. de testam. milit. Dec. in l. ius nostrum num. 5. de reg. iur. Proinde ad conditionem purificandam sufficere, quòd tẽpore decessus ipsorum liberorum ipsi procreati fuerint ex legitimo matrimonio, & sine liberis masculis ex legitimo matrimonio procreatis decesserint, ita fere in simlibus terminis respondet Alex. cons. 26. num. 5. & seq. vol. 3. quẽ refert, & sequitur Dec. cons. 209. nu. 8. cons. 443. nu. 14. & seq. post Bart. Aug. Paul. de Castro, & alios per eũ allegatos, quibus accedit etiam doctrina Soc. in l. solemus post Imol. ff. de cond. & demonstr. quod quando præexistentia liberorũ consideratur certo tempore, licet verba in præteritum tempus sonent, attamen de futuris intelliguntur, dummodo statuto tempore supersint, prout est in casu nostro, in quo dictum fuit, quòd si contingeret Theodorum, vel eius liberos masculos ex legitimo matrimonio procreatos decedere quoquo tempore absque liberis, & masculis &c. Marchionatus pleno iure sit ipsius Yolandæ & successorũ eius, &c. His desentiunt quæ scribit Nat. cons. 502. nu. 7. quod tenendum cõcessum, quod transeat ad primogenitos intelligitur etiam de postea nascituris. Comprobatur etiã huiusmodi interpretatio ex similibus verbis in prioribus capitulis positis in versic. & si contingeret dictam dominam Yolandam decedere superstitibus, ex ipsa liberis masculis ex ipso Comite procreatis, quæ verba nullo modo ad tempus pacti inuti referri possunt, cum nundum legitimè contractum esset matrimonium, proinde nulli nati filij ex legitimo matrimonio, sed necessariò ea verba ad tempus futurum, & liberorum nasciturorũ referenda sunt, Sic ergo intelli debent alia præcedentia argum. l. qui filiabus in princ. ff. de leg. 1. l. vtrum. ff. de petit. hæred. & alia duo, vt prædiximus contra facientem contrahentiũ, præsertim ipsius Theodori sequerentur absurda.

Primum, quòd si dictus Theodorus tempore pacti nullos filios masculos procreato habuisse non apparet, & ex post suscepisset, quòd huiusmodi filij ab ipsa Yolanda, seu eius liberis essent exclusi.

Secundùm dato, quòd tempore pacti Theodorus filium masculum habuisset, & eo prædefuncto alijs tamen postea susceptis, & superstitibus decessisset, quòd tunc Yolanda, vel eius liberis dictis ex post susceptis exclusis, eidem

Theo-

Theodoro in Marchionem succeſſiſſent, quia verum eſſet Theodorum deceſſiſſe ſine liberis maſculis procreatis tempore dicti pacti, quod dicere, quàm abſurdum ſit quilibet ſani iudicij diſcernat. Ad quod animaduertentes pro Illuſtriſſimis Ducibus Mantuæ conſulentes addunt illis verbis (procreatis) quòd debeant intelligi de tempore pacti, vel ſaltem mortis Theodori, & propterea tenent, & ipſi participia præteriti temporis poſita in pacto non ſolum reſpicere tempus pacti, ſed tempus mortis, & ſic ad futura trahi ex doctrina Bart. in l. talis ſcriptura. §. fin. ff. de leg. 1. Roma. conſ. 333. vers. primùm, vbi multis iuribus probat, † quòd, Verbum, quod poteſt poni in præterito, & in futuro in dubio vtrumque tempus complectitur, & in vers. ſicut è contra expreſsè dicit. Quando actus demonſtratus per verba præteriti temporis cadit ſuper eo, quod eſt de futuro, per identitatem rationis diſpoſitio trahitur ad futura. dict. talis ſcriptura. §. fin. & l. ſequenti: At in caſu noſtro par ratio in liberis maſculis procreandis, ſicut in procreatis militat, ergo participium (procreatos) extenditur: cùm igitur prædictam extenſionem in Theodoro admittant aduerſantes, negare iure non poſſunt pariter debere fieri in eiuſdem Theodori liberis, quibus etiam eſt facta ſubſtitutio ſub eiſdem verbis, argumento l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupill. Et ex prædictis tolluntur omnia, quæ ex aduerſo allegantur d. l. ſi ita. ff. de auro, & argento legato, cum ſimilibus, quæ non militant in caſu noſtro, cùm non loquantur in caſu, quo qualitas denotata per participium ſignificans tempus præteritum, eſt adiuncta verbis, quæ ſui natura important tempus futurum, vt ſunt verba caſus noſtri; Si contingeret dictum Theodorum, vel eius liberos maſculos, ex legitimo matrimonio procreatos decedere ſine liberis maſculis, nam illud verbum decedere, licet ſit infinitiui modi, qui ſui natura aptus eſt comprælendere omne tempus præteritum, præſens, & futurum, ſecundum Bart. in d. l. 5. §. ſtipulatio num. 1. ff. de verbor. obligat. attamen in caſu noſtro, vt prædiximus non poteſt importare, niſi tempus futurum, tum propter verbum decedere, quod omnino reſpicit futurum, ac dictionem liberos, quæ comprehendit deſcendentes in infinitum, præterea, vt abſurda ſuſupra propoſita euitentur. Roma. d. conſi. 333. verſ. ſecundò probatur, quæ non militant in clauſula codicillari; Si non valet, nec in promiſſione de ſeruando ſtatuta edita, de qua per Bart. in l. ſi ſtipulatus fuerim. §. cum ſtipulamur. ff. de verbor. oblig. & hæc interpretatio augetur ex illis dictionibus, quoquo tempore, quæ, vt diximus comprehendunt tempus futurum, nec eſſet abſonum dicere dictas dictiones poſſe referri ad participium (procreatos) vt ſic ſtent, vel eius liberos maſculos ex legitimo matrimonio quoquo tempore procreatos, decedere ſine liberis maſculis, & quod Theodorus intellexerit de liberis etiam naſcituris apparet, quia tempore pacti nullos liberos maſculos habebat, & ſi habebat vnicum tantum videlicet Ioannem habebat, & tamen pactum loquitur in numero plurali, quò fit, vt neceſſariò intellexerit de quibuſcunq; liberis, quos poſtea naſci contingeret, Ita nominatim dixit Alex. d. conſ. 20. num. 5. volum. 3. vbi loquitur in fortioribus terminis, videlicet in dictione filios. Præterea eſt facta ſubſtitutio etiam caſu quo liberi Theodori decederent ſine liberis maſculis, qui caſus non potuit conſiderari euenire, niſi poſt pactum prædictum, ergo ad liberos procreandos extenditur pactum,

Ex his itaque patet prædictum Theodorum voluiſſe omnes deſcendentes per maſculinam lineam ſuccedere in dicto Marchionatu, & deficiente linea maſculina dicti Theodori voluit Marchionatum ad Yolandam, & eius ſucceſſores pleno iure pertinere, inter quos præfatus Carolus Sabaudiæ Dux dum viueret comprehenſus fuit vt ſupra plene probatum extitit.

Cui impedimento eſſe non potuit, quòd dicebatur, conditionem pacto adiectam in perſonam dictæ Yolandæ euaniuiſſe tanquã quòd dicta ante purificatam conditionem deceſſerit, & ob id prætitum Ducem velut ſucceſſorem mediatum admitti non debere ex nota per Alexan. conſil. 1. num. 12. volum. 1. poſt Oldr. conſil. 177. quia diuerſa ratio ſubſiſtens iuris diuerſitatem inducit l. interpoſitas. C. de tranſact. Nam in caſu Oldrad. ſubſtitutio erat facta ſecundo filio naſcituro ſi is in pupillari ætate, vel alias quandocunque ſine prole deceder et. quæ cõditio non extitit, quia natus non eſt prædictus filius. At in caſu noſtro Yolanda, & eius ſucceſſores non ſolùm vocati ad Marchionatum fuerant, caſu quo ipſæ Theodorus, vel eius liberi primi gradus dicti Theodori ſine liberis maſculis deceſſiſſent, ſed etiam ſi alijs liberi maſculi vlteriores gradus ſine liberis decederent, & ſic in defectum omnis lineę maſculinę dicti Theodori, cùm dicto, liberos, ibi poſita omnes deſcendentes complectatur ſolùm ergo attendendus eſt caſus purificatæ conditionis, id eſt defectus lineæ maſculinæ, quæ ob mortem Ioannis Georgii vltimo defuncti ſine liberis maſculis legitimis, & naturalibus, & non ante defecit; ſuperſtite præfato Carolo Duce trinepote præfatæ Yolandæ cuius mors nocere minimè potuit eius ſucceſſoribus ex perſona propria vocatis, licet ordine ſucceſſiuo, vt in ſimilibus terminis ſenſit Paris. conſil. 42. num. 22. & pluribus ſequentib. vſque ad num. 27. volum. 2. Dec. conſil. 408. num. 28. conſil. 494. nu. 19. vbi poſt Paul. de Caſtro ait, quod in donatione cuidam, & eius ſucceſſoribus facta, quæſitum eſſe ius dicatur, ex eo contractu omnibus ſucceſſoribus; idque non per viam tranſmiſſionis de vna perſona ad aliam, ſed ex perſona propria euenientę caſu quo anterior perſona tollatur de medio; nec requiritur ſucceſſorem tempore ſubſtitutionis eſſe natum, quia ſufficit eum de ſucceſſoribus eſſe, & purificatæ conditionis tempore natum tenet Dec. conſil 493. poſt Imol. Alex. Fulgoſ. &

Cor.

Cor. per eum allegatos, & Dec. refert, & sequitur Rolan. à Valle d. conſ. 2. nu. 105. & ſeq. cuius dicta comprobantur ex notatis per Bartol. in l. Gallus in §. quidam rectè nu. 7. ff. de lib. &
21 poſthum. & ibi Iaſ. num. 36. & ſeq. † Quòd ſi in vltimis voluntatibus, & contractibus facta reperitur mentio de hæredibus, ſeu ſucceſſoribus, intelligitur ordine ſucceſſiuo, & ſic coniunctio (&) in diſiunctiuam reſoluitur. l. cùm pater. §. penult. ff. de legat. 2. Socin. iun. conſil. 145. nu. 3. volum. 3. vbi poſt Bart. Iaſ. Felin. Rom. & alios per eum allegatos cõcludit, quòd quando impoſſibilis eſt quòd coniuncti, ſeu copulata cõcurrant, vt puta ſi dictum ſit Titium, & hæredes, & ſucceſſores eius ſubſtituo, quia impoſſibile eſt, quod hæredes, & ſucceſſores Titij cõcurrant cum Titio, cùm viuentis non ſit hæreditas, nec ſucceſſio, tunc coniunctio, ſeu copula (&) reſoluitur in diſiunctiuam: & hoc cõfirmatur, ex nota. per eundem Bart. in l. quandiu
22 inſtitutus. §. fin. ff. de acquir. hæred. vbi † pluribus ordine ſucceſſiuo vocatis extinctis, in primo gradu exiſtentibus, ſequentes, qui tempore purificatæ conditionis ſuperſunt admittuntur, & ibi Bart. & ſequuntur Bald. Imol. & Angel. qui ita iudicatum fuiſſe dicit, necnon Paul. de Caſtro, & Aret. colum. penult. & vlt. dicens cõcluſionem Bartol. verſimam eſſe, Oldradi, & eum ſequentium opinione reiecta. Paul. de Caſtro conſil. 152. colum. 2. in antiquis. Guid. Pap. quæſt. 550. ſequitur Socin. conſ. 52. in fin. volum. 1. Dec. conſil. 218. num. 2. conſil. 427. num. 8. & ſeqnent. vbi num. 9. & 12. hanc eſſe communem opinionem atteſtatur, & ab ea in iudicando, & conſulendo non recedendum monet, & ibi ipſe ad conſilia Oldradi, & Alexand. in contrarium allegata reſpondet, eandem opinionem eſſe receptiſſimam, & à qua in iudicando recedere non licet ſcribit Iaſ. conſilio 148. colum. 3. volum. ſecundo illam ſeptem fundamentis muniens, & reſpondens argument. per Oldrad & Ioan. Andr. in contrarium adductis, quorum opinionem omnino reprobat. his addo Rubeum conſ. 144. nu. 7. & ſequent.

Et ex prædictis tollitur quod in contrarium
23 etiam obijcitur, videlicet † pactum Theodori loquens de liberis, non extendi vltra quartum gradum. argum. not. per Ang. & Iacob. Beluiſ. in auth. & reſtit. fideicom. §. nos igitur; & Soc. conſil. 43. colum. 1. volum. 3. Claud. Saiſel. in l. Gallus. §. nunc videndum colum. 1. vefic. 3. in gloſ. in verbo liberi. ff. de liber. & poſthum. vbi videtur reſtringere verbum liberos ad quartũ gradum: quia præmiſſa loquuntur, vbi in diſpoſitione facta eſt mentio de familia, cuius dictionis ſignificatio diuerſa eſt à ſignificatione dictionis liberorum, nam illa iuris ſcripti interpretatione nominatim ad quartum gradum reſtringitur, vt in rubro, & nigro apparet, cuius verba hæc ſunt, de reſtit. fideicom. & nomine familiæ, quod vſque ad quartum gradum locum habet, huius verò dictionis liberorum ſignificatio ex eadem iuris interpretatione omnes deſcendentes vt ſupra dictum eſt comprehendit, hanc differentiam conſtituit nominatim Alex. conſ. 23. num. 2. volum. 2. & quòd dictio liberi nõ reſtringatur ex ſui propria ſignificatione ad quartum gradum, eſt text. in l. iuriſconſultus. §. parentes. ff. de grad affinit. vbi expreſsè dicit liberos vſque ad trinepotem vocari, & ſic quintum gradum amplecti. Nec aduerſatur Socin. d. conſ. 43. colum. 1. cùm loquatur in nomine familiæ, imo adiuuat opinionem noſtram num. 2. quam etiam non impugnat, ſed adiuuat Saiſel. loco proximè citato, concludens quòd quando in aliqua diſpoſitione eſt facta mentio de liberis, & liberorum liberis, vt aliquid operari videatur, facienda eſt interpretatio vt prima dictio, liberis, intelligatur vſque ad quartum gradum, dictiones vero liberorum liberis, comprehendant alios liberos vlterioris gradus, quæ tamen interpretatio reſpectu primę dictionis (liberis) aduerſatur Paulo Iurecõſ. in d. §. parẽtes. Cùm igitur Io. Georgius Marchio ſit atnepos Theodori prędicti, & ſic in quinto gradu, & abnepos Ioannis filij dicti Theodori, & per conſequens in quarto gradu comprehenſuſque ſit ſubdictis verbis liberis, & liberorum liberis, conſequens eſt vanam eſſe oppoſitionem ex aduerſo factã, quòd illa verba (liberos) non extendantur vltra quartum gradum.

Et ex præmiſſis etiam inane demonſtratur fundamentum, quod ſit in illis verbis in augmentum, & ex cauſa dotis, tamquam dos propriè ſit conſtante matrimonio, & propterea pactum limitatum eſſe ad vitam Yolandæ. Nam cum liberis, & liberorum liberis ſit ſubſtituta Yolanda, & eius ſucceſſores, qui vocantur ſucceſſiuè ex propria perſona, quorum liberorũ appellatione veniunt deſcendentes, ſaltem vſque ad quartum gradum iuxta partis opinionem, conſequens eſt, vt illa verba (in augmentum, & ex cauſa dotis) non reſtringãtur ad perſonam Yolandæ, quam veriſimile eſt non vixiſſe tempore purificatæ conditionis in perſona liberi quarti gradus, in quo, vt dictum eſt, Ioan. Georgius reſpectu Io. filij præfati Theo-
24 dori primi erat. Præterea † cum pactum prædictum ſit in augmentum dotis debet ſequi naturam dictæ dotis. l. etiam vbi Bart. Bald. & DD. C. de iure dotium latè Brun. de augmento quæſtione 5. At data in dotem, & ſi Yolandæ non fuiſſent tradita, potuiſſent nihilominus à quouis ſucceſſore dictæ Yolandæ peti, ergo idem videtur dicendum de dicto augmento dotis §. dedimus autem in authen. de æqual. dot. & propter nupt. don. & de aug. dota.

Poſtremò iuribus Sereniſs. Ducis Sabaudiæ non obeſt, quod dicitur Yolandam, eiusvè ſucceſſores ſupradicto pacto iuuari non poſſe, tamquàm ipſis abſentibus facto, nec de aliqua ratificatione conſtare, ſaltem re integra facta, minuſque ex ſtipulatione notarij, ius aliquod abſenti quæſitum nulla ſubſequuta ratificatione, ex his quæ notat Dec. in l. contractus. ff. de regul. iur. per l. ſi ego. ff. de negotiſt. Dec. conſil. 412. in fin.

25 Quia reſpondetur † ex ſtipulatione dicti Comitis

mitis ſtipulantis, tàm proprio nomine, quàm filiorum ex dicta Yolanda procreandorum ipſis liberis poſt eius mortem natis ius acquiſitum eſſe iux. nota. per Bart. in l. quod dicitur num. 12. ff. de verbor. obligat. & ibi communiter Doct. & Bart. ſequitur Dec. conſil. 245. num. 3. Socin. conſ. 76. num. 16. & ſeq. volu. 1. Guid. Pap. deciſ. 267. Boer. deciſ. 172. nu. 3. & ſeq. Parif. poſt plures per eum citatos d. conſ. 23. nu. 139. volum. 1. Tiraquell. de iure primogen. quæſt. 6. num. 31. & ſeq. Faciunt quę ſcribit Dec. conſ. 468. quod præfertim procedit fauore dotis. l. Caius, iiſſolut. matr. vbi Bart. & communiter Doct. Bal. Nouell. de dote in 6. par. in 22. ſpeciali, & ſeq. quem refert, & ſequitur Laſſin l. ſtipulatio. §. alteri, nu. 3. ff. de verbor. obligat. vbi etiam Paul. de Caſtro, & Alex. eadem l. §. ſi ſtipulor, Ang. in l. pactum. C. de pactis.

26 Reſponderi ſecundò poteſt † ex ſtipulatione notarij ius abſentibus, & nondum natis acquiri ſine ratificatione ex crebriori Doctorum ſententia, de qua latè per Deciũ conſ. 239. nu. 5. & ſeq. & conſ. 607. nu. 9. & 12. poſt Bart. Bald. Specu. Alex. & Aretin. per eum citatos, dicens non eſſe dubitandum de hac concluſione, & approbari per praticam totius mundi, Pariſ. conſ. 140. num. 27. & ſeq. volum. 1. & conſ. 69. num. 135. & ſeq. & conſ. 88. num. 9. volum. 3. Ruin. conſi. 119. num. 7. & 8. & conſ. 126. num. 10. & conſil. 172. num. 15. & 16. volum. 1. Rubc. conſi. 73. num. 8. & conſi. 117. num. 3. & ſeq. Ripa. lib. 3. & reſponſorum, cap. 11. num. 6 & 7. Socin. iun. conſ. 118. num. 13. & 14. volum. 2. Bertran. conſil. 156. num. 5. volum. 1. Gozad. conſil. 83. num. 14. Chiaſſa. conſ. 53. num. 51. Neuiz. conſ. 35. nu. 22. Hyppol. ſing. 663. Rol. à Valle conſ. 119. num. 22. Natta conſ. 501. num. 36. dicens, hoc præſertim procedere ſi interuenit iuramẽtum, & 534. num. 8. concludens, hanc eſſe communem concluſionem, ex quibus patet iſtam eſſe magis communem Doctorum, præſertim Modernorum opinionem, ſecundum quam iudicauit parlamentum Grationopolitanum teſte Guid. Pap. quæſt. 49. 267. & 505. vbi loquitur in pacto facta in matrimonio, & conſilium Neapolita. Afflict. deciſ. 115. num. 6. vbi dicit non eſſe de hoc dubitandum, & num. 5. dicit

27 † iuramentum operari, vt ius abſenti acquiratur, quod etiã voluerunt Neuiz. & Natta conſiliis ſupracitatis, quam ſententiam pariter ſequutus eſt Senatus Pedemont. deciſ. 33. num. 4. 33. & ſeqq. vſque in finem.

Tertiò reſponderi poteſt ipſo facto ſequutã

28 fuiſſe ratificationem † quæ ratificationi verbis facta prævalet. l. Paulus. ff. rem rat. haberi latè Dec. conſil. 436. num. 12. quòd autem Yolãda facto ratificauerit patet, quia poſſedit pluribus annis vſque ad mortẽ dicta oppida in dotẽ data, vt ex iuribus nomine Ducis Sabaudiæ productis apparet, ergo ratificaſſe dicitur.

Nec aduerſus iura Ducis Sabaudiæ pugnat id, quod dicitur ex dicta conuentione ſiue pacto ſolam actionem perſonalem oriri ex notatis per Decium conſil. 300. num. 4. quæ actio perſonalis non ſequitur ſingulare em ſucceſſorem. l. fin. §. fin. de contrah. empt. Dec. conſ. 187. num. 1. & per conſequens non potuit intentari aduerſus Cæſaream Maieſtatem non poſſidentem, nec Duces Mantuæ vti hæredes Io. Georgij, quem non conſtat fuiſſe hæredem præfati Theodori primi.

Quin multis modis reſponderi poteſt.

29 Primò, † ex hac promiſſione ſiue pacto etiam vtilem in rem actionem competere argumento. l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo, quam ad terminos noſtros citat Dec. conſ. 239. nu. 7. & 8. præſertim in verſi. nam tali caſu videtur acquiſitum vtile dominium, poſt Spec. Io. Andr. & Alex. per eum allegatos; quem refert, & ſequitur Chaſſan. conſ. 53. nu. 51. verſ. contrariã partem, & pluribus numeris ſequentis, vbi latè hanc materiam tractat, & nominatim, ac do-

30 &c. nu. 54. dicit, † quòd in contractibus in diem vel ſub conditione factis non requiritur traditio, quia habetur pro facto adueniente die, & conditione, & adducit Pan. de Caſtro, ita tenuiſſe conſ. 21. in nouis, Crau. conſ. 19. num. 3. & 9.

31 Vbi dicit † in ſubſtitutionibus, quæ fiunt in contractibus dominum ſaltem vtile tranſire eueniente conditione ſine traditione, quos refert, & ſequitur Nata conſ. 503. num. 7. & conſ. 532. num. 24. & duobus ſeq. poſt alios per eum relatos, ex quibus patet iſtam eſſe communem opinionem, quod præſertim locum vendicat in contractu Principis, qui vim legis obtinet, in quo ſolo animo abſque traditione tranſfertur dominium teſte Dec. conſ. 197. num. 4. poſt Bar. Ang. & Alex. per eum citatos.

Secundo reſponderi poteſt, data citra veri præiudicium, quod ſola actio perſonalis ex dicta cõuentione orta fuiſſet, nihilominus illa ad Marchionatum, & alia bona contentioſa conſequẽda competere dicitur, vt nominatim dicit Dec. d. conſ. 300. nu. 4. in fine, quod ſit, vt cum ex reſcripto delegatario Cæſareo declaratũ fuerit, omnes, qui ius, aut actiones aliquas ad dictum Marchionatum, & bona, vel in eis habere prætendereẽt ad experiendum de omnibus eorum iuribus, & actionibus generalibus ſiue particularibus admitti deberent, ſuperſque dictis iuribus iuſtitiã fieri, conſequens eſt, vt omnia, quæ iuditij ſubſtantiã reſpiciunt cenſeantur admiſſa

Nam Cæſaris declaratio, & authoritas hoc poteſt, vt nominatim ſentit Dec. d. conſi. 187. colum. fin. verſ. non obſtat quod contra Regem, & verſic. ſequenti, alioquin ſequeretur nullam actionem perſonalem, vel realem à quouis fuiſſe legitimè propoſitam, cum re vera Imperator, qui dicta bona ſub manu ſua poſſuerat ad effectum vnicuique ius ſuum reddẽti, dici non poſſet legitimus contradictor, ita enim ad ſimilem obiectionem reſpondet Socin. in hoc caſu noſtro conſil. 75. num. 7. & ſeq. vol. 1.

Tertiò reſponderi poteſt, præfatum Io. Georgium fuiſſe hæredem mediatum præfati Theodori, nam in cedula per Sormanum procuratorem Ducis Mantuæ producta die prima Iunii 1534. fatetur, bona ad quæ agitur fuiſſe relicta in hæreditate Io. Georgi, & per ipſius

prędecessores, & antecedentes gradatim vti veros Principes dominos, & possessores liberè tenta, & possessa, spatio ducentum annorũ, & plus singula singulis debitè referendo, intra quod tempus dicitur acceptum annorum comprehenditur præfatus Theodorus primus, Beneuenut. sua cronica fol. 172. perijt anno 1338. idem etiam, & secundò confessus est Sormanus in cedula, producta die decima Iunij eiusdem anni 1534. in qua geneſim dicto Io. Georgij a dicto Theodoro late deduxit si ergo liberi dicti Theodori, inter quos connumeratur Io. Georgius gradatim possederunt dicta bona, quæ, vt pars fatetur, relicta fuerunt in hæreditate dicti Io. Georgij, consequens est, quod etiã relicta fuerint in hæreditatibus prędecessorum respectiuè, ne eadẽ res diuerso iure censeatur contra regulã l. eum qui ædes. ff. de vsu cap Præfertim, cùm vt sæpè dictum fuit, Marchionatus, & bona, de quibus agitur, quatenus feudali dici possent sint feuda hæreditaria, & impropria, cum igitur præfatus Io. Georgius fuerit hæres, & successor vniuersalis mediatus, præfati Theodori primi, quia, vt supra dictum est, vltimus successor dicitur successor primi, dictaq; Illustr. Ducissa Mantuæ faciat se hæredem præfati Io. Georgij eius patrui defuncti sine liberis masculis legitimis, & naturalibus, seq; sponte obtulerit lis intentatæ, & actioni propositæ nomine Ducis Sabaudiæ, ergo contra dictum Ducem se opponentẽ aduersus iura Ducis Sabaudiæ potuit intẽtari prędicta actio personalis ad dictum Marchionatũ consequendum iux. nota. In l. qui se liti obtulit. ff. de petit. hæred. Quibus maximè deseruunt, quæ doctè scribit Dyac. Prat. quæst. cap. 16. nu. 3. vers. 2. casus, vbi post Bart. Alex. Iaſ. & Felin. dicit, quòd aliquis pro iure suo potest interuenire, ne res aliqua, seu eius possessio alteri traddatur argum. l. fin. C. de ædin. diui Adr. toll.

Nec efficax est aduersus prædictum pactum afferta exceptio in obtentu antiq; resultans ex eo, quòd Duces Sabaudiæ possederint, ac possideãt locum Clauasij tanquam id sit contra dicti pacti formam, quia si dictam cronicam obseruamus, ex ea apparet fo. 116. Secundo, tum Marchionem nepotem dicti Theodori anno 1372. insolutum dedisse Amedeo VI. Comiti Sabaudiæ pro summa aureorum 200. milia, Clauasiũ, & totum territorium Canapicij: Præterea infra in petitione particulari bonorum citrà Padum, & vltra Tanagrum apparebit de iusta, & legitima possessione Ducum Sabaudiæ, quæ aliunde probatur ex antiquitate tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, quæ habet vim concessionis priuilegij, & constituti vulg. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua. quotid. & æsti. cap. super quibusdam. §. præterea de verbor. signif. cum similibus.

Nec à dicto pacto recessum, illiq; renuntiatum dici potest ex conuentione facta inter Carolum primũ illius nominis Ducem Sabaudiæ, & Bonifacium Marchionem Montisferrati in instrumento dotis Blanchæ neptis ex fratre dicti Bonifacij, & vxoris dicti Ducis anno 1485. qua cauetur, quòd si contingeret Bonifacium decedere sine filijs, Dux Sabaudiæ nomine dotis succederet in terris castrẽsibus citra Padum reliquis oppidis remanentibus in libera dispositione dicti Bõifacij, qui postea testatus est arg. nota in l. pacta nouissima. C. de pactis.

Quæ omnibus alijs respondentibus, quas appositè puto fuisse datas à consulentibus pro ipso Duce Sabaudiæ, præsertim à prudentissimis Iureconsultis Fracisco Purpurato, & Nicolao Balbo Prætidibus meritissimis, ea præsertim vrgere videntur, quæ ex his, quæ supra in vers. solum, ergo attendendus est, scripsimus, videlicet, Illustrissimum, & Excellentissimum Carolum Hoagentem venire ex iure, & persona propria, nam vti hæredem Dom Caroli primi, qui non potuit præiudicare alijs successoribus dictorum Aymonis, & Yolandæ habentibus ius radicatum in dicto pacto, iuribus ibi allegatis, quibus addo Bart. conſ. 72. eolum. 3. verſic.

32 Præterea ex dicta lege, † nam dato, & non cõcesso, quòd prædicti Theodorus Aymo, & Yilanda potuissent recedere à dicto pacto in præiudicium successorum, non tamen potuit aliquis eorum hæres, vel successor in præiudicium aliorum successorum à dicto contractu recedere, ita Bart. in hoc communiter receptus in l. qui Romæ, §. Flauius num. 1. vers. in die ff. de verbor. obligat. per text. in l. 3. ff. de seruis export. cum alijs concordantibus citatis per Iaſ. ibi num. 24. vers. 3. limita. & num. 27. facit text. in l. si arrogator. ff. de adopt. & in l. 3. ff. de interd. & relega. vbi Bart. & alij cumulati decis. Pedemont. 179. num. 2. & plenius decis. 181. num. 20. quæ gratia brcuitatis non repetuntur, quibus demonstratur hanc esse receptissimam sententiam.

Concludo igitur casum in dicto pacto comprehensum euenisse, videlicet Ioan. Georgium atnepotem, & hæredẽ mediatam præfati Theodori primi Palcologi, & abnepotem Ioannis filij dicti Theodori decessisse nullis superstitibus liberis masculis legitimis, & naturalibus, superstite Carolo Duce Sabaudiæ, & Yolandæ trinepote, & successore, porrò bona in dicto pacto comprehensa spectasse prædicto Carolo Duci Sabaudiæ, & nunc Serenissimo Emanueli Philiberto eius filio, non obstantibus assertis exceptionibus, & oppositionibus ex aduerso allegatis.

SVMMARIVM.

1 *Montisferrati Marchiam ab Aledramo primo Saxone vsque ad Io. Georgium Paleologũ vltimum fuisse tentam, & habitam vti allodialem, aut saltẽ iure feudi impropri.*

2 *Hypotheca in feudo recto conſtitui non potest.*

3 *Caroli IV. concessio facta Ioanni Marchioni Montisferrati esse meram donationem non concessionem in feudum.*

4 *Concessio facta alicui de feudis, quæ eius antecessores tenebant, nisi appareat, quæ feuda antecessores teuerent talis concessio nihil præstat.*

5 *Dispositio, seu concessio facta alicui absenti non inter-*

interueniente aliqua stipulatione Notarij, vel ratificatione ipsius absentis non prodest ipsi absenti.

16 *Inuestitura fieri solent per traditionem alicuius rei corporalis puta annuli, pilei, ensis, siue baculi.*

17 *Inuestitura facta de beneficio alicuius sine eius consensu pro infecta habetur.*

18 *Feudum nouum constituitur exuentis pactis, & conditionibus in inuestitura appositis.*

19 *De feudo nouo primus acquirens potest disponere in præiuditium successorum.*

20 *Hæres mediatus, vel immediatus in feudo hæreditario non potest contra factum defuncti venire.*

21 *L. cum pracum. C. de lib. causa dispositio quomodo intelligatur, & procedat.*

22 *Confessio ex verbis narratiuis non resultat; nisi illa sint ad actum necessaria.*

23 *Confessio erronea non nocet probato errore.*

24 *Appellatio siue prouocatio causam reducit ad terminos litis contestatæ.*

25 *Actoris, assertioni sicut statur contra agentem, ita assertioni excipientis statur contra excipientem.*

26 *Marchionum Paleologorum Montisferrati alienatione, & dispositiones multæ reuocantur facta sine cõsensu Imperatorum.*

27 *Manfredus Marchio Salutiarum gubernator relictus in testamento Ioannis Saxoni vltimi Marchionis dotes restituit Margaritæ de Sabaudia vxoris ipsius Ioannis in Castris Lancei, Cirriaci, & Casellarum.*

28 *Consuetudo alienandi feuda irrequisito domino directo de iure subsistit.*

29 *Consuetudine alienandi bona feudalia sine assensu superioris attenta, bona feudalia iudicari debent tanquam patrimonialia, seu allodialia*

30 *Libris cronicorum non improbatis fides datur in factis antiquis.*

31 *Consuetudo ex vsu inducitur, quia hæc habent se tanquam causa, & causatum.*

32 *Consuetudo an ex bono actu inducatur.*

33 *Consuetudo notoria inducta censetur ex actuum frequentia, seu multitudine.*

34 *Consuetudo, vt inducatur sufficit tempus xx. vel xxx. annorum.*

35 *Marchiones Montisferrati esse solitos disponere de Marchionatu pro arbitrio attestantur nonnulli ex ipsis Marchionibus.*

36 *Verbum, libere, importat sine alicuius alterius licentia, seu consensu.*

37 *Reges, Duces, Comites, & Marchiones esse in suo territorio loco Principis, & posse statuta facere derogatoria iuris communis.*

38 *Negatiua ab excipiente probari debet quando in ea fundat intentionem suam.*

39 *Imperatoris, seu Principis scientia, an requiratur in consuetudine, seu præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non exstitit.*

40 *Concessionum, seu dispositionum verba ex actibus declarantur.*

41 *Legis adicti, seu statuti publicatio requiritur adhoc, vt liget.*

42 *Lex seu edictum vsu non receptum, sed antiquatum non ligat.*

CONS. IV.

De eadem specie facti.

ABsoluta suprascripta petitione satis exacte, vt putamus discussa, & prætermissa pro nunc petitione vniuersali in actis ex persona quondam Blanchæ vxoris Ducis Sabaudiæ, & filiæ quõdã Gullielmi Marchionis Montisferrati: operæ pretiũ est disputare de petitione concernente conuentiones, donationes, inuestituras, & alia gesta inter Amedeum VIII. & primum Ducẽ Sabaudiæ, Ludouicumq; eius filium primogenitum, & Io. Iacobum Marchionẽ Montisferrati, eiusq; filios anno 1432. & alijs sequentibus in actis anno 1534. die quinta, & vigesima tertia Aprilis, ac in alijs pluribus memorialibus deductis, & productis, et in hac petitione video non parum elaborasse acutissimo illos Iurisconsultus, qui pro Illustri illimis Mantuæ Ducibus scripserunt, quorum conatus omnis, ad infringendos prædictos contractus tendit, idq; tribus in summa factis telis, scilicet defectus potestatis, voluntatis, & modi: Potestans quidem, veluti de bonis feudalibus sine Imperatoris licẽtia, & cõsensu factos, voluntatis, autem eo, quod metus causa gesti fuerint, modi vero vti de maiori parte Marchionatus, & bonorum, proinde nimiũ ledentes Marchionatum sine insinuatione, & Ducibus Sabaudiæ absentibus facti sint, quæ tela, & si prima facie forsã penetrabilia videãtur, nihilominus munitissimis iuribus Serenis. Ducis parum nocere demonstrabo. Nam, quod ad defectum potestatis attinet, certi iuris est illum non obstare, cùm vt supra in præcedenti petitione latè scripsi, clarè probauerim † Marchiã Montisferrati cum alijs bonis ab Aledramo Saxone vsque ad Io. Georgium Paleologũ fuisse ferè totam habitam tentã, & possessam à Marchionibus vtriusq; agnationis respectiue vti allodialem, aut saltem iure feudi hæreditarij improprij, & alienabilis, et sic fuisse respondent apertè clarissimi iure consulti pro Illustrissimis Ducibus Mantuæ, scribentes Paris. cons. 22. nu. 19. & pluribus seq. ac nu. 55. Socin. iun. d. cons. 76. nu. 48. & nu. 60. vers. & pcedit, vbi expresse dicit Marchionatũ Montisferrati cum eius iuribus fuisse per Illustrissimos Paleologos habitũ & possessum tãquam bona libera, & allodialia, nullamq; de hoc esse dubitationẽ Gozad. cons. 8. à nu. 16. vsque ad nu. 30. exclusiuè. Grat. resp. 9. à num. 64. vsque ad num. 155. vbi nominatim dicit Marchionatum non esse feudum, & si sit esse improprium. Rol. à Valle d. cons. 3. nu. 60. vsque ad num. 89. & num. 114. & dictum Marchionatum cum pertinentijs fuisse, & esse allodialem, aut saltem feudum hæreditariũ improprium, & alienabile, sæpè confessi sunt Illustrissimi Duces Mantuæ ministerio Sormani eorũ Procuratoris, & domini litis, vt legitur in actis fol. 18. 125. & clarius in positionibus, de quibus fol. 248. & sequen. vbi ponendo expresse fatentur, quòd Dominus Io. Georgius Marchio tenuit, & possedit dictum Marchionatum libere,

& tanquam verus Princeps, dominus, & poſſeſſor, illumq; reliquit in eius bonis, & hereditate, & ſimiliter fatetur, quòd anteceſſores dicti Marchionis Io. Georgij à ducentum annis, & plus vſque in eum diem tenuerunt dicta bona libere, & pacifice actus faciendo, quos veri Principes, domini, & poſſeſſores facere ſolent inter quos anteceſſores neceſſario includuntur Io. Iacobus Marchio auus paternus Io. Georgij, & eius liberi, & de hac confeſſione Ducum Mantuæ, ſcilicet, quòd confeſſi fuerint Marchiam Montiſferrati, non eſſe feudum proprium ſcribit Gozad. conſ. 7. nu. 21. verſ. ad tertium dum dicitur, & quod Marchia Mõtiſferrati, aliaque bona, de quibus agitur fuerint partim allodialia, & partim feudalia impropria, & alienabilia liquidiſſimè ex prætenſa ſententia imperiali de monſtratur, præſertim in illis verbis, Marchiã Montiſferrati, & caſtra, & loca feudalia, & alia per Marchiones poſſeſſa, nam coniunctio, & regulariter inter diuerſa ponitur iuxta notata per doct. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. Item in petitione Illuſt. Iuliæ vxoris Io. Georgij pro cuius dotium reſtitutione vult omnia bona feudalia dictæ Marchiæ, & alia eſſe hypothecata † quæ hypotheca conſtitui non potuiſſet ſi feuda fuiſſent recta, & propria per text. in cap. Imperialẽ in princ. de probib. feud. alien. per Feder. & nor. per Doct. in tit. qual. olim feud. pot. alien. & in tit. ſi de feud. fuer. controuer. inter dom. & agn. §. in alienatione generali Curt. iun. de feud. in 4. part. reg. 1. queſt. 6.

Nec his aduerſantur conceſſiones, donationes, & inueſtituræ Henrici VII. Caroli Quarti, & aliorum Imperatorum, quia, vt in queſtione præcedenti late probauimus, prædictæ conceſſiones, & inueſtituræ ſunt relatiuæ præcedentiũ quorum naturam non mutarunt, † nam conceſſio Caroli I V. ſiue donatio anni 1355. die 20. Maij Ioanni filio Theodori primi facta, in qua pars maximum conſtituit præſidium ſonat in donationem meram, attentis illis verbis, donamus, concedimus, & conferimus caſtra, ciuitates, loca, oppida, & iura inferius denotata cũ omnibus honoribus, pertinentijs, & vtilitatibus quomodocunque ad ipſa loca, caſtra, res, & bona ad Sacrum Romanum Imperium ſpectantia quouis modo, iuribus, & rationibus ſupra adductis: præſertim cum in illis tunc non fuerit iuramentum fidelitati præſtitum, nullum promiſſum ſeruitium, nullaq; facta inueſtitura etiã abuſiua, quæ omnia neceſſario requiſita dicuntur ad eſſentiam feudi proprij, ex notatis per Gozad. d. conſ. 8. nu. 21. & ſeq. Grat. reſp. 9. nu. 113. & ſeq. nu. 120. & nu. 153. poſt alios per eũ citatos. Doct. in tit. quid præcedere debeat, an inueſtitura, vel fidelitas. Nec prædictis aduerſatur clauſula in dicta donatione poſita, ſcilicet ita videlicet, quòd omnia, & ſingula bona, terræ, res, iura, & dominia coniuncta clauſula, quicquid verò in feudum eſt, vel eſſe debet, aut etiam in retrofeudum hoc in rectum feudum de nouo, vt ſupra damus, † quia niſi probentur, quæ bona fuerunt à præcedentibus Imperatoribus in feudum conceſſa prioribus Marchionibus nihil præſtat talis inueſtitura, ita nominatim decidit Bald. in cap. 1. in princ. nu. 5. verſ. pone Comes concedit Titio in feudum, quem refert, & ſequitur Ias. in l. 1. in fic num. 10. ff. de leg 1. per illũ text. faciunt, quæ ſcribit ibi Bart poſt Dyn. in fin. quem ſequuntur communiter Doct. Oldr. conſil. 164. Alex. conſil. 187. num. 10. vol. 2. & in l. locus. ff. de acquir. poſſeſſ. Aretin. conſil. 164. Socin. conſil. 90. num. 11. Dec. conſil. 302. num. 11. verſ. præterea, Grau. conſil. 28. num. 11. volum. 1. Ias. conſil. 166. colum. penult. verſic. non obſtante dicta ſententia Felin. in cap. 2. nu. 11. de reſcript. Ex quibus omnibus patet communem, & veram eſſe concluſionem, quòd ſi Princeps inueſtiat aliquem de bonis, de quibus alius fuerit inueſtitus, niſi appareat, quæ ſint bona, de quibus alius fuit inueſtitus nihil valet cõceſſio, & habetur pro non facta, idem expreſsè dicit Natt. conſ. 514. nu. 31. poſt Signorol. cõſil. 10. quod inueſtitura facta alicui de bonis, quæ talis tenebat, & poſſidebat, licet inueſtitura valeat, tamen niſi certificentur bona prædicta, reducitur ad nihilum, & ſimilem deciſionem ſcribit tenere Aretin. conſil. penult. cùm igitur non probetur, quæ bona antea fuerint conceſſa in feudum, ſeu retrofeudum, ergo nihil præſtat dicta conceſſio.

Secundò reſpondetur dictis clauſulis ſtatim ſubijcijs ſequentem clauſulam, & nihilominus fidelitates, iura, vaſſallatus, dominia, & omnia iura, &c. ex verbis, cuius clauſulæ apparet, quòd non obſtantibus illis verbis, in feudi, &c. dicta conceſſio ſonat in donationem, aut ſaltem in feudum impropriũ, & alienabile, vt concludit Afflict. in titulo de feud. non habente propr. nat. Cui conueniunt, quæ ſcribit Dec. d. conſil. 191. num. 2. & ſeq. poſt alios per eum citatos, & Neuiz. conſ. 12. num. 72. & ſeq. eadem obijciuntur aduerſus priuilegium dicti Caroli I V. anni 1369. octauo idus Martij.

Præterea deffendi poteſt ex aſſerta conceſſione Caroli anni 1355. die decima Maij nullum acquiſitum fuiſſe ius Ioanni abſenti, nec eius hæredibus, aut ſucceſſoribus maſculis, ſeu fœminis, cùm nullus interuenerit nuntius, vel epiſtola, aut notarius, qui pro ipſo Ioanne, aut eius hæredibus fuerit ſtipulatus, nec ratificauerit verbis, aut facto dictam conceſſionem † quocaſu conceſſio, ſeu alia diſpoſitio non proſeſt abſenti, vt late concludit Leonard. Piſan. conſ. 136. num. 6. & ſeq. inter conſ. feudalia facit. l. abſenti, in fin. ff. de donat. Neuiz. d. conſil. 35. num. 17. & 22.

Nec his obſtant, quæ videtur ſentire Abb. in cap. tenor. nu. 40. de re iudic. quem refert Afflict. deciſ. 299. num. 8. quòd in dubio inueſtitura præſumitur facta præſenti, quia illud procedit ex natura verbi inueſtimus, † cùm inueſtituræ fieri ſoleant per traditionem alicuius rei corporalis, vt puta annuli, pilei, enſis, ſiue baculi, ita declarat ante Abbatem. d. cap. tenor Oldr. conſ. 217. At in dicta conceſſione Caroli I V. non eſt verbum inueſtimus, nec traditio alicuius rei corporalis, ex qua fiat inueſtitura, vt in titulo quid ſit inueſtitura; ergo non habent locum oppo-

oppoſita; Confirmatio autem priuilegiorum facta anno 1369. in nihilo Duci Sabaudiæ nocet, nec parti prodeſt; cùm nihil de nouo concedat, ſed præcedentia priuilegia tantùm confirmet. Eadem reſpondemus aduerſus aſſertam conceſſionem ſiue donationem Vincislai Imperatoris 1384. in qua nullum verbum de feudo.

Nec nocent aſſertæ conceſſiones, & inueſtitura Sigiſmundi dicto Theodoro factæ patri Io. Iacobi anno 1413. ac ipſi Io. Iacobi anno 1418. cùm ſint relatiuæ ad conceſſiones, & inueſtituras progenitorum, de quibus ſupra latè diximus.

Nec Duci Sabaudiæ aduerſatur aſſerta erectio, & vnio comitatuum Aquoſanæ, & Canapicij, inueſtituraq; à Sigiſmundo Imperatore anno 1414. die 26. Maij Io. Iacobo Marchioni, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis facta, quia multis modis reſponderi poteſt.

Primò non valere dictã erectionẽ vnionem, & inueſtituram veluti de re aliena, ac Theodoro Marchione rerum dictarum domino ignorante factam, nec in tempus habile collatã cap. 1. de inueſt. de re alien. & cap. 1. verſ. nã ſi quis, qui ſucceſſ. tene. cum ſimilibus not. per Bald. conſ. 328. nu. 8. verſ. videtur igitur volu. 1. vbi nominatim dicit, † quòd ſi dominus fecit inueſtituram de beneficio ſui militis ſine eius conſenſu pro infecta habetur, his accedunt, quæ ſcribit Dec. conſ. 544. nu. 2. concludens inueſtituram fieri non poſſe ſine conſenſu vaſſali viuentis, At Sigiſmundus fecit inueſtiturã Io. Iacobo de rebus Theodori Marchionis ſine eius conſenſu, ergo pro infecta habeti debet. 7

Secundò, admiſſa citra veri præiudicium dicta erectione, vnione, & inueſtitura pro valida, dicitur † omnia bona in eis contenta, quò ad prædictum Io. Iacobum, & eius liberos maſculos propter dignitatem Comitatus, & alias qualitates nouiter adiectas tranſire in feudũ nouũ teſte Bald conſ. 249. num. 1. verſ. in contrarium volu. 2. quem ſequitur Alex. conſ. 19. verſ. ſiue enim quæratur de illis additionibus volum. 5. Dec. conſ. 248. num. 8. Grat. reſp. 4. nu. 10. lib. 1. vbi nominatim dicit feudum eſſe nouum propter qualitatem Comitatus nouiter adiectam, & alij latè cumulati in deciſ. Pedemont. 23. nu. 22. & quatuor ſeqq. quibus addo Cephal. conſ. 12. nu. 13. & 14. At † de feudo nouo acquirens poteſt diſponere in præiudicium ſucceſſorum teſte Bald. in tit. de vaſſallo decrepi. ætatis in vltimis verbis, quem refert, & ſequitur Alex. cõſ. 28. num. 1. & ſeq. & num. 11. verſ. & ſic firma manet concluſio, dicens iſtam eſſe communẽ opinionem volu. 5. Crau. conſ. 135. nu. 8. poſt alios per eum relatos, Ergo idem Io. Iacobus potuit prædictam donatione facere in præiudicium liberorum. 8 9

Tertiò reſponderi poteſt attentis clauſulis in dicta inueſtitura poſitis videlicet, hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis feudum præfatum eſſe hæreditarium mixtum, ſeu ſecundum quid, videlicet liberos ſuccedentes debere eſſe hæredes Io. Iacobi primi acquirentis, vt ſupra diximus, At † in feudo hæreditario ſecundum quid non poteſt hæres mediatus, vel immediatus venire contra factũ defuncti, iuribus ſupra abundè adductis, quibus addo Alex. d. conſ. 28. num. 11. verſ. & alio principali fundamento vol. 3. Affli. d. deciſ. 112. nu. 3. & 285. nu. 11. Ergo Io. Georgius veluti hæres, & ſucceſſor ſaltem mediatus dicti Io. Iacobi aui, proinde ipſa Ducilla Mantuæ dicti Io. Georgij hæres. & per conſequens dicto Io. Iacobi, non poteſt infringere donationem, & prædicta eo magis procedunt in caſu noſtro, attento conſenſu omnium filiorum dicti Io. Iacobi, & præſertim prædicti Bonifacij patris prædicti Io. Georgij, qui anno 1436. die 11. Decembris in Ciuitate Caſalis vnà cum Theodoro fratre prædictam donationem, inueſtituram, & alia geſta de anno 1433. die 27. Ianuarij expreſsè cum iuramento ratificauit, vt apparet ſcripturis authenticis geminatis in actis fol. 79. & 803. productis. Cum igitur dictus Bonifacius ſuo iuramento donationẽ, & alia geſta dicta die 2. Ianuarij comprobauerit, conſequens eſt, vt illa improbare non potuerit, & ſicut dictus Bonifacius non potuit, multò minùs Ioan. Georgius eius filius, & hæres. Proinde, nec prædicta Margarita dicti Io. Georgij hæres, cum hæres hæredis cenſeatur hæres teſtatoris. vulg. l. fin. C. de hæred. inſtit. Nec obſtant, quæ de meti opponuntur, cum facilè tollantur ex reſponſionibus ad exceptionem metus datis.

Quarto reſpondetur dictam conceſſionem contrario vſu eſſe antiquatam, nam nuſquam apparebit Marchiones Montiſerrati vſos fuiſſe titulo Comitum Aquoſanæ, & Canapicij, conſtatq; ipſa rei euidentia maiorem partem dicti Canapicij, & regionis exiſtentibus vltra Tanagrum poſſideri ab Imperatore, Ducibus Sabaudiæ, Mediolani, & Ianuẽſibus, & ipſos Io. Iacobum eiuſq; liberos alienaſſe plura ex dictis bonis, ergo euidenter apparet dictam conceſſionem vnionem, ac inueſtituram huiuſmodi non nocere prædictæ donationi, & alijs ſubſequutis Socin. conſ. 61. nu. 4. vol. 3. cum alijs, quæ infra col. antepenult. ſcripſimus.

Nec Duci Sabaudiæ nocuit, quòd dicitur, eius Procuratorem præces, & ſchedulas produ xiſſe, quibus narratur dicta bona, de quibus agitur eſſe feuda Imperialia, ideo vti talia fateri cenſeatur. l. cnm præcum. C. de lib. canſa.

† Quia prædicta procedunt, vbi narrata eſſent huiuſmodi, in quibus fundatur intentio ſupplicantis, ſeu libellantis, & vbi id, quòd enunciatur principaliter deductum eſt in iudicium alias ſecus, ita expreſsè limitat, & declarat regulam. d. l. cum præcum Riminal. in l. conditioni in principio, in 2. & 3. limitatione, C. de inſtitut. & ſubſtit. His accedunt, quæ ſcribit Felin. poſt Bald. & Butr. per eum allegatos in cap. cum venerabilis num. 23. Dec. colum. 14. verſ. prædicta concluſio de exceptio. Socin. conſ. 244. num. 40. concludentes † conſeſſionẽ non reſultare ex verbis enuntiatiuis, niſi illa ſint ad actum neceſſaria, ſed in illis verbis, quod dicta bona ſint feuda Imperialia non eſt fundata intentio libellãris, cùm de eo, ſcilicet, an eſſent feuda impropria non ageretur, ſed duntaxat, quòd dicta 10 11 12

bona à Ioan. Iacobo Amedæo Duci prius donata,& à dicto Duce in feudum filio primogenito ipſius Ioan. Iacobi Marchionis conceſſa ad Carolum Ducem Sabaudię veluti directum dominum propter defectum lineæ maſculinæ Marchionum Montisferrati deuoluta declararētur. Et ad hæc fundanda,non erat neceſſariū dicta feuda moueri ab Imperatore, ergo non nocent dicta enunciatiua, præſertim cum nec principaliter ſint ad hoc prolata.

Sed, quia video replicari prædictam confeſſionem probari ex poſitionibus nomine Ducis Sabaudiæ productis, igitur ad aliam tranſeun-
13 dum eſt reſponſionem, videlicet † prædictam confeſſionem veluti erroneam non nocere,probato errore, vt notat Bart. in l.ex hac ſcriptura in fin. quem refert, & ſequitur Felin.in cap. ſignificantibus col.8. verſ. fallit octauo de libell. oblat. Quorum dicta etſi ſoquantur in verbis enunciatiuis,ſiue narratiuis,attamen etiam procedunt in confeſſionibus reſultantibus ex poſitionibus, vt nominatim tenet Specul. in tit. de poſitio.§.10.nu.8. quem refert, & ſequitur Marant. de ord.iud. in 6. par. in tit.depoſitio.nu.6. facit text.in l.ſi poſt,& in l.error,& ibi Iaſ.num. 28.C.de jur.& fac.ignor. Bart.in l.poſt legatum nu.2.in fin.ff.de his,quib.in indign. Alex. conſ. 145.nu.2. verſ.in fin. vol.6.

Nec obſtat ſententiam fuiſſe latam, & propterea non admitti allegationem erroris.d.l.error,quia debet intelligi de ſententia, quæ tranſitum fecit in rem iudicatam, non autem de ea
14 à qua prouocatum extitit, † quia prouocatio reducit cauſam ad terminos litis cōteſtatæ.l.vn. ff.nihil nouari pendente appellatione, ita decla rat Aiber. in d.l.error nu.16. Bald. in l. ædita in 2.lectura col.22.verſ.errores autē.C. de edend. poſt glo. quam dicit ordinariam in l. creditor. §.iuſtus in verbo appellandi.ff.de appell. Rol.à Valle conſ.37.nu.11.& 121. & conſ.94. num.9. & ſeq.vol.1. Accedat,quòd ante ipſam ſententiam reuocatæ fuerunt huiuſmodi erroneæ cōfeſſiones,vt legitur in actis fo.315.

At error probatur ex prædictis conceſſionibus & donationibus per Ottonem Henricum VI. Federicum II.ante excommunicationem, Carolum I V. & alios Imperatores factis, & alijs iuribus ſupra citatis, ex quibus docuimus totū ferè Marchionatum eſſe allodialem,aut ſaltem feudum impropriſſimum,& alienabile. Item ex dicta confeſſione partis, de qua in fol. 248. & ſequen ibus, Ergo in prædicta confeſſione procuratoris Ducis Sabaudiæ, non poteſt fieri
15 fundamentum; nam † ſicut aſſertioni actoris ſtatur contra agentem, ita aſſertioni excipientis ſtatur contra excipientem Bart.in l.certum, §.ſi quis abſente. ff.de confeſſis,quem ſequitur Rom.conſil.59.colu.penul.in fin. Licet in caſu noſtro, vtrique ſint actores, vt in actis apparet, quò fit, vt magis ſit ſtandum veritati, quàm aſſertionibus, cap. veritate manifeſtata, & quinque ſeq. diſt. 8.

Tertiò reſponderi poteſt, prædictum Procuratorem Ducis Sabaudiæ intellexiſſe de feudo hæreditario impropriо, & alienabili, prout expreſsè dicit in actis fol.49.col.2.& 215. col.1. Nam ambigua oratio ſecundum intentionem proferētis, & prout ei vtilius eſt intelligi debet l.ſi quis intentione.ff.de iud.cum ſimilibus.

Quarto dato, citra veri præiudicium, quòd omnia oppida Marchionatus Montisferrati ab initio fuiſſent ab Imperatoribus in feudum prędictis Marchionibus conceſſi,nihilominus donatio à Io. Iacobo Marchione Amedæo Duci Sabaudiæ facta ab inualiditatis, & nullitatis exceptione, deffectu conſenſus Imperatoris deffendi poteſt, cum ex quamplurimis iuribus in actis productis, præſertim dicta cronica Beneuenuti à parte producta manifeſtiſſimè cōſtat, Marchiones Montisferrati à Gulielmo IV.atnepote Aledrami vſque ad Io. Georgium ſolitos, & conſuetos fuiſſe contrahere, & diſponere de dictis bonis, eaque alienare, & hypothecare,ac in dotem dare ſine conſenſu Imperatorum pro tempore exiſtentium, quarum diſpoſitionum, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate vſum fuit aliquas referre.

16 Legimus † enim in copia dictæ croniçæ fol. 40. dictum Gullielmum Marchionem, & Vercellenſes anno 1182.die 11.Auguſti pace inter eos facta, contraxiſſe de oppidis Tridini, & Morani, & fol 58. Bonifacium Marchionem dicti Gullielmi filium,ac Aſtenſes anno 1187. compromiſſum feciſſe, de quibuſdam oppidis tunc dicti Marchionatus ibidem deſcriptis in vniuerſitates Mediolani,& Placentiæ, & fo.90. eundem Bonifacium anno 1202.vendidiſſe inſigne oppidum Tridini Vercellenſibus, fol.70. Gullielmū filium prædicti Bonifacij anno 1207. pignori dediſſe egregium oppidum Valentiæ vniuerſitati Papiæ pro libris 4000. & in act is fol.445.procurator Ducum Mantuæ produxit inſtrumentū venditionis oppidi Dogliani per prædictum Gullielmum Marchionem Mantuæ do Marchioni Saluciarum anno 1221. die 15. Auguſti ; & in dictis cronicis fol.92. Gu lielmū Marchionem filium dicti Bonifacij anno 1271. conuentionem cum Alfonſo Rege Caſtellæ, cuius Ioanni filio primogenito in vxorem tradiderat, vt alias diximus, Margaritam ipſius Gullielmi filiam, de toto, Marchionatum feciſſe exceptis duobus oppidis Montiscalui,ſcilicet & Vignalis,quę erant hypothecata pro dotibus Beatricis dicti Gullielmi vxoris, in qua conuentione idem Gullielmus atteſtatur Marchiones ſolitos eſſe poſſe diſponere pro arbitrio de dicto Marchionatu, & fol. 111. legimus Ioannem dicti Gullielmi filium, & vltimum Marchionem ex agnatione Saxoniæ anno 1305. emiſſe oppida Inciſæ, & alia ibidem deſcripta, & prædictis contractibus,& diſpoſitionibus addi poſſunt aliæ diſpoſitiones, aliique contractus dictorum Marchionum relati in præcedenti articulo pacti Theodori à ver. legimus enim in dicta cronica, & vſque ad verſ.his addi poſſunt.

Sed quoniam video Illuſtriſſimum Ducem Mantuæ miniſterio patronū eius cauſæ admittere ab Aledramo Saxono,cæteriſq; Marchionibus vſque ad ipſum Ioannem vltimum eius agna-

agnationis Marchione factas fuisse alienationes easque fieri potuisse, secus verò à dicto Ioãne Saxono exclusiuè vsque ad Ioann. Georgiũ Paleologum istius agnationis vltimũ Marchionem masculum: Ideo constanter defendo idẽ fieri potuisse, & factum fuisse fere per omnes Marchiones Palcologos.

17 Scriptum † enim eadem copia cronicæ Beneuenuti fol. 116. legitur, Manfredũ Marchionem Salutiarum gubernatorem, & duodecim electos anno 305. nomine hæredis dicti Ioannis Saxoni, proinde præfati Theodori Paleologi primi cautas fecisse dotes Margaritæ de Sabaudia vxoris præfati Ioannis super locis Lancei, Ciriaci, & Casellarum, cuius cautionis instrumentum produxit Sormanus in actis fol. 346. & fol. 167. legitur etiam præfatum Theodorum Paleologum hæredem à dicto Ioann. Saxono eius auunculo in dicto Marchionatu institutum, anno 1329. vendidisse oppidum Pontisturiæ Thomæ Scarampo eiui Astensi pretio 30000. florenorum auri, & anno 1330. donasse Amedæo Quinto Comiti Sabaudiæ ex causa dotis Yolandæ eius filiæ dicta oppida Lancei, Ciriaci, & Casellarum, pactumq; fecisse, de quo in prima petitione latè scripsi, & fol. 266. Ioannem filium prædicti Theodori Marchionem anno 1356. cautos fecisse Ianuenses occasione cuiusdam eorum crediti decem septẽ millium ducatorum florentinorum sub hypotheca loci Nouarum, & fol. 273. eundem Io. Marchionem anno 1361. tradidisse Galeaceo Vicecomiti Ciuitatem Albæ, nec non quędam alia oppida, quam Ciuitatem idem Ioannes Marchio anno 1369. sub hypotheca accepit ab Eduardo Dispanser Anglico ex causa crediti aureorum 26000. vt legitur dicta cronica fol. 284. videmus etiam fol. 301. & sequent. dictum Ioannem Marchionem anno 1372. suo testamento confirmasse donationem aliàs factam Duci Brunsuicensi de oppidis Verolenghi, Calusij, Sancti Raphaelis, Castagneti, Vulpiani Branditij, & fol. 316. Secundorum Marchionem filium dicti Ioannis ministerio Oratorum, & Procuratorum tradidisse insolutum anno 1372. Amedęo VI. Comiti Sab udiæ pro summa ducentum millium aureorum Clauassium, & totum territorium Canapinj, & folio 322. inter dictum Secundorum Marchionem, & Galeaceum Vicecomitem Ducem Mediolani anno 1377. conuenisse, vt vnusquisq; ipsorum licitè retineret oppida alteri capta, & fol. 402. & seq. legitur Theodorum Marchionem etiam Ioannis filium, & Amedæum VII. Comitem Sabaudiæ anno 1407. transegisse, & permutasse quædam oppida tunc dicti Marchionatus, & fo. 420. prædictũ Theodorum in executionẽ præfatæ conuentionis restituisse Ciuitatẽ Vercellarum eũ suis oppidis dicto Philippo Mariæ Duci, & fol. 465. legimus Ioannẽ Marchionem dicti Ioann. Iacobi filium anno, 1454. cautas fecisse dotes Margaritę eius vxoris & filiæ Ludouici Ducis Sabaudiæ super oppidis Tridini, Morani, Burgi Sancti Martini, Montisbarucij, & fol. 466. Gullielmum Marchionẽ dicti Io. fratrem anno 1464. dedisse castrum, & oppidũ Sancti Georgij Ioan. Bartholomeo Carretto pro dote Lucretiæ filiæ naturalis dicti Gullielmi, ad quem soluto matrimonio morte dicti Bartholomei Carreti reuersũ fuerat prædictũ oppidum, fol. 478. eundẽ Gullielmum anno 1472. secundo nuptui tradidisse prędictam Lucretiam Raynaldo Estensi, eiq; in dotem dedisse oppida Monasterij, Casinachi, Bestagni, & S. Georgij, ac fol. 488. Bonifacium dicti Iann. ac Gullielmi fratrẽ anno 1435 cautas, & securas fecisse dotes Mariæ eius vxoris super omnibus eius bonis allodialibus, & speciaiiter super toto dominio ipsius Marchionis sito vltra flumen Tanagri.

Legitur etiam in testamento Gullielmi filij dicti Bonifacij in actis à parte producto, & inserto fol. 60. & seq. dictum Gullielmum Marchionem Montisferrati patrem Margaritę Ducissæ Mantuæ legasse Annæ eius vxori castra, & oppida Cerri, & Caliani alias eidem Annæ donata. Item legasse locum Ricaldoni, quem aliàs dicit fuisse ab ipsa Anna emptũ, videmus pariter in quamplurimis locis dictæ cronicæ, quæ citare legentem tederet, Marchiones Mõtisferrati variis, & diuersis temporibus plura compromissa fecisse de iuribus cõcernentibus dictum Marchionatum in varias, & diuersas personas quorũ aliqua, nomine Illustriss. Ducis fuerunt producta fol. 100.

In quibus omnibus, & singulis supradictis contractibus, alienationibus, dispositionibus, & compromissis non apparet alicuius Imperatoris licentiam, seu consensum fuisse requisitum, & interuenisse, imò, nec reseruatum beneplacitum, & ius Imperatorum, prout fieri solet quando feuda Imperialia alienantur. Quò fit, vt euidenter lioneat Marchiones Mõtisferrati eo iure vsos fuisse, vt de oppidis dicti Marchionatus pro arbitrio possent disponere, donãdo, vendendo, transigendo, permutãdo hypothecæ subijciendo, legando, in dotem dando sine alicuius Imperatoris licentia.

Hinc sequitur, quòd etiã si ab initio omnia oppida Marchionatus ab Imperatore in feudum concessa fuissent, quod tamen negatur, & per consequens prohibita alienari sine Imperatorum consensu toris titulis de aliena. feud. pater de prohib. feud. aliena. per Lothar. & Federicum, nihilominus ex supradictis donationibus, ac dispositionibus successibus, & longissimis temporibus sine licentia Imperatorum subsequutis apparet, apud ipsos Marchiones Saxones, & Paleologos tanto tempore cuius initij memoria non extat in contrarium vsu receptum. & obseruatũ semper fuisse de dictis bonis liberè, tàm inter viuos, quam per vltimam voluntatem irrequisitis Imperatoribus pro tẽpore existentibus posse disponere, quæ quidẽ obseruantia, seu consuetudo, præsertim apud eos qui leges condere possunt, attendenda est, nam diuturni mores consensu vtentium comprobati legem imitantur. §. ex non scripto instit. de iur. nat. gen. & ciui. & quòd huiusmodi

18 consuetudo, † posse feuda alienari irrequisito

domino, de iure subsistat est text. expressus in titul. de leg. Corradi. & ex eadem. in illis verbis, vbi etiam sine curia beneficium rerum recte alienatur, per quem text. ita not. Ripa. lib. 2. responsorum cap. 25. num. 16 & 17. post Bald. consil. 318. volum. 2. Abb. Felin. Roccum de Curte. Io. Raynaudi per eum allegatos. Quam conclusionem sequitur Dec. consil. 269. nu. 8. consil. 586. num. 2. & plurib. sequent. vbi nu. 4. in fin. post Anchar. consil. 125. dixit, † quòd attenta dicta consuetudine bona feudalia debet iudicari tanquam patrimonialia siue allodialia, idem tenet consil. 588. num. 16. hanc conclusionem sequuntur Curt. iun. cons. 158. nu. 8. dicens esse magis receptam. Paris. cons. 13. num. 23. 25. & sequent. volum. 1. post Oldr. Bald. Ancha. Ioan. Fabr. Guid. Papæ Campeg. Iacob. de sancto Georgio Deci. & Modernos Papienses per eum citatos loquens de consuetudine Ciuitatis Mantuæ permittente alienationem feudorum irrequisito domino, Ruinus consil. 25. num. 15. volum. 2. & consil. 72. num. 7. volum. 5. Gozad. in casu nostro consil. 8. nu. 41. late Boer. in consuetudines Biturig. in titul. des coustumes des Fiefs, à cent. 8. 1. vers. selon la coustume, per quatuor colum. post innumeros Doct. per eum allegatos Brun. cons. 105. num. 6. Alba. consil. 61. num. 6. His à stipulantur, quæ de solito scribit Rolan. à Valle in hac controuersia consil. 1. num. 81. & sequ. vsque ad num. 88. exclusiuè Natta consil. 322 num. 3. Ex quibus omnibus patet istam esse veram, receptissimam, & indubitatam conclusionem, scilicet vsu, seu consuetudine posse introduci, quòd feuda alienentur irrequisito domino, & propterea non obstare assertam prohibitionem à Federico II. factam anno 1255. cui etiã obstat defectus potestatis, & probationis, vt supra diximus in discussione validitatis pacti Theodori.

Nec mouere debet, quòd dicitur, prædictam consuetudinem, seu obseruantiam non esse legitime probatam tanquam de originalibus instrumentorum in dicta cronica relatorum nõ appareat, & quod testes examinati ad probandum, consuetudinem non concludenter deponant, iuxta adducta per Rolan. à Valle dicto consil. 2. num. 117. & pluribus seq.

Quia ad hæc respondetur, plenissimè, & sufficienter probatam fuisse dictam obseruantiã, seu consuetudinem, & quasi possessionẽ Marchionum, alienandi irrequisitis Imperatoribus. Primò ex prædicta cronica Beneuenti, cui in prædictis, tam ex dispositione iuris communis quàm partis consentione, plena fides est danda, iure enim communi, vt supra diximus, cautum est, † in factis antiquis fidem diri cronicis non improbatis teste Bart. communiter recepto in l. 1. num. 22. Ias. num. 13. Dec. num. 21. ff. si cert. pet. Ripa. num. 27. post Bald. in l. vnic. ff. de off. quæst. & Felin. in cap. 2. in fin. de rescrip. & in cap. inter dilectos num. 12. de fide instru. Purpur. & alios allegatos plures ad hoc citat Paris. d. consil. 1. num. 50. & consil. 23. num. 233. volum. 1. Neuiz. consil. 12. num. 80. inter consil. Brun. Alba. consil. 64. num. 27. & Ie quen. & in. indiuiduo de cronica Beneuenti, quod ei plena fides sit danda constanter tenent pro illustrissima Duchissa Mantuæ cõsulentes si licet Paris. d. consil. 23. num. 25. versic. prout eum author, & num. 252. Socin. iun. d. cons. 76. num. 61. versic. & in primis, & numer. sequent. Grat. resp. 9. num. 5. lib. 1. Gozad. consil. 8. num. 49. Rolan. à Valle d. cons. 120. num. 60. cuius cronicæ fides in prædictis comprobatur testibus deponentibus de fama, quibus cum simus in antiquis creditur, late Crau. de antiq. temp. prapar. nu. 304. & seq. Item ex confessione resultantem ex productione dictæ cronicæ facta, vt diximus fol. 528. & clarius fol. 522. vbi expressè dicit fidem esse dandam dictæ cronicæ, ad notata in d. Leum præcun. cum aliis supra allegatis, & ex productione testamentorum, & aliorũ iurium à partibus facta.

Stante igitur vera suprædicta conclusione, quòd dictis cronicis Beneuenuti circa præmissa, & contra producentes adhibenda sit fides, vel saltem transferant onus probandi contrarium in Illustrissimum Ducem Mantuæ, necessario sequitur probatam dici obseruantiam seu consuetudinem, & quasi possessionẽ Marchionum Montisferrati alienandi pro arbitrio dicta bona irrequisito Imperatore, cum omnia requisita ad huiusmodi consuetudinem inducendam, sint probata, videlicet, actuum frequẽtia, quam supra ex annalibus Beneuenuti, & aliis iuribus productis probauimus, exordiendo à Guillelmo Saxone, anepote Alcarami, vsque ad Guillelmum patrem Ioan. Georgij, ex quibus frequẽtibus actibus apparet nullum ex Marchionibus Montisserrati extitisse, qui non contraxerit, seu disposuerit de bonis dicti Marchionatus, quo sit, vt consilio de dictis alienationibus, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, & sic de vsu alienandi, & disponendi de dictis bonis, dicitur ex ipsis actibus resultare probationem, consuetudinis, priorũ Marchionum, † cum ex vsu inducatur consuetudo, habeantque se tamquam causa, & causatum Bart. in reper. 1. de quibus quæst. 1. ff. de legibus. Corn. cons. 89. litera X. volum. 1. Rebuff. de cõsuet. artic. 2. glo. 1. 2. in princ. Num si contentio est inter locato. † an ex vno actu inducatur consuetudo, vt scribunt glo. in. rubr. C. quæ sit long. consuet. & ibi Bart. num. 12. Salicet. nu. 12. Ias. in l. de quibus num. 35. ff. de legib. glo. & Angel. in §. ex hoc scripto inditi. de iu. nat. gen. & ciuil. Multò magis extra omnem dubitationem esse dicenduta est, tantibus tot alienationibus, & dispositionibus ipsorum Marchionum, † ex quorum frequentia, & multitudine consuetudo notoria habetur. Dec. consil. 11. num. 9. versic. ad hoc fundamentum Curt. iun. cons. 56. num. 5. in fin. consensitque Marchionũ arguatur. l. de quibus vers. Nec interest. ff. de legib. Bart. & Salicet. locis proximè citatis. Zasius consil. 14. nume. 85. & plur. sequent. vbi multa ad hoc congrua ponit præsertim, quòd sicut, successor factum prædecessoris potest pro se inducere, ita contra se

se cæteris paribus pari cogitur citans Card. ita tenere in clemen. in principio de iure iur. nam ex facto consensus dignoscitur l. Paulus ff. rem rat haberi, pulchrè gloss. in c. dilecti in verbo, facto, de appell. De diuturnitate autem temporis liquidissime, ex præmissis constat: nam si initium summus à dicto Guilielmo Saxone atque ore præfati Aleframi primi vsque ad diem Guilielmum Paleologum vltimum, vix debimus diuturnitatem temporis 300. & vltra annorum si autem a Theodoro Paleologo vsque ad diem donationem, centum, & vltra annorum, & vsque ad præfatum Guilielmum Paleologum vltra centum, & sepruaginta annorum, quò fit vt non solum constare dicatur de diuturnitate decem, viginti, & triginta annorum† quæ sufficeret secundum communem sententiam de qua per Bart. in d. Rub. nu. 36. Salicet. num. 13. Ias. num. 60. Cravet. de antiq. tempor. in 4. part. nu. 2. non obstante quòd habeat causam discontinuam secundum Bart. & Cravet. iocis supra citatis vbi Cravet. circa fund. num. 2. post Bart. Ias. & Corn. reprehendit Alex. consil. 76. lib. 2 aliter tenentè, sed etiam tanti temporis cuius initij hominis viuentis tempore litis mortæ memoria in contrarium non extabat.

Et quòd prædicti contractus, & dispositiones fuerint tacti, & factæ ex libertate disponendi de dictis bonis, quàm se habere prætendebât dicti Marchiones, clarè demonstratur, tum ex ipsis contractibus, & dispositionibus in quibus nusquam legitur reseruatum beneplacitum aliciuis Imperatoris, quam ex ex præfata attestatione aliquorum ex dictis Marchionibus, & nominatim Gulielmi filij Bonifacij Saxoni vt in cronica Beneuenuti fol. 92 attestantis† Marchiones esse solitos pro arbitrio disponere de dicto Marchionatu, ac Bonifacij Paleologi aui d. Ducissæ, dicentis, quòd se reducebat in sua pristina libertate dispositione, & arbitrio proprio posse disponere omni tempore, & modo suo. & fol. 483. dictæ cronicæ legitur, & in instrumento pactorum dotalium Blancæ reseruasse sibi liberam voluntatem, & dispositionem residui dicti Marchionatus, Itemque etiam apertè confessa est præfata Ducissa Mantuæ in suis positionibus in actis productis fol. 248. & sequ. in quibus expressè fatetur, quòd Marchiones Montisserati singula tempora singulis Marchionibus referendo tenuerunt, & possederunt præfata bona Marchionatus spatio ducentum annorum, & plus, liberè, pacifice, & quietè vti veri domini, & possessores,† si liberè, ergo nullius alterius requirebatur licentia, seu consensus iuribus in præcedenti articulo pacti Theodori citatis, quibus addo. cap. 1. & ibi gloss. in ver. liberè de rescrip. c. 2. de arbit. lib. 6. per què tex. ita notat Aret. consi. 76. colum. 1. & 2. plura alia iura ad hoc adducens Alex. consi. 12. nu. 2. post gloss. Archid. Io. And. Gemin. & alia iura per eum allegata, quos in materia feudali citat Curt. iun. consi. 2. numer. 3. faciunt nota per Bart. in l. præcibus num. 18. & latè And. Pomabin. additio. C. de impub. & aliis substi. quem in casu nostro citat Gozad. d. consi. 7. num. 20. & conferunt, quæ scribit Oldrad. consi. 234. nu. 2. versic. ergo considerabunt dicens, id dici liberum, quod omni libertate est liberum, & ab omni seruitute liberatum, què refert, & sequitur Cravet. consil. 322. num. 5. & 6. post Anch. consil. 408. latè Ruin. consil. 1. num. 21. volum. 1. & consil. 219. num. 3. volum. 1. addens, aduerbium liberè idem importare, quod pleno iure quem refert, & sequit. Roland. à Valle consi. 62. num. 20. Camerarius in repet. cap. Imperialè. fol. 61. litera H. & multo magis hæc procedit, cum Marchiones ipsi potuerint in dominio suo leges, & decreta condere, & consuetudines inducere Paul. de Castro consil. 196. col. 3. in nouis secundum impressionem Papiæ dicens† Reges, Duces, & Comites esse loco Principis in suo territorio, & posse facere statuta dero gatiua iuri communi, Socin. iun. consil. 33. nu. 9. & consil. 76. num. 1. & seq. consil. 91. nu. 92. volum. 3. vbi dicit, istam esse communem opinionem Paris. consil. 1. num. 25. & seq. & consi. 25. num. 52. & latè consil. 69. num. 3. volum. 1. Crau. consil. 125. num. 2. & 3. post plures per, cum addictos Egid. Bussi de crim. læsæ maiest. num. 54. & sequent. & in tit. de regal. nu. 5. & de Marchionibus Montisserati scribit Ias. consil. 235. num. 1. versic. & eo magis Bellon. consil. 51. num. 3. Rolan. a Valle consil. 29. nu. 26. & 30. & consil. 86. num. 12. & plurib. seq. in 2. part. dicens, id tradi per manus, loquens expresse de Marchionibus Montisserati, Ripa lib. 2. relp. c. 32. in fine, ex quibus patet hanc esse communem sententiam, & ita recepta. Hinc sequitur vanam esse quæstionem an in huiusmodi casu, seu consuetudine requiratur scientia Imperatoris, cùm ipsi Marchiones potuerint, & consueuerint libere disponere de bonis dicti Marchionatus, & propterea esse sublata, quæ adducitis prædictam consuetudinem alienandi, & disponendi de bonis Marchionatus obiciuntur. Nec contra veget doctrina Bartol. in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. cū similibus citatis per Rolan. à Valle d. consil. 2. num. 95. & multis sequentibus, cùm loquantur, & procedant quando Princeps habens iura Principis non possent liberè disponere de bonis sui dominij nec libere disponendi, tam per contractus, quam per vltimas voluntates consuetudinem haberent, secus verò in Principib. qui possunt liberè de bonis sui dominij tam per contractus quàm per vltimas voluntates disponere, ideò facere tam de vniuerso statu, quàm bonis particularibus etiam magni, & egregij valoris consueuerunt, prout Marchiones Montisserati Saxones, & Paleologi liberè disposuerunt, disponereque soliti, & consueti fuerint vt supra latè demonstrauimus. Item, non procedit prædicta doctrina Bartol. quando alienationi consensisset maior pars vassallorum, prout in casu nostro, ita declarat Innoc. in c. quanto de iureiur. Afflict. in c. 1. & 8. eadem lege nu. 1. & seq. de lege Corra.

Nec prædictis est impedimento, si aduersarij excepe rent prædictos contractus & dispositione.

exce-

exequutioni mandatos non fuiſſe, cùm duabus reſponſionibus, hæc tolli poſſunt. Prima non
28 eſſe probatam dictam exceptionem, † quæ & ſi ſit negatiua, attamen ab excipiente debuit probari, cùm in ea fundetur eius intentio Bart. in l. hoc iure, quam legit cum l. in illa ff. de ver. oblig. cum alijs cumulatis per Alex. conſil. 91. vol. 7. quod præſertim procedit, cùm intentio Ducis Sabaudiæ ſit fundata in dicta cronica, & alijs iuribus.

Secundò reſpondetur, ex actis apparere de exequutione plurimorum contractuum. Tertiò reſpondetur nihil refferre, dato quòd exequutionem non habuerint, quia neceſſariò exequutionis non contingit ex deffectu iuris contrahendi, & diſponendi, ita nominatim reſpondet Bart. communiter approbatus in rub. C. quæ ſit long. conſuet. nu. 24.

Nec præmiſſis aduerſantur, quæ ſcribit Ro-
29 lan. à Valle d. conſ. 2. num. 124. videlicet † in hac conſuetudine; etiam tãti temporis requiri ſcientiam Imperatoris principis vniuerſalis, quia in contrarium eſt communis opinio, vt atteſtatur Alex. conſ. 6. num. 4. & duob. ſequen. vol. 1. loquens de præſcriptione regalium per Caſalenſes etiam contra Imperatorem poſt gloſſ. Innoc. Iacob. de Butr. Domin. Bal. Salic. Imol. Angel. Ant. de Butr. Ioan. Andr. & Roman. per eum allegatos, eandem opinionem ſequitur idem Alex. conſil. 14. num. 13. & trib. ſequen. volum. 5. quem refert, & ſequitur Felin. in c. de quarta colum. penult. verſic. fallit in præſcriptione tanti temporis, de præſcript. poſt Paul. de Caſtr. in l. 2. C. de ſeruit. Felin. in c. cùm nobis nu. 2. verſic. ſed aduerte bene, de præſcriptio. Dec. conſil. 85. num. 2. verſic. & in tali præſcriptione, conſil. 271. num. 3. conſil. 341. num. 14. verſic. & ideo ex toto tempore, & conſ. 496. num. 5. Iaſ. in l. Imperium num. 21. veſic. veritas eſt contra. ff. de iuriſd. omn. iud. Iacob. a Sancto Georgio in ſua inueſtitura in verbo, & cũmero, & mixto Imperio, nu. 23. & ſeq. Balb. de præſcript. in 2. par. 4. par. prin. quæſt. 1. colu. pen. verſ. ſed quicquid teneant prætati Doctores, firmans iſtam eſſe communem opinionẽ, adducens Saiſel. ita tenuiſſe in l. more colum. 4. circa fin. ff. de iuriſd. omn. iud. Curt. iun. conſil. 158. num. 12. Pariſ. conſ. 111. num. 54. volum. 1. Rub. conſil. 21. num. 6. & 7. Socin. iun. in caſu noſtro conſil. 75. num. 94. volum. 1. & conſil. 6. num. 15. volum. 3. Rolan. à Valle d. conſil. 3. num. 102. Marc. Ant. Natta conſil. 98. num. 19. Didac. in 2. part. relect. reg. c. poſſeſſor in initio colum. 28. verſic. tertio ſupra, vſque in fin. Villalobos in ſuis communibus opinion. in verbo præſcriptio num. 222. & 245. Bero. conſil. 175. num. 35. volum. 1. Ex quibus patet hanc eſſe magis communem doctorum ſententiam, & quatenus ſecundum aliquorum opinionem requireretur ſcientia, attamen dicunt ex antiquitate tanti temporis præſumi ſcientiam iuribus per eos allegatis.

Propterea ſuperfluum exiſtimo diſputare de huiuſmodi conſuetudine, an in ea requiratur ſcientia Imperatoris, vel non, cùm, vtſupra in ſecundo articulo primæ petitionis latè ſcripſimus, ex inueſtituris Imperialibus liqueat huiuſmodi feudum Marchionatus, ſi feudum dici poteſt, impropriũ, & alienabile eſſe, proinde in eius alienatione non requiri conſenſum ſeu licentiam ſuperioris; iuribus ſupra citatis præſertim per Roland à Valle d. conſ. 3. nu. 60. & ſequent. quibus addo Camet. in repetit. d. c. Imperialem fol. 45. litera F. & G. & admiſſio citra veritatis præiudicium, quòd extrema requiſita ad inducendum prædictam conſuetudinem non eſſent probata, attamen iure inſi-
30 ciari nemo poteſt, quin † ex tot actibus alienationum, & diſpoſitionum ſucceſſiuis temporibus ſubſequutis declarentur verba ipſarum conceſſionum, & inueſtiturarum Imperialiũ iuxt. nota. per DD. in l. ſemper in ſtipulationibus ff. de reg. iur. & in l. ſi ſeruus plurium, & l. nummis. ff. de legat. 1. in c. cum dilectus de conſuet. Bart. in conſil. 59. commune Spoleti num. 3. & per Aluar. in cap. 1. de feud. cognit. Curt. iun. de feud. in 3. part. colum. 5. verſic. 8. fallit, quæ in caſu noſtro refert, & ſequitur Pariſ. d. conſ. 22. num. 24. vol. 1.

Nec prædictis obſtat aſſertum priuilegium Federici II conceſſum anno 1245. attentis reſpõſionibus ſupra in prima petitione datis, quæ non repeto gratia breuitatis.

Nec etiam contra pugnat prætenſum ædictum Sigiſmundi Imperatoris anno 1414. die 26. Martij prohibens alienationem Comitatus Aquoſanæ. Canapicij, & oppidorum de quib. contenditur productum in actis fol. 642. reproductum fol. 827. quia non fuit legitimè promulgatum, vt in auth. in factæ nou. conſtit. debuit enim in Senatu recitari, & publicari argum. l. 1. in princ. ff. de reb. eorum, & l. vnicæ. in fin. C. de caduc. tollẽ. & l. leges generales. C. de legib. cap. 1. de poſtulat. prælat. & vbiq; DD. Abbas conſil. 35. volum. 1. Alex. conſil. 35. per totum volum. 3. & conſil. 181. num. 12. & ſeq. volum. 6. Cagnol. in l. 2. num. 62. ff. de orig. iur. Pariſ. conſil. 171. num. 5. & ſequentib. volum. 4.
31 concludentes † legem, ædictum, conſtitutionem, ſtatutum non valere niſi publicentur, & nominatim in terminis priuilegij, ſeu ſtatuti nouiter conditi. Alex. conſil. 6. num. 8. & ſequ. volum. 1. latè Roland. à Valle conſil. 8. nu. 21. & plurib. ſequentib. vol. 3. concludentes ſtatuta moribus vtentium non aperobata attendi nõ debere, ita etiam expreſsè tenet Rolan. à Valle d. conſil. 8. num. 30. & ſequent. volum. 3. Adda-
32 tur, † quòd vſu receptum nõ fuit, ſed antiquatum, ideo non nocere l. de quibus in fine, ff. de legib. In auth. de fideiuſſo. in princ. & in auth. quib. mod. nat. effic. ſui. §. vltima ſi quidem, c. denique §. fin. diſtinct. 4. Felin. in rub. de tregua, & pace colum. penult. & fin. vbi eſt gloſſ. ordinaria, quam approbant communiter D D. Iaſ. in l. rem non nouam nu. 4. & ſeq. C. de iudic. DD. communiter in cap. fin. de conſue. Socin. conſil. 61. num. 4. volum. 3. vbi loquitur in conſuetudine alienandi inducta contra prohibitionem alienationis maximè, quando conſuetudo inducitur ab his qui habẽt poteſtatem

legem

legem condendi prout potuerunt Marchiones Montisferrati Natta conſ.254.num.5.poſt gloſ. Bart. Bald. & Iaſ. Et ex his tolluntur quæ ſcribit Iaſ. conſ.23. volum.3. cum non loquatur in terminis noſtris, prout loquitur Socin. d.conſil. 61. volum.4.

De conſuetudine verò, & more Marchionum patet, vt prædiximus, ex contractibus, & alienationibus inde factis per ipſum Io.Iacobum, Ioannem, & alios eius filios, ac Gulielmum eius nepotem de quibus ſupra, ergo non obſtat prædictum ædictum prohibitorium. Addi etiam po eſt, quòd cum in dicta prohibitione non ſit clauſula, vel decretum irritatiuum, propterea inualida non eſt alienatio, ex notatè per Dec.conſ.229.

Ex præmiſſis igitur indubitata redditur concluſio Marchiones Montisferrati tam ex iuris communis diſpoſitione, quàm ex cõceſſionibus, & inueſtituris Imperatorum, necnon ex vſu vetuſtiſſimo ſiue conſuetudine antiquiſſima potuiſſe liberè diſponere, & contrahere de bonis dicti Marchionatus ſine Imperatorum licentia, & conſenſu, & per conſequens dictam donationem factam, à Io.Iacobo, & alia inde ſubſequuta iuribus ſubſiſtere, ideo non nocere exceptionem poteſtatis. Nec video probatam aliquam conſuetudinem contrariam ipſorum Marchionum, videlicet, quòd in alienationibus ab ipſis reſpectiuè factis tam inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus requiſiuerint ab Imperatoribus licentiã alienandi: Nam quod legitur de prætenſis licentijs alienandi à parte productis fol.707. non ſunt licentiæ alienandi conceſſæ ab Imperatoribus præfatis Marchionibus, ſed ſunt licentiæ alienandi conceſſæ ab ipſis Marchionibus eorum feudatarijs, ex quibus tamquàm diuerſis, & ſeparatis non infertur ad alienationes à præfatis Marchionibus factas, vulg.regul. l. Papinianus exuli.ff.de minor. ideo non obſtat deciſio. Afflict.280. nu.9. dicentis duabus conſuetudinibus contrarijs exiſtentibus, eam eſſe attendendam, quæ iuri cõmuni conformis eſt, nam non video, vt diximus, probatam contrariam conſuetudem, imò nec quidem ſemel Imperatores fuiſſe ab ipſis Marchionibus requiſitos, vt alienandi aliqua bona Marchionatus licentiam concederent, & propterea vana redduntur omnia, quæ ex aduerſo opponuntur de defectu conſenſus Imperatoris in dictis donatione, & inueſtituris, cum huiuſmodi conſenſus, vt ſupra latè probauimus, non fuerit neceſſarius.

SVMMARIVM.

1 *Bellum ſine ſuperioris authoritate indictum illicitum in dubio præſumitur.*
2 *Inſtrumenta publico cautenta omnia vera eſſe à iure, & à partibus dicta, & facta fuiſſe præſumuntur.*
3 *Inſtrumentum publicum dicitur veritas apparens, probatio probata euidens, & manifeſta.*
4 *Metus, vis, & dolus non præſumuntur, ſed probari debent.*
5 *Metus, præſumptio excluditur ex præſentia amicorum propinquorum, & ſimilium.*
6 *Fieri non poſſe id dicitur, quod non iure, & honeſtè fit.*
7 *Dolo vi metuve factum non præſumitur ex eo quòd in domo cantrahentis qui metum intuliſſe dicitur, factum fuerit.*
8 *Dolo, vi, vel metu aliquid ſi fiat, veriſimiliter faciẽs actum faceret proteſtationem.*
9 *Dolus, vis, vel metus præſumptio tollitur contrarijs præſumptionibus, & ex qualitatibus eius cum quo contrahitur.*
10 *Præſumptio ſiniſtra tollitur ratione conjunctionis ſanguinis.*
11 *Voluntatis ſpontaneæ, & liberæ præſumptio reſultat ex ſpontaneis ratificationibus, & confirmationibus ſubſequutis.*
12 *Conſenſus liberi præſumptio inducitur ex obſeruantia ſubſequuta.*
13 *Præſumptio ad actus validitatem tendens fortior eſt omnibus alijs præſumptionibus.*
14 *Archiui authoritas aduerſus nõ ſubditos fidem aliquam non dat ſcripturis ab eo extractis.*
15 *Verbis narratiuis creditur in rebus antiquis.*
16 *Verba enunciatiua probant contra partẽ producentẽ.*
17 *Bellum indici licitè poteſt, & bona capi contra committentem crimen læſæ maieſtatis.*
18 *Hiſtoriographo non creditur in his, quæ dicit indicando extrinſecis.*
19 *Ioannem primogenitum Io.Iacobi Marchionis Montisferrati non fuiſſe detentum probatur.*
20 *Clauſulas in ſolitas inducere præſumptionem fraudis in contractibus probari oportet eſſe inſolitas.*
21 *Inſtrumenti vna pars per aliam interpretari debet.*
22 *Aretinus, qui pro Marchione Montisferrati conſuluit, multis præſuppoſitis in facto de quo agitur non veris reſpondit.*
23 *Bello iuſtè indicto, bona eo bello capta Principis indicentis fiunt.*
24 *Marchionis Io. Iacobi vti hoſtis Imperij bona, & oppida capere licuiſſet Duci Sabaudiæ.*
25 *Dux Sabaudiæ, ac Io. Iacobus Marchio Montisferrati iura regalia, ac Imperialia in eorum ditionibus habebant.*
26 *Conſuetudine vniuerſali introductum eſſe Principes Italiæ Imperio, & Pontifici ſubiectos bella propria auctoritate gerere, & fœdera inire.*
27 *Conſuetudo bellandi ius, & authoritatem præſtat.*
28 *Bellum ab Imperatore, vel eius authoritate indictis iuſtum cenſetur.*
29 *Fidem fallere graue eſt, & contra naturalem æquitatem.*
30 *Bellum gerere licet iuris ſui proſequendi gratia, vbi ſuperioris copia deeſt.*
31 *Ædictum quod metus cauſa geſtum eſt, ceſſat vbi agens eo ædicto motum ſibi ipſi intuliſſe dici poteſt.*
32 *Metus purgatio inducitur ex ratificationibus, et alijs ſponte geſtis per metum paſſum.*
33 *Ratificatio expreſſa plus operatur ad purgationem metus quàm tacita.*
34 *Metus purgatio inducta cenſetur, & liber conſenſus ſeu ratificatio præcedentium inducitur ex obſeruantia actus meticuloſi.*
35 *Scripturis ab alienis deſumptis parte non vocata fides non datur.*

36 Im-

36 *Imperatoris donatio insinuationem non requirit.*
37 *Insinuationis defectus in donatione iuramento suppletur.*
38 *Insinuatione non eget donatio remuneratoria, maximè iurata.*
39 *Dispositio c. intellecto de iureiurando, in quibus casibus procedat, & quomodo intelligatur.*
40 *Donatio remuneratoria irrevocabilis est.*
41 *Donatio remuneratoria simplex, & propria donatio non dicitur, sed potius quædam permutatio.*
42 *Merita ex assertione donantis, & donatarij probantur, vbi donatio non fit inter personas prohibitas.*
43 *Principem subditos inuitos alienare non posse, quando, & quo casu locum non habeat.*
44 *Iuramentum quod non vergit in dispendium salutis æternæ semper est seruandum, maximè si non sit alteri iuramento contrarium.*
45 *Pacis, & concordiæ inducendæ, & conseruandæ causa gesta obseruari omnino debent.*
46 *Pacis causa seu pro bono pacis licitum sit, quòd aliàs esset illicitum.*
47 *Pacis causa Princeps, seu ciuitas priuatorum bona donare potest.*
48 *Fidei præstatio in Principe iuramento equiparatur.*
49 *Compromissi præsumptio inducitur ex eo, quod laudum præsentibus partibus, & non contradicentibus latum appareat.*
50 *Laudum à partibus ratificatum cum iuramento vim transactionis obtinet.*
51 *Obreptio vitiat concessionem, seu gratiam Principis.*
52 *Obreptio seu subreptio non solum vitiat quando est causa finalis seu inductiua concedendi rescripti, sed etiam quando fuit causa impulsiua.*
53 *Obreptione minima seu subreptione inducitur defectus consensus Principis concedentis.*
54 *Clausulæ ex certa scientia, non obstantibus, & aliæ operantur tantùm in his quæ sunt iuris positiui, non in iis quæ sunt facti.*
55 *Parisius consil. 30. num. 46. vol. 4. declaratur.*
56 *Clausulæ ex certa scientia, & de plenitudine potestatis non operantur aduersus ea quæ competunt per viam contractus.*
57 *Clausulæ prædictæ non operantur quando appositæ leguntur sine causæ cognitione.*
58 *Principis confirmatio quæ inueniturin derrogatur, non valet nisi causa cognita, & parte vocata facta sit.*
59 *Mala fides defuncti liberet eum quem salem afficit.*
60 *Beneficio gaudere eo quis non debet, quòd impugnare mixtus est.*
61 *Verba im qualibet dispositione secundum subiectam materiam intelligi debent.*
62 *Agnatorum appellatione in materia feudali non veniunt fœminæ.*

CONS. V.

De eodem casu.

VAlido igitur remanente propugnaculo potestatis, ac facultatis Io. Iacobi Marchionis bona de quibus agitur irrequisitis Imperatoribus alienandi: videndum nunc est, an dicta donatio, aliaq; inde sequuta defectu liberæ voluntatis præfati Ioan. Iacobi, & Ioannis eius filij corruant, cùm ex aduerso proponatur eam donationem, & alia sequuta vi, metu, dolo, & per impressionem facta, metumque; eadem metus causa durante purgari nunquàm fuisse, quò sit, vt quòd vi, metus vè causa gestum est, ratum haberi non debeat totis tit. de eo quod vi metusve cau. gest. esth. ff. C. & decret. iunctis his quæ scribunt Aret. cõl. 14. Dec. cons. 219. ac cæteri ex aduerso allegati; vim autem, & metum probari aduersarij dicũt ex quibusdam fœderibus inter Sabaudię, & Mediolani Duces annis 1427. 1431. & 34. aduersus præfatum Marchionem initis, & in actis fol. 642. & seq. & fol. 827. productis, necnon ex instrumentis pactorum Thononi factorum anno 1422. laudi, donationis, inuestiturę, & aliorum gestorum subsequutis, in quibus de bello
1 præterito fit mentio, † quòd cùm sine superioris authoritate, indictum fuisse exaduerso dicatur illicitũ propterea in dubio præsumendum est, secundum Imol. cons. 51. Barba. consil. 38. vol. 1. Aret. d. cons. 14. Item ex asserta illegitima detentione Ioannis prædicti Io. Iacobi Marchionis filij in castro Taurini, quæ ex testibus deponentibus de auditu à senioribus nemine Ducissę Mantuæ examinatis, necnon ex Benenuti Cronicis probari dicitur.

Prædictis tamen nõ obstantibus firmissimè defendo donationem ipsam; & cætera inde sequuta non vi, dolo, metu, aut per impressionem, sed liberè potius sponte, ac iusta de causa facta fuisse idque ex publicis instrumentis in actis fol. 33. 707. 892. productis apertè proba-
2 tur † quæ quidem à iure vera esse, & solemnia, omniaq; in eisdem contenta à partibus ipsis dicta, & facta fuisse præsumuntur vulg. l. cum precibus, vbi communiter DD. C. de probat. Alex consil. 1. num. 22. volum. 5. Iaſ. in repet. l. admonendi, num. 154. ff. de iureiuran. latè Alciat. de præsumpt. reg. 3. cap. 13. nu. 4. & seq. vbi post Bald. in l. mater. C. de rei vendit. & in l. 2. C. de rescind. vendit. expressè dicit, quòd si notarius in instrumento scribat, qualiter Titius ex certa scientia bene consultus, non vi, dolo, metu, &c. tali instrumento stabitur donec contrarium probetur, Paris. cons. 10. num. 59. volum. 1. Neuizan. cons. 47. num. 4. & cons. 46. num. 36. His conueniunt, quæ scribit Angel. in l. non interest in vltimo notab. C. de solu. dũ inquit, instrumentum probare illa quæ cantat quem reffert, & sequitur Roland. à valle consil. 39. num. 4. & seq. & in summa † instrumen-
3 tum publicũ dicitur veritas apparens, probatio probata, cuidens, & manifesta c. cùm dilectus vbi Panorm. & Barba. de donat. Iaſ. in loco supra proximè citato, latissimè more suo Tiraq. de retract. §. 2. gl. 1. num. 20. cum aliis, supra in prima petitione adhoc adduximus. Cum igitur pluribus in locis dicti instrumenti præfati Io. Iacobus Marchio, & Ioannes eius filius attestati fuerint sponte, & non metu factum fuisse dictam donationem, primò in illis verbis, pleqnam, & liberam habens securitatem standi, negotiandi, & redeundi, secundò in illis, sciens, prudens, ac spontaneus nullo metu. Itè in illis,

quia

quia hæc illi facere placet, & facere vult motu proprio, Item in alijs, donatione mera, & liberæ, &c. Item renuntians cum iuramento exceptioni doli, vis, metus, &c. consequens est dictam donationem sponte, & non vi, aut metu fuisse factam, prout etiam sponte factam confessi sunt Io. Iacobus, & Iohannes in confirmatione facta in Ciuitate Casalis, eodem anno octauâ Aprilis; quibus stantibus tolluntur omnes præsumptiones, & verisimilitudines, quæ in contrarium adduci possunt, vt nominatim scribit Paris. consi. 5. num. 137. & seq. volum. 4. post Butr. Abb. Imol. Bened. Cap. & Socin. per eum allegatos.

Quibus instrumentis, & omnibus in eis cõtentis, quòd non vi dolo, aut metu, sed sponte potius fuerint facta, infrascriptæ, & quidem vrgentissimæ præsumptiones deseruiunt.

4 Primò. l. quia à vis. metus, & dolus non præsumuntur. l. metum. C. de his, quæ vi, metusve causâ gesta sunt. l. dolum. C. de dolo. nialo. l. quoties. §. dolo. ff. de proba. & vbique gloss. & DD. Dec. in cap. cum in colum. 14. de consti. concludens omnem actum præsumi spontaneum, nisi probetur coactio sequitur Neuiz. consil. 46. num. 32. Paris. consil. 10. nu. 34. & seq. vol. 1. dicens esse vnam maximam, quòd metus formiter debet probari, & consi. 5. nu. 168. & seq. vol. 4.

Secundò, quia in dicto donationis instrumento contenta Io. Iacobus cum iuramento approbauit, eaque se perpetuò obseruaturum, ac rata, & firma habiturum promisit, quò fit, vt constanter dicendum sit eundem Marchionem vicum Christianum, & Orthodoxum in suæ animæ perniciem Deo opt. max. non meritum fuisse, cum teste Augustino super psal. relato in c. nc quis. 22. q. 2. nequaquam Christianis fas sit ob mortem euitandam, multò minus ob fortunæ bona non amittenda, mendacium dicere, ac dolum committere, siquidem periurio credentem nequiter decipere c. in dolo. 22. q. 2.

Tertiò, quia non apparet præfatos Io. Iacobum, & Ioannem, & Oratores Ducis Mediolani, & alios quos secum ideùm Marchio duxit, fuisse coactos ad ciuitatem Taurini venire, & prædictam donationem, aliaque subsequuta facere.

Quartò quia facta sunt præsentibus legatis Ducis Mediolani, & alijs viris grauissimis maxima amicitia eisdem Io. Iacobo patri, & Ioanni filio coniunctis † quorum profecto præsentia omnem metum excludit, eiusque allegationem cessare facit l. transactionem. C. de transac. vbi Bartol. & cæteri DD. præsertim Iaf. num. 1. idem Iaf. in l. interpositas numer. 3. versi. limita. eo. tit. de transac. Vital. in suo trac. clauf. in tit. de metu vxoris num. 6. & 7. Angel. in §. quadrupli colum. 5. instit. de actio. quos refert, & sequitur Paris. consil. 10. num. 55. volum. 1. Gramar. decis. 66. num. 9. Crauet. consil. 114. num. 2. post Angel. Alexan. Aret. & Soci. quos refert subdens post Anchar. quem refert in consi. 382. quod metus non præsumitur, vbi sit actus in præsentia, & cum interuentu amicorum, licet de metu protestatio præcesserit Neuizan. consi. 46. nu mer. 29. & seq. post Bald. Alber. Ange. Iaf. Barba. Butr. Dec. & Picũ per eum adductos faciunt quæ scribit Alexan. consi. 92. num. 13. volum. 6.

Nec obstat, quod dicit Dec. consi. 219. num. 11. præsentiam amicorum metum non tollere, quando hi metum inferenti resistere non possent, quia in casu nostro locum prædicta non habent propter præsentiam legatorũ Ducis Mediolani, generi, & confœderati præfati Amedæi cuius fidem, & authoritatem non est præsumendum voluisse lædere, præsertim secu
6 ritatem omnibus datam; quibus stantibus non potuisset Amedæus vim illis inferre, † cùm fieri id non posse dicatur quod non iure, & honestè fit. c. faciat. 22. quæst. 2. cum simil. nota. ibi in
7 glos. Nec etiam ex eo, † quòd fuerint facta in castro Taurini, & coram Principe maioris dignitatis, & forsan potentiæ: argui possunt vi vel metu facta. l. ad inuidiam vbi Bart & cæteri doctor. C. de eo. quod met. cau. Alex. consil. 157. numer. 14. versi. non obstat etiam eidem donationi libr. 2. post Innoc. Barto. & Bald. per eum relatos, & adducit bonum text. vbi etiam gl. in c. insinuante qui clerici, vel monaci vbi Ioan. Andr. quem refert, & sequitur Natta consilio 589. nu. 11. & 13. vbi post glo. Salic in d. l. ad inuidiam, dicit illum qui in dignitate est, non præsumi vim vel aliquod malum inferre.

Quintò præsumptio spontaneæ donationis, & aliorum subsequutorum ea est, quia non apparet de aliqua secreta, vel publica protestatione ipsius Io. Iacobi, & Ioannis ante dictam donationem facta, nec aliorum filiorum ante eorum ratificationes, quòd scilicet metu eas fa
8 cturi esset, † quam protestationem verisimile est quod fecissent si metu donationem, & alia se facturos sciebant. l. qui alien. §. ceisus vbi glo. in verbo fallens. ff. de acquir. hæred. & ibi Dynus quem refert, & seq. Vital. loco supra citato num. 8. post Petrum de Perus. in cap. 1. de eo quòd met. cauf. & in terminis nostris Crauet. consi. 114. num. 16. post Bart. Socin. & Alexander eum relatos, concludens ex omnissione protestationis, induci præsumptionem quòd sponte, liberè contraxerint, facilè enim eis erat in eorum ciuitate Casalis antequam Taurinum venirent; vel ratificarent, cum consiliarios iurisconsultos prudentissimos haberent, ibi protestari quod cum factum minimè fuerit, vera hinc spontaneæ voluntatis probatio oritur, & diserte, ac nominatim Bald. firmat in consi. scismatis posito post Rubr. C. si quis aliquem testari prohibuerit colum. 8. vbi plura in hac materia metus vera, & subtilia scribit, quem refert, & seq. Alex. consi. 146. numer. 20. vol. 5. Neuiz. consi. 46. num. 32. versic. secundo confirmo, trascribens verba Baldi quæ verè sunt notanda, & videnda cùm ad hanc materiã metus multum faciant.

Sextò dato, quòd antequàm Taurinum venirent ipse Io. Iacobus, & Ioannes eius filius protestari non potuissent, aut noluissent, de-

buc-

baerunt tamen postquam in ciuitatem Casalis vbi dominabantur, reuersi fuerunt, protestari, quod vi, aut metu donatio prædicta, & alia subsequuta ab ipsis facta fuerant argumento nota. in l. de pupillo in §. si quis ipsi prætori in illis verbis, & si nuntiauerit postea. ff. de nou. oper. nuntia. vbi Bart. num. 6. & seq. & in l. 2. in illis verbis, omnissa quærela de chirographo. C. de his quæ vi metusve causa gesta sunt, & in l. fin. ff. de liber. exhiben. c nota. per gl. fin. & DD. in cap. ad id quod de sponsa. & matrim. in cap. ex literis de desponsi. impub. bonus text. in c. cum locum in fin. de sponsali.

Quinimò donec ipsi Io. Iacobus, & Ioannes vixerunt nunquàm conquesti sunt; licet Ioan. Iacobus decem annos, Ioannes verò triginta post factam prædictam donationem vixerint, verùm cum in propriam ciuitatem se receperunt, non solum non protestati sunt, quòd vi, metuvè donatio, & alia gesta fuissent, sed sub iuramentis, & fide eorum omnia in eadem donatione contenta vera esse dixerint, & per cõsequens quod non vi, metu dolove, sed sponte omnia facta fuerant, & quæ denuò sponte, & libera voluntate ratificarunt, & confirmarunt, vt ipsorum Marchionum literis omentatis, siue patentibus debitè sigillatis, & subscriptis anno 1435. die 8 Aprilis Casalis datis, & in actis productis fol. 17. colum. 2. apparet, qua quidem confessione nulla melior probatio esse potest, vt supra latè probauimus, ex quo, ne dicam præsumptio sed vera oritur probatio, quò fit, vt à veritate alienum sit, quod ex aduerso dicitur, Io. Iacobum, & filios protestatos fuisse, quòd si quid facerent id per metum faciebant, faciunt quæ scribit Iaf. cons. 38. num. 3. volum. 3. vbi respondet ad consil. 14. Aretini. & concludit ex ratificatione subsequutâ in libertate purgari metum.

Octaua præsumptio ex bonis ipsius Amedei Ducis qualitatibus inducitur, quem quidem tum ex cronicis in hoc receptissimis, cum pluribus testibus in actis productis, Principem piũ pacificum, & religiosum, nihil tirannicè agentem, sed omnibus Principum doribus decoratum fuisse probatur, prout etiam id ita esse vitæ illius finis patefecit. Nam cum in Basilienti concilio ad pontificatus dignitatem electus foret, sponte etiam eligens contemplatiuam, relicta pontificia dignitate in monasterium quodam veluti in Heremum secessit, ibique diem suum extremum Christianè, ac religiosè obijt.

† Quæ quidem qualitates omnem metus præsumptionem tollunt, argumento l. non est verisimile. ff. de eo quod met. caus. Socin. cons. 4. num. 21. & cons. 27. nu. 12. volum. 3. post Bart. Cin. Ioan. Andr. per eum allegatos loquens de Duce Sabaudiæ, Alex. in terminis consil. 99. num. 9. vol. 3.

Nona præsumptio ex sanguinis coniunctione sumi potest. Duplici siquidem cognationis, & affinitatis gradu ningebatur Amedæus Io. Iacobo, cognationis nempè quarto, vel quinto gradu, affinitatis verò primo, cum Ioan-
10 Iacobi sororijs esset, †tollitur enim omnis sinistra præsumptio ratione sanguinis, vt latè pluribus authoritatibus comprobat Felin. in c. penult. num. 11. de iureiur. & DD. in l. fi is qui C. ad leg. Iulian. de adul. Marsil. singul. 417. post Bald. Bart. Alex. & Dec. per eum relatos.

11 Decima † præsumptio spontaneæ ac liberæ voluntatis resultat ex pluribus spontaneis ratificationibus, & confirmationibus dictæ donationis, aliisq; contractibus inde inter ipsos Io. Iacobum, Amedæum, & eorum successores respectiuè ex intervallo factis de quibus in actis fol. 33. 79. 137. 171. & 808. & seq. glo. magna continuater recepta in d. l. 2. in verſ. nam quia certum erat. C. de his quæ, vi metusvè, caus. gest. sunt Dec. cons. 536. nu. 1.

Vndecima, & vltima præsumptio resultare videtur ex dictorum contractuum obseruantia, tam ex possessionis apprehensione dictorum bonorũ, ac iuramento fidelitatis præstito Duci Ludouico, & inuestitura ab eo facta post mortem Amedæi patris, quàm ex possessione hactenus continuata dictorum oppidorum Clauassij, & aliorum locorum in eadem contracti-
12 bus reseruatorum † ex hac enim obseruantia liberi consensus, inducitur præsumptio. c. contingit vbi glo. fin. & communiter DD. de transact. Paris. cons. 10. nu. 75. & 76. lib. 1. post Imol. & Abb. quos refert.

Quibus præsumptionibus veluti pluribus, magisq; vrgentibus, & pro eiusdem donationis validitate facientibus standum potius est, quam alijs in contrarium adductis veluti paucioribus, ac minus vrgentibus, & ad inualiditatem dictæ donationis, ac aliorum actiuorum inde subsequutorum tendentibus, cùm, vt in prima
13 quæstione probauimus † præsumptio, quæ ad validitatem actus, & instrumenti tendit fortior, & validior sit omnibus alijs præsumptionibus: plures enim præsumptiones vincunt paucio-res, l. cum de indebito in princip. ff. de probat. cap. illud de præsumpt. Alex. consil. 88. num. 7. volum. 7. quem refert, & sequitur Neuizan. d. consil. 47. num. 40. & consil. 46. num. 28. post Ang. Barba. Picum, & Decian. per eum citatos, quæ præsumptiones immo verius probationes comprobantur ex confessione præfati Bonifacij filij dicti Io. Iacobi, de qua in instrumento dotali prædictæ quondam Ducis Blanchæ 1435. à parte producto vbi præfatus Bonifacius expressè fatetur interipsius necnon Caroli primi Ducis Sabaudiæ progenitores hactenus fuisse sinceram fidem, beneuolentiam, sinceritatem atq; continuatis affinitatibus deductos.

Nec obstant in contrarium adducta, & primo enuntiata fœdera siue colligationes Ducum Sabaudiæ, & Mediolani annis supra descriptis inita, quia dici potest, exemplum contra. præfatum Ducem Carolum producta, vt potè ad eorum dẽsumptionem non vocatum minimè probare d. l. 2. ff. de fid. instrum. cum alijs supra adductis.

14 Nec asserti † archiuij Mediolanensis authoritas fidem aliquam aduersus præf. Ducem nõ subditum, Ducatui Mediolani, nec ad res extra-

traneas à prædictis exemplis præstat Alex. latè consil. 16. num. 3. & 4. post Io. Andr. Bal. Butr. Jos. Calden. & Anchar. quos allegat dicens hoc esse vbiq; approbatum, & consil. 23. nu. 3. vol. 5. His accedit locus. consil. 187. nu. 20. Decian. c. cum causam colum. 3. versic. quarto fallit de probat. & consil. 548 num. 5. dicens: non valere consequentiam, hæc scriptura reperta est in archivio publico ergo est authentica, & in d. auth. si quis in aliquo nu. 21. scribit, quod si alia quod exemplum in archivio repositum reperiatur pro exemplo, vt puta, si dicatur, hoc est exemplum, non probat, quia pro exemplo ibi est positum argumento, l. primæ. §. si duobus. ff. de bonor. poss. est secund. tabul. quod etiam firmant Moderni Parlens. in consuetud. Parisien. §. 5. nu. 48.

Sed demus: Amedæum Ducem Sabaudiæ eo anno 1427. pacem & fœdus cum Filippo Mediolani Duce pepigisse dicimus id insta. hostilitatis. de causa ac mandato Sigismundi Imperatoris factum fuisse, vt ex dicti fœderis, necnon alterius facti anno 1424. progressis legitur. Nã eo anno Philippus Maria in vxorem acceperat Mariam dicti Amedei filiam, & ipsi Amedæo donauerat ciuitatem Vercellarum cum omni territorio, quod ipse Dux Mediolani vltra Sicidam possidebat, & per cõsequens quadraginta municipia vel circa vt ex Coito, & Beneuenuto ac instrumentis probatur, quæ quidem affinitas nouiter contracta, subsequutaq; donatio an iustam ineundi fœderis causam præsiterint dijudicare sensatus quisq; facilè potest. Et licet prædictum fœdus inter eosdem Duces Sabaudiæ, & Mediolani initum fuerit, nihil tamen ex hoc noxij aduersus dictum Ioan. Iacobum Marchionem moliti sunt. Verùm potius Marchionem ipsum in eo fœdere contineri, & comprehendi voluerunt, dum cum, præfato Amedæo colligatus, fœdus illud amplectitur, inter quos inficiari nemo potest prædicti Io. Iacobum sororium, & cognatum connumeratum fuisse, quod apertè demonstratur ex eo, quod teste prædicto Beneuenuto fol. 424. legitur inter eosdem Amedæum, Philippum Mariam, & Io. Iacobum noua fœdera anno sequenti 1428. inita veluti fuisse, quod factum fuisse ex fœdere prædicto præcedentis anni 1427. ex causa præambula præsumitur argumento notatorum, in l. quædam mulier. ff. de rei vend.

Quod verò attinet ad aliud prætensum fœdus anni 1431. die 13. Octobris factum, respõdetur, ex eo constare nullum tunc bellum ab Amedæo contra Io. Iacobum indictum, seu motum fuisse, sed tantummodo à præfato Philippo Maria Mediolani Duce, non tamen præfati Amedei ope consiliovè, vt ex aduerso proponitur, sed eiusdem Io. Iacobi culpa, & facto qui eodem anno, & antequam bellum eidem moueret Philippus Maria, rupto fœdere inter eos contracto anno 1428. fideq; contra Sigismundi Imperatoris voluntatem, & mandata Venetis tunc temporis eiusdem Imperatoris; & Philippi Mariæ publicis hostibus adhæsit, & cum eis se fœdere coniunxit, ad armaq; prorupit, ac quam plurima oppida, & castra, eorũ, qui Cæsaris partes Philippi Ducis sequebantur expugnauit, prout de his constat ex verbis narratiuis instrumenti prædicti fœderis inter prætactos Duces Sabaudiæ, & Mediolani initi anno 1431. die 18. Decembris † quibus quidem verbis narratinis credendum est, tum quia de rebus antiquissimis sunt Dec. consi. 42. nu. 7. in fin. post Bald. Salicet. & Alex. per eum allegatos Alex. consil. 90. num. 15. vol. 7. Moderni Parisin. consil. 42. num. 21. post Alex. Inf. Aret. Guid. Pap. & Corn. Cuman. Anton. de benedictis, & Dec. per eum allegatos, tum quia de antiquit. tempor. prima parte, nu. 3 & pluribus seq. cum etiam, quòd idem instrumen. à parte productum fuerit, & propterea contra eã concludenter probet vulg. l. cum præcum C. de liberali causa. cum alijs supra allegatis, quibus addo Crau. consi. 134. num. 8. vbi dicit † verba enuntiatiua probare contra partem producentem. cum olim de censibus Abba. consi. 52. in 2. dubio lib. 2. addo Zasium consil. 11. num. 49. lib. 1. post Innoc. Abb. & Bal. per eum allegatos, cuius instrumenti narrat na ex scriptis Beneuenuti cõprobatur fol. 428. col. 1. & Galeoti Carretti etiam cronicorum Montisferrati scriptoris fol. 26. col. 1. quibus stantibus licite Philippus Maria veluti prouocatus bellum contra prætatum Io. Iacobum suum, & Imperij hostẽ mouet, & illius oppida cepit.

Et quatenus constare legitimè possit, præfatum Amedæum bellum eidem Io. Iacobo post eã indixisse, id non solũ præuia Cæsare laxatis coactus fecisset, vt in eodem fœderis instrumento probatur, fit † vt stante notorio crimine læsæ maiestatis, in quod incidetat præfatus Io. Iacobus, potuisset Amedæus omnia bona dicti Io. Iacobi capere argumento notã. à Paris. consi. 5. nu. 172 & sequen. volum. 4. Afflict. in titulo hic fini lex in princip. num. 7. vbi 12. causis indicendi bellum enumerat, & nihilominus, quò maximum amorem, quem erga præfatum Io. Iacobum gerebat, idem Amedæus ostenderet, ciusq; negotium gereret, pacem in asserta belli indictione obtulit, vt idẽ Beneuenutus refert fol. 428. & quam accepisse Io. Iacobũ scribit, qui de ipso Amedęo maximè cõsidens, vt salua haberet reliqua oppida, quæ à Duce Mediolani nũdum capta fuerant, ipõtè, & liberè præfato Amedęo custodienda remisit sub pactis de quibus in cõuentionibus Tononi factis anno 1432. die 13. Februarij, & in actis pductis, & ita ea custodienda accepit, & à Ducis Mediolani millitib. magno suo sumptu desfendit præfatus Amedęus. Hæc omnia ex dictis pactis probantur, debitè subscriptis, & sigillatis ac epistola Eugenij Papæ à parte producta, nec nõ ex partis confessione fol. 87. & seq. & ex his quæ refert Coitus fol. 253. Galeonus fol. 167. Beneuen. fol. 423. & seq. † Cui tamen in eo credendum non est, dum ex dicta donatione, & inuestitura subsequuta argumentum sumit, quòd tempore precedentis belli cum Duce Mediolani iam in animo statuisset Amedæus sibi vassallũ, &

& perpetuò adhærentem facere præfatum Io. Iacobum, quandoquidem, vt iam diximus Beneuenuto in ius fides danda non est, cùm historiam non narret, sed de intrinsecis iudicet, quorum solus Deus iudex, & scrutator est vt psalmo septimo, Paralipo. 2. cap. 6. Quid enim Duci Sabaudiæ aduersabatur si Marchionem ipsum ad donandum, & alia subsequuta faciendum cogere decreuisset, quin id tempore dictorum pactorum, quo Marchionem in sua potestate habebat, exequutioni demandasset, nou autem eiusdem Marchionis a Venetis reditum expectare, intra quod tempus multa cõtingere poterant, ne donario, & alia promissa fierent? Quid etiam eundem Amedeum tempore assertæ indictionis belli pacem Io. Iacobo offerre impellebat, certè nihil, nisi affinitatis, & amoris ratio, & istis solis rationibus, si rectis oculis omnia inspiciantur, omnibus liquere potest pacta Tononi anno 1432. sponte, instaq; de causa commodum præfati Marchionis respicientia non autem vi, vel metu, ab Amedæo Sororio, vt ex aduersò proponitur, illatis, facta fuisse.

Scribit etiam idem Benuenutus dictis cronicis fol. 435. col. 1. Ducem Sabaudiæ in prædicta donatione Io. Iacobo promisisse, bona ipsa donata, Ioanni dicti Iacobi filio in feudum tradere, & tamen in eo donationis instrumento verbum ne quidè vnum allegatæ promissionis fit, quã tamen factam fuisse non negamus in dicta conuentione Tononi inita anno 1432. addit parite: Benuenutus fol. 435. col. 2. præfatos Amedæum, & Io. Iacobum pactum, & conuentionem expresse fecisse in dicto donationis instrumẽto, quod Ioannes, Guilelmus, Bonifacius, & Teodorus præfati Io. Iacobi filij ratificare cum iuramento deberent omnia in dicta donatione contenta, & promittere ipsos eorumq; descendentes illam obseruare, quod tamen nequaquam in prædicta donatione nec alibi factum fuisse legitur.

Nec etiam eidem Beneuenuto fides danda est, dum eodem folio scribit, Ioannem dicti Io. Iacobi primogenitum viuente patre publico instrumento protestatum fuisse, quòd si contingeret ipsum, vel alium eius nomine fidelitatem præstare, id eodem metu fieret, quo aliæ obligationes factæ fuerant, quas nullas esse dicebat cùm illas factas fuisse asserat ipso Ioanne existente captiuo in potestate dicti Amedei, & eius exercitus, quia de assertæ protestationis instrumento nulla extat memoria, nec designatio, quæ verisimiliter facta fuisset, si de dicta protestatione instrumentum aliquod rogatum fuisset, prout de alijs facta legitur, vt nominatim in simili materia protestationis apud ipsũ Beneuenutum fol. 450. videre est, vbi inscribitur totus tenor instrumenti protestationis per Guilelmum dicti Io. Iacobi filium aduersus Franciscum Sfortiam Ducem Mediolani; qui eum captiuum in ciuitate Papiæ detinuerat anno 1450. die 7. Iunij, & sicut, vt pars asserit, & legit de prætensis protestationibus Guilelmi Marchionis filij prædicti Io. Iacobi à patre productis, quæ tamen nihil ad rem nostram faciunt, vt infra demonstrabimus, ita de prædicta protestatione Ioannis, si facta fuisset, appareret.

19 † Quinimò si predictę donationis instrumentũ diligenter scrutabimur, clarè ex eo probari videmus, verum nõ esse quod Ioannes filius Io. Iacobi tempore dictæ donationis, nec ante in castro ciuitatis Taurini detentus esset, sed in castrum ipse vnà cum Io. Iacobo patre, & alijs ibidem nominatis venisse, quem Io. Iacobum, & alios ibi nominatos detentos fuisse nemo dicit, sed alinnde illuc venisse legitur, vt in illis participijs, veniens sociatus memoratis oratoribus, & etiam Illust. Ioanne eius filio primogenito, ac spectabilibus consiliarijs suis: & in illa clausula, ipse siquidem dominus Marchio pro se, & suis prædictis plenam, & liberam securitatem pariter, & facultatem standi, negotiandi, & redeundi habens, vt expresse profitetur, cùm enim inter prædictos connumeratus sit Ioannes filius, ergo, & ipse erat in libera securitate, & facultate redeundi prout etiam se tunc fuisse in prædicta libertate cum dicto Io. Iacobo patre, fatetur dictus Ioannes, in instrumento laudi prolati ab Oratoribus Ducis Mediolani per Opicium de Castiliono notarium Mediolanensem pro quo præsumitur, recepro. Ergo idem de Ioãne dicendum est, cum in eadem sit oratione, & ab eisdem participijs, & gerundijs regatur. l. 3. §. quod autem prætor. ff. de incen. ruin. & naufrag. l. Seię. §. Cato. ff. de fund. instr. quæ iura ad hoc notat Bartol. in l. prætor. §. eritque hæc differentia col. 1. ff. vi bonorum rap. quem refert, & sequitur Hieronimus Tortus suo cons. post cons. Ant. de Butr. colum. 1. in princ. Paris. consil. 72. num. 37. & sequent. volum. 4. post Imol. Alex. & Socin. per cum citatos. Nam participium veniens significat motum de loco ad locum, & gerundium redeundi præsupponit additum fuisse accessum ad eum locum vnde discesserant.

20 Et si dicatur, † prædictas clausulas esse insolitas, & propterea arguere suspicionem fraudis teste Bald. in l. emptione. C. plus valere quod agitur, & non solere apponi nisi ab his qui sunt incarcere. Ad hoc multis modis respondeo. Primò, non probari huiusmodi clausulas esse insolitas ideo qui allegat esse insolitas probare debet Alex. cons. 28. num. 6. vers. nec etiam obstat vol. 5. vbi etiam nu. 7. dat aliã responsionem, videlicet, quòd licet clausula insolita inducat maiorem suspitionẽ contractus, attamen non per hoc sequi ꝙ hęc suspicio absq; alijs legitimis probationibus sufficiat pro plena probatione: præterea nõ ab re posita fuit prædicta clausula, nã cùm suborte fuissent inter predictos Amedeũ, & Io. Iacobũ, eorũq; filios primogenitos cõtrouersiæ occasione in obseruantiæ pactorũ factorum anno 1432. dictæque controuersiæ componendæ, & sedandæ remissę fuissent præfatis Oratoribus Ducis Mediolani, vt in instrumento dicti laudi apparet, & venissent prædicti Io. Iacobus, & Ioannes vnà cum præfatis Oratoribus, & alijs ibidem nominatis, ad ciuitatẽ

Tau-

Taurini, in qua degebat prædictus Ludouicus ad effectum exequendi, quæ in prædictis pactis conuenta fuerant, idcirco vt omnis suspicio, vis, & metus, quæ forsan fumi, (licet falso) potuisset ex eo, quòd contractus fierent in castro Taurini, tolleretur, voluerunt partes ipsæ, clausulas prædictas in dictis instrumentis laudi, & donationis ad abundantem cautelam quæ vitiare non solet, apponi.

Nec Illustrissimam Ducissam Mantuæ iuuat asserta Ioannis protestatio anno 1450. die 21. Februarij facta, & in actis producta: quia illud est exemplum, parte non vocata tum primum ideo non probat iuribus sepius citatis, & dato quòd probaret, cùm in ea fiat solum relatio iurium ipsi Marchioni competentium in locis à Duce Sabaudiæ possessis, inihil præstat iuxta not. in l. si fic. ff. de leg. 1. Verùm ex ea protestatione arguere possumus, iam dictam donationem, & alia subsequuta sponte facta fuisse, quia nullam de eis mentionem fecit, præsertim, quod vi, & metu facta fuissent, quod exprimere facile fuisset, si ita se veritas habuisset argumento. l. vnicæ. sin autem ad deficientis. C. de caduc. toll. cap. inter corporalia de transla. Præterea eiusdem Beneuenuti mendacium aliud detegitur, dum Amedæum tempore dictæ donationis exercitum, habuisse proponit, cum nullum in Pedemontanis regionibus tunc temporis, nec triennio ante habuerit exercitum, prout ex familiaribus literis ab ipso Marchione scriptis prædicto Amedeo ante, & post dicta pacta, & in actis nomine Caroli Ducis producti is demonstratur, ex quibus liquido apparet quanto amore, quave fide se inuicem prosequerentur Amedæus, & Io. Iacobus, quod etiam ex eidem Beneuenuti cronicis fol. 428. col. 2. probatur, scribit enim præfatum Amedæum tempore moti belli à Philippo Maria anno 1431. prædicto Marchioni bellum indixisse, oblata eidem in ipsa belli in dictione pace, quam eundem Marchionem elegisse scribit, quo fit, vt pacis cõditionibus acceptis, consequens sit ab in dicto bello recessum fuisse, cùm simul tanquam contraria stare non possint, bellum & pax, cùm igitur oblata pax fuerit, & acceptata falsi imaginem redolet quod scribitur Amedæum tempore præfatæ donationis exercitum habuisse. Accedat quòd prædictæ donationis tempore, (si ipsi Beneuenuto, & Coiro credimus, quorum dicta hac in re instrumento dictæ donationis, & aliis iuribus comprobantur) præfatus Ioan. Iacobus fœdere iunctus erat Venetis, & Florentinis, Regi Alphonso confœderatis, necnon Duci Mediolani longè ipso Amedæo Duce potentioribus, cuius propterea potentiam timere non debebat ipse Marchio Io. Iacobus nec eius filij.

Nec contra pugnat, quod in dictis capitulis factis anno 1432. futuræ pacis fiat mentio, & quòd Amedæus ex guerra, vt pactorum verbis vtar, habuerit ex territorijs Marchionibus intra Padum, & Tanagrum consistentibus, quia si accurate omnia legantur de bello inter Philippum Mariam Mediolani Ducem, & Io. Iacobum Marchionem, ea capitula loquuntur, cum pluribus in locis de eo bello Ducis Mediolani
21 scriptum appareat, † vna enim pars instrumenti per aliam interpretari debet dicta. l. qui filiabus in princip. & l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. & quod in eisdem pactis legitur Amedeũ ex oppidis Marchionis habuisse, hoc intelligitur scilicet virtute remissionis, causa custodiæ factæ, de qua latè supra diximus: Nam ex bello verisimile non est Amedæum oppida aliqua habuisse, cum in asserta belli indictione pacem oblatam Marchio, vt idem Beneuentus, ait illico acceptauerit, nisi dicamus habuisse ex bello, ideò propter bellum à Duce Mediolani motum, & sic, quòd bellum Ducis Mediolani fuerit causa proxima, aut saltem mediata impulsiua remissionis dictorum oppidorum: hinc sit etiam, vt quod in donationis instrumento de bello scribitur, de Ducis Mediolani bello præterito similiter intelligendum sit, secundum Aretin. dicto consil. 14. coll. 5. verſic. Præterea falsum est vsque ad verſ. Nec obstat, quod Dux
22 Bauariæ, † quem in hoc reforqueo, & licet toto illo consilio reſpondisse videatur contra dictam donationem, id fuit, quia multa ei in facto proposita fuerunt, quæ in casu nostro à veritate deuiant, præsertim, quod Marchia Montisferrati esset feudum proprium, rectum, & inalienabile, cum fuerit, & sit hæreditarium, impropriũm, & alienabile. Item, quòd Amedæus bellum gessisset tempore præcedentium pactorum, & timen ex dictorum capitulorum lectura constat ipsum Amedeũ, & Ludouicum eius filium Thononi, quod est oppidum allobrogum, tunc fuisse, nec cronicis, aut testibus legitimè probatur Amedæum vllum habuisse exercitum contra Marchionem, vt ex Eugenij Papæ epistola data Florentiæ anno ab incarnatione 1434. à natiuitate vero anno 1433. quintodecimo Kallendas Septembris etiam à parte in actis producta comprobatur, in qua de bello Ducis Mediolani tantum fit mentio, & Amedæum ad oppidorũ, quæ Marchio ipse ob specialem fiduciam quam in ipsum Amedæum Sororium habebat, eidem custodienda comẽdauerat, restitutionem hortatur, quòd si propter fiduciam, & affinitatis vinculum ipsi oppida Marchio remisit, ergo non timore, metuve ab ipso Amedæo, sed potius à Duce Mediolani illato, qui alia oppida iam occupauerat, & reliqua capere minabatur. Nam verisimile est Eugenium, ita de restitutione oppidorum ex bello captorum, si aliqua capta ab Amedæo fuissent scripturum, sicut de restitutione remissorum causa custodiæ rescripsit. Et quòd prædicta sponte, & propter fidem quam Marchio in Amedæum Sororium constituerat, nõ autem metu ipsius Amedæi fuerint facta, liquidissime dicitur apparere ex literis familiaribus dicti Marchionis, tàm ante, quàm post dicta pacta Amedæo scriptis, & in actis, vt diximus, productis.

Item ex eo, etiam quod si prædicta pacta metu Amedei fuissent facta, vtique ante, vel saltẽ postquam ad Venetos tutè peruenit Io. Iaco-

bus, Protestatus fuisset Ducis Sabaudiæ metu pactum fuisse, iisdem supra adductis; imo vbi Venetias appulit statim suis familiaribus litteris Amedæū certiorem reddidit quemadmodū benigne, ac honorificè à Venetis fuerat suscepтus; Et quamuis in instrumento donationis sint illa verba, ex guerra pridem orta inter Duces Mediolani, & Sabaudiæ ex vna, attamen di ctio orta, quò ad ipsum Amedæum intelligi debet respectu præparationis, aut assertæ indictionis belli, non autem, quòd re ipsa bellum gesserit Amedæus, alioquin contra l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. continerent contrarietatē scilicet, quòd Amedæus in belli indictione pacem obtulisset, & Io. Iacobus illam acceptasset, in signum; acceptationis Amedęo reliqua oppida, custodienda remisisset, & quòd Amedæus postea bellum gereret, quandoquidem habitis in sua potestate oppidis dispendiosum, ac frustratorium fuisset, bellum aduersus Marchionem gerere: Et quòd dictum verbū habuit in pactis inserti, intelligi debeat, ex causa remissionis, fuader etiam illud partis pium occupatā à Duce Mediolani, quo, non vsus fuit dū de Amedæo loqueretur. Et ex præmissis clarè patet patet, nulla oppida Marchionatus fuisse ab Amædeo Duce vi belli capta, sed omnia custodienda sub pactis conuentis remissa.

Præterea dato quòd vi bellica, oppida aliqua Marchionis ante præfatam remissionē habuisset Amedæus, dicitur illa legitimè habuisse, quæ, feciſſe, cùm bellum illud iustum vt prædictum est, fuerit: eo quòd Sigismundi Imperatoris authoritate, & mandato, ac iusta de causa præuiaq; indictione, vt supra diximus, fuisset
23 gestū, Et, ꝓterea † bello capta ipsius Principis bellum iustè indicentis effecta fuisset l. si quid in bello vbi Bart. & latè Alex. post alios per eū relatos. ff. de capt. & post limin. reuer. argum. cap. excommunicamus. §. si verò dominus, de iureiurān. & ibi Inno. Io. And. & alij per Felin, relati nu. 2. & 5. Quinimò omni Cæsareo man-
24 dato, belliq; indictione cessantibus, † cùm Io. Iacobus Marchio inter hostes Imperij ex causis supra citatis connumerarentur, licuisse Duci Sabaudię Marchionis oppida, ac bona vi capere, & prędari arg. l. 2. C. de commer. & merc. vbi Bald. & in auth. nauigia. C. de fiert. quem sequitur Barba. cons. 38. col. 4. vol. 1. Nec censeri debebant virtute pacis recuperata, cùm pax non fuerit facta cum ipso Duce Sabaudiæ, ideò ad eum referri non potest, imo in dicta pace facta anno 1433. fuerunt nominatim, vt expresse legitur in copia instrumenti dictæ pacis fo. 6. reseruata bona, seu oppida, quæ tenebantur per ipsum Ducem Sabaudiæ, Et dato, ꝙ in dicta pace esset cōprehensus Dux Sabaudiæ, adhuc iure potuit retinere dicta oppida, virtute capitulorum Thononi anno 1422. factorum donec conuenta Ioan. Iacobus obseruasset. Hinc fit vt donatio, & alia subsequuta tanquam facta ex causa præambula, & iusta, dici metu facta non possint.

Nec obstat Aret. d. consil. 14. col. 5. quia secundum ea; quæ sibi proposita fuerunt bellū illud erat iniustū, secus, si iustū, vt in casu nostro vt supra probauimus, minus vilum metu committebat assertū fœdus inter Sabaudiæ, & Mediolani Duces anno 1414. die 14. Octobris initū quia ex eo nullum illatum fuisse dicitur damnū eidem Io. Iacobo, cùm post oppidorum à Duce Mediolani captorum restitutionem, factum fœdus præfatum apparet, quæ restitutio eodē anno: & die 19. Ianuarij eodem Beneuenuto te ste fol 432. col. 2. facta legitur. & oppida quæ à præfato Amedæo eidem Io. Iacobo restitui petebantur dudum ante in eiusdem Amedæi potestatem remissa fuerant, ita vt innoxium omnino fuerit præfatum fœdus. Nec ex eò recessit Philippus Maria a pace cum Io. Iacobo antè facta, quod clarè deprehenditur ex compromisso in ipsum Philippum Mariā ab Amedæo, & Io. Iacobo facto, de quo apud eundem Beneuenutum folio 434. colum. 2. apparet, & id comprobatur, eo quòd ex instrumento pactorum factorum inter Ludouicum primogenitū Ducis Amedæi: & Iohannem primogenitū præfati Io. Iacobi Marchionis anno 1436. 12. Iunij Thononi comprobantur dicta fœdera inter Amedæum, & Philippum Mariam anno 1414 facta. Et ex his apparet nō obstare quę propter dicta fœdera opponuntur, & quia non perfectè, nec ex fide omnia a parte narrata fuerunt.

Et si dicatur ex prædicto fœdere eiusdem Amedæi aduersus Io. Iacobum odiū, & inimicitiam patefieri: Respondetur ex huiusmodi odio iusta quidem de causa propter pactorum in obseruantiam forsan concepto ad vim, & metum veluti diuersa non inferri cum multi sint qui quamuis odio aliquem prosequantur non tamen vim aut metum inferant.

Sed esto post pacē cum Philippo Maria initam, bellum à Ludouico Amedæi primogenito, vt idem Beneuenutus refert, Io. Iacobum motum, oppidaque eidem Amedæo custodiæ causa remissa, vi retenta fuisse, ac ioannem filium detentum fuisse, defendi: adhuc posse dicitur non iniuria, sed iure potius, ac permittente lege facta omnia fuisse, & propterea tubli stere nec irritari debere ex vulga. l. Gracchus. C. ad leg. Iuliam de adult &c. quæ peccat. 23. q. 2. quòd verò dictum bellum fuerit legitimè motum, hoc clarè patebit, si demonstraucrimus dictum Amedæum potestatem belli gerendi habuisse, & iusta ex causa bellum mouisse.

25 Nam vt supra dictum est, † Dux Amedæus, & Ioannes Iacobus Marchio iura regalia ac Imperialia in eorum ditionibus habebant, Iocoq; Principum respectiuè erant, & ea in eorum territoriis poterant, quæ Imperator ipse in suis potest, & hoc tam ex forma priuilegiorū Viccariatuum Imperialium, quàm ex iuris communis dispositione, iuribus supra ad hoc plenè citatis, quibus addo Alexan. consi. 2. nu. 26. volum. 1. & in apostil. ad Bartol. in l. hostes in verbo, non recognoscunt. ff. de capt. & post lib. reuer. post Bal. in l. recepta colum. 1. C. de constit. pecun. Dec, in c. pastoralis colum. 2. de

appet-

appellat. Iaſ. in l. ex hoc iure nu. 25. & ibi Aalex. num. 43. poſt Io. Baptiſtam à ſancto Seuerino. Rom. & Felin. per eum allegatos Iacob. à Sancto Georgio in ſua inueſtitura in princip. col. 2. Cagnol. in interpretatione principij proemij. ff. num. 3. & de Marchione Montiſferrati ſcribit, Iaſ. conſ. 235. col. 2. lib. 2. Patiſ. conſ. 25. num. 53. vol. 1. vbi loquitur de poteſtate Marchionum, & Comitum Italiæ, Zaſius conſi. 1. nu. 21. & ſeq. in 2. par. vbi plures allegat. Rol. à Valle in tractat. de lucro dotis quæſt. 3. in fin. Crau. conſ. 135. nu. 2. & ſeq. quod ſi ij iura regalia, & imperialia habebant; ergo bella inuicem mouere, & gerere iure proprio in eorum territorijs poterant Oldrad. conſ. 70. Brun. con-
26 ſil. 19. nu. 3. & 4. Item † quia ex vniuerſali conſuetudine Principum Imperij, vel ſummo Pontifici ſubiectorum præſertim Italiæ introductū eſt, bella, & fœdera propria authoritate gerere poſſe, cuius conſuetudinis teſtes ſunt omnes qui Principum annalia, & geſta ſcripſere, necnon inducię, & fœdera à parte producta fol. 448. & ſeq. & fol. 453. & illa inter Ludouicum primogenitum dicti Amedæi Ducis, & Ioannem primogenitum Io. Iacobi Marchionis, de quibus conſtat literis patentibus dictorum primogenitorum, ac inſtrumento publico dato Thononi anno 1436. die 12. Iunij producto in actis fo. 809. & alia inter Amedęum Ducem Sabaudiæ filium dicti Ludouici, & Gulielmum Marchionem Montiſferrari fratrem præfati Io annis, de quibus nominatim dicit fuiſſe rogatū, inſtrumentū Beneuenutus fo. 470. qui & fo. 468. recitat fœdera facta inter præfatum Gulielmum, & Ducem Mediolani.

Nam de Comitibus, & Ducibus Sabaudiæ omniſſis hijs, qui Amedæum quintum Yolandæ Paleologæ filium præceſſerunt, legimus apud Paradinum, & alios qui cronicorum Sabaudiæ libros nouiſſimè conſcripſere, præfatū Amedeum quintum, & Guigonem Delphinū Imperio ſubiectos, bellum ferè continuum pro pria authoritate inuicem habuiſſe, & ſimiliter Amedeum V I. Sabaudiæ Comitem contra Humbertum Delphinum, necnon Ioannem Vicecomitem Archiepiſcopum, & Dominum Mediolani; ac deinde Bernabonum, & Galeatium Vicecomites, & Mediolani dominos, legimus pariter inter Ioannem Galeatium Vicecomitem, & dominum Mediolani, & Ioannē III. Marchionem Montiſferrati anno 1370. bellum fuiſſe, necnon inter Amedæum Septimum Sabaudiæ Comitem, & Theodorum dicti Io. Iacobi patrem annis 1386. 1388. & 1396. quorum etiam Beneuenutus meminit fol. 324. 354. & fol. 371. licet ibi erraterit in nonine ipſius Comitis, quem Ludouicum nominat, & tamen vocabatur Amedæus, Ludouicus autem erat Princeps Achayę, quę ipſe erronè Amedæum appellat, & error videri poteſt fol. 374. col. 1. vbi de compromiſſo inter præfatū Amedæum, & Theodorum facto in Ioannem Galeatium Mediolani Ducem ſcribit.

Legimus etiam Amedæum VIII. & Io. Iacobum aduerſus Philippum Mariā Mediolani Ducem anno 1426. arma mouiſſe, & fol. 439. col. 2. bellum fuiſſe inter præfatum Philippum. Bononienſes, Venetos, Florentinos, & Senenſes, quod etiam pars aduerſa fatetur, in productione ſententiæ arbitramentalis prolatæ anno 1433. 26. Aprilis à Marchionibus Ferrariæ, & Salutiarum arbitrijs, ſeu arbitratoribus. In ea enim inter alia pronuntiarunt, licere Florentinis, & Senenſibus impune inuicem bellum gerere. Sed ad quid menibranas occupo? cum paſſim cronicorum libri legantur ſcilicet Archiepiſcopi Florentini, Bernardini Coiri, præſertim in quarta, & quinta parte, Marci Antonii Sabellici, Vollaterani, Iacobi Philippi Bergomenſis, & aliorum qui Principum Italiæ geſta ſcripſerunt, in quibus ſcribitur variis tēporibus Principes, & Reſpublicas Italiæ ſine ſuperiorum authoritate, ſed iure proprio bella mouere, & gerere conſueuiſſe, quod & teſtibus præfati Caroli Sabaudiæ Ducis nomine examinatis, & productis concludentiſſimè probatū eſt.

Qua conſuetudine, & aliis iuribus ſupra adductis ſtantibus certiſſimum eſt, præfatum Amedęum pro iure ſuo conſequendo bellum gere-
27 re, & mouere potuiſſe, † quæ quidem conſuetudo bellandi ius, & authoritatem præſtat, vt ſentit Bart. in hoc communiter receptus in d. l. hoſtes circa fin. ff. de capt. & poſtlim. in reuer. quem refert, & ſequitur Dec. conſ. 169. & faciunt quæ ſcribit Iaſ. in l. ex hoc iure num. 35. ff. de iuſt. & iure.

Nec obſtant in contrarium adducta, quia ad ea multis modis reſponderi poteſt, primo ea intelligi debere ceſſante conſuetudine, quæ facit ius, & de illicito licitum, vt ſupra diximus, & loquuntur vbi belligerantes non eſſent Principes, nec Principum iura haberent in eorum territorijs, ſecus verò vbi regalia, & Imperialia iura in eorum ditionibus obtinerent prout Amedæus, & Io. Iacobus reſpectiuè obtinebāt.

Secundo poſſent prædicta locum habere re-
28 ſpectu præſumptionis iuſtitiæ belli, † vt ſi ab Imperatore, vel eius authoritate indicantur bella, ea ex legitima cauſa indicta præſumantur; & per conſequens iuſta bella cenſeantur Dec. conſ. 601. nu. 4. ſi verò ab alio Principe inferiore, propria authoritate indicantur, iuſta minimè præſumantur, niſi iuſta. & legitima cauſa probetur, ita declarant doctores ex aduerſo adducti preſertim Aret. d. conſ. 14. col. 5. & Barbat. d. conſ. 13. col. 2.

Vel tertio reſponderi poteſt, id quod dicitur bella indici minimè poſſe ſine Imperatoris, aut Summi Pontificis authoritate, intelligi, illud habere locum, quo ad eum effectū, vt bella dicantur publica, proinde in bello, capta capientium efficiantur, ſecus autem quo ad hoc, vt bella priuata dicantur, iuriſq; fui conſequendi gratia facta, in quibus bona, capta in bello capientium non fiunt, niſi cauſatiuè, ita Bart. in d. l. hoſtes nu 9. & ſeq. ff. de capt. & poſtlim. reuer. Aret. d. conſ. 14. col. 5. primæ tamen reſpōſiones magis receptæ exiſtimantur.

Hoc igitur probato nempè Amedæum iuſtam belligerandi cauſam habuiſſe, firmiſſimè

tenere debemus, bellum si quod ab eo indictū appareat, iustum fuisse, cùm in eo requisita ad belli iustitiam præsertim authoritas, & iusta causa interuenerint, Iusta autem causa ex eo probatur, q reliqua ferè omnia Marchionis oppida, quæ à Philippo Maria Mediolani Duce bello capta non fuerant, magno suo sumptu ne à Duce Mediolani caperentur Amedeus ipse custodiuit, inde magna cum diligentia curauit, vt bona eo in bello ab ipso Mediolani Duce capta restituerentur, teste eodem Beneuenuto fol. 434. colum. 2. ac iuribus nomine Ducis productis, nihilominus sumptus refarcire, promissaque de quibus in dictis pactis Thononi factis obseruare recusabat, & plus debito Marchio Io. Iacobus differebat, imò eorum pactorum scientiam se non habere fingebat, vt apud Beneuenutum fol. 429. colum. 2. & folio. 433, colum. 2. videre est: quorum ignorantia, tum propter tēporis breuitatē, tum etiam q factum proprium concernebant, citra, veri noxiam allegare neutiquam poterat l. fin. ff. pro suo, & l. plurimum ff. de iur. & fac. ignor. fidem præ-
29 stitam fallens, † quod quam graue, inciuile, & contra naturalem æquitatem sit, testatur Vlpianus in l. 1. ff. de pac. & in l. 1 in prin. ff. de cōst pecu. ac in l. 1. §. merito. ff. depositi, præsertim in Principe, cuius prę cæteris proprium esse debet, fidem seruare, nihil enim turpius, nihil in Principe detestabilius, quàm fidem fallere, hinc dicitur Principem calamum vnum, vnamq; linguam non plures habere debere, quia scriptum est: quæ procēsserunt de labijs nueis non faciant irrita, & Princeps esse debet immobilis sicut lapis angularis, & sicut Polus in cœlo, ita Bald. in consil. 327. incipien. pridie enim consului in. 4. lib. 1. quem refert Deci. consil. 287. nu. 8. & consil. 293. in fi. Idem Bald. consil. 341. col. 2. verl. ex ista lib. 1. vbi inquit, quòd Princeps grauius peccat frangendo fidem, quàm priuatus, & Bal. refert Rol. à Valle consil. 1. num. 12. lib. 2. Tiraq. in suo trac. de nobilit. cap. 20. nu. 24. vbi multa ad rem hanc more suo congessit, nam & Deus ipse pacta seruare voluit Paralip. 2. c. 6.

Quibus stantibus, cùm Sigismōdus tunc Romanorum Imperator Amedæi, & Io. Iacobi superior, & iudex tunc tēporis in extremis Paponiæ inferioris regionibus si Carioni, & aliis cronicorum scriptoribus creditmus, ob cladem à Turcis acceptam degeret, & propterea iudicis copia deesset, aut saltem difficilimè haberi
30 poterat, † licitè potuisset Amedæus iuris sui prosequendi gratia bella gerere, & mouere, eo maximè quòd de magno ipsius damno ageretur argumento nota. in l. si alius. §. bellissimè ff. qv vi aut clam vbi glos. in verbo, & magna, Bartol. & Alex. in appostillis, glos. & Bartol. in l. nullus. C. de Iudæis in l. generali C. de decurio. lib. 11. Bart. in l. hostes nu. 9. 10. & 15. ibidem Alex. ff. de capt. & post lim. reuer. Bald. in repet. l. colum. antepen. C. vnde vi Alexan. in l. 1. §. nuntiatio col. 1. & seq. ff. de nou. oper. nunt. vbi plura congerit, in consil. 11 col. fin. ac consil. 135. nu. 2. vol. 1. Bar. in l. 3. §. cùm igitur ff. de vi, & vi arma, quem, sequitur Felin. in cap. vigilanti num. 8. & in c. 1. num. 14. de ind. Crot. in similibus terminis consil. 217. num. 57. & duobus sequentibus vbi numer. 59. dicit paria esse non habere copiam superioris, vel posse habere, sed cum magna difficultate, latissimè Saisel. in repet. l. vt. vim colum. 44. ff. de iust. & iur. & in l. ex hoc iure colum. 5. vers. hoc autem eod. tit. Martin. Lauden. in tracta. de bello quæst. 5. Abb. latè in c. 1. num. 5. versic. ex quibus dictis, de immunitat. ecclesia. & in c. 1. nu. 10. de dolo, & contum. Rub. consil. 17. num. 8. & 9. Socin. consil. 68. nu. 64. & pluribus seq. vol. 3. Rebuff. de rescisio contract. glos. 12. num. 7. Brun. consil. 19. num. 3. loquens de Duce Mediolani, Nepiz consil. 82 nu. 33. post Bald. Paul. de Cast. Felin. Rip. Brun. & Afflic. per eum allegatos, ex quibus patet hanc esse receptissimam sententiā. Si itaq; bella ob iudicis defectum iuris sui consequendi gratia mouere licuit, multò magis Ioannem filium Iacobi corrreum promittendi in eisdem pactis nominatum, si illum in territorio suo reperijt Amedæus, vt pacta seruarentur, detinere potuisset. l. hæres absens in princ. & §. 1. ff. de iud. c. Romana. §. contrahentes de foro compet. in 6. Et vbiq; doct. nam, vt iam dictum est poterat Amedæus in suo territorio ea, quæ imperator in suo immediate potest, & sic cum detinere, ac in propria causa cognoscere.

Cùm igitur iusta de causa detineri Ioannes filius potuisset, & oppida pro pactorum obseruantia retinere, consequens est vim, & metum si de illis apparere posset, ex ipsorum Io. Iacobi, & Ioannis pacta non obseruantium facto, & culpa iustè, & licitè illatum fuisse, quò fit, vt donatio, & alia inde sequuta rescindi propterea non debeant. nec locum habere ædictum, de eo quod met causa gestum est. l. si mulier. ff. eo. tit. vbi huius nostri casus decisio colligitur, ibi enim liberta erga patronum suum ingrata, cū de statu suo periclitaretur, ne in seruitutē redigeretur, aliqua, metu, patrono promisit, quæsitum est, an locum haberet ædictum quod metus causa, Paulus respondit, cessare, ædictum, quia liberta ingrata, metū sibi ipsi intulit, sic in casu hoc nostro, Ioannes Iacobus pater, & Ioannes filius scientes maiorem oppidorum suorum partem à Philippo Maria Mediolani Duce captam, & reliqua ammissionis periculo subiacere vtque ea salua manerent dicto Amedæo Sororio custodienda si remisse, & ea quæ in dictis pactis anni 1432. continentur promisisse præfatum Amedeum non solùm quę custodienda suscepperat defendisse, sed eius opera, cętera à Philippo capta restituta fuisse teste Beneuenuto d. fo. 434. colum. 2. quod etiam testatur scriptura, & testes nomine Ducis Caroli producti. Beneficij huius accepti immemor, metu, (vt aduersarij dicunt) in exequutionem præcedentis promissionis, donationem, & alia inde sequta fecerunt. Igitur similiter cessare hoc casu ædictum de eo quod metus causa gestum est de
31 bet, † cùm ipsimet Marchiones sibi metum intulisse dici possint d. l. si mulier vbi glo. & Bart. & in l. qui in carcere, ff. eod. tit. ac in l. qui nec;

§. solu-

§. solutam. ff de verbor. signif. Abba. in c. accedens nu. 3. versic. & tenet ibi Barto. de procur. glo. in c. ad eius, in verbo inuita distin. 5. Imol. in c. locum de sponsali. Dec. in d. l. in omnibus, caulis num. 2. ff. de reg. iur. post Barto. Alex. & Paul. de Castr. per eum allegatos, quem refert, & sequitur Neuizan. conf. 47. num. 9. Dec. in c. fin. colum. 1. de appella. Alex. conf. 99. nume. 1. volum. 3. ita de metu carceris Affic. decis. 349. num. 5. Decis. consil. 42. num. 6. hinc dicit Socin. cons. 38 nu. 3. volum. 3 per tex. l. si. ff. eod. titul. quòd recepta per metum non sunt restituenda, si de iustitia inferetis metum edoceatur sequitur Roma. conf. 369. col. 3. in princ. post Io. Andr. quem communiter receptum dicit. His accedunt scripta per Bal. in l. 2. colum. fin. vers. tamen quia C. eodem tit. quòd quando metus ex parte inferentis non est iniustus, confessio metu prædicto facta, valet.

Præterea, posito, quòd metu iniustè illato
32 prædicta pactio, & donatio facta esset †, attamen ex ratificationibus, alijsq; plurimis gestis eorundem Io. Iacobi, & Ioannis patris, & filij, aliorumq; filiorum extra Amedæi Ducis potestatem existentibus ex interuallo sponte subsequtis negari iure non potest metum omnem si aliquis fuit, purgatum fuisse. l. 2. & ibi Bartol. Bald. Ang. Alber. Alex. & Paul. de Cast. C. de his quæ vi metus de cau. gest. sunt c. accepta de restitut. spoliat. glo. in d. l. si mulier, in verbo, ratum, vbi, doct. inquiunt ex isto postetiori consensu præscriptionẽ maximè longissimi temporis causari posse, sequitur id etiam glos. in dict. l. inquis in carcerem. Decis. in dict. l. omnibus causis num. 12. ff. de reg. iur. post Bald. Gemin. & Alexan. in consilijs per eum allegatis. Soci. conf. 4. num. 22. colum. 3. Ias. conf. 72. num. 1. vol. 1. & consil. 277. colu. penult. Rebuff. de rescis. contrac. glos. 12. num. 5. cui connenit tex. in l. vnica. C. si rector prouinciæ, & in l. vnica C. si quacunq; præd. potesta. in ratione earum. His etiam accedat text. in l. si ob turpem. ff. de cond. ob turp. cau. vbi gl. & Bart. col. fin. versic. item est exemplum; quem refert, & seq. Alex. d. consil. 98. colum. fin. vers. dicit enim Bald. volum. 3. affirmans doctores communiter tenere metum censeri purgatum si ex interuallo, & alio loco vbi metus causa cesset ratificatio fiat. Idem nominatim firmat Alex. conf. 93. num. 6. volum. 5. loquens de renuntiatione facta in alio loco vbi dominabatur is in cuius fauorem fuit facta renuntiatio, & concludens cessare suspitionem metus iuxta nota. in c. 1. quod met. cau. Bar. in l. penul. ff. de condic. ob turpem causam, & in l. 2. C. eod. tit. Innoc. in c. causam matrimonij de off. delleg. & Angel in in l. metum. ff. eo. ti. Adiungitur etiam his, Lnon est verisimile. ff. de eo. quod met. cau. Et communiter docto. in d. l. 2. C. eod. titu. Paris. conf. 10. num. 46. 56. & seq. vol. 1. & conf. 5. nu 206. in fi. vbi alios allegat lib. 4. Crau. conf. 114. num. 5. Roland. à Valle consil. 87. nu. 39. & seq. lib. 2. ex quibus patet istam esse communem, & veram doctorum sententiam.

Hinc dicit Bas. in d. l. 2. quòd actus spontaneus sequens, duo operatur, primo purgationem præcedentis actus, secundo renunciationem exceptionis metus, quod etiam ex dictis glosæ magnæ in d. l. 2. in vers. nam quia certum erat, coadunatur, quam ibi sequitur Ang. colum. 2. vers. item nota literam, quòd quando sequens actus est sponte factus, etiam præcedens ipsò facto præsumitur. Decius conf. 336. num. 1. & conf. 421. num. 13. vbi dicit, actum qui sequitur præcedentis actus intentionem, & qualitatem declarare, conuenit. l. cum proponeretur. ff. de legat. 2. l. hæredes palam, 5. sed si notum. ff. de testam. quæ iura ad hoc notat Alex. conf. 146. versic. alio principali fundamento vol. 5. quem in terminis metus sequitur Neuiza. conf. 46. nu. 25. post Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. carta 65. col. 4. seruiunt etiam his, quæ de contractu geminato traduntur ex quo animus magis deliberatus inducitur, vt non præsumatur error, nihi q; aduersus eum opponi potest, cùm duplex vinculum potentius. Liget c. 1. de tregua, & pace, Bar. in l. eum simus. C. de agrico. & censi. lib. 11. Dec. conf. 216. in fin. Rub. conf. 132. num. 9. Paris. d. conf. 10. num. 57. Craue. d. conf. 114 nu. 8.

Quod autem plurima sponte gesta postea fuerint, ad quę virtute alicuius præcedentis obligationis non tenebantur, ex quibus metus, si aliquis illatus fuisset, purgatus omnino remaneret. istud ex actis apertissimè demonstratur, Primò ex familiaribus literis dicti Io. Iacobi, & filiorum respectiuè ab ipsis scriptis in ciuitate Casalis & alijs in locis eiusdem Marchionis eo anno 1435. in supra citatis folijs productis, necnõ folio. 215. & 808. quæ attentis sigillis authentis, ac eorum pluralitate, & compatanone plenè probat, vt latè cõcludit Ias. in repetitio. l. admonendi. num. 119. & seq. ff. iureiurando.

Secundò ex expressa, & spontanea confessione, ratificatione, & confirmatione dictæ donationis per præfatos Io. Iacobum patrem, & Ioannem filium in eadem ciuitate Casalis anno prædicto facta, Et die octaua Aprilis in ac-
33 tis vt diximus, producta fol. 171. † quæ expressa ratificano plus operatur ad purgationem metus quam tacita Dec. in c. causam col. 3. vers. circa tertium de offi. delleg. quem refert, & sequitur Neuiz. dicto conf. 46. nu. 33.

Item ex alijs pluribus, & multiplicatis prædictæ donationis ratificationibus. & confirmationibus ipsorum Io. Iacobi, & Ioannis, omniumq; aliorum eius filiorum coniunctim, & seperatim cum iuramento, & temporis interuallo facta in ciuitate Casalis, & alijs oppidis dicti Marchionatus eidem Io. Iacobo, & eius filijs respectiuè subiectis. & in actis productis fo. 33. & seq. & fol. 79. & seq. 137. 171. & seq. ac fol. 808. & seqen. & præsertim præfati Ioannis 1440. 1445. quæ ratificationes non tolluntur ex allegata minoritate dictorum filiorum cùm ea non probetur, nec enuncietur in dictis instrumentis, & qua etiam data, stantibus instrumentis non fierent irritæ, & nullę auth. sacramenta puberum, vbi communiter docto. C. si adu. vend. Itẽ ex instrumento matrimonij inter Ludoui-

cum Marchionem Salutiarum, & Isabellam dicti Io. Iacobi filiam in loco Ripaliæ Ducatus Sabaudiæ eodem anno, & die 7. Augusti cui Isabellæ prædictus Amedæus in augmentū dotis donauit florenos quinq; mille prout idē Beneuenutus recitat fol. 436. cuius quidem donationis nulla alia potuit esse causa, nisi quia Io. Iacobum eius sororium Amedæus diligebat.

Item ex fœdere postea inter Ludouicū eiusdem Amedei primogenitum, & Ioannem di cti Io. Iacobi etiam primogenitum cum iuramento inito in loco Thononi anno 1436. die 12. Iunij in quo inter cetera nominatim ita cautum reperitur, Per fœdus illud non prætiudicatum iri pactis adherent. æ perpetuę, homagijq; fidelitatis, & aliorum sęderum, pactionum, & conuentionum inter eos anno 1435. mense Ianuarij Taurini factorum, & per Antonium Bellemere secretarium receptorum, cuius fœderis meminit etiam Beneuenutus fol. 436. colum. 2. quibus verbis nēgari minimè potest, dictæ donationis, inuestituræ, hōmagij, & fidelitatis approbationem inductam fuisse, & quidem sponte, cùm & ipsa fœdera sponte fuerint contracta, quæ quidem fœdera, & donatio expresse fuerūt à Io. Iacobo patre, necnon Gulielmo, Bonifacio, & Theodoro filiis cum iuramento ratificata eodem anno 1436. die 21. Decembris, & sic omnis metus purgatus Parisi. consi. 5. num. 206. circa fi. vol. 4.

Nec silentio prætereundū putaui, ad demōstrandam dilectionis perseuerantiam qua se se præfati Dux, & Marchio inuicem prosequebātur, quæ scribit sępè dictus Beneuenutus fol. 438. col. 1. dū ait ministerio, & tractatu Amedæi in loco Ripaliæ anno 1437. die 23. Decembris cōclusum matrimonium fuisse inter Amedæum præfati Io. Iacobij filiam, & Iohannem Iusignanum Hierusalem, & Cypri Regem.

Item fol. 464. scribit idem Beneuenutus anno 1464. die 2. Iulij in oppido Chiamberiaci contractum pariter fuisse matrimonium inter præfatum Ioannem Montisferrati Marchionem, & Margaritam Ludouici Sabaudiæ Ducis filiam, præuia tamen apostolica dispensatione, eo quòd tertio cognationis gradu iungerentur, de quibus rogatum fuisse dicit instrumentum per Ioannem de clauso, & Eusebium de Guiscardis notarios, & ita veritas se habet.

Item ex alio matrimonio à Carolo primo illius nominis Sabaudiæ Duce contracto cum Blanca filia Gullielmi Marchionis præfati Ioannis Iacobi filij in ciuitate Casalis ministerio Bonifacij etiam Io. Iacobi filij, & Marchionis Montisferrati anno 1485. die prima Aprilis per partem producto folio 524. & cuius etiam meminit Beneuenutus fol. 466.

Accedat etiam supradictis, quòd ea donatio de qua agitur, & alia inde subsequuta obseruata hactenus fuerunt etiam quò ad traditionem, & retentionem respectiuè oppidorum Clauaxij, & aliorum de quibus in eis f qua quidem obseruantia purgatio metus si quis præcessit necnon præcedentium contractuum ratificatio, & liber consensus inducitur, iuribus

34

supra in primo articulo instrumento Yolandæ loquentem adductis, quibus addo bonum tex in c. contingit, in illis verbis, & si aliquot annis fuerint seruata, & ibi glo. de transac. quē citat Dec. consil. 419. num. 3. & in terminis nostris Paris. consil. 10. numer. 60. volum. 1. supra citato.

Ex quibus omnibus, præsertim ex multiplicatis ratificationibus, necnon aliis voluntariis contractibus ex interuallo factis prædictæ donationis, & subsequtæ inuestituræ exequtionem etiam non respicientibus inficiari iure nemo poterit, metum omnem, si quis donationis, & inuestituræ tempore illatus fuisset, purgatum omnino extitisse ex receptissima doctorum sententia supra recitata.

Nec purgationi metus obstat, quòd dicitur, eandem metus causam semper durasse, & propterea purgatum nunquàm fuisse metum iuribus ex aduerso allegatis; Quia dato non tamen admisso, probari metum illatum fuisse, quod constanter negamus, dicitur, si veritatem obseruamus, eandem metus causam non perdurasse; quandoquidem ex Beneuenuti cronicis fol. 430. & aliis iuribus etiam a parte productis; præsertim ex sententia arbitramentali Marchionum Ferrariæ, & Salutiarum euidenter probatur anno 1435. inter Philippum Mariam & Venetos, ac Io. Iacobum initam fuisse pacem scribit. etiam fol. 1432. colu. 2. anno 1434. die 29. Ianuarij de restitutione per prædictum Ducem Mediolani oppidorum ab eo captorum faciendā conuentum fuisse ita quòd de ipso Philippo Maria dubitare Io. Iacobum non opportebat, & per consequens multò minus de dicto Amedęo stante præsertim fœdere inter. d. Io. Iacobum, Venetos, & Florentinos longè ipso Amedæo potentiores, cuius fœderis Beneuenutus meminit folio 433. colum. 2. & sequen. Cessauit pariter metus causa ex fœdere inter prædictos Amedæum, & Ludouicū eius primogenitum ex una, & Io. Iacobum, & Ioannem eius filium etiam primogenitum Thononi percusso anno 1436. die 10. Iunij de quo, vt iam diximus, etiam scribit Beneuenutus fol. 436.

Item eo magis metus causa cessasse dicitur ex illo perpetuo fœdere inito 1447. die 10. Decembris inter eundem Ioannem Marchionem & Carolum Aurelianensium Ducem suo nomine, necnon nomine Caroli Regis Franciæ, & Ludouici Delphini, in quo quidem fœdere promiserunt se se, & eorum dominia mutuò defendere, vt testatur Beneuenutus folio 446. multò magis accedente promissione facta à Francisco Sfortia Mediolani Duce Gulielmo eiusdem Ioannis fratri anno 1448. auxilium præstandi eidem Gulielmo, & ciuitates Taurini Hipporrediæ, & Montis regalis, & ferè totam patriam Pedemōtanam à Ludouico Sabaudiæ Duce possessā capiendi, & qui opem, & auxilium ferendi promptū se offerebat pro defensione Ioannis Marchionis Montisferrati, si eidē à vicinis Principibus bellum moueri contingeret eorum promissionum tenorem narrat

idem

idem Beneuenutus fol. 447. & 450. His omnibus accedat fœdus inter Venetos, & Franciſcum Sfortiam contractum anno 1457. in quo vt idem Beneuenutus refert fol. 463. col. 2. contentum fuiſſe legitur, Ioannem Montisferrati Marchionem Gulielmum, ac alios eius fratres comprehenſos cenſeri, quæ quidem fœdera inuiolata ſteterunt vſque ad præfati Ioannis obitum, qui anno 1464. vita functus eſt teſte Beneuenuto fol. 466. poſt cuius mortem Gulielmus frater, & Marchio alia iniuit cum Amedæo Duce Sabaudiæ Ludouici filio, nec non cum Galeatio Mediolani Duce contra fœdera quæ ſupra citauimus.

Quibus omnibus fœderibus ſtantibus initiũ à prædicto Io. Iacobo ſumendo vſq; ad Gulielmum prædicti Bonifatij filium præſertim tempore quo Yolanda, & Blanea matrices Ducum Sabaudiæ imperabant, quorum veluti mulierum animus ſui natura ad bellum procliue non eſt, aperte ac plenè probatum apparet, aſſertam metus cauſam ob prætenſam Ducum Sabaudiæ potentiam, ſi qua tempore donationis fuiſſet, omnino poſtea donationem ceſſaſſe, præſertim iunctis tot matrimonijs, donationibus alijsque ſpontaneis actibus inter ipſos Sabaudiæ Duces, & Marchiones Montisferrati; maximè inter iam dictos Amedæum, Ludouicum, Ioan. Iacobum, & Ioannem quo ad vixerunt ſubſequutis, ex quib. ingens amor, & charitas, quæ vt inquit diuus Ioannes in ſua epiſtola canonica, foras mittiunt timorem, demonſtratur.

Non obſtant aſſertæ quatuor proteſtationes factæ à Gulielmo Marchione filio prædicti Io. Iacobi annis 1465. diebus 15. Februarij 9. Aprilis 1467. diebus 13. Iunij, & 23. Auguſti, cùm
35 de eis legitimè non conſtet, † quia ſcripturæ productæ nullam probationem faciunt vti ſcripturæ priuatæ deſſumptæ ab alienis ſcripturis parte non vocata teſte Bart. & alijs doctoribus in d. auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo, Duecquè Sabaudiæ abſente factæ, nec ei inthimatæ, proinde clandeſtinè, & occultè, & ſic inualidè Afflict. deciſ. 282. nu. 8. Crau. conſ. 120. nu. 3. & ſeq. poſt Bart. Butr. Bal. Abb. & Soein. per eum allegatos, Paris. conſ. 10. nu. 42. & ſeq. vol. 1. & conſil. 5. num. 95. vol. 4. Præterea aſſertæ proteſtationes non reſpiciunt actus cõtrarios præcedentibus per ipſum Gulielmum factis, de quibus ſupra, nec in dictis proteſtationibus eſt verbum aliquod, quòd donatio prædicta, & alia inde ſequuta fuerint metu facta Pariſ. conſil. 5. num. 95. volum. 4.

Poſtremò illud addo, quòd cùm ipſi Io. Iacobus pater, & Ioannes filius ambo Marchiones ſucceſſiuè vnquàm per actionem, aut exceptionem quod metus cauſa dictam donationem reuocauerint eum tamen, vt iam diximus, ſuperuixerint ſaltem ipſe Ioannes annis 30. à die dictæ donationis, non potuerunt eorũ hæredes, & ſucceſſores vniuerſales huiuſmodi donationem ex eo capite reſcindere argumento, l. fin. §. hoc tamen C. de reuoc. donat. & c fin. de donat. & ibi gl. & DD. quę iura ad terminos noſtros citat Aret. d. conſil. 14. colum. fin.

Nec periculi timor obſtare poteſt, quia facilè illis fuerat abſolutionem à iuramento ſaltem ad effectum agendi, aut excipiendi petere c. 2. & c. ſi verò de iureiur. & ibi Doct. Pariſ. d. conſ. 10. nu. 93. volum. 1. poſt Socin. conſil. 38. Accedat quòd in prædicta donatione non iurauerunt Ioannes, nec alij filij dicti Io. Iacobi, ita quòd poſſint dici metu iuramenti ratificaſſe dictam donationem, Cùm igitur ratificatio dictorum filiorum fuerit facta in locis non ſuppoſitis poteſtati Ducis, & ex interuallo geminate, & cùm iuramentis, indubitati iuris eſt omnem metum, ſi quis in donatione intercueniſſet, purgatum fuiſſe, vt latè Bald. in d. conſ. ſciſmatis. Alexan. Iaſ. Craue. Pariſ. Neuiz. locis ſupra allegatis poſt alios per eos adductos concludunt.

Firmiſſimis igitur ſtantibus inſtrumentis donationis, inueſtiturę, ratificationum, fidelitatumq; ſubſequutarum tam reſpectu poteſtatis, quam liberæ, & ſpontaneæ voluntatis ipſorum contrahentium, ſupereſt nunc videre, an ex nõ ſeruato modo irrita dici poſſit dicta donatio, tam ex defectu inſinuationis, quàm ex eo quòd de maiori parte territorij Marchionatus Montisferrati contra c. intellecto de iureiur. & doctrina Bart. in l. prohibere §. planè, ſi quod vi aut clam, fuerit facta donatio, Et omniſtis iuxta hactenus ſuceptum inſtitutum ſuperfluis diſputationibus quod ad effectũ inſinuationis attinet iam ſupra pluribus in locis probatum à nobis extitit, communem eſſe doctorum ſententiam Marchiones Montisferrati ea in ſuis territorijs potuiſſe, quæ imperatores in ſuis poterant, iuraq; regalia, & Imperialia in eorum
36 ditionibus habuiſſe, † at in Imperatoris donatione inſinuatio non requiritur. l. pen. C. de don. inter vir. & vxo. & l. ſancimus. §. exceptis. C. de donatio. cum ſimilibus, ergo nec etiam in Marchionis prædicti donatione requiri dicendum eſt, iuribus ſupra adductis, quæ etiam locum habere in Principibus inferioribus firmat Bal. conſil. 100. nu. 19. volum. 2. poſt Bart. quem ipſe refert, idem vult Alexan. conſ. 157. nu. 7. & ſeq. volum. 2. Oldra conſil. 22. colum. 1. Roma. conſ. 59. in quinto dubio Iaſ. in l. ex imperfecto nu. 2. C. de teſtam. Tiraqu. qui plures refert in tract. nobilitatis. c. vltimo nu. 153. quinimò etiam in habentibus merum, & mixtum imperium dicta iura procedere dicit Rum. conſil. 23. num. 12. volum. 2. poſt glo. Bart. Bald. Imol. & Alex. per eum citatos Rolan. à Valle conſil. 93. nu. 42. Mart. Lauden. in ſuo tract. de Principe verſi. 14. poſt Io. Andr. & Imol. per eum allegatos Zaſius conſil. 1. nume. 96. lib. 2. Felin. latè in c. cum non liceat colum. 4. de præſcrip. concludens poſt Oldrad. & alios quos refert, prædictas leges etiam in quolibet Principe legis condendæ poteſtatem habente locum habere, quò fit, vt etiam in Marchione Montisferrati locum etiam habeant, vt ſupra diximus.

Secundò reſpondetur ex crebriore doctorum ſententia † iuramentum inſinuationis
37

defectum purgare, ita Decius consil. 239. nu. 3. & consil. 432. num. 18 Iaf. plures allegat consil. 118. num. 2. vol. 4. Curt. iun. consil. 51. num. 6. Ripa lib. 3. responsi. cap. 11. in fine Socin. iun. consil. 67. num. 2. & consil. 118. num. 11. volum. 2. latissimè Neuiz. consil. 8. num. 8. & quatuor sequen. a. nu. 25. & sequen. post innumeros doctor. quos etiam refert Tiraquell. in præfatione. l. si vnquam num. 143. quod maximè verũ
38 est † si in donatione remuneratoria sine ob causam iuramentum interponatur l. Aquilius Regulus vbi Bart. ff. de donatio. Socin. consil. 66. colum. 3. volu. 1. Ias. in l. ex hoc iure nu. 52. ff. de iustitia, & iu. Neuiz. d. consil. 8. num. 12. 13. & 14. Zasius d. consil. 1. nu. 96. lib. 1. Et donatio de qua agitur est huiusmodi, ergo, &c. & quod in situatione non egeat tenent Bartol. & post eum ceteri in l. si pater. §. 1. per illum tex. ff. de donatio. Alex. Ias. & alij in l. licet C. de pact. Paris. consil. 26. num. 59. lib. 3. Ruin. consil. 82. num. 13. lib. 1. Neuiza. d. consil. 8. num. 12. & 13. Bello consil. 60. in fine. Tiraquell. in d. l. si vnquam in verbo donationẽ nume. 47. vbi plures concordantes adducit.

Nec eidem donationi, inuestituræq; subsequutæ repugnat dispositio, c. intellecto de iureiuran. quam ad hoc notat Bartol. in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam; quia multifariè
39 respondeti potest. Primo † tex. in c. intellecto, loqui in casu speciali, scilicet in Rege, qui de rebus regni in magnum successorum Regum præiudicium disponere non potest, siue ei per successionem, siue per electionem succedatur, & ibi speciale esse dicit Panormit. colum. 1. post Inno. in cap. grande de supplen. negligen. prælatorum, quod si est speciale in illo casu, ergo contrarij in casu nostro ius disponit, licet Marchiones iura regalia, & Imperialia in sua ditione habeant, attamen Reges non sunt, cùm etiam Marchionatus cæteraq; Marchionum bona quatenus feuda dici possint, ea fuerunt, & sunt hæreditaria impropria, & alienabilia tam inter viuos, quàm per vltimam dispositionem vt latè supra probauimus, quod si alienabilia, ergo tenere contractus de ea facti debent.

Secundò respondeti etiam potest cum Paulo Iureconsulto in l. penult. §. fin. ff. de don. cũ ipsius Io. Iacobi Marchionis, castra, & oppida à potentissimi Philippi Mariæ Ducis Mediolani munibus custodiret, ac defenderet Amedæus, vt in præfationibus dictorum instrumẽtorum laudi, & donationis, aliisq; iuribus probatur, & sic aliquid pro eo accepit Io. Iacobus,
40 † hæc donatio propterea irreuocabilis est, merces enim laboris, & eximij sumptus appellanda est, ita scribit Paul. in d. §. fi. ex quo omnes fere doctores affirmant probari, id, quod alias reuocabile est, si propter merita factum fuerit irreuocabile fieri, ita nominatim scribit, & multa more suo congerit Tiraquell. in d. repetitio. l. si vnquam, in verbo, donatione largitus. nu. 13. & seq. C. de reuoc. donatio quo in loco, & nu. 17. post alios citatos ait donationẽ remuneratoriam non reuocari prætextu meri, &
41 rationem esse dicunt doctores, † quia donatio remuneratoria non est mera, simplex, gratuita, & propria donatio, sed potius quædam permutatio, compensatio, & quidam titulus oneratus. d. l. Aquilius regulus. ff. de donat. l. sed si lege §. consuluit ff. de petitio. hæredita. per quæ iura ita voluerunt Bartol. Bald. Alber. Io. Andre. Panor. Alex. & Aret. relati per Tiraquel. loco supra citato num. 11. plures alij remissiuè citantur in additionibus nouissimis ad singularia Rom. 520. Alexand. in terminis nostris in l. filio quem colum. 3. vbi vide vtrum Imperator in illis verbis, nec apparebant merita. ff. de lib. & posthum. Præpositus in præiud. feud. num. 24. vers. si tamen ex causa iusta. Nata consil. 367. num. 14. post Bartol. Ioann. And. Abba. Alex. per eum allegatos concludens, res alienari prohibitas posse ex causa remunerationis alienari quod etiam affirmat Soc. iun. consil. 91. nu. 17. & seq. vol. 2. post alios per eum relatos, latè Rolan. à Valle consil. 5. num. 8. & plurib. sequ. vbi multa specialia in materia remunerationis adduxit. Bonus tex. in c. libertus §. pro remuneratione. 12. q. 2. sed donatio Io. Iacobi est ob causam, ac beneficiorum, & meritorum remunerato ria ergo irreuocabilis est.

Benencia autem, & merita Amædei in præfatum Io. Iacobum liquidò probatur, tam ex instrumentis ipsius laudi, donationis, & inuestituræ, in quibus dictorum meritorum non solùm in genere, sed etiam in specie inter ipsas partes confessio inrata legitur, & nominatim de summa florenorum 300. mil. in vtilitatem præfati Io. Iacobi per eundem Amedæũ expensorũ valente tunc ducato aureo grossos 20. & sic ducatorum centum, & octuaginta millium, quam
42 etiam ex cronicis & aliis iuribus hinc inde pro ducatis † exquibus satis concludenter probata merita dicuntur, præsertim cum donans, & donatarius non sint personæ inter se donare prohibitæ secundum Bartol. in l. si forte ff. de castrens. Dec. consil. 20. latè Ripa in repetit. l. si vnquam. q. 15. C. de reuocan. donat. latissimè Neuizan. d. consil. 8. num. 16. vbi quamplurimos DD. in hanc sententiam citat, ex quibus hanc esse receptam opinionem patet imo ibi num. 17. post plures quos refert constanter affirmat, Merita inramento donantis probari etiam si donare quis prohibeatur, ergo firma, & omnino irreuocabilis prædicta donatio esse debet, nec locum habet dispositio, d. c. intellecto de iureiuran. præsertim cùm ex eadẽ donatione, & inuestitura incontinenti subsequta, quæ propterea in donationẽ in esse cẽsetur l. lecta. ff. si cert. peta. Deci. consil. 279. colum. penul. Gramdecil. 102. num. 58. in ipsum Amedæum translatum duntaxat fuerit directum dominium respectu bonorum allodialium, & dominium directum inferius, seu dominium vtile superius, prætextu bonorum feudalium, jux. nota, in c. 1. in princip. & in §. illud de prohibita. feu. alienat. per Feder. Guid. Papæ q. 341. Felin in c. quæ in ecclesiarum colum. 24. versic. sexta declaratio de constit. quæ dominia parum commodi, & vtilitatis habita comparatione ad vtile dominiũ habẽt quod vtile dominium penes Ioannem inuestitũ remansit ad quem omnia
modo,

commoda, emolumenta, fructus, & reditus dictorum bonorum ſpectabant, tam ex dictæ inueſtituræ quàm iuris communis forma, & diſpoſitione de qua ſcribit Fulgo. conſ. 1. n. 3. poſt Bald. per cum allegatum dicens, quòd omnem effectum directi dominij is habere dicitur, qui habet vtile dominium,

Tertia accommodari etiam reſponſio poteſt argumento eorum quæ dicit Afflict. de lege Gorad. & eadem lege num. 2. & 5. Hippol. in l. 1. §. quidam, ff. de quæſt. videlicet id quod di-43 citur† Principem eius ſubditos inuitos alienare non poſſe, non procedere vbi Princeps, & dominus eos in alium Principem æquè idoneum vel maiorem alienaret, ſic in caſu noſtro locum non habere diſpoſitionem d. c. intellecto de iureiur. cùm alienatio in Amedæum æquè idoneum, ac maioris dignitatis facta fuerit.

Stantibus præſertim iuramentis triplicatis ipſius Io. Iacobi, primo in pactis Thononi factis anno 1432. Secundò in donatione Taurini facta anno 1435. 27. Ianuarij;

Tertiò in eiuſdem donationis ratificatione in ciuitate Caſalis facta eò de anno die 8. Apri-44 lis† quæ iuramenta, cum non vergant in diſpendium ſalutis, æternæ etiam à ſucceſſoribus ſeruanda ſunt maximè cùm non ſint alteri iuramento contraria l. 1. C. ſi aduerſ. vendit. & c. ſi ſi vero de iureiur. c. licet mulieres de iureiur. in 6. c. cum contingat eod. dr. quæ iura ad terminos allegati meius citat Alex. d. conſ. 93. nu. 6. vol. 5. Rum. conſ. 105. num. 5. vol. 1.

Præterea cùm ex actis appareat vaſſalos, & ſubditos Marchionis conſenſiſſe prædictæ donationi, alienationi, fruſtra quæritur, an Marchio prædictus potuerit facere prædictam donationem, argumento notatorum per Afflict. in d. §. eadem lege num. 1. & 2. & per Innoc. in c. qualiter de iureiur. Quarta etiam reſponſio, licet in contrarium adducta non procedere, vbi propter pacem, & concordiam alienatio, ſeu donatio fieret, qualis eſt hæc de qua agitur, vt ex eiſdem inſtrumentis donationis, & inue-45 ſtituræ aliiſque iuribus probatur, quo fit† vt obſeruari omnino debeant, quæ ad inducendam, aut conſeruandam pacem, & concordiam, geſta ſunt Bald. de pace conſtant. §. hoc quod nos num. 3. verſ. pro bono pacis, latiſſimè Pariſ. d. conſ. 10. num. 25. & ſequen vbi poſt innumeros doctores, quos allegat, hanc firmam: & veram concluſionem eſſe dicit, videlicet contractibus propter pacem, & concordiam factis, ſtandum omnino eſſe non habita diſtinctione, an de maiori parte annorum agatur, vel non, reſpicit enim cauſa pacis, publicæ vtilitatem, ideo cuicunque alij vtilitati præferenda eſt, ſequitur idem etiam Socin. iun. conſ. 68. num. 19. & ſeq. tradens, pacis inducendæ, vel conſeruandæ gratia à iuris ordine, & ſeue-46 ritate† recedendum eſſe, & nu. 158 dicit† probari, pacis cauſa licitum aliquid fieri, quod alias minimè liceret cap. his qui in fin. de maior. & obedient. cùm ſimilibus per eum adductis latiſſimè Zaſius d. conſil. 1. num. 23. & pluribus ſequent. in 2. parte, Roman. conſil. 224. colum. penul. in 4. dubio, & in terminis noſtris Sayſel. de feud. in tit. qui feud. dare poſſunt col. 4. verſic. puto ergo bonum exemplum. His tamen adiungitur quæ recitat laſſin. l. venia. num. 15. & ſeq. C. de in ius vocando poſt Bart. Bald. Ang.

47 & Modernos† quòd Princeps ſeu ciuitas pro bono pacis poteſt donare bona priuatorum. Capic. deciſ. 69. num. 1. 2. 22. & 23. poſt Bartol. Bald. Bellam. Flor. Alex. Felin. Arct. Ial. & iura per eum citata Afflict. deciſ. 361. num. 4. & ſeq. Auguſt. Berou. conſil. 138. num. 9. volu. 3. vbi poſt gloſ. Oldr. Bald. Card. Abba. Dec. & Modernos per eum allegatos concludit, quòd quando Princeps ſub nomine dignitatis, & ſuæ gentis, & pro bono pacis, & concordiæ contrahit, tunc ex tali contractu etiam eius ſucceſſores, & ſubditi obligantur, & num. 10. & 11. conſtanter tenet, huiuſmodi contractum eſſe bonæ fidei, & propterea obſeruandum: Si igitur poteſt bona aliorum donare, multo magis propria pro bono pacis; Hinc videmus pacis cauſa ciuitates magnas, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, aliaq; dominia tranſlata aliquando fuiſſe, & in dies in alios Principes, & dominos ea, pro cauſa tranſferri videmus. Nec indignari Ioannes Marchio debuit aliiſq; Marchiones reſpectu bonorum, de quibus in dicta inueſtitura, vaſſallos Ducis Sabaudiæ fieri, cùm etiam Ducis Mediolani vaſſalli fuerint, propter oppida Feuzani, Ritrancorij, & alia de qui bus, vt Beneuentitus referr a Ducibus Mediolani inueſtiti fuerunt.

Nec obſtant aſſerta priuilegia, ſeu reſcripta Federici III. & Maximiliani Imperatorum, quibus dicitur fuiſſe ex certa ſcientia, motu pro prio, & plenitudine poteſtatis, & cum clauſula. Non obſtantibus, annullatas, & cancellatas dictorum bonorum quaſcunque alienationes, renunciationes illicitas, per vim, dolum, & metum, ſeu aliam ſiniſtram machinationem, aut aliàs quouis modo indebitè exactas, & extortas; præſertim per Ludouicum Sabaudiæ Ducem, aut ipſius progenitores, & latius, vt in prædictis priuilegiis, in actis productis apparet.

Quia ſi accuratè legantur apparebit, ea loqui de alienationibus, & renunciationibus, per vim, metum, aut ſiniſtram machinationem, ac illicite, & indebitè ex actis, & extortis, quæ verba cum non conueniant donationi, inueſtituræ, aliiſq; contractibus, & ratificationibus ſubſequtis, de quibus agitur, licite, & debitè factis conſequens eſt, vt eorum non conueniat diſpoſitio vulg. l. 4. §. totiens ff. de damn. infect. cum ſimilibus cumulatis per Hippollit. ſingul. 329. Quòd autem licitè, ac legitimè donatio, inueſtitura, & ratificationes prædictæ fuerint factæ, ſatis abundè ſupra demonſtratum putamus, quibus ſtantibus Sole clarius patet, aſſerta reſcripta obreptitia, & ſubreptitia fuiſſe, & eſſe, quod pluribus ex cauſis ſatis clarè demonſtratur.

Narranum enim prædictis Imperatoribus fuit per Oratores Gulielmi, & Bonifacij Marchionum Montiſferrati reſpectiuè prædictas dona-

donatio nem, & inueſtituras fuiſſe per vim, dolum, metum, & miniſtri machinationem à Ludouico Duce Sabaudiæ indebitè exactas, & extortas, quod tamen à veritate alienum eſt, cum iuſtiſſimis, & legitimis, ac honeſtis de cauſis, vt ſupra probauimus, facta fuerint.

Tacuerunt etiam, donationem, & inueſtituram prædictam fuiſſe factam virtute, & in executionem præcedentium pactorum, & conuentionis inter præfatos Amedæum Ducem, & Ludouicum eius primogenitum necnon Iohannem Iacobum Marchionem, & Ioannem eius primogenitò in loco Thononi anno 1432 die 13. Februarij initarum, & ſub hac ipſorum Principum manibus hinc inde tactis corroboratarum, quæ fidei præſtatio iuramento æquiparatur glo. fin. in cap. penult. de iureiur. quam citat. Cranet. conſil. 241. numer. 40. volum. 2. Iaſſ. 3. §. inuari num. 5. ff. de iureiur. Nec narrarunt, quod in exequutionem laudi, ſeu arbitramenti à clariſſimis viris ab Illuſtriſſ. tunc Duce Mediolani ad hoc legatis prolati, facta fuerint dicta inſtrumenta donationes, & inueſtituræ, & in quos legatos nullo iure poterat cadere iniuſtra opinio, tum quia à Marchione rogati cum eo Taurinum venerant, cum etiam nihil eorum intereat prædictam donationem, & inueſtituram ſic vel alio modo fieri. Et ſi dicatur, dicti laudi non fuiſſe neceſſariam mentionem tamquam nullius eſſet laudum deficiens compromiſſi præcedentis. Ad hoc multi-
49 ſarie reſpondetur primò, † præſumptionem compromiſſi ſaltem tacitè inducì ex eo, quod præſentibus partibus, & non contradicentibus, imò conſentientibus prolatum eſt, ita Socin. conſil. 220. colum. 1. verſic. confirmatur lib. 2. & conſil. 104. num. 4. lib. 4. poſt Angel. & alios per eum relatos, & in l. ſciendum. ff. de verbor. oblig. ſequitur Afflict. decis. 117. Et hæc præſumptio præſertim locum habere debet, attenta antiquitate temporis, quæ facit omnia præſumi interuenſſe ad validitatem laudi neceſſaria Decian. conſil. 175. num. 3. Gozad. conſi. 73. num. 29. quos refer, & ſequitur Rolan. à Valle conſil. 90. nu. 24. vol. 2.

Secundò reſpondetur, dato, & non conceſſo, quòd dictum laudum partibus præſentibus
50 non fuiſſet promulgatum, attamen † ex quo partes ipſe illud cũ iuramento ratificauerunt, & emologarunt, dicitur habere vim tranſactionis, & pacti etiam ceſſante compromiſſum, vt concludit Bald. in rub. de arbitris, quem refert, & ſequitur Socin. conſil. 85. colum. 1. verſic. tertiò, quia ex quo laudum, lib. 1. quibus accedit communis concluſio, qua cauetur, laudum, & ſi nullum ratificari, emologari, & approbarì in vim pacti ita glo. communiter recepta in l. 2. C. comm. vtriuſq; iudicij Roman. conſil. 173. in fin. & conſil 175. colum. fin. verſic. nec præmiſſæ concluſioni Dec. in 6. examinata in 3. notabili de confirmatione vtili, vel inutili poſt Alba. Aret. Alex. & alios per eum citatos, nec prædictum laudem vllo modo dici poteſt metu fuiſſe prolatum, dato, & non admiſſo, quòd à principio dicto Io. Iacobo Marchioni metus aliquis illatus fuiſſet. l. 3. §. 1. innctad. qualem. ff. de receptis arbitris, quas ad hoc coniungit, & citat Dec. d. conſil. 42. col. 4. verſic. non obſtat quòd ſententia, poſt Bald. in l. cum non ſolùm, §. neceſſitate colum. 2. verſ. ſed pone index. C. de bon. quæ liber.

Nec Narrarunt Oratores Marchionis præfatum Ducem Sabaudiæ ſuo magno ſumptu, cura, & diligẽtia quamplurima oppida dicti Marchionis, nè à Philippo Maria Duce Mediolani dicti Marchionis hoſte, qui iam maiorem eius oppidorum, & ciuitatum partem vi bellica occupauerat, caperentur, cuſtodiuiſſe, proinde d ctum Ducem de ipſo Marchione Io. Iacobo benemeritum fuiſſe, & latius vt in dictis pactis, donatione, inueſtitura, & aliis ſuis probationibus continetur.

Nec expreſſerunt predicta bona donata quatenus feudalia dici poſſet, eſſe feuda hæreditaria, impropria, & alienabilia, & Marchiones conſueuiſſe de eis alienare, & diſponere vt ſupra clarè docuimus.

Tacuerunt etiam prædicte pacta, donationem, inueſtituram, & alia fuiſſe pluribus inſtrumentis ab ipſis Io. Iacobo, & Ioanne præſtitis firmata, & ratificata, & dictas ratificationes eiſ iuramentis, & longo temporis interuallo ab ipſis Marchionibus exiſtentibus in eorum dominijs, in quibus nullus metus, dolus, nulla machinatio ſubeſſe poterat, factas fuiſſe.

Subticuerunt pariter, ipſum Guilielmum in eodem anno 1435. die vltima Nouembris, & ſic decem menſibus poſt dictam donationem, & inueſtituram cum pactis ipſis Guilielmo Marchioni vtilibus, & iuramento ratificaſſe, nec non anno 1436. die vndecima Decembris, & ſic ferè lapſis duobus annis à prædictis Guilielmo, & Bonifacio cum iuramentis in ciuitate Caſalis comprobatam extitiſſe, & annis 1440. die 20. Nouembris, &c. Decembris conſtitutos fuiſſe à Io. Iacobo Marchione, & Ioanne eius filio ſpeciales procuratores, & ad confirmandum adhærentiam, & petendum inueſtituram reſpectiuè à Ludouico Sabaudiæ Duce ob mortem Amedæi Ducis, quæ confirmatio adhærentiæ, & inueſtiture ſuſceptio facta legitur per dictos procuratores anno 1441. die 19. Ianuarij, & ratificata iterum per dictum Ioannem dicto anno 1441. die 12. Aprilis, & 1445. die 28. Octobris in actis producti.

Silentio etiam præterierunt matrimonia, ac fœdera inde inter ipſos Duces, & Marchiones reſpectiuè ſponte facta.

Quæ omnia, ſi Imperatoribus expreſſa fuiſſent, veriſſimile eſt quòd non annullaſſent, ſeu irrita feciſſent dictas conuentiones, donationem, inueſtituram, & ratificationes tot iura-
51 mentis cõfirmatas, quò ſit vt † ſtantibus prædictis obreptionibus certi iuris ſit aſſertas annullationes declarationes, ac derogationes nullius fuiſſe nec eſſe momenti, & roboris l. fin. C. de præcib. imperat. offeren. l. 1. 2. & pen. C. ſi contra ius, vel vtilita. publ. vel per menda. fiue imper. vel poſtul. c. 2. C. conſtitutis, & ibi aures de reſcript. & vbique docto. Bal. de nouas

for.

for fidelita. circa fin. cum aliis cumulatis à Parisio conſ. 4. nu. 25. & ſeq. vol. 2. Ruin. conſ. 98. num 14. vol. 4. latè Rodoric. Suar. allegationes 12. nu. 31. & duob. ſeq. vbi num. 32. per text. in cap. poſtulaſti, & Abb. ibi in 3. col. de reſcript.

52 concludit † ſubreptionem, non ſolum vitiare conceſſionem, & gratiam quando ſubreptio fuit cauſa inductiua, & finalis concedendæ gratiæ, ſed etiam ſi fuit cauſa ſolum impulſiua, vt quia Princeps etiam conceſſiſſet ceſſante ſubreptione, idem etiam expreſsè firmat Pariſ. d. conſ. 4. num. 25. & 26. vbi poſt Cyn. Bart. Bald. Aug. Io. Andr. Io. de Imo. Felin. Curt. & Moder. per eum allegatos dicit, quamlibet minimã obreptionem, ſeu ſubreptionẽ, etiam non doloſam, vitiare priuilegia, & gratias, nec in eis locum habere diſtinctionem, de qua in cap. ſuper literis de reſcript. Videlicet an Princeps aliàs fuiſſet conceſſurus, vel non, idem tenet Socin. iun. d. conſ. 77. num 83. vol. 1. Gozad. d. conſ. 9. num. 40. & ſeq. Rol à Valle d. conſ. 2. num. 157. & tribus ſeq. Ex quibus patet iſtam eſſe communem opinionem, idcirco non nocere Duci Sabaudiæ prædictas annullationes, & reuocationes tanquam obreptitiè, & ſubreptitiè obtentas.

Nec prædictas annullationes, & declarationes defendunt clauſulæ motus proprij, ex certa ſcientia, plenitudinis poteſtatis, & non obſtantibus, locum non habeant quando eſt defectus intentionis, & mentis concedentis, & ſic

53 conſenſus, † qui defectus inducitur ex qualibet minima obreptione, ſeu ſubreptione Abb. & Felin in cap. cauſam, quæ de teſtib. Rota in nouis deciſ. 3. Iaſ. conſ. 233. col. 7. verſ. 19. facit lib. 2. Pariſ. d. conſ. 4. num. 27. & pluribus ſeq. volum. 2. poſt alios per eum relatos, & conſ. 82.

54 num. 61. & ſeq. volu. 1. Nam † dictæ clauſulæ operantur tantùm in his, quæ ſunt iuris poſitiui non autem in ijs, quæ ſunt facti. cap. 1. de conſtit. in 6. Cathel. Cotta latè in verſ. clauſula ex certa ſcientia Iaſ. conſ. 119. col. fin. vol. 4. Ruin. conſ. 12. num. 22. volum. 3. poſt Bald. ibi citatũ Socin. iun. in caſu noſtro d. conſ. 77. num. 126. volu. 1. vbi multos citat, Celſus Hug. conſ. 128. num. 80. circa fin. & num. 90. plures citat Rol. à Valle conſ. 7. nu. 105. lib. 3. & alij citati à Portio concl. 1. verſ. clauſula ex certa ſcientia non operatur, præſertim quando conſtat Principem non plenè fuiſſe informatum, remque aliter ſe habere. Pariſ. conſ. 4. num. 30. & ſeq. poſt Bald. Paul. de Caſtr. Alex. Felin. Curt. & Dec. per eum allegatos, & conſ. 1. nu. 76. vſque ad num. 93. volum. 1. Addens poſt Abb. Alex. Socin. Curt. & Felin. locis adductis, prædictas clauſulas non operari, quãdo agitur de magno præiudicio tertij Socin. iun d. conſ. 76. nu. 126. verſ. & maximè poſt plures citatos volum. 1. Burſat. conſ. 161. num. 56. & conſ. 162. num. 39. & 38. atteſtans hãc eſſe communem opinionẽ, & de clauſula plenitudinis poteſtatis latè Alc. reſpon. 201. num. 9. & pluribus ſeq. idem dicit Dec. diſertè conſ. 108. nu. 4. verſ. & certè vſque in fin. conſ. 544. num. 36. Curt. iun. conſ. 49. & conſ. 142. num. 9. Gramm. deciſ. 18. num. 1. Iaſ. conſ. 8. num. 44. inter conſ. Brun. per text. in cap. conſtitutus de reſcript. poſt gloſ. Bald. Angel. & Salic. locis citatis. Vital. in ſuo tract. clauſula cap. incipiente clauſula non obſtantibus, poſt Rotam Anchar. & Lupum, quæ omnia etiam confirmat, idem Pariſ. conſ. 11. nu. 120. & ſeq. eod. vol. 1. latè Socin. iun. d. conſ. 77. num. 104. & duobus ſeq. Gozad. d. conſ. 9. num. 42. & ſeq. Rol. à Valle d. conſ. 2. num. 157. & pluribus ſeq. & d. conſ. 7. num. 105. vſque in fin. vol. 3. quibus addo cumulata ab Antonio de Gabr. in ſuis commun. concluſ. lib. 6. de clauſulis concluſ. 1. num. 47.

Nec obſtat limitatio, de qua ibi. num. 49. vbi dicit opinionem contrariam procedere, quando cum clauſula ex certa ſcientia eſt coniuncta clauſula non obſtante, & citat Pariſ. conſ. 39. num. 46. & ſeq. vol. 4. Quia multis modis poteſt reſponderi.

55 Primò, † quòd loquatur Pariſ. in conceſſione priuilegij, ſeu gratiæ, quo caſu poſſunt militare dicta per eum, nos autem ſumus in derrogatione iuris tertij aquiſiti ex multis contractibus, quo caſu non procedunt adducta in contrarium, hanc differentiam ponit Crau. d. conſ. 241. num. 18. Natta conſ. 512. num. 21. & tribus ſeq. vbi multis authoritatibus, & iuribus concludit, Principem poſſe ius quæſitum ex mero priuilegio tollere, ius verò acquiſitum ex contractu non poſſe tollere, niſi ex cauſa publicæ vtilitatis, & data recompenſa, Pariſ. d. conſ. 161. num. 57. & conſil. 162. num. 20. & pluribus ſequentibus, vbi plura ad hanc materiã adducit.

Secundò reſponderi poteſt Pariſium loquin beneficialibus, in quibus Papa habet pleniſſimam poteſtatẽ, cap. 2. de præb. in 6. Et ibi per ipſum Pariſium num. 48. Nos verò ſimus in derrogatione contractuum inter alios celebratorum, quibus Princeps non poteſt derrogare, hanc reſponſionem ponit Natta conſ. 268. nu. 8. & ſeq.

Tertiò reſpondetur non procedere limitationem quando apparet de euidenti obreptione, & ſubreptione reſcripti, vt in caſu noſtro, ita tenet Pariſ. d. conſ. 4. col. penult. vol. 2. Rol. à Valle d. conſ. 2. num. 157. & ſeq. poſt alios per eos citatos. Nec obſtat alia limitatio, de qua per Anton. de Gabr. loco ſupr. citato. num. 51. quia Alex. d. conſ. 111. num. 13. vol. 5. loquitur quando agitur de derrogatione alicuius extrauagantis legis, ſtatuti, ſeu conſtitutionis, quæ licet dicatur etiam facti in quantũ in eſſe producitur, attamen quo ad effectum potius ius concernit, & dictis limitationibus adnectantur, quæ ſcribunt Pariſ. d. conſ. 4. nu. 30. & ſeq. vol. 2. & conſ. 1. nu. 81. & ſeq. vol. 1. Rol. à Valle cõſ. 2. nu. 157. & pluribus ſeq vol. 1. & d. conſ. 7. nu. 205. & ſeq. vſque in fin. vol. 3.

56 Item † non operantur prædictæ clauſulæ adnerſus ea, quæ habentur per viam contractus, ita nominatim tenet Dec. conſ. 410. num. 22. poſt Bald. & Caſtr. locis citatis Pariſ. d. conſ. 1. nu. 87. conſ. 11. num. 125. vol. 1. Zaſius conſ. 10. num. 25. vol. 2. poſt Bald. Socin. & Dec. per eũ allegatos Gozad. d. conſ. 9. num. 43. & tribus

ſeq.

ſeq. Alciat. d. reſp. 162. num. 6. poſt plures per eos citatos Crau. conſ. 241. num. 11. verſ. ſed aduertendum, & num. 20. verſ. quinto reſpondeo, Natta d. conſ. 512. num. 21. & duobus ſeq. poſt Paul. de Caſt. in l. digna vox. C. de legibus loquens de clauſula plenitudinis poteſtatis, & cõſtanter tenet idem Natta conſ. 268. nu. 8. & ſeq. Principem non poſſe de plenitudine poteſtatis præiudicare iuri priuati acquiſito ex contractu celebrato cum ipſo Principe, multò minus ex contractu cũ alio celebrato, & loquitur in iure acquiſito ſpe, & hæc comprobantur alia communi concluſione, de qua per Dec. conſ. 144. & 185. quem refert, & ſequitur Rol. à Valle conſ. 4. num. 15. 21. & 27. vbi dominus directus non poteſt facere feudum antiquum, nouum in præiudicium ſucceſſorum ad quos poſt mortem vaſſalli feudum peruenturum eſt, præſertim quando contractus eſſent iurati, prout in caſu noſtro, ita expreſsè tenet Dec. d. conſ. 198. nu. 4. & 7. Crau. d. conſ. 241. d. verſ. quinto reſpõdeo, facit glo. in verbo, effectus in cap. cum non deceat de elec in 6. cùm alijs cumulatis à Gallia. in repetitione. l. centurio col. 23. in fin. & in additio.

57 Item † prædictæ clauſulæ non operantur, quando fuerunt appoſitæ ſine cauſæ cognitione, & ſic parte non vocata, ita nominatim tenet Barbaz. conſ. 122. col. 7. verſ. præmitto etiam, & colum. penult. verſ. præterea inter conſilia Alex. volum. 4. poſt glo. Hoſtien. Io. Andr. locis citatis, dicens ſic fuiſſe iudicatum Ferrariæ, Socin. conſ. 164. num. 7. poſt Innoc Spec. Paul. Archi. & Rotam per eum citatos quem refert, & ſequitur Dec. conſ. 410. num. 21. 544. nu. 28. & conſ. 706. num. 14. Cur. Iun. conſ. 142. num. 8. & conſi. 170. num. 32. Crãu. d. conſ. 241. col. 11. verſ. præmiſſæ etiam clauſulæ, Zaſius d. conſ. 10. num. 30. volum. 2. citans Bald. & Alex. ita tenuiſſe, Leonar. Piſau. inter conſ. Bruni. conſ. 114. num. 280. & ſeq. Vitalli. in tract. clauſularum, in verbo clauſula ex certa ſcientia, Neuiz. in ſilua nupt. cõlum. penult. & fin. & inter cap. Bruni conſ. 12. num. 151. Ioan. Milleus in verbo, ſcientia certa, Grat. reſpon. 147. nu. 5. lib. 1. Celſ. Hugo conſ. 120. num. 83. & tribus ſeq. & num. 90. vbique reſpondens ad contraria, Rol. à Valle d. conſ 2. num. 117. & ſeq. & d. conſ. 7. num. 108. volu. 3. Cathel. Cotta. in verbo, clauſula ex certa ſcientia in fin. Vant. in tit. an quælibet ſententia poſſit dici nulla num. 18. Ant. de Gabr. in ſuis commu. concluſionibus in tit. de clauſulis. d. concluſ. 1. num. 52. Pórt. d. concluſ. 1. verſic. tertio, clauſula ex certa ſcientia non operatur; huc accedant, quę ſcribit Natta conſ. 589. num. 22. vbi multis auctoritatibus concludit, † confirmationem Principis, qua derrogatur inueſtituris, & quæ tendit in præiudicium tertij non valere niſi cauſa cognita, et parte vocata. Ex quibus omnibus patet, iſtam eſſe ſolidam, et receptam Doctorum ſententiam, et nõ eſſe veram opinionem Angeli, et ſequentium in l. ſi verberatum, §. 1. ff. de rei vend. quem magis cõmuniter improbant Doct. vt per Neuiz. d. conſ. 12. num. 140. Crau. d. conſ. 241. num. 20. & Piſau. d. conſ. 114. num. 286. & per Porti. in ſuis commu. conclu. lib. 5. conclu. 14. colum. 2. & ſeq.

58

Nec obſtat, quod exaduerſo dicitur, nõ fuiſſe neceſſarias citationes Ducum Sabaudiæ tanquam annullationes illæ penderent à ſola voluntate Imperatorum, quo caſu non erat neceſſaria citatio iux. nota. per Bart. in l. non ſolum. §. morte ff. de oper. nou. nunt. Rom. conſ. 212. & Socin. conſ. 87. volum. 3. conclud. citationem non eſſe neceſſariam, vbi quis contradicere nõ poteſt, nec actum impedire.

Quia ſtante validitate prædictarum donationis, & inueſtituræ, vt latè ſupra probatum fuit, poterant Duces Sabaudiæ iure contradicere, & impedire prædictas annullationes, & reuocationes, quibus etiam derrogatum dicitur ex cõfirmatione per Maximilianum Imperatorem nominatim facta anno 1504. die 10. Septembris dictarum donationis, inueſtituræ, & ratificationum reſpectiuè factarum à Io. Iacobo patre, Ioanne, Guilielmo, & Bonifacio filijs, & Marchionibus Mõtisferrati, & comprobata expreſsè à Carolo V. Imperatore anno 1521. die tertia Maij, & 1530. 15. Martij, conſtantibus referiptis Cæſareis in actis productis; quibus ſtantibus conualidantur prædicta inſtrumenta donationis, & aliorum contractuũ dato, quòd eſſent nulla, vt nominatim tenet Alex. conſ. 1. nu. 38. & duobus ſeq. vol. 5. poſt. Archi. Io. And. Abb. & alios per eum citatos.

Nec Duci Sabaudiæ nocet prætenſa inueſtitura Caroli V. facta Ducibus Mantuæ anno 1512. vltima Decembris, cùm ab eodem Carolo V. obtentum fuerit reſcriptum declaratorium ſolutiſſe ex cõceſſione, & inueſtitura facta prædictis Ducibus Mantuæ præiudicare iuribus cõpetentibus Duci Sabaudiæ, & eius prædeceſſoribus, quæ iura intacta, & ſalua manere vult, & intendit, & quatenus opus ſit de nouo confirmat, approbat, & innouat ex certa ſcientia, plenitudine poteſtatis, & alijs in contrarium facientibus, de qua declaratione, & confirmatione conſtat reſcripto Cæſareo laxato die 7. Maij 1534. producto in actis die 7. Ianuarij anni 1535.

Nec etiam Duci Sabaudiæ officit aſſerta præſcriptio Marchionum libertatis non recognoſcendi Duces Sabaudiæ in directos dominos pro bonis in dictis inueſtituris comprehenſis; cum ſtante mala fide fratrum prædicti Ioannis ratificantium prædictas donationem, & inueſtituram, præſertim Bonifaci, qui perijt poſt annum 1491. vt ex eius teſtamento à parte producto apparet, nulla potuit currere præſcriptio vulg. cap. fin de præſcrip. Pariſ. latè conſ. 66. nu. 59 97. & ſeq. vol. 2. † Cuius ſmala fides afficit Guilelmum eius filium, & hæredem vniuerſalem in ſtitutum. l. cum hæres. ff. de diuer. & tempo. præſcript. Balb. latè de præſcript. in 2. par. 3. par. princ. quæſt. 12. col. 5. & ſeq. vbi dicit, iſtam eſſe communem opinionem, & ab ea non eſſe recedendum in conſtlendo, et iudicando, idem firmat Pariſ. d. conſ. 66. num. 106. & ſeq. vol. 3. concludens etiam iſtam eſſe communem opinionem

nionem, & cons. 27. num. 140. & seq. vol. 1. post plures per eum citatos, qui quidem Guilielmus obiit post annum 1518. vt ex eius testamento à parte etiam producto constat à quo tempore usque ad litem motam anni 1534. & mensem Martii nõ præteriere anni 18. & per cõsequens non potuit, nec potest dici præscripta allerta libertas.

Concludendum est ideo, donationem à Ioãne Iacobo Marchionem Amedæo VIII. Duci Sabaudiæ factam, ac infeudationes, seu inuestituras Ioanni prædicti Ioannis Iacobi filio per Amedæum, & Ludouicum Duces Sabaudiæ de bonis donatis factas, omni iure tenere, ac omni ex capite potestatis, voluntatis, & modi sustineri, nullaque legitima exceptione elidi, proinde prædicta bona debuisse, ac debere adiudicari Duci Sabaudiæ eorum directo domino, vti deuoluta, & consolidata ob mortem Io. Georgij Marchionis dicti Ioannis ex fratre Bonifacio nepotis, sine liberis masculis legitimis, & naturalibus defuncti.

Nec Ducibus Mantuę suffragari potest inseparabilitas inter dignitatem totumque dominium dicti Io. Iacobi Marchionis ab huiusmodi bonis infeudatis, sic quòd vniuersalis successor in dicto Marchionatu huiusmodi feudũ teneat, vt latius in dicta inuestitura die 27. Ianuarii anni 1435. facta continetur, cum duobus modis hæc tollit possint.

Primò prædictos Duces Mantuæ non posse se iuuare dicto pacto inseparabilitatis, cũ illud, omniaque contenta in dicta infeudatione iugiter, & enixè conati fuerint impugnare, non solum verbis, sed facto, dum pro præfatis bonis recusarunt homagium præstare Duci Sabaudię prout dicto pacto tenebantur, † vnde eius beneficio gaudere non possunt. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. testam. cap. quia frustra de vsuris, & cap. ex eo de reg. iur. in 6. cum alijs ibi notatis Crau. cons. 255. post Bart. in l. decem in fin. ff. de verb. oblig.

Secundò respondetur, prædictum pactum fuisse positum in inuestitura facta dicto Ioanni stipulanti pro se, & suis ascendentibus, descendentibus, & collateralibus agnatis Montisferrati Marchionibus, vt in pluribus locis dictæ infeudationis ante, & post dictum pactũ legitur; Ergo dum loquitur pactum, quod successor in Marchionatu debeat tenere præfatum feudũ, debet intelligi de Marchione successore, qui sit de ascendentibus, descendentibus, vel collateralibus agnatis dicti Ioannis inuestiti, quod probatur ex illis verbis. Item vlterius, quæ sunt repetitiua qualitatum præcedentium argumento notatorũ in l. si sic. l. sibi tibi, & l. in repetendis, vbi Bart. in princ. ff. de leg. 3. & in materia feudali. Præpositus in tit. de feud. guard. nu. 2. Item etiam ex eo, quòd dictum pactum, vt diximus sit positum intra prædictas clausulas, à quibus propterea recipit declarationem. d. l. qui filiabus, & l. si seruus plurium. ff. de leg. 1. Paris. ferè in similibus terminis. d. cons. 72. nu. 31. & tribus seq. vol. 4. Et si dicatur Illustrissimam Margaritam Ducem Mantuæ esse proneptem dicti Ioannis ex Bonifatio fratre, & sic agnatam, pro inde debere succedere in dictis bonis feudalibus; Ad hoc respondetur † in qualibet dispositione verba debere intelligi secundum subiectam materiam, & naturam actus, super quo interponuntur. l. si vno in princ. ff. loc. l. insulam. ff. de præscrip. verbis Alex. cons. 43. num. 21. & seq. vol. 4. Dec. cons. 279. nu. 5. & cons. 423. nu. 11. Tiraq. late in repet. l. si vnquam in verbo, reuertatur, num. 37. & seq. C. de reuocat. donat.

† At in materia feudali, fœminæ non veniunt appellatione agnatorum, & quin etiam in titu. Episcopum, vel Abbatem, de successio feudi, §. fin. & de succeff. fratr. ac in tit. an agn. vel filius, & vbique Doct. nos quæ sumus in infeudatione, proinde in materia feudali, ergo ex prædicta inuestitura non potest venire prædicta Ducissa, & per consequens dicto pacto se iuuare. His deseruiunt, quæ scribit Crau. cons. 250. nu. 3. post Paul. Castr. Socin. & Curt. per eum citatos, videlicet idem iudicari de principio, & sic de fœmina agnata, quod de alijs descendentibus ab ea, & sic cognatis, & consequenter, multo minus Illustrissimus Modernus Dux Mantuę eius filius, cùm non sit agnatus prædicti Ioannis primi inuestiti, nec in inuestitura comprehensus potest in feudo succedere.

Ex suprascriptis igitur clarè patet, munitissima, & fortissima fuisse, & esse iura Ducis Sabaudiæ stante morte præfati Io. Georgij Paleologi, sine liberis legitimis, & naturalibus, tàm virtute pacti facti in instrumento dotali Yolandæ filiæ Theodori Paleologi primi Marchionis Montisferrati, & vxoris Aymonis Comitis Sabaudię anno 1330. quàm donationis à Io. Iacobo Amedæo Duci Sabaudiæ, inuestituræque ab eodem Amedæo Ioanni filio dicti Io. Iacobi bonorũ donatorum, de quibus agitur anno 1435. die 27. Ianuarij factæ, & nulla valida exceptione esse elisa, & propterea esse in fauorẽ Ducis Sabaudiæ pronuntiandũ, eique bona, de quibus agitur, adiudicanda, reformata quondam inuictissimi Cæsaris Caroli V. sententia.

D. AN-

D. ANTONII BAGNASACHI

SENATORIS, ET ADVOCATI GENERALIS SERENISSIMI DVCIS SAB AVDIÆ.

RESPONSVM

In eadem causa Montisferrati.

SVMMARIVM.

1 *MArchiam Montisferrati fuisse. & esse feudum, assertione, & confessione partium probatur.*
Marchiam Montisferrati fuisse feudum pro masculis, & fœminis, & alienabile, seu improprium ibidem.

2 *Fœminæ, vbi ad feudum expressè vocantur intelliguntur vocatæ ordine successiuo, post masculos, & conditionaliter ipsi scilicet deficientibus.*

3 *Copula, & inuestitura, qua comprehendit masculos, & fœminas copulat verba. & non sensum.*

4 *Fœmina vocata ad feudum simul cũ masculis non admittitur donec supersit masculus ex primo inuestito, siue feudum sit masculinum, seu paternum, siue fœmineum.*

5 *Masculus omnis ex primo inuestito, siue sit ex masculo, siue ex fœmina semper excludit fœminam à successione feudi.*

6 *Masculus ex fœmina dicitur descendere ex corpore primi inuestiti, & ideo excludit fœminas à feudo.*

7 *Feudi in successione, vbi concurrunt masculus, & fœmina, præfertur masculus, etiamsi feudũ transfusum iam fuerit in fœminam.*
Feudi in successione masculus, quamuis remotior excludit fœminam proximiorem vltimo defuncto, ibidẽ multis comprobatur.

8 *Res qua assumpsit vnam naturam facilius ad illam redit, quam nouam assumat.*

9 *Fœminæ ad successionem feudi cum dignitate regali nõ admittuntur, nisi deficientibus masculis, sed masculi tunc præferuntur.*

10 *Masculi eur fœminas excludant, & illis præferantur in successione feudi. ratio adducitur.*

11 *Masculi excludunt fœminas à successione feudi recti, & feudum rectum dicitur, quod non est conditionatum hoc est datum ad certum, & determinatum seruitium ibidem.*

12 *Feudum concedi pro masculis, & fœminis, vel pro masculis, & his deficientibus pro fœminis pariis sunt & viroq; casu masculi præferũt in successione feudi*

13 *Feudi Marchiæ Montisferrati obseruantia in successione, quòd masculi semper successerunt exclusis fœminis.*

CONS. VI.

IN hac per graui controuersia aliàs coram delegatis Cæsareæ Maiestatis inuictissimi olim Imperatoris Caroli V. diuę memor. vertente inter Carolum Ducem Sabaudiæ ex vna. Fredericum, & Margaritã Duces Mantuæ ex alia & Franciscum Marchionem Salutiarum parte altera super statu, & Marchionatu Montisferrati tunc vacante per obitum Io. Georgij vltimi Marchionis Paleologi sine liberis defuncti, quẽ quilibet prędictorum competitorum ad se spectare, & pertinere contendebat: Viso processu eausa, ac iuribus in eo à partibus productis, diu anceps fui, an scribere deberem: prouinciam enim hanc agredi non audebam, tum propter ingentia, & multiplicia Doctorũ responsa parte Ducum Mantuæ, edita, quæ simul collecta in bina surgunt volumina, quorum omnium fundamentis respondere pro ingenij imbecillitate difficillimum arbitrabar, tum etiam quòd viderem præstantissimos viros Franciscũ Purpuratum præfati tunc Ducis Caroli Præsidem, Octauianum Cacherauum Sabaudiæ Cancellarium, Gulielmum à portis Francorum Regis Consiliarum, eiusq; in parlamento Gratianopolitano Præsidem, Catherinum Pobel in Senatu Sabaudiæ Præsidem, Bernardinum Vualdum olim in studio Taurinensi legentem, & Iacobum Menochium nunc in studio Patauino Iuris Cæsarei interpretẽ, adeò doctè, & copiosè pro præfato Duce Sabaudiæ scripsisse, vt nihil addi posse videretur, quinimo temeritati potius mihi adscriptum iri putarem, si post tot tantosq; viros, in re tam graui manum apponerem audere: quia tamen omnibus maturè discussis, diuersum iter ab eis incedendo, multa fore pro defensione prætati Ducis Sabaudiæ cõperio, non tacta ab ipsis, quæ reticere detrimentum eidem Duci esset, & veritatis fortè, ac iustitiæ cultus læderetur, eo quo fungor munere impulsus, audacter calamum arripui, & excogitata vltra alios ædere operæpretiũ existimaui: nec mirum videri debet, quod post præfatos patres in tam lato dicendi campo aliqua non dicta, nec cogitata fortè afferantur, quis non omnia, vt dici solet, possumus omnes, vnicuiq; enim dat Deus prout vult, & spiritus, vbi vult spirat. Ipsius itaq; diuini Spiritus præsidio implorato, quoniam Dux Sabaudiæ ad dictã Marchiam agit tam ex iure, seu petitione vniuersali totius Marchiæ, quàm particulari pro Terris, Castris, & Oppidis eiusdẽ Marchionatus citra Padũ, & vltra Tanagrũ existentibus. Nos de vniuersali primùm agere intendimus, tum quòd ius vniuersale absorbeat particulare, tum etiam quia quantum ad petitionem particularem attinet,

uiuet, facti magis quàm iuris sit quæstio; Sicuti verò duplici iure Marchiam in vniuerso eidem Duci Sabaudiæ spectare comperimus, ita consultationem hanc primam, seu consilium nostrum in duas partes principales diuidemus.

In prima demonstrabimus, quòd Marchia Montisferrati iure feudi ex tenore inuesturarum, & ipsius feudi natura ad ipsum Ducem Carolum spectat.

In secunda docebimus quod iure etiã pacti, & conuentionis specialis ad eum pertinet.

Primam quoq; partem principalem in tria membra subdiuidemus; Primò enim loco firmabimus conclusionem, quod in concursu ad feudum Marchiæ cum Margarita Ducissa Mãtuæ neptc prefati Io. Georgij Marchionis sine liberis defuncti, Carolus Dux præferri debeat fœmine, in successione feudi. In secunda remouebimus quæcunque contraria, & obstantia dictæ conclusioni. In tertia demonstrabimus Ducissam Margaritam omnimodo exclusam à successione feudi Marchiæ, & consequenter, multo magis ad Ducem Carolum spectare, & eidem adiudicari debere.

Secundam item partem principalem in alia duo membra subdiuidemus, prout duæ sunt principales exceptiones, quæ aduersus pactum, seu conuentionem afferuntur,

In primò tractabimus de exceptione, quæ obijcitur respiciente prætensam nullitatẽ pacti ex defectu, vt dicitur, potestatis paciscentium.

In secundò de exceptione respiciente defectum voluntatis eorundem: in toto autem hoc discursu sermo noster erit semper de eisdem personis, quæ extabant tempore lins, & in actis, seu processu causæ nominantur, quoniã iuxta terminos litis, & causæ, ac eis retentis, & inspecto tempore litis, ioqui nos oportet, licet nunc inter successores agatur.

Capio igitur primã partem, & ad demonstrãdum, quod in concursu Ducis Caroli, & Margaritæ neptis Ioan. Georgij vltimi Marchionis sine liberis defuncti, nullis alijs existẽtibus masculis Marchionatus spectet, & pertineat iure feudi ad ipsum Carolum Ducem vti masculũ ex Theodoro primo de linea Paleologa inuestito de hoc feudo, non autem ad Margaritam neptem prædictam, sciendum est quod parte ipsorum Ducum Mantuæ, & omnium scribentium pro eis, dicitur, & totis viribus defenditur † Marchiam Montisferrati fuisse, & esse feudũ, prout probari manifestè aiunt ex inuestituris productis in actis, maximè verò ex inuestitura præfati Theodori primi Paleologi eidem facta ab Henrico VII. Imperatore anno 1310. in qua idem Theodorus fatetur, & recognoscit Marchionatum Montisferrati fuisse, & esse feudum sacri Rom. Imperij, & de eo tanquam de feudo Imperij petit se inuestiri, prout ab eodem Imperatore fuit inuestitus, de qua inuestitura latè in secundo membro huius primæ partis dicetur, & feudalem esse Marchiam probari quoq; aiunt ex confessione Ducis Sabaudiæ sæpè in actis facta, prout ad hanc confessionem aduertunt ferè omnes scribentes pro eisdẽ Ducibus Mantuæ præcipuè Gozadin. consil. 9. sub nu. 10. vers. Præterea Dux Sabaudiæ fatetur esse feudũ, & num. 11. ac sub num. 62. vers. tamen in veritate erant feudalia, relato in volumine consiliorum ipsorum Ducum Mantuæ consil. in ordine 21. num. 16. Idem considerat Nicolaus Aliprãdus inter eadem consilia Mantuæ consil. 18. nu. 23. & seq. vbi ostendit, quod pluribus modis Dux Sabaudiæ in actis fatetur esse feudum, aduertit etiam collegium Bononiense in eodem volumine consil. 16. num. 13. vers. præterea ipsemet Dux Sabaudiæ, & Socin. iun. inter eadem consilia consil. 20. num. 100. versic. & etiam Illustriss. Dux Sabaudiæ, & ibidem in eodem volumine Cardinalis Simoneta consil. 23. num. 24. Rol. à Valle consil. 2. sub num. 112. vers. quod autem fuerit facta lib. 1. relato pariter inter consilia Mantuę consil. in ordine 26. num. 88. Eandemq; Marchiam prefati Duces Mantuę fatentur, & affirmant fuisse feudum pro se, & hæredibus masculis, & fœminis, vt patet in actis, & præcipuè in gemina positione casus in terminis vtraq; extracta ab archiuio Marchionali producta in actis, & impressa in eodem volumine consiliorum altera fol. 159. fac. 2. intitulata casus in terminis, & incipit Magnifici Comites, & alia fo. 164. similiter intitulata casus in terminis contra Illustrissimum Ducem Sabaudiæ, quæ incipit Illustrissimi Marchiones, in vtraq; enim positione casus in principio dicitur, quod Marchionatus Montisferrati ab antiquissimis temporibus fuit collatus ab Imperatoribus nõ solum pro masculis, sed etiam pro femellis in infinitum; & licet prima positio casus suppositis nominibus loquatur de Comitibus, & Comitatu Montuelli, attamen in effectu loquitur de Marchionatu, & Marchionibus Montisferrati, & super ea consuluit Socin. senior tempore Guilielmi primi Marchionis Paleologi, vt patet in eodem volumine con. 36. in ordine, & eodem tempore Aret. consil. 14. per totum super illa facti specie consuluit, idem etiam affirmant omnes præfati scribentes pro eisdem Ducibus Mantuæ, & inter alios Berous consil. 67. nu. 38. lib. 1. relato in volu. consiliorum Mantuę consil. 17. sub num. 35. vers. inter alia, vbi ait, quod feudum Marchionatus Montisferrati, quod habuerunt illi de domo Paleologa ab Imperatore, cõcessum fuit pro se, & hæredibus masculis, & fœminis, quo casu, inquit, fœminę ex pacto expresso in infinitum dicuntur vocatę masculis non extantibus, & plures alij quos longũ esset referre. Et propterea aiunt quod mortuo Ioan. Georgio Marchione sine liberis nullis existentibus masculis de linea Paleologorũ Marchionum feudum ad dictam Margaritam neptem, vti vocatam, & comprehensam in inuestituris de iure spectat, & pertinet, & ob id rectè, vt aiũt, ac decenter, vinente adhuc Io. Georgio patruo, ex nunc prout ex tunc eueniente casu mortis ipsius Io. Georgij sine liberis, fuerunt dicti Duces Federicus, & Margarita inuestiti per Carolum V. sub eadem forma videlicet, pro se, & eorum hæredibus masculis, & his deficientibus pro fœminis ad formam antiquarum, vt in in-

uestituris

ueſtiturls producdis. Illud pariter verum eſt feudum Marchiæ eſſe improprium quantum ad facultatem alienandi, prout admittunt etiam ſcribentes pro ipſis Ducibus Mantuę præcipuè Pariſ. conſ. 22. num. 20. & conſ. 23. num. 38. & 39. & ſeq. lib. 1. & in d. volumine conſiliorum Mantuæ conſ. 9. nu. 20. & ſeq. vbi pluribus oſtēdit eſſe improprium, idem quoque affirmant Hieronymus de Medicis Lucenſis, & Io. Baptiſta Albriſius Senatores Mantuani, Aduocati in hac cauſa pro ipſis Ducibus in eorū allegationibus impreſſis in alio volumine, fol. 15. fac. 2. verſ. Prætereà ſi aliquo modo, & omnes ferè alij, quos longū eſſet referre, & latius dicemus infra in ſecunda parte huius primæ partis, vbi de conceſſione Ottonis Imperatoris facta Aledramo primo Marchioni agetur, & etiam de inueſtitura Theodori prædicti, & in hoc omnes ferè conueniunt, nec videtur eſſe dubium.

Hoc ſic ſtante, quòd Marchia Montisferrati ſit feudum pro ſe, & hæredibus maſculis, & fœminis, ſuccedit regula, & communis concluſio, † quod quando fœminæ ſunt expreſsè vocatæ ad feudum, intelliguntur vocatæ ordine ſucceſſiuo, vt primo maſculi, deinde fœminæ admittantur, & conditionaliter dicuntur vocatæ, ſcilicet ſi nulli extent maſculi, tex. eſt in cap. 1. §. filia de ſucceſſ. feudi ibi, niſi inueſtitura facta ſit in patre, vt filij, & filiæ ſuccedant in feudo, tunc enim ſuccedit filia filijs non extantibus, vbi inter alios Præpoſit. not. Quòd pactum appoſitum in conceſſione, vel contractu etiam feudali recipit paſſiuam interpretationem, vt ſe conformet cum iure communi, ſtatuto, vel cōſuetudine, & ideo pactum, quod fœmina ſuccedat in feudo recipit interpretationem, ideſt maſculis non extantibus, & ad hoc dicit eſſe aurcum illum text. allegat etiam Bart. Petr. de Anchar. Bard. & alios, nam gerens actū inquit in dubio videtur ſe conformare iuri, vt valeat eo modo, quo de eo ius diſponit, ad idem eſt text. & ibi Doct. in cap. 1. §. ſimiliter el primo, de cap. qui cur. vend. & in cap. 1. §. quinetiam Epiſc. vel Abb. vbi Bald. ſummat dicens, quod fœmina poſita in copula cum maſculo non tamen ſuccedit ſimul cum eo, ſed ita demum, ſi maſculus non extet, idem dicit ibi Præpoſit. in primo not. & Martin. Lauden. ſummat. hoc modo, exiſtente maſculo fœmina nō ſuccedit, licet actum ſit, vt maſculi, & fœminæ ſuccedāt, Affict. in primo not. num. 12. Nam ſecundum præfatos Doctores † copulitiua hoc caſu attenta natura cōſuetudinis feudorum copulat verba, & non ſenſum, & intelligitur poſita potius in vim ordinis, quàm in vim copulæ, ſcilicet ſi nō extet maſculus, tunc ipſa fœmina debeat admitti, aliàs ſecus, ita Bald. in 1. quoties col. 2. verſ. ītē ex prædictis. C. de ſuis, & legit. Dec. conſil. 139. col. 1. verſ. ſed tamen, & colum. 2. Iacob. à ſanct. Georgio de feudis, in verbo, & fœminis col. 2. verſ. ſed quid ſi quis, vbi ait, quod hoc caſu copula, & non copulat æqualiter, ſed denotat ordinē ſucceſſiuum, dicens text. in d. §. quinetiam eſſe adhoc valdè notabilē, prædictis addo Alex. conſ. 29. quoniam abundè num. 5. & ibi Pariſiē ſes in additio. lib. 1. Aluarot. inter cōſilia Brunt conſ. 63. quia caſus præſens col. 1. & conſ. 65. ſuper caſu feudali col. 1. Gozad. pro Ducibus Mantuæ ſcribens aduerſus Marchionem Saluciarum competitorem conſ. 8. num. 8. & nu. 11. in fin. & idem conſ. 26. num. 32. poſt Calder. Aluar. & Fulg. in locis ibi relatis Berous d. cōſ. 67. lib. 1. & d. conſ 17. His addo Socin. iun. pro eſdem Ducibus in volumine conſiliorū Mantuæ conſ. 7. num. 118. vbi loquitur de inueſtitura Caroli IIII. quæ caritat pro maſculis, & fœminis, & ait, quod importantia illorum verborum eſt, quod donec maſculus ſupereſt ex primo inueſtito fœmina non vocetur, ſed vocetur, tunc quando nullus ſupereſt maſculus, idē ait Pariſ. pariter in caſu ſito ſcribens aduerſus eundem Marchionem Saluciarum inter eadem conſilia Mantuæ d. conſ. 9. num. 37. & 39. & 91. vbi prōterea ait, fuiſſe admiſſam Yolandam matrem Theodori primi, ſeu verius ipſum Theodorū primum Paleologum filium ipſius Yolandæ, Eo quia nullus erat maſculus ex Aledramo primo, & ideo arguit eodem modo debere admitti Margaritam nunc aſſentem, eo quòd nullus ſuperſit maſculus ex Theodoro, & conſ. 22. nu. 140. vbi ait, quòd conſideratis verbis conceſſionis Ottonis, primo vocantur maſculi, & illis deficientibus poſtmodum fœminæ, quæ non poſſunt venire, niſi poſt defectum omnium maſculorum, & quouſque vnus ex illis extat, fœminæ ſunt penitus excluſæ, vt per eum, idē dicunt omnes alij ſcribentes pro ipſis Ducibus quos longum eſſet referre, & eſt hoc veriſſimum, & indubitatum apud omnes.

Et ampliatur hæc concluſio, & regula † vt procedat non modo ſi feudum ſit paternum, ſeu maſculinum, ſed etiam ſi ſit ab initio ſœmineū, quia etiam in tali feudo fœminæ non admittuntur, niſi in ſubſidium non extantibus ſcilicet maſculis, vt eſt text. & ibi Doct. notant in cap. 1. de feudo fœm. aliàs de benef. fœm. Curt de feudis in 3. par. rubr. quomodo ſuccedant fœminæ in feudo, col. 2. limit. 2. verſ. ſtatum tamen limitationē, Cardinalis Zabar. cōſ. 64. nobilis domina Nera. col. 1. verſ. Sed in feudo fœmineo, & communē dicit Iul. Clar. de feudis quæſt. 72. col. 2. verſ. prætereà quæro, poſt Curt. iun. & Zaſ. per eum relatos, prædictis addo in terminis noſtris Berouī inter conſilia Mantuę conſ. 17. num. 9. 10 & 11. quod eſt lib. 1. ſuorum conſiliorum conſil. 67. Vbi ait, quod etiam quando feudum eſt omnino fœmineum, quod eſſe declarat, quando abſq; pacto tranſire poteſt etiam ad fœminas, ſemper tamen intelligitur, quod fœmina ſuccedat maſculis, non extantibus, allegat Abb. in cap. dilecti filij col. 3. de arbitris.

Item ampliatur dicta regula, † vt procedat in omni maſculo ex primo inueſtito, ſiue ſit ex maſculo, ſiue ex fœmina, & etiam ſi maſculus ſit remotior in gradu, fœmina vero proximior, quia nihilominus fœmina non admittitur, ſed maſculus, text. eſt notabilis in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis in eſt. accepit, vbi vaſſallus, qui feudum accepit pro ſe, & hæredibus maſculis, & fœminis, deceſſit relicta

lecta vnica filia, quæ in feudo succeſſit patri, eo quod nullus extaret maſculus, hæc nupſit, & viro feudum in dotem dedit, ex eo matrimonio nati ſunt duo filij maſculi, qui feudum diuiſerunt, vnus eorum moritur relicto filio maſculo, alter relictis duabus filiabus, oritur quæſtio de parte feudi, quæ erat patris filiarum, an in eo ſuccedere, & admitti deberent filiæ, an vero maſculus ſolus excluſis filiab', ſuper quo, vt dicit text. ſæpè fuit inter ſapientes diſputatū, & tādem pro maſculo fuit pronunciatum ſubdens rationem, & dictum generale, quia non patet locus fœminæ, donec ſupereſt maſculus ex eo, qui primus inueſtituram de feudo ſuſcepit, ecce quod ille text. determinat, quod quicunque ſit maſculus deſcendens à primo inueſtito, ſiue ex maſculo, ſiue ex fœmina, & licet ſit remotior, & fœmina proximior, nihilominus ipſe ſuccedit in feudo, & fœminas excludit, eum text. valdè cōmēdat ibi glo. in principio dicens notandum eo quod contineat caſum, qui ſæpiſſimè poteſt accidere: Vnde notant ibi omnes
6 Doct. † quod etiam maſculus ex fœmina dicitur deſcendere ex corpore primi inueſtiti, ita Bald. ibi col. 1. in prima oppoſitione, vbi opponit cōtra text. quòd ratio literæ videatur falſa, quia Titius primus inueſtitus non habet aliquē maſculum deſcendentem ex ſe, ſed ex filio filiæ, vt patet in themate 3. Reſpondet Bald. & ſoluit, q̄ ſiue per maſculos, ſiue per fœminas naſcantur poſteri, dicuntur deſcendere ex corpore primi inueſtiti per eum text. quem notabilē dicit, idē not. Præpoſ. col. 1. verſ. nota text. ibi, ex eo, qui primus, vbi etiam ait, q̄ deſcendentes per medium filiæ dicuntur ex corpore aui, & ex ipſo auo deſcendere, allegat eundē Bald. & poſt eū Paul. de Caſt. idem volentes in l. 1. C. de cond. inſertis, & eundē Pau. conſ. 159. col. 3. plures ad hoc refert Ripa lib. 1. reſponſorū cap. 1. nu. 78. & ſeq. repetit hoc idem Præpoſ. ibidē in d. cap. 1. col. 2. verſ. nota, quòd deſcendens, & Iacob. Aluar. col. 2. in 1. nota. ait, q̄ quando vaſſallus inueſtitur pro ſe, & hæredibus maſculis, & fœminis, in ſucceſſione talis feudi, donec extat maſculus deſcendens à primo inueſtito, ſiue deſcēdat per lineam maſculinam, ſiue fœmininam, non vocatur fœmina, quod eſt ſecundum eum nota. dignum, & multoties poteſt accidere de facto, & addit rationē, quia iſtud feudum à principio eſt paternum, licet ſit alteratū per pactum, vnde non curamus, inquit, quo tramite feudū deueniat, ſed attendimus primū eius principium, ſeu primam radicem, & fundamentum, vt in cap. 1. quib. mod. feud. conſtit. pot. & cap. 1. de benef. fem. omnes enim iſti poſteri, ait, dicuntur deſcēdere de corpore primi inueſtiti, vnde etiamſi feudū fuiſſet iam tranſmiſſum, ſeu transfuſum in fœminam, nihilominus in concurſu poſtea maſculi, & fœminę præfertur maſculus, & feudū quod declinauerat iam ad fœminas, ex quo habuerat initium à ſtipite maſculo reaſſumit naturam ſuam, vt maſculi præferantur fœminis, idē dicit ibi Præpoſ. col. 1. verſ. & ſic nota. & col. pen. circa fin. poſt Bald. col. 2 in princ. Paul. de Caſt. conſ. 176. videtur dicēdum dictam Mariā col. 2. lib. 1. & conſ. 300. viſo quodam proceſſu col. 3. verſ. è contra verò, & col. ſeq. lib. 2. Iacob à San. Georg. in verbo, & fœminis, col. 3. in prin. & ſeq. & ſic ex prædictis habetur alia ampliatio
7 ad dictam regulam, † vt procedat, etiamſi feudum quod fuit paternū, fuiſſet iam transfuſum, ſeu tranſmiſſum in fœminam, quia nihilominus in cōcurſu maſculi, & fœminæ, maſculus excludit fœminā, nec admittitur fœmina, donec extet maſculus, licet ſit ex fœmina, & etiamſi fœmina ſit proximior, & maſculus remotior, quia ſemper maſculus ex primo inueſtito excludit fœminam, et prædictis addo Curtiū de feudis par. 3. quæſt. 16. & in 2. par. quæſt. 4. col. pen. verſ. contra tamen hanc concluſionem, & ibi col. fin. in fin. adduxit pulchram rationem, & idem conſ. 140. num. 2. allegat Alex. d. conſ. 29. & ait, quòd nepos ex filia excludit neptes ex filio, quia cōſideratur tantum perſona primi inueſtiti, à quo feudum incipit, non autem perſona eius à quo feudum vacat. Stat itaque regula generalis, vt dicit Odofred. in ſua ſumma, prout refert Bartholom. de Scaramp. is inter conſilia Bruni cōſ. 108. nu. 25. quod fœmina nunquàm ſuccedit in feudo, donec ſupereſt aliquis maſculus ex eo, qui feudum primitus accepit: At in caſu noſtro extat, & ſupereſt maſculus ex Theodoro primo inueſtito, nempè Dux Carolus media perſona Yolandæ filiæ ipſius Theodori, quę nupſit Aymoni Comiti Sabaudiæ anno 1330. Nam, vt ex actis probatur, ex Yolanda, & Aymone natus eſt Amedæus, qui cognominatus eſt Comes Viridis, ex Amedæo alter Amedæus cognomē to Rubeus, ex Amedæo Rubeo alter Amedę', qui fuit primus Dux Sabaudiæ, ex iſto natus eſt Ludouicus, ex Ludouico Philippus, ex Philippo Carolus Dux, de quo nunc loquimur, qui extabat cēpore mortis Io. Georgij vltimi Marchionis ſine liberis defuncti; & ſic patet, quod aderat maſculus deſcendens ex Theodoro, ergo locus eſſe non debet Margaritæ fœminæ, licet proximiori ipſi Io. Georgio, in ſucceſſione feudi Marchiæ conceſſi pro maſculis, & fœminis ex regula generali d. cap. 1. de eo, qui ſibi & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis, quia non patet locus fœminæ, donec ſupereſt maſculus ex eo qui primus de feudo inueſtituram accepit.

Et licet prædicta concluſio ſatis probata videatur ex prædictis, nihilominus adhuc confirmatur pluribus authoritatibus, nam ſecundum eam conſuluit Anchar conſ. 174. incip. Dominus Lazarius, & conſuluerunt pariter idem Anchar. & Florianus de San. Petro inter conſilia eiuſdem Ancharani conſil. 359. Incip. Nos Petrus de Anchar. & Florianus de San. Petro, & illi conſilio ſubſcripſerunt, Iacobus de Mareſcalcis, & Io. de San. Petro Doctores Bononiæ conſuluit etiam Gaſpar de Calder. conſil. 13. incip. conceſſum eſt feudum rubr. de feudis, & idem Calder. inter conſil. Baldi lib. 2. conſil. 137. incip. Dominus Iordanus fuit inueſtitus, cui ſubſcripſit Philippus de Caſatis de Regio, & cum eo ſexdecim alij Doctores, vt ibi in fine conſilij legitur, & licet

in eadem ſpecie facti contrarium conſuluerit quidam Doctor Robertus de Riccardis de Saliceto, vt patet inter eadem conſilia Baldi conſ. 250. incip. dubium ſuper quo conſilium poſtulatur lib. 5. & Ang. conſ. 231. incip. Dominus Iordanus, attamen non eſt curandum de eorũ opinionestum quia loquuntur cõtra prædicta iura, & Doct. Tum etiam, quia in illamet ſpecie facti plures alij conſuluerunt contrarium, quia contra eos cõſuluerunt decem, & octo Doctores, quo fit, vt propter opinionem duorum non ſit diſcedendum ab opinione tot virorum, & quorum opinio habet pro ſe text. in d. cap. 1. de eo, qui ſibi, & hęredibus ſuis, cui præfati Riccardus, & Angelus conantur quidẽ reſpondere, ſed eorum reſponſio nõ eſt bona, dicunt enim, quod ideo in d. cap. 1. fuit deciſum pro maſculo, quia feudum peruenerat ad filiam primi inueſtiti, & nullo exiſtente maſculo fuerat in ea totaliter conſolidatum, ſecus autem ſecundum eas quando feudum non peruenit ad fœminã, nec in ea fuit conſolidatum, ſed continuauit in maſculos; Sed hæc conſideratio, & diſtinctio eſt vana, & reprobatur ex dictis per Aluar. Prepoſ. & alios communiter in d. cap. 1. quos ſupra citauimus, dum volunt, quod etiamſi feudum ſit tranſmiſſum, ſeu tranſfuſum in fœminam, nihilominus in concurſu maſculi, & fœminæ præfertur maſculus, & feudum quod declinauerat iam ad fœminas, ex quo initium habuerat à ſtipite, maſculo, reaſſumit naturam ſuam, vt maſculi præferantur fœminis, vt ſupra dicebamus: & in ſpecie contra hanc conſiderationẽ benè etiam dicebat Caſder. in conſilijs ſupra allegatis, ſicet de Riccardo, & Angelo mentionẽ non faciat, quòd ſi maſculus excludit fœminam, quãdo feudum iam ſuit tranſfuſum in fœminam, quantò magis maſculus excludet fœminam à ſucceſſione talis feudi, quando nunquã deuenit ad fœminas, nec vnquam extitit cõditio ſucceſſionis fœminarum in feudo, nam ſecundum
8 eum † facilius res, quæ aſſumpſit vnam naturã, ad illam reddit quàm nouam aſſumat. vt ff. de pactis. l. ſi vnus §. pactum verſ. quod in ſpecie, facilius res continuat ſuum eſſe, quàm de nouo fiat. l. ſi pluribus verſ. quod ſi vna. ff. de verbor. oblig. Ecce quomodo Calder. & alij cum eo ibi ſubſcripti, apertè oſtendunt conſiderationẽ præfatorũ Riccardi, & Angeli non procedere, & vt dixi licet de illis Calderinus mentionem non faciat, attamen arbitror ipſum vidiſſe eorum conſilia, quia, vt puto, ſuper eo facto fuerunt primo conſulti præfati Angelus, & Riccardus, & deinde poſt eos Calderinus, qui viſis conſilijs prædictorum fuit contrariæ ſententię, & cum eo cõcurrerunt alij Doctores, vt ſupra dicebamus, & vbi conſideratio Riccardi, & Angeli procederet dicimus, quod quantum ad caſum noſtrum non obeſſet, eo quia feudum peruenit iam ad fœminam, & ad eius deſcendẽtes uempè ad Yolandam matrem Theodori, ſeu ad ipſum Theodorum, & in ipſis fuit conſolidatum, vt vtar verbo illorum Doctorum, nam per mortẽ Ioannis vltimi Marchionis de linea Aledrami ipſa ſucceſſit in feudo Marchię & per eam peruenit feudum ad Theodorum, & deſcendentes ſucceſſiuè; vnde quantum ad Theodorum, qui fuit primus de linea Paleologorum inueſtitus, feudũ poterat dici materni, licet quantum ad Yolandam matrem eſſet paternum, & ſic opinio Riccardi, vbi de iure procederet, quod tamen negatur, nec etiam nobis obeſſet; Non omitto, quod etiam in illo caſu Calderini, & Riccardi reperio conſuluiſſe Baldũ conſilio 202. incip. inueſtitura Domini Iordani eodẽ lib. 5. Sed in caſu, ſuper quo Baldus fuit conſultus, licet ageretur de eodem feudo, attamen quæſtio erat inter fœminas deſcendentes à primo inueſtito, & quærebatur an ad ipſas feudum pertineret, & ad quam ipſarum, ſed vt cõijcio, venit poſtea de medio maſculus ex fœmina, qui ſolus ſupererat deſcendens à primo inueſtito, pro quo conſuluerunt Calder. & alij, quòd ad eum feudũ ſpectaret excluſis fœminis, vnde conſilium Baldi non facit ad caſum, licet fuerit ſuper eodem feudo.

Addo quod Calderinum refert, & ſequitur Socin. ſen. conſil. 252. viſis inſtrumentis col. 11. verſ. primum ſucceſſio, & col. ſeq. verſ. & ideo lib. 2. Eundem refert quoque, & ſequitur Nicolaus Euerard. Præſes Senatus Belgici apud Mechliniam in locis argumentorum legalibus, loco à ſubiecta materia col. 9. verſ. hinc etiam videmus, folio mihi 486. & ſeq. vbi refert, ita pridiem ſe conſuluiſſe in ardua quæſtione, & vidiſſe ſic iudicare in magno conſilio Cæſaris in ſimili quæſtione non minus ardua in quodã feudo Zelandieo, quod memoriæ cõmendandum ait, quia quotidianum, & valdè ſingulare, & quilibet ſecundum eum prima facie contrarium, diceret, addo etiam prædictis Zaſium ſuo libello feudorum par. 8. in 2. particula concluſione 2. num. 51. verſ. Nec contra, vbi ait, quod præfertur maſculus fœminis, quocunque etiam remoto gradu ſit maſculus, & ibi in 3. concluſione, num. 52. ait, quod in tali feudo pro maſculis, & fœminis conceſſo, donec extat maſculus, ſiue per maſculinam, ſiue fœmininã lineam à primo inueſtito deſcendat, fœmina non vocatur, adducit etiam ad hoc text. in d. cap. 1. §. ſimiliter el 1. de cap. qui cur. vend. vbi glo. & Doct. addo etiam Brunum conſ. 78. col. 1. verſ. Nec obſtat, ſi præſupponamus, vbi ait, quòd nõ attenditur, an fœmina ſit proximior, ſed attenditur, an ſupſit maſculus ex eo, qui primam inueſtiturã accepit, & ſic in infinitum inquit per d. cap. 1. de eo, qui ſibi, & hęredibus, ſuis, & in terminis noſtris pro ipſa Margarita ſcribens dicit Berous conſ. 17. num. 49. quod eſt d. conſ. 67. num. 30. verſ. vel quarto reſponderi poteſt, vbi deficendo ipſam Margaritam, quod non dicatur perpetuò excluſa, multis modis reſpondet ad §. quinetiam Epiſc. vel Abbatem, & inter cætera ait, quod fœmina ſemel à maſculo excluſa perpetuò remanet excluſa, hoc eſt, inquit, gradu remotiſſimo, vt in d. §. quinetiam iuncto cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis, & ſic quouſque reperiũtur maſculi in infinitum etiã in gradu remotiſſimo, vt in dicto §. quinetiam iuncto cap. 1. de eo qui ſibi & hæred. ſuis, & ſic

Berous

Berous apertè vult omnes masculos in infinitum quicunque sint, etiam in remotissimo gradu excludere fœminas, consuluit etiam secundum prædictam conclusionē Io. Baptista Ferretus doctor Vicentinus consil. 103. in 4. dubio num. 12. & consil. 106. num. 1. & num. 3. vers. non obstant iura, ac nu. 4. concludens, quod in feudo paterno, quod dicitur esse, quod initium habet a communi parente totius agnationis, si cōcessum sit pro masculis, & fœminis, tunc masculi descendentes per fœminas primi inuestiti præferuntur fœminis in successione talis feudi, quia tunc non est differentia, vtrum masculus descendat per lineam masculinam, siue fœminam, & latius idem Ferretus consil. 105. in causa feudi, num. 13. & seq. concludit, post eundem Alexandrinum, & Anchar. quos refert, & per prædicta iura, quòd in successione talis feudi concessi pro masculis, & fœminis, non attenditur, nec consideratur proximitas sanguinis fœminæ respectu personæ illius, à quo feudum vacat, sed attenditur tenor pacti, seu conuentionis inuestituræ, quæ vult, quod donec superest masculus ex inuestito fœmina non admittatur, sed admittatur masculus, licet remotior, addo prædictis Raphaelem Fulgos. consil. 229. incip. cum nobiles de Vico col. 2. quem refert, & sequitur Curtius de feudis in 3. parte quæst. 22. concludentes, quòd quando feudum est acceptum pro se, & hæredibus masculis, & fœminis, donec sunt masculi non admittuntur fœminæ, nec consideratur stipes, vel gradus proximitas, & ibi idem Fulgosius in fin. ait, gradus proximitatem non ad personam vltimo morientis esse referendam, sed primi parentis personam, qui feudum acquisiuit prospiciendā esse. Et ex his satis patet quod omnes Doct. legendo, & consulendo, ac etiam iudicando hanc conclusionem tenent, & sequuntur.

9 Et tantò magis procedit conclusio † quando feudum est cum dignitate regali, prout in casu nostro, nam etiam in dignitate nō feudali puta Regno, Comitatu, vel Marchionatu fœmina non admittitur, nisi deficientibus masculis, sed masculi etiam tunc fœminas excludunt, ita Io. Fabri in §. ceterum, circa fin. instit. de legit. agn. succeſſ. quem refert, & sequitur Nat. consil. 676. num. 38. & 39. vbi ait, quod fœmina non succedit, in Baronia extantibus masculis, etiam in remotiore gradu, ad exemplum feudalium bonorum cap. 1. de succeſſ. feudi cap. 1. de benef. fœmin. Bald. in l. 1. ff. de Senato. vbi ait, quod masculi potiusquam fœminæ succedunt in Regno, & in l. in multis. ff. de statu hom. & in cap. 1. §. hoc quoque col. 3. vers. tu dic, quod opinio Iacobi de succeſſ. feudi dicens, fœminam succedere in Regno scilicet non existente masculo, & Bald. refert, & sequitur Corset. de potestate Regia in 4. par. quæst. 64. circa fin. & idem Bald. in cap. significatur col. 1. de rescript. vbi loquēdo de illo text. in quo soror succeſſit fratri in Comitatu ait, quòd ille Comitatus, de quo ibi non erat feudum, sed proprium, & regale patrimonium, & ideo tradimittitur ad fœminam, vt in Comitissa Matilda inquit, & hoc mortuo masculo ait, nam donec viuit aliquis masculus aptus succedere fœmina non succedit, idem vult Abbas in cap. dilecti filij colu. 3. circa med. de arbitris, vbi etiam ait, quod si res non est feudalis, est tamen dignitas, puta Regnum, Comitatus, Ducatus, vel quid simile, tunc succedit primogenitus masculus, & succeſſiue secundo genitus, & alij donec extant, masculis autem non extantibus succedit fœmina, & hos refert, & sequitur Tiraquellus de iure primog. quæst. 10. num. 9. & 10. quamquam multi teneant fœminam in dignitatibus non feudalibus non admitti, nisi aut priuilegio, aut consuetudine, vt tenent Imo. Filipp. Franc. & Gemin. in cap. grādi de supplen. neglig. præla. Sed quicquid sit hoc vnum est verum, quod admittuntur tantū non extantibus masculis, multò ergo magis in dignitatibus feudalibus locus non est fœminæ in successione dignitatis feudalis, donec extat aliquis masculus, prout hanc esse veram conclusionē in terminis nostris aiunt Lucensis, & Albrisius Senatores in volumine suarum allegationum aduersus Marchionem Salutiarum folio 16. facie prima; Et propterea in feudo, de quo agitur arguebat pro Margarita Berous d. consil. 17. num. 35. in fine, & seq. quod est dict. consil. 67. num. 38. & 39. Quod cum nulli extent masculi descendentes ex Theodoro, ipsi Ducissæ Margaritæ, quæ est defendens ex Theodoro, & de domo Paleologa, per obitum vltimi Marchionis nullis alijs extantibus masculis descendentibus, qui de iure admitti possent, apertum dicitur, inquit huiusmodi feudum Marchionatus, allegat Abbatem in dicto cap. dilecti de arbitr. & in dicto cap. significauit & Bald. in l. fin. C. de fuis, & legit. Quo fit, vt sine vlla difficultate procedat supradicta conclusio in casu nostro, quòd ad succeſſionem huius feudi cum dignitate non debeat fœmina admitti, do-
10 nec extat masculus ex Theodoro, & † ratio prædictæ conclusionis est, vt eleganter dicebat Bald. in dicto cap. 1. §. similiter de cap. qui cur. vend. Quia, quod potissimum est in generatione, & præstantissimum in seruitiorum prælatione illud in succedendo antefertur, naturali ratione, hoc enim operatur qualitas, & prærogatiua sexus, quæ in feudis magis considerantur, nam masculi aptiores sunt ad præstanda seruitia pro domino, fœmina verò non est apta per se arma portare, & domino succurrere, & ea facere, quæ in iuramento fidelitatis continentur, ideo nimirum si etiam vocatæ ex pacto nūquam admittuntur; nisi tunc demum, quando nullus extat masculus ex primo inuestito, siue sit ex masculis, siue ex fœminis, & similē rationē adducebat idem Bald. in l. liberti num. 23. C. de operis liberto. dicens, hoc ideo esse, quia in virili officio propter quod feuda sunt instituta, fœmina est extra ordinem, & ideo ordinarium auxilium præfertur fœminæ, quæ vt ita dixerim, inquit, est actio subsidiaria.

11 Procedit autem † conclusio prædicta in feudo recto, & simplici, quale est in casu nostro; nam dicitur rectum, & simplex feudum iuxta Bald. & alios in prælud. feud. & ibi inter alios.

Lauden.num.33.& Doct. comm uniter in cap. 1.§.fin.ut.de cap.qui cur.vend.quando non eſt conditionatum, hoc eſt datum ad certum, & determinatum ſeruitium, nam quando eſt non rectum, hoc eſt conditionatum, ſeu datum ad certum, & determinatum ſeruitium, tunc non procederet dicta cõcluſio, prout ita limitat Bal. in d.§. quinetiam Epiſc. vel Abb. col. 1. verſ. & eſt ſpeciale in feudis ſimplicibus, poſt Iacob.de Beluiſ.in fine, qui aiebat, ita in facto vidiſſe ſeruatum in Regno Siciliæ, idem Bald. in l. quoties col. 2.C.de ſuis, & legit. Iacobi à San. Georgio in verbo, & fœminis col. 2. verſ. limitabitis tamen textum, Præpoſ.in d.§. quinetiam col. 1. in fin vbi tamen declarat hoc procedere, quod fœmina ſuccedat in feudo conditionato, hoc eſt dato ad certum, & determinatum ſeruitium quod per fœminam commodè explicari poſſit, quando feudum eſt tale, & fœmina ex tenore inueſtituræ eſt expreſsè vocata, tunc enim ſecũdum eum debet fœmina ſimul cum maſculo admitti, non autem ordine ſucceſſiuo cum Baldo tenet etiam Dec. conſ. 208. col. 2. & conſ. 269.num.6.verſ.ſimiliter ſi eſſet feudum.

Contra tamen hanc limitationem Baldi tenent multi præcipuè Arctin. conſ.pen.colum. fin. verſ.ſupereſt, vt breuiter, & Alex. conſ. 29. col. fin.in fin.lib.1.Iaſ.conſ.114.col.2.verſ. Nec obſtat lib.1.idem Alex. conſ.9.col.2.verſ. Non obſtat etiam, & col. 1. verſ. Ad hoc reſpondetur lib. 5. vbi aperte improbat opinionem Baldi, dicens text. per ipſum Baldum allegatũ pro fundamento ſuæ opinionis non eſſe auctenticum, & cum eodem Alexandro contra Baldũ tenet etiam Curtius de feudis in d. 3. par. queſt. 9. & in eadem parte d.quæſt.16. verſ. Secundò ſublimitate, adducens rationem, eo quia multæ inquit, ſunt cauſæ, ſeu rationes, quibus fœmina non ſuccedit in feudo, & in propoſito ait, ratio. §. quinetiam fuit illa, quia præſumitur, quod concedens potius voluerit maſculum ſuccedere, quàm fœminam, & iſtud. Ideo, quia maſculus poteſt magis ſuccurrere domino, quàm fœmina, non ſolum in præſtatione ſeruitij, ſed etiam in omnibus alijs, quæ continentur in iuramento fidelitatis; cùm ergo iſta præſumptio reſultet, ex pluribus rationibus, licet vna ceſſet, tamen non ceſſabit diſpoſitio, & effectus iuxta. §. affinitatis, inſtit de nupriis, & licet Socin. ſen. conſ. 257.incip. viſis inueſtituris colum. 2. lib. 2. teneat, quod in feudo conditionato ſimpliciter conceſſo fœmina admittatur, attamen quãdo tale feudum eſt expreſsè conceſſum etiam pro fœminis, vult quod tunc cenſeatur conceſſum ordine ſucceſſiuo, ſcilicet, deficientibus maſculis, vt ibi per eum colu. 3. verſic. Nec prẽmiſſis obſtat, & hoc, vt puto eſt ex præſumptamente concedentis, vt ſupra etiã dicebat Curtius; & ſic patet ex prædictis, quòd ſiue feudum ſit rectum, & ſimplex, ſiue ſit conditionatum omni caſu fœmina non admittitur ad ſucceſſionẽ feudi, niſi deficientibus maſculis, & hanc puto veriorem, & erit alia ampliatio ad prædictam noſtram concluſionem, & licet ſuperfluũ videatur hæc dixiſſe, cùm in caſu noſtro feudũ ſit rectum, & ſimplex, ideſt non conditionatũ ſeu datum ad certum, & de terminatum ſeruitium, attamen placuit hæc dixiſſe, vt videatur quod ſi fœmina non admittitur etiam in feudo conditionato extantibus maſculis, quantomagis in caſu noſtro debuit admitti extante maſculo? Cum ſimus in feudo recto Sacri Romani Imperij, & cum dignitate, in quo profectò, multo magis debet maſculus præferri. Et negari non poteſt quin Dux Carolus eſſet magis aptus, & potens ad ſeruiendum Imperatori, & ei ſuccurrendum, & præſtandum ea, quæ in iuramento fidelitatis continentur, quam Margarita, etiam quòd ipſa eſſet parata præſtare per maritum, qui cum ea fuerat inueſtitus.

Et ſi dicatur, aduerte, quia textus in quo fundas concluſionem tuam in d. cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis, ſequitur quando fœminæ vocantur in inueſtitura per verba conditionalia, ſcilicet, deficientibus maſculis, vt patet ibi dũ dicitur, vel his deficientibus, ſed in caſu noſtro vocantur copulatiuè, ſcilicet, pro hæredibus maſculis, & fœminis, qui caſu videntur diuerſi. Reſpondetur 12 † idem ius eſſe in vtroque caſu, & ille text. ſecundum communẽ intellectum procedit, ſiue tenor inueſtituræ fuerit conceptus copulatiuè, pro ſe, & hæredibus maſculis, & fœminis, ſiue pro ſe, & hæredibus maſculis, & his deficientibus pro fœminis, ita tradunt ibi Matt. Lauden. ſub.nu. 1.verſ.in contrarium arbitror, Præpoſit. col.pen.verſ.Sed, quia iſte textus communiter, & Bald.in d.l.quoties col. 2. nu.6. C. de ſuis, & legit. & hos caſus purificant Calder. & alij in conſilijs ſupra relatis, & probant etiã iura ſupra adducta, & Doctores, dum aiunt, quod vbi fœminæ vocantur ad feudũ, & cum eis maſculi copulatiuè, intelliguntur vocatæ ordine ſucceſſiuo, ſcilicet maſculis non extantibus, ita probat text.in d.§ filia de ſucceſſ.feudi, dũ ait tunc ſuccedit filia filijs non extantibus, idem eſt ergo dicere, pro maſculis, & fœminis, & dicere pro maſculis, & eis non extantibus, vel eis deficientibus, pro fœminis, & ne diſcedamus à textu d.cap.1. hoc ibi aperte probatur in textu iuncta rubrica, nam rubrica eſt copulatiuè concepta, dum dicit, de eo qui ſibi, & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis inueſtituram accepit, ex ea enim ſumitur argumento, & intellectus ad nigrum, in quo dicitur, & his deficientibus pro fœminis ad tradita in l. Imperator. ff. de in diem addictio, & in l. 1. ff. ſi cert. pet. vbi Alex. col. 1. & Dec. col. 4. Rubrica ergo iuncta nigro aperte probat hos caſus eſſe ſimiles, & eadem eſſe vim verborum: & facit, quia vtroque caſu procedit ratio, de qua ibi in text. dum ait, non enim patet locus fœminæ, donec ſupereſt maſculus ex eo, qui primus inueſtituram accepit, quod dictũ vt generale reſpicit vtrunq; caſum, militant etiã aliæ rationes ſupra adductæ, maximè prærogatiua ſexus, & veriſimilis mens contrahentium, ideò cum eædem rationes militent vtroq; caſu, idẽ quoque ius eſſe debet vulgat. l. illud. ff. ad leg. Aquil. cũ concord. & vlterius in caſu noſtro, pars fatetur fuiſſe conceſſum fœ-

dum-

dum, de quo agitur etiam sub ea forma, & deficientibus masculis pro fœminis, pro vt sub hac forma leguntur inuestiti per Imperatorem præfati Duces Federicus, & Margarita, & in hoc nulla est difficultas, licet visū fuerit de hoc quoque verbum facere, vt nihil intactum relinquamus, si fieri potest.

Remanet itaque ex supradictis vera, & firmà conclusio, quòd in feudo Marchiæ, de quo agitur, concesso pro hæredibus masculis, & fœminis, non pateat locus fœminæ ad successionem feudi, donec extet aliquis masculus descendens ex primo inuestito, prout veram esse fatentur quoque præfati scribentes pro ipsis Ducibus Mantuæ, nempè collegium Bononiense Paris. Berous Socin. & alij supra relati, arguentes propterea, Margaritam debuisse admitti, eo quod nulli extent masculi ex dicto Theodoro, non aduerteutes, quòd ipse Dux Carolus extabat ex Theodoro, & hoc, quia facta fuit probatio pènè in fine processus, quod Carolus præfatus esset descendens ex Theodoro, per productionem scilicet instrumenti, contractus matrimonij initi inter Aymonem Comitem Sabaudiæ, & Yolandam filiam præfati Theodori primi Marchionis Paleologi, & aliorum iurium, ex quibus probatur genesis, & descendentia dicti Caroli per rectam lineā ex dicta Yolanda, & consequenter ex præfato Theodoro; quo fit, vt propterea præfata Margarita neptis Ioanni Georgij vltimi Marchionis non possit, nec debeat admitti ad feudum Marchiæ existente præfato Duce Carolo masculo ex Theodoro primo inuestito, sed ipse Carolus etiam si sit in gradu remoto, debeat tamen ex tenore inuestiturarū succedere, & præferri fœminæ, licet proximiori; quæ conclusio eo verior, & firmior redditur pro Duce Caro-
23 lo, eo quod probetur fuisse setuatum in feudo Marchiæ, de quo agitur, masculos semper successisse, & donec extiterunt masculi nunquàm fœminæ fuerunt admissæ, sed eis deficientibus tantum, prout exemplificant; præfati scribentes Mantuani de Yolanda sorore Ioannis vltimi Marchionis de linea Aledrami, & matre præfati Theodori primi, nam tunc ipsa succedebat in feudo, quia nullus extabat masculus ex Aledramo, si enim extitisset aliquis masculus ex ipso Aledramo, etiam ex femina, vtique ille successisset, & Yolandam excluisset, ex supra adductis; imò cum reuera Marchionatū tenuerit, & de eo fuerit inuestitus Theodorus filius Yolandæ, & sic masculus ex fœmina, nec appareat, quod ipsa Yolanda habuerit feudum, sed successiuè omnes descendentes ex Theodoro, certè dicendum est masculos ex feminis, succedisse, & excluisse feminas, & ita inductā obseruantiā, quoad masculos ex feminis, prout ex admissione Theodori obseruantiā fuisse inductam attestatur, & exemplificat Paris. d. conf. 22. lib. 1. num. 24. & sub nu. 26. vers. Tum etiam, quia ita aliàs fuit obseruatum in Theodoro, & in volumine consiliorum Mantuæ d. conf. 4. num. 26. & num. 30. obseruatum quoque videmus in linea ipsius Theodori, quod ea durante masculi, qui etiam dicuntur ex femina nempè Yolanda semper successerunt, fœminæ autem etiam proximiores fuerunt excluſæ à masculis remotioribus iuxta d. cap. 1. & alia iura supra adducta, vt fuit tempore mortis Gulielmi Marchionis primi huius nominis filij Io. Iacobi, nam eo mortuo relicta Blanca filia, & hærede ab intestato successit in Marchionatu Bonifacius patruus, qui vt in inuestitura sibi facta per Federicum III. anno 1487. ait, fè Gulielmo fratri sine filijs masculis defuncto succedere in Marchionatu, & sic, vt masculus etiam remotior excluſit Blancam filiam fratris; Idem etiā fuit obseruatū in ipsamet. Margarita nunc aduersante, quæ mortuo Bonifacio Marchione fratre suo, à quo fuerat excluſa, nō tamen post eius mortem ipsa licet proximior, & hæres fratri ab intestato, fuit admissa, sed fuit adhuc excluſa per Io. Georgium patruum licet remotiorem, & de huiusmodi obseruantia, seu consuetudine deponunt testes parte Ducum Mantuę examinati, nempè decimus, ac duodecimus qui dicit, ita vidisse semper obseruari, videlicet filias fœminas à masculis excludi, & Decimus tertius dicit, Bonifacium successisse in Marchionatu excluſis filiabus Gulielmi fratris Marchionis prædefuncti, quia ita est consuetudo, inquit, in Marchionatu Montisferrati, idem dicit Decimus quartus testis, et Decimus quintus ait similiter, Bonifacium successisse fratri in Marchionatu excluſis filiabus fratris, nec scit rationem, nisi quia ita vidit obseruari, inquit. Decimus octauus, dicit, quod de consuetudine, quod masculi collaterales ex consuetudine domus Paleologę excludunt fœminas descendentes publicè audiuisse, & ipse pro tempore suo vidisse, quod quoties casus occurrit, ita seruatum est, & Vigesimus tertius dicit, quòd duabus vicibus suæ memoriæ vidit masculum excludere fœminas videlicet quando successit Bonifacius, & Io. Georgius, et Vigesimus quartus dicit, quod Bonifacius successit in Marchionatu tanquam masculus; ex quibus quidem satis dicitur probata consuetudo, seu obseruantia in hoc feudo, & consequenter inducta declaratio, quòd iuxta dispositionem iuris, fœminę non admittantur ad hoc feudum, donec supereſt aliquis masculus ex primo inuestito licet remotior.

Nec dicatur, quod casus supra relati non pbant, eo quia in illis fœminis fuerunt excluſæ à masculis per lineam masculinā Theodori, sed non probatur, quòd aliquis casus extiterit excluſionis fœminarum per masculos ex feminis eiusdem Theodori, prout nunc agitur; Quia respondetur, quod idē est in vtroque casu, siue simus in masculis ex masculis, siue ex feminis, eo quia semper militat ratio, & dispositio text. d. cap. 1. de eo, qui sibi & hæredibus suis, & vt ait) ibi Andreas de Isernia, consideratur tantū an supersit masculus ex eo, qui primus inuestituram de feudo accepit, quia non patet locus fœminæ, donec supereſt masculus ex eo, siue per lineam masculinam, siue fœmininam, vt supra probauimus; Vnde idem est, ac si casus supra relati contigissent in masculis ex feminis,

quia eodem modo excluſſiſſent prædictas fœminas, ficati maſculi ex maſculis, & ſic eſt expedita prima pars principalis.

SVMMARIVM.

1 Verbum hæredibus in inueſtitura feudi intelligitur de deſcendentibus maſculis.
2 Fœminæ, vbi non admittuntur ad ſucceſſionem feudi, nec etiam tunc maſculi ex eis admittuntur.
3 Inueſtiturę tenor præcipuè attendi debet.
4 Ottonis Imperatoris conceſſio facta Aledramo primo Marchioni Montiſferrati, an ſit donatio, an verò feudum contentio eſt inter Doctores.
5 Inſtrumento nullum verbum, nec etiam ſyllaba cenſetur ſuperfluè appoſita.
6 Iuriſdictio in dubio cenſetur conceſſa in feudum.
7 Ottonis conceſſio facta Aledramo Marchioni, an cenſeatur donatio, vel feudum ex ijs, quæ ſubſecutę ſunt declaratum extitit.
8 Verba etiam narratiua, & enunciatiua in antiquis probant feudum.
9 Feudum probatur ex præſtatione ſeruitiorum.
10 Feudum probatur per confeſſionem ex certa ſcientia factam.
11 Feudum probatur ex eo, quod res reperitur annotata in regiſtro rerum feudalium.
12 Feudalem rem propriam facere quis cenſetur per cõfeſſionem, quod ſit feudalis, quia confeſſio loco traditionis eſt.
13 Theodorus primus Marchio Paleologus confitendo Marchiam fuiſſe, & eſſe feudum Imperij, an nouum feudum conſtituiſſe voluerit.
14 Feudum etiam per famam probari quando ſumus in antiquis.
15 Diſpoſitio generaliter loquens generaliter debet intelligi.
16 Fundans intentionẽ in certo tẽpore illud debet probare.
17 Feudum antiquum dicitur à quarto gradu ſupra, paternum autem vſque ad quartum gradum
18 Verbum nullum in quacunque diſpoſitione cenſetur ſuperfluè appoſitum.
19 Caroli IIII. Imperatoris conceſſio facta Ioanni Marchioni Montiſferrati fuit in feudum.
20 Gozadinus conſil. 8. nu. 27. dicens conceſſionem Caroli IIII. factam Ioanni Marchioni Montiſferrati eſſe donationem non feudum reprobatur.
21 A prioribus inueſtituris non receditur, nec receſſum eſſe cenſetur per poſteriores niſi expreſſè dictum ſit.
22 Caroli IIII. Imperatoris conceſſio facta Ioanni Marchioni Montiſferrati declaratur.
23 Verba, ita quòd, & verbum videlicet ſtant declarationi ad præcedentia, idem de verbis, ita tamen, ibidem.
24 Verbum hæredibus in inueſtitura Henrici VII. facta Theodoro primo Paleologo quemodo intelligatur.
25 Verba, ita quòd, non ſolum inducunt declarationem ad præcedentia, ſed etiam augmentum.
26 Marchiones Montiſferrati ante Theodorum primum Paleologum tenuerunt Marchionatũ pro maſculis, & fœminis.
27 Feudum de vna familia ad aliam tranſit cum ſua qualitate, & eadem natura.
28 Verbum hæredibus in inueſtitura Theodori primi Paleologi intelligi iuxta proprium ſignificatum pro maſculis & fœminis.
29 Actum nullum quemquam velle facere non cenſeri.
30 Conſuetudo in feudis interpretatur pactum, & inſtitutum.
31 Conſuetudo per vnicum actum ſucceſſiuum inducitur.
32 Verbum hæredibus in feudo impropriè alienabili fiat propriè comprehendens maſculos, & fœminas.
33 Verbum, ſicut, importat omnimodam ſimilitudinem in ſubſtantia, & qualitate.
34 Dicta in præfationibus repetita & conceſſa cenſentur inſequentibus.
35 Verbum hæredibus, in feudo impropriè alienabili comprehendere maſculos, & fœminas.
36 Feudum pro hæredibus maſculis, & fœminis, vel pro hæredibus viriuſq; ſexus ſi concedatur, an ſit differentia.
37 Fœminas in feudo Marchiæ Montiſferrati admitti tantum deficientibus maſculis ex obſeruantia declaratum extitit.
38 Feudum Marchiæ Montiſferrati nouam qualitatem non ſumpſiſſe per conceſſionem Carolo IIII. factam Ioanni, ſed ſub eadem fuiſſe cenſuum, quam antea habebat tempore Theodori, & anteceſſorum.
39 Inueſtiturarum antecedentium à tenore eccęſſum non cenſeri niſi expreſſè dictum ſit.

CONS. VII.

Gratio nunc ſecundam partem huius primæ partis, in qua, vt dicta concluſio clarior, & firmior reddatur pro Duce Carolo, remouebimus quæcunque contraria.

Primo itaque opponitur, quòd licet Theodorus fuerit primus de linea Paleologa inueſtitus de Marchia, à quo omnes deſcenderunt, etiam Dux Carolus, attamen non legitur inueſtitus pro ſe, & hæredibus maſculis, & feminis, ſed pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, vt patet in inueſtitura eidem conceſſa ab Henrico VII. anno 1310. quo caſu, † verbum hæredibus, intelligitur de deſcẽdentibus maſculis, vt eſt text. in §. & ſi clientulus de alien. feudi. vbi Bald. in 8. not. & Præpoſit. col. 1. verſ. nota tex. quod in materia feudalia, & ibi etiam Afflict. in 2. not. nu. 8. dicens, quod in materia feudali appellatione hæredis intelligitur de filio maſculo, & de deſcendente, non autẽ de extraneo, nec de fœmina, ad idem eſt text. in cap. 1. §. fin. in fin. ſi de feudo fuer. cõtrouer. inter dom. & agn. vbi Bal. notat, tradunt communiter Doct. in l. Gallus. §. etiãſi parente. ff. de liber. & poſthumis, & hanc eſſe communem opinionẽ atteſtatur Iul. Clar. de feudis qnæſt. 33. col. fin. verſ. ſed quid ſi feudum, vnde patet, quòd ex forma illius inueſtiturę Theodori, fœminæ non fuerunt vocatæ ad hoc feudum, quinimò ex tenore illius excluduntur, & ſunt incapaces feudi, de quo 2 agitur, † quòd ſi ipſæ non admittuntur, nec etiã deſcendentes ab eis etiam maſculi admitti poſſunt vt in cap. 1, §. hoc autem notandum de ijs, qui feud. dare poſſ. ibi, & filii ex ea, vbi nota. & in cap. 1. verſ. ad filias verò de ſucceſſi. fratr. & grad. ſucced. in feudo, & in ſpecie q̃ ex dicta inueſtitura Theodori non vocentur fœminæ

minæ diceba t Nicola. Alipran. inter consilia Ducum Mantuæ consil. 30. num. 4. & seq. Vnde licet Dux Carolus sit descendens masculus ex Theodoro, attamen si Yolanda filia ipsius Theodori à qua ipse Dux Carolus descendit, non comprehenditur in inuestitura patris, ergo nec etiam Dux Carolus dicetur comprehẽsus in pacto, & inuestitura Theodori, & consequenter cessat dicta conclusio pro eo firmata. Ipsa autem Margarita neptis Io. Georgij non venit ad feudum ex persona Theodori primi, neque ex tenore inuestituræ ipsi Theodoro factæ, vt omnes scribentes pro ea dicunt, sed venit ex persona Ioannis filij ipsius Theodori, & virtute inuestituræ eidem Ioanni concessæ per Imperatorem Carolum IIII. anno 1355. in actis productæ, vt aiunt, quæ cantat pro se, & hæredibus suis masculis, & fœminis, cuius virtute femina redditur capax feudi, & ad illius successionem admittitur, non autem per inuestituram Theodori, ex inuestitura autem Ioannis Dux Carolus non vocatur, cum non descẽdat ab eo ideo, &c.

Ad hanc oppositionem, quæ prima facie vrgere videtur, & fortasse aliquos decepit, existimantes propterea Ducem Carolum iure feudi ad Marchionatum venire non posse, de facili respondetur, & pro responsione, quia à primordio tituli posterior formatur euentus. l. 1. C. de impo. lucra. descript. lib. 10. recurrendum est ad primordialem concessionẽ factam Aledramo Saxono primo Marchioni Montisferrati ab Ottono Imperatore anno salutis 967.
3 de qua in actis † cuius tenor præcipuè attendi debet cap. 1. de duob. fratr. à cap. inuesti. ibi propter tenorem inuestituræ, & cap. 1. §. si cui de quibusd. cap. extraord. Ibi sermonem tamen inuestituræ, nec non vim verborum, & sensum cõtrahentium intuentes, & vbique Bald. & alij notant, & alibi sæpè Doct. De ea autem cõcessione, quia multa per scribentes ab vtraq; parte dicta sunt, ideò circa eam non multum insistã, nisi quatenus ad rem nostram attinet; Nam inquantum Mantuani sentientes eam cõcessionem valdè eis obesse, asserunt in primis de ea legitimè non cõstare, quia in actis producta tantum sint exempla, quæ non probant secundum eos, cùm non constet de originali, auth. si quis in aliquo. C. de edendo, abundè huic oppositioni fuit satisfactũ per scribentes pro Duce Sabaudiæ, præcipuè per præfatum Purpuratum, & per Dom. Octauianum, & Dom. Guliel mum de Portis, in corũ responsis; prout similiter per eundem Purpuratum responsum fuit ad aliam exceptionem partis, dum ait, quod quatenus de ea constet, attamen non sit in illa comprehensus Marchionatus Mõtisferrati, de quo nunc agitur, sed tantum quædam loca particularia ibi descripta, hoc enim falsum esse ostendit idem Purpur. copiosè in secundo articulo, ideo non opus est circa has oppositiones insistere. Sed dum opponitur, quod quatenus cõcessio prædicta Marchionatum contineat, & comprehendat, attamen illa non sit feudum, sed donatio super hoc aliqua dicemus, quia per alios non fuit tactum, an sit feudum, quinimò aliqui ex nostris concurrunt in sententiã, quòd
4 sit donatio. Circa hoc ergo † est magna contentio inter scribentes; nam Mantuani sustinent totis viribus non esse feudum; scribentes verò pro Marchione Salutiarum competitore in hac causa præcipuè Io. Baptista Vincemala, & Ioannes Gallicius, quorũ scripta in hac causa ad manus meas peruenerunt his scriptis, quæ sunt inter consilia feudalia variorum cons. 1. & 2. sustinent esse feudum, quod etiam tenuerunt multi, & antiqui, & moderni, nam ita tenuit inter antiquos Albericus de Rosate de eadẽ illa concessione Ottonis loquens, in suo dictionario, in verbo feudum, cuius magna est auctoritas, hoc etiam tenuit Paris. pro Ducibus Mantuæ scribens d. cons. 23. num. 17. lib. 1. & expressè etiam tenent de hac ipsa concessione loquẽtes Domini Collegiorum Bononiæ, & Parauij in causa Finarien. si in responsis impressis post tracta. Menochij de recuper. possess. licet Bononienses variauerint, quia inter consilia Mãtuæ cons. 15. num. 34. & pluribus seq. tenent esse donationem. Esse autem feudum arguunt Doctores ex multis in ipsa concessione contentis, quæ non refero, quia videri possunt præcipuè apud Dom. Io. Baptistam Vincemalam d. cons. 1. sub num. 36. vers. ad quod demonstrandum vsque ad num. 54. inclusiuè, & per præfatum Gallicium d. cons. 2. num. 24. vsque ad num. 31. cum ipsis autẽ ego teneo, & vltra eos moueor ex clausula illa, habeant; idem Aledramus, & sui hæredes potestatem vendendi, commutandi, alienandi, pro anima iudicandi, & quicquid eorum decreuerit animus faciendi: nam ex hoc colligitur, quòd Imperator concedebat in feudum improprium, & alienabile iuxta. cap. 1. de feudo non habendum propriam naturam feudi, huiusmodi enim verba, & is modus dicendi conuenit, & seruari solet in concessione feudi improprij, vt tradunt Doct. in d. cap. 1. & in §. donare qualit. olim feud. pot. alien. ibi, pro anima iudicare; alioquin, si Imperator concessisset liberè, seu in allodium, non opus fuisset dare eam facultatem sub illis verbis, tàm prægnantibus, quia satis competit donatario facultas disponendi, eo ipso quod res donata conceditur liberè, vt neminem recognoscat, prout est allodium, vt habetur in tit. de allodijs, nam in re allodiali quilibet est moderator, & arbiter, & de ea liberè disponere potest absque eo, quòd facultatem disponendi ab alio habeat. Vnde tota illa clausula, tàm ampla, & cum magna emphasi expressa, esset omnino superflua, & ociosa, quòd dicendùm non est. l. si quando. ff.
5 de leg. 1. cap. si Papa de priuileg. in 6. nam † in instrumento nullum verbum, imò nec syllaba censetur apposita, sine virtute aliquid operandi, vt dicit Bald. in rubr. C. de contrah. empt. & vend. dicendum est ergo, quod operantur, & ad eum effectum sint posita, quòd concessa per Imperatorẽ sint in feudũ improprium, & alienabile. Simili ratione dicimus, q̃ concessio censeatur feudalis ex eo, quod dicit, ad vtriusq; sexus familias, quę verba ostendunt, q̃ feudum con-

cedebatur etiam pro fœminis, vt infra demonſtrabimus, alioquin illa verba ſimiliter, erunt ſuperflua, quia ſi erat donatio; & fiebat expreſſe Aledramo, & ſuis hæredibus, ſatis ſub hoc verbo includebantur fœminæ, quia in materia indifferenti verbum hæredibus, comprehendit maſculos, & fœminas, iuribus vulg. ſed quia non liberè, ſed in feudum donabatur, quo caſu verbum hæredibus intelligeretur de deſcendẽtibus maſculis tantum, ideo addita ſunt illa verba, ad vtriuſq; ſexus familias, quæ idem ſonant, ac ſi dicerentur, pro maſculis, & feminis, ad denotandum, quod ad illud feuduin fœminæ etiã vocabantur ex pacto ſpeciali iuxta cap. 1. §. hoc autẽ de ijs, qui feud dare poſſ. & in cap. 1. §. filia
6 de ſucceſſ. feudi. Et† eo maximè indicari debet feudũ propter iuriſdictionem: Nam licet aliàs feudum non præſumatur, ſed allodium iuribus vulgaribus, attamen in iuriſdictione aliud eſt, quia illa potius conceſſa præſumitur in feudũ, ita Pau. de Caſt. in conſ. 179. nu. 15. lib. 1. Iacob. à San. Georgio in ſua inueſtitura in verbo, de Caſt. Rubei montis, col 3. verſ. ſi tamen renens Caſtrum, allegat eundem Caſtr. conſ. 163. ſed eſt d. conſ. 179. idem dicit Chaſſ. in conſuetud. Burgundiæ tit. de feudis §. 4. col. 1. nu. 18. ſequitur Nardus Liparulus Neapolit. in additionibus ad Iſerniam tit. de cotrouerſia inter maſc. & fœminam de beneficio, ſuper verbo, libera, verſ. hoc fallit in iuriſdictione, vbi ad regulam, quæ habet, quòd quis non præſumitur feudatarius, quia quilibet res non præſumitur feudalis, niſi probetur: dat limitationem, quod hoc fallit in iuriſdictione, quæ præſumitur conceſſa in feudum, allegat etiam Capitium in ſua inueſtitura in verbo, feuda allodia, col. fin. verſ. excepto ſi quis teneat in riſdionẽ, & in verbo caſtris, col 2. verſ. eſt benè verùm, & verſ. feudorũ appellationę in fin. & ita conſuluit Abb. conſ. 82. incip. quamquam in hijs dubijs lib. 1. prædictis accedit, quòd notabiliter ait Bald. in cap. ad audientiam col. vlt. de præſcrip. dicens mentẽ tenendum, quod ſi eccleſia concedit iuriſdictionem, in dubio cenſetur concedere in feudum, & ideo debet iurare fidelitatem, & hoc dictum Baldi notabile appellat Iaſ. in l. ſi prius nu. 42. verſ. limita prædictam concluſionẽ. ff. de oper. noui nunt. Vnde licet in conceſſione non exprimatur feudum, attamen propter iuriſdictionalia cenſebitur in feudum.

Præterea, vbi potuiſſet eſſe dubium durante linea Aledrami, an dicta conceſſio Ottonis donationem contineret, an feudũ, vt dicit Purp. num. 59. in fin.† Attamen ex ijs, quæ ſubſequuta ſunt fuit declaratum, eſſe in feudum, & ſicut Lucenſis, & Aliprandus, qui ſimul ſcripſere pro Ducibus Mantuæ in conſ. 6. num. 97. dicunt, quod ſi quod dubium fuit, an conceſſio Ottonis eſſet donatio, id ex ſequella facti, ſecundum eos, fuit declaratũ, ita ẽconuerſo nos dicimus, quod imò ſi quod dubium fuit, an dicta conceſſio eſſet feudũ, ex ſequella facti fuiſſe declaratum, quæ quidem ſequella facti multũ attenditur, vt dicunt idem Doctores per l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. per quem
7 text. dicebat Bart. in conſ. 58. incip. commune Spoleti, quòd verba antiqua ſtipulationum intelliguntur iuxta modum vtendi, & plura alia adducunt.

Sequella autẽ facti in caſu noſtro, ex qua ſequitur dicitur declarano, eſt, quia multi Marchiones ſucceſſores obtinuerunt plures conceſſiones ab Imperatoribus in actis productas, ex quibus reſultat, Marchiam fuiſſe feudum Imperij, maximè verò in cõceſſione Henrici VI. facta Bonifacio II. Marchioni anno 1190. in qua dicitur, quod Imperator volens ad Imperij honorem augere feudũ ipſius Marchionis, concedit ipſi loca ibi nominata, quæ conceſſio fuit in augmentum feudi ipſius Marchionatus, prout & ita præſumitur, cùm de alio feudo non conſtet, & ibi confirmat eidem omnia etiam caſtra, villas, poſſeſſiones, honores, iuriſdictiones, & iura, & vniuerſa regalia, quæ tenet, & poſſidet, & pater ſuus tenuit, & poſſedit, & inſuper omnia, quæ in priuilegijs ſuis cõtinentur, quæ quidem intelliguntur de datis, & conceſſis in feudum, de quo ſupra idem Imperator dixerat: Et in conceſſione facta per Conradum Imperatorẽ anno 1253. Bonifacio III. Marchioni dicitur, quod idem Marchio ſupplicat ſe inueſtiri de toto podere, & terra Montisferrati etiam Burgo Caſalis, & Burgo Tridini, & de tota illa Terra, & Caſtris, quæ fuerunt Marchionis Montisferrati in toto poderio Mõ
8 tisferrati, ac eius curte, & territorio, nam † verba etiam enunciatiua, ſeu narratiua in antiquis probant feudum, vt per Alex. conſ. 15. col. 3. lib. 5. quem refert, & ſequitur Crau. de antiq. remp. par. 5. num. 10. Brun. conſ. 127. colum. 13. verſ. ſecundò reſpectu verborum, & ne per ſingulas inueſtituras diſcurramus, eas omnes ad hoc propoſitum recenſent, & conſiderant diligenter præfati Senatores Mannani Lucenſis, & Albriſius in eorum allegationibus impreſſis fo. 27. verſ. quòd autem Marchionatus, vbi oſtẽdunt, ex dictis cõceſſionibus probari Marchionatum fuiſſe feudum, & ita ex hoc declarationem fuiſſe inductam, quod dicta Ottonis conceſſio ſit feudum, arguunt etiam DD. de collegio Bononienſi d. reſp. 4. num. 12. & ſeq. ac nu. 24. & 25. poſt tract. Menochij de recup. poſſ. allegant. Pariſ. d. conſ. 23. num. 23. & 24 lib. 1. & præfati Vincemala, & Gallicius pro Marchione Salutiarũ in locis ſupra relatis: Addo quod in omnibus illis conceſſionibus dicitur de ſeruitijs, & obſequijs præſtitis per Marchiones Imperatoribus, quod intelligitur ratione feudi,
9 † & ex hoc probatur feudum, vt ait Natta conſ. 466 num. 5. allegat. cap. 1. de conſtitut. recti feudi, & Bald. in l. 1. quæſt. 31. ff. de rer. diuiſ. Ange. & Imo. in l. qui aliena. in princ. ff. de acq. hær. & vtenam aſunt præfati Senatores. dicto fo. 27. fac. 2. verſ. quod ſi dicatur, licet per dictas conceſſiones, & inueſtituras non probetur penitus, & concludenter de Marchionatu, quia illæ videantur loqui de locis tantum particularibus, nõ autem de uniuerſa Marchia, attamen dico, quod minuũt dubitationem, & augent opinionem, quod eſſet feudũ potiuſquàm allodium

con-


image
not
available

sed quoniam dubitabatur, & ex concessione Ottonis resultabant signa, & coniecturæ quòd esset feudū iunctis alijs supradictis, ideo ad tollendam dubitationem,& ambiguitatem, illam confessionem, & recognitionem fecit Theodorus in ipso actu inuestituræ:

Quòd si dixeris, nonne confessio potuisset
12 operari in secundo casu scilicet, † quod cum Theodorus sciret rem esse propriam, & nunquàm fuisse feudum, voluerit tamen scienter confiteri esse feudalē,& ita per talem confessionem scienter factam ipsi Imperatori præsenti facere rem feudalem,quæ fuerat allodialis, nam hoc casu confessio habetur loco traditionis vt dicit Bal.in d.l.1.C.quādo licet ab emp.disced. & Dyn.in consilijs supra allegatis, & in terminis nostris:ita considerat Rolan a Valle cons.2 num.109. & sequen. lib.1. quod est relatum in volumine consiliorum Mantuæ cons.26.num. 86. vbi ait quòd licet tempore Aledramni vigore donationis sibi factæ ab Ottone Imperatore castra,& loca Marchionatus essent allodialia,tamen postea effecta fuerunt feudali, quod effici potuit inquit,iuxta Bal.Specul. & Paul.de Castro in locis ibi relatis,& communiter scribētes in l.si rem aliquam ff.de acquir.possess.concludētes,quòd si quis scienter rem suam recognoscat,in emphiteosim,vel feudum ab ecclesia illa resciscitur emphiteotica,vel feudalis vt per eos,& addo Curtium cons.140.num.6.& sequ. Sic ergo dici potest in casu nostro,quòd Theodorus potuit scienter constituere hoc modo feudum nouum,& fateri etiam,quòd esset antiquum, non quòd re vera fuisset antiquum sed quòd haberet vim, & efficaciam antiqui feudi,quòd fieri potest præcipuè ab Imperatore vt tradit Curtius de feudis in prima par.prin. quæst.3.col.3. vers.sed hic cadit pulchra dubitatio, vbi hanc communem dicit, & ab ea nullatenus discedendum, & ita in casu nostro ibi specie dicebāt Nicol.Alipran.multa ad hoc adducens cons.30.nu.10.inter cadē consilia Mantæ.

Respondetur ad hæc, quòd ex verbis ipsis
13 manifestè apparet in casu nostro intentionem Theodori non fuisse constituere feudum,vt ex tunc,sed declarare quod antea fuerat constitutum,quia dicit,confessus fuit, & publice recognouit,quòd Marchionat' Montisfetrati fuit, & est feudum nobile, & antiquum sacri Rom. Imperij:hæc enim verba sunt demonstratiua in præteritum, & tunc præsens tempus, Nam si Theodorus voluisset constituere de nouo feudum non dixisset,quòd etiam in præteritum iā fuerat feudum antiquum, hæc enim repugnāt, quòd fuerit feudum in præteritum, & de nouo constituatur feudum, nam si non fuisset antea, satis fuisset loqui per verba de præsenti,quo casu militare possent scripta doct.in d.l.si rem aliquam,sed dum dicitur,quòd in præteritum, & ab antiquo fuerat feudum hoc nō potest aptari ad sensum supra datum,quia esset impossibile,& aliud est de præsenti feudum constituere, quod habeat naturam,& efficaciā antiqui feudi aliud dicere rem aliquam fuisse olim feudū antiquum, quia hoc esset rei veritatem immutare,vt in proposito dicebat Oldrad.consi. 178. factum tale est quidam nobilis colum.2.allegat l.si fortè ff.de Castren. pecul.l. si donatione C. de collat.Intentio itaq; Theodori fuit fateri, q tunc Marchionatus erat feudum reuera antiquum,eo quia antea apud antecessores fuerat tale; alioquin si eius intentio fuisset constituere Marchionatum feudalem vt ex tunc, superflue dixisset fuisse in præteritum feudum antiquum vt nominatim dicit Aliprand.d.cons.30.nu.10. vbi ait,ex pluribus verbis illius inuestituræ aperte colligi,quòd Imperator,voluit illud esse feudum antiquum,non autem nouum; & ibi etiā num.12. vers. quia respondeo quòd imò verè, & propriè est antiquum,quo fit vt cōfessio apposita fuerit ad declarandum fuisse feudum in preteritum apud antecessores,& consequenter tunc quoque esse feudum pariter antiquū,prout in præteritum fuerat,& hanc fuisse mentem Theodori dicunt expressè præfati Lucensis, & Albrisius Senatores in dictis allegationibus fol. 28.facie prima vers. ilāte igitur,vbi aiunt,quòd in casu isto cessat prædicta cōsideratio eo, quia ex partium assertione, & exiuris præsumptione, & etiam ex inuestituris antiquis adminiculantibus confessioni,probatur, quòd feudum erat vere antiquum,& ideo superflue quæri,an accipiens rem suam in feudum faciat eam feudalem, vnde & falsum esse ostenditur, quòd dicebat Aliprandus d.consil.13.num.36. parte 2. scilicet quod Marchia incepit esse feudum à Theodoro, nā ex confessione Theodori, ostenditur non esse verum, quia ipse confessus est, quod Marchia fuit, & est feudum antiquum, per quæ verba ostenditur, quod non incipiebat ex tunc esse feudum, sed tunc erat, quia in præteritum iam fuerat,& sic tempus tunc præsens recipit subsistentiam a præterito, vnde si non fuisset iam in præteritum feudum, nec etiā verum esset, quod tunc esset tale, quia oratio, quæ sumitur ex vniuerso, si in vno est falsa, in omnibus redditur falsa.& in vno vera redditur vera in omnibus vulg.l.si is qui ducenta §. vtrū ff.de reb. dub. vbi Bartol. & alij notant, necesse est ergo, confessionem esse, aut in totum veram, aut in totum falsam, sed falsa non potest dici ergo in totam verā esse opportet.Sed quòd ante Theodorum, & iam ab antiquis temporibus esset feudum, probant testes,qui iam antea videlicet de anno 1306. fuerant recepti ad perpetuam rei memoriam ad instantiam Māfredi tunc Marchionis Saluciarum, qui prætendebat iam nunc ob mortē Ioannis vltimi Marchionis Marchionatum ad se spectare, vti agnatum, & descendentem ab Aledramo; omnes enim testes tunc examinati deponunt super quinto articulo, Marchionatum tunc esse, & fuisse feudum Rom. Imperij, & esse publicam vocem, & famam fuisse feudum non solum viuente Ioanne, sed etiam Guilielmo patre, & Bonifacio auo ipsius Ioannis, vidissēque attestantur de hoc priuilegia, & rescripta Imperatorum,quorum testium dicta fuit producta in actis huius cause à parte Francisci Marchionis
14 Salutiarum cōpetitoris † probatur autem feudum

dum per famam quando ſumus in antiquis, vt late tradit Alex. conſil. 15. viſis narratis col. 1. lib. 5. refert, & ſequitur Dec. conſil. 269. col. 2. verſic. & prædicta bene procedunt Crauet. de antiquit. tempor. par. 5. num. 9. Brun. conſ. 127. col. 8. verſic. quod ſi ſextam, & maxime quando teſtes reddunt cauſam ſcientiæ, quia viderũt reſcripta, & priuilegia Imperatorum prout iſti teſtes dicunt, quo caſu ſine dubio probant feudum, vt late per Afflict. decif. 276. an teſtes deponentes. Exhibui: etiam tunc temporis Marchio ille Manfredus quædam priuilegia Imperatorum maximè Federici II. ad probandum, quod Marchionatus, Montiſferrati eſſet, & fuerat feudum apud Marchiones Montiſferrati, quo ſit vt nullo modo verum ſit, quod Marchionatus inceperit eſſe feudum tẽpore Theodori, & quod ipſe primus recognouerit Marchiam in feudum, ſed bene iuxta confeſſionem Theodori erat, & fuerat iam antea feudum antiquum Sacri Romani Imperij.

Nec obſtat ſi dicatur, prout dicunt prefati Senatores, nec non Rol. & alij ſcribẽtes pro Ducibus Mantuæ, & præcipuè idem Aliprandus d. conſ. 30. num. 17. quod licet fateatur Theodorus Marchionatum fuiſſe feudum antiquum apud anteceſſores, non tamen ex hoc ſequitur, quòd fateatur ita fuiſſe tempore Aledrami virtute conceſſionis eidem factæ per Ottonẽ Imperatorem. Nam vt aiunt ipſi, tempore Aledrami, & virtute dictæ conceſſionis Ottonis Marchionatus, & bona illius erant allodialia, quæ poſtea effecta fuerunt feudalia: Vnde nõ ſequitur, Theodorus fatetur, quod Marchionatus fuit feudum antiquum apud anteceſſores, ergo hoc fuit iam tempore Aledrami, & virtute conceſſionis ſibi factæ per Ottonem, quia bene poteſt eſſe, quòd fuerit effectus feudalis per ſucceſſores Aledrami, quod potuit eſſe, aiunt, per Bonifacium II. qui fuit tempore Conradi Imperatoris à quo habuit inueſtituram de anno 1253. in qua dicitur nominatim de Marchionatu, & toto podere, & terra Montiſferrati, vtſupra retulimus.

Reſpondetur quòd ex quo Theodorus loquitur per verbum fuit, quod eſt temporis præteriti perfecti, vt dicunt Grãmatici, & per tempus indeterminatũ, cenſetur inrelleviſſe, quòd ab initio vſque, & à tempore Aledrami, & cõceſſionis eidem factæ, iam eſſet feudum † nam diſpoſitio generaliter loquens generaliter debet intelligi vulga. l. de pretio ff. de publica. in rem actio. & tempus vbi generaliter, & indeterminatè apponitur in diſpoſitione, generaliter debet intelligi, vt per Aymo. Crau. conſ. 84. nu. 13. vbi multa iura adhoc adducit, & propterea dicenti, quòd non intelligatur de tẽpore Aledrami, ſed quod ab alio tempore inceperit eſſe feudum, incumbit onus probandi à quo tempore; quia hoc eſt fundamentum ſuæ intentio-
16 nis l. 2. ff. de probat. & † qui ſe fundat in certo tempore debet probare. l. eum actum ff. de negot. geſt. l. matrem C. de probat. clem. fin. de reſcript. neceſſario enim debet probari quis fuerit primus poſt Aledramum, qui feudum habuerit, & ſic quantum ad feudum quis ſit communis parens à quo feudum incipit, & qualis fuerit inueſtitura eidẽ facta de feudo, nam ſine inueſtitura feudum nullo modo conſtitui poteſt vt dicit text. in cap. 1. in princ. quib. feud. conſtit. pot. & cap. 1. in princip. de conſuetud. recti feudi, & vbique glo. & DD. notant, quod ſi non appareat, certè ex eo cum Theodorum in hac confeſſione intellexiſſe quòd Aledramus fuerit ſtipes, & parens communis omnium vſque ad Theodorum confitentem, quòdq; idẽ fuerit primus inueſtitus, prout reuera fuit, & quòd ita ſenſerit apertius probatur, quia Theodorus non dixit ſimpliciter Marchionatũ fuiſſe feudum, ſed addidit, quòd fuit feudum antiquum, ad denotandum, quòd non ſolum cõprehendit tempora immediatè anteceſſorum Marchionum vſq; ad quartum gradum, & ſic vſq; ad d. Bonifacium II. ſed quòd reſpexit tẽpus, & perſonas à quarto gradu ſupra, quia
17 † antiquum feudum dicitur à quarto gradu ſupra, vt tradunt omnes in præludijs feudorum, Bald. in 3. hoc quoque colum. fin. in fin. de ſucceſſ. feud. Curt. de feudis in prima par. princip. quæſt. 8. colum. 2. verſic. ſecundo ſub prima ſpecie, dicentes, quòd feudum paternum dicitur vſq; ad quartum gradum aſcendentium, abinde verò ſupra dicitur antiquum, & in ſpecie de hoc feudo loquens ſcribit Socin. ſen. inter conſilia Mantuæ conſil. 36. ſub num. 2. verſic. feudum enim paternum, licet ſæpè paternum, & antiquum pro eodem ponantur, eò quia ſunt eiuſdem naturæ, & potentiæ. Et in caſu noſtro eſt ponderandum, quòd non conſuluerit Theodorus Marchionatum fuiſſe feudum antiquũ, & paternum, quaſi pro eodẽ haberet hæc duo, ſed ſimpliciter dixit, quòd fuit feudum nobile, & antiquum, quod fuit cum myſterio, vt oſtenderet ſe recipere tempora, & perſonas ſupra quartum gradum aſcendentium, & ſic tempus antiquiſſimum vſq; ad Aledramum.

Quod etiam ex alio probatur, quia inueſtiuit eo modo, & forma, quo, & qua anteceſſores, & ſucceſſores Marchionis Montiſferrati habere, & tenere conſueuerunt. Hæc enim verba etiam Aledramum comprehendunt, & ad ipſum vſq; pertingunt, quia dum dicitur anteceſſores, debet intelligi de Aledramo, & de iis qui illi fuerunt proximi, dum autem dicitur, & ſucceſſores, debet intelligi de aliis a quarto gra du infra, qui fuerunt proximi ipſi Theodoro, alioquin verbũ ſucceſſores, remanebit ſuperfluum, quia non poteſt intelligi, nec referri ad ſucceſſores poſt ipſum Theodorũ, cum ſit ſundum verbũ præteriti temporis, & ab illo regatur, ſicut & dictio anteceſſores adiũcta argum.
18 l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. † nulla autẽ verbam in quacunq; diſpoſitione debet eſſe ſuperfluum. l. 1. in prine. & ibi. not. ff. quod met. cauſa l. 1. in fin. cum ibi pot. ff. ad municipales cum ſimilibus quæ ad hoc adducit Crau. de cõſil. 84. num. 12. vbi poſt Bal. quem refert cõſil. 51. incipien. generali ſtatuto in fin. lib. 5. ait notabiliter, quòd ſingula verba legis, & ſingula verba priuilegij debent habere aliquid ponderis

deris, & ad aliquem effectum trahi per l. item veniunt §. adaptandæ. ff. de petitio. hæred. & idē Bald. quem Crueta non allegat ait in rubr. C. de contrahen. empt. & vend. quòd nullum verbum imò nec syllaba debet censeri in instrumento appositā sine virtute aliquid operandi, quem in similibus terminis refert, & sequitur Dec. consil. 208. colum. 4. versi. nam verbā ista, vbi ait, quod verba concessionis ita debent interpretari, vt in quolibet verbo etiam minimo aliquid operentur. Cùm itaq; relatio indistinctè fiat ad modum, & formam, quo, & qua antecessores, & successores tenuerunt, & possederunt, ergo de omnibus indistinctè, & sic etiam de Aledramo intelligi debet, imò multo magis de eo, cùm fuerit primus Marchio, & illi fuit facta prima concessio, & investitura Marchionatus, & ideò cùm voluerit investiri, & fuerit investitus in feudum, prout prædictis sui antecessores omnes tenuerant scilicet in feudum, necessario significauit, & quasi ad digitū ostendit, quòd Aledramus, qui primus antecessorū tenuit, & possedit Marchionatum tenuit, in feudum non autē in allodium, alioquin si Aledramus tenuisset in allodium, Theodorus petijsset se investiri etiam in allodium, quod non est dicendum, quia implicaret contradictionem, & repugnantiam contra l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.

Postremò quòd Aledramus habuerit Marchionatum in feudum probatur etiam ex inuestitura, & concessione Caroli IIII. & aliorū Imperatorum post eum, & eas producendo ita fatetur ipsa Margarita, & etiam scribentes pro ea. Nam dicit ipsa Margarita, quòd Ioannes Marchio Montisferrati filius prefati Theodori fuit investitus per Caroli IIII. de Marchionatu pro se, & hæredibus masculis, & fœminis, & propterea ex dicta investitura Caroli IIII. dicit se capacem feudi, & vocatam ad successionem illius nullis existentibus masculis ita Paris. consil. 23. num. 62. lib. 1. & consil. 4. inter consilia Mantuæ nu. 8. versic. vocata insuper, & apertus in investitura Caroli IIII. & num. sequent. & multis alijs in locis, & explicitè præfati etiam Senatores Lucen. & Albrisius in dictis eorum allegationibus folio 6. facie 2. vers. primo ex investitura Caroli IIII. aiunt, quòd virtute dictæ investituræ, Ducissa Mantuæ reperitur habilis, & capax successionis feudi, etiā quòd Marchionatus Montisferrati sit feudum regale, & dignitatis, & folio 39. facie prima circa fin. versic. tamen ex investitura concessa per Carolum IIII. & idem Lucensis, & Aliprandus Senatores simul scribentes in volumine consiliorum pro ipsis Ducibus consi. 6. nu. 38. versic. nam Carolus IIII. aiunt quòd Carolus IIII. investiuit Ioannem filium Theodori, & successiuè omnes Marchiones fuerunt investiti per renouatiuas investituras, & multis alijs in locis scribentes affirmant † concessionem Caroli IIII. fuisse in feudum, prout & ita propter antecedentem investituram antea factam per Henricum VII. Theodero patri ipsius Ioānis de ipso Marchionatu cum declaratione, & confessione expressa, quòd esse feudum, censetur illa sequens Caroli IIII. quantum ad Marchionatum etiam facta in feudum, quia sequens investitura intelligitur iuxta præcedentes & illam Carroli IIII. esse in feudum declarant quoq; successores Imperatores videlicet Vincislaus, & Sigismundus qui de anno 1413 investiuit Theodorum filiū Ioannis de Marchionatu, & alijs quibuscunq; terris, dominijs, Ciuitatibus, &c. quæ quos, & quas præfati Theodori primogenitores, à prædecessoribus Imperatoribus in feudum, seu feuda tenuerunt, & possederunt. Et successiuè Federico III. de anno 1469. Guilielmum Marchionem investiuit in feudum nobile, antiquum, paternum, & auitum de Marchionatu, & omnibus, & signanter de locis inquit, & castris cōprehēsis in priuilegio, & investiturā dicti quōd. Rom. Imperatoris Caroli IV. sub quadā generali clausulā qua dicitur. Item oēs illas cohortes in dēsertis locis cōsistentes à fluminē Tanagri vsqu: ad flumen Vrbæ, & ad litus maris, quas cohortes loca, & castra designamus, & declaramus esse infrascripta videlicet, Altare. Milleſimum, &c. & sub eadem forma idem Federic. investiuit etiam Bonifacium Marchionem fratrē dicti Guilielmi de anno 1487. & similiter Maximilianus primus, & Carolus quintus, dum nominatim investiunt Marchiones respectiuè de Marchionatu Montisferrati, & omnibus alijs contentis in priuilegio, & investitura Caroli quarti, cuius tenor inseritur in eorum investituris, & similiter inseritur in investitura facta per præfatum Carolum V. dictæ Margaritæ, & Federico eius viro, prout considerat Paris. inter consilia Mantuæ d. consil. 4. nun. 64. Ex quibus resultat clara probatio quòd concessio illa Caroli quarti, sit in feudum, & hoc non habet dubium, Quo sic stante, cùm idem Imperator Carolus quartus nominatim concedat, seu potius confirmet, ea quæ fuerant concessa Aledramo primo Marchioni Montisferrati, & successiuè omnes Imperatores post eū investiant Marchiones de omnibus contentis in dicto priuilegio, & investitura Caroli quarti, & signāter de locis, & castris cōprehēsis in illa clausula generali posita in priuilegio, seu cōcessione Ottonis, relata in dicta investitura Caroli, dum dicitur. Itē omnes illas cohortes in desertis locis consistentes à flumine Tanagri vsq; ad flumen Vrbæ, & ad litus maris, &c. certè ex hoc resultat manifesta declaratio Caroli IV. & aliorum Imperatorum post eum, quòd Aledramus teneret Marchionatum in feudum: nō enim potest esse, quòd concessio seu priuilegium Caroli IV. sit in feudum, confirmetq; in feudum concessa Aledramo primo Marchioni, nisi & & ipse Aledramus teneret in feudum, alioquin si diceremus, quod Aledramus tenuisset in allodium, & Carolus quartus concederet, seu confirmaret in feudum, eius investitura, & similiter omnes aliæ subsequentes aliorum Imperatorum implicarent contradictionem, & repugnantia contra l. vbi repug. ff. de reg. iur. Imò omnes prædictæ inuestituræ dicerentur erroneę, & nullę, quia inuestirētur Marchiones

erro-

in feudũ,& iure feudi de ijs quę Aledram⁹ tene
bat in allodiũ, quo caſu inueſtitura eſt nulla, vt
ſupra dicebamus iuxta tradita per ſcribentes in
d.l.ſi rem aliquam ff.de acquir. poſſeſſio, & in
d.l.qui rem propriam C.locati, & cum iam an
tea fuiſſet declaratum per inueſtituram Theo
dori,quòd Marchionatus per antea apud ante
ceſſores fuerat feudum antiquũ,& de tali fue
rat Theodorus inueſtitus,dici non poteſt,quòd
Ioannes recipiens, & Imperator concedens vo
luerint per eam conceſſionem conſtituere feu
dum,id quod erat apud Aledrámum allodium
ied bene voluerint in feudum confirmare,pro
ut ita in feudum fuerat Aledramo conceſſum.

Et ex prædictis patet, quòd falſitur Goz.adi
nus ſcribens pro eiſdem Ducibus Mantuæ in
conſ.3.num.27.verſ. decimo Imperator, & nu
s 1.verſ:imò fortius dum ait, quòd illa conceſ
ſio acta per Carolum quartum,ut donatio,non
feudum,& quòd confirmando donata per Ot
tonem Aledramo primo Marchioni reſultet ſi
militer,quòd illa ſit donatio: Reſpondet q; ad
verba in dicta conceſſione Caroli quarti appo
ſita dum dicitur,quod donat in rectum,& nobi
le feudum,dicens ponderanda eſſe verba ante
cedentia,quę dicunt,quicquid verò eſt,vel eſſe
debet in feudum,hoc in rectum, & nobile feu
dum datus,nam ex iſtis verbis ait, colligi po
tius,quod dicatur donatio,vt per eum.

20 Reſpondetur † quod Gozadinus dicit diuerſa
tur eius, quod dicunt omnes, alij ſcribentes,
maximè ſupra allegati, qui tenent dictam con
ceſſionem Caroli quarti eſſe feudum. Item
etiam loquitur contra declarationem Imperа
rorum ſubſequutam per eorum inueſtituras.
Item & contra confeſſionem ipſius Margaritę
quæ fatetur eſſe feudum, & virtute illius inue
ſtituræ dicit ſe capaccm, & vocatam ad feudũ
Marchiæ,& demum contra inueſtituram Hen
rici VII.conceſſam Theodoro primo, & con
feſſionẽ in ea factam,vt diximus ſupra. Ex qui
bus omnibus antecedẽtibus, & ſubſequentibus
habetur certi,& manifeſta declaratio, & inter
pretatio,quòd ſit feudum, ideo ſuccedit regula
l.minimè ff.de legimus cum concordan. & cõ
firmatur vrgenti ratione. Nam cum iam ante
eſſet declaratum expreſsè, Marchionatum fuiſ
ſe, & eſſe feudum Sacri Rom.Imperij,& de eo
fuerat inueſtitus Theodor⁹ pater Ioannis,quo
modo eſſe poteſt,aut quomodo eſt veriſimile,
q⁹ Carolus,quartus ipſum Marchionatum con
firmare voluerit in allodium Iohanni filio ip
ſius Theodori;certè ſi hanc mentem habuiſſet,
nil aliud eſſet, quam reuocare geſta per prædе
ceſſorem,& illa corrigere aut emendare,quod
nullo modo præſumitur, imò quclibet correc
tio aut mutatio generaliter eſt vitanda l.præci
pimus in fin.C.de appellat l.ſancimus C. de te
ſtam.& vbiq; gloſæ,& docto. dicendum eſt er
go potius e conuerſo,quòd ſtantibus præcedẽ
tibus conceſſione, & inueſtitura Theodori,ce
ſeatur Carolus quartus conceſſiſſe etiam in
21 feudum iuxta præcedentes inueſtituras a qui
bus non recedit ur, nec receſſum vnquam cen
ſetur,niſi expreſsè dictum ſit,vt dcit Caſtrenſis
conſil.176, videtur dicendum colum. fin.lib.1.
& conſil.142.colum.fin.lib.2,quem refert De
ci.conſilio 163.num.4.& conſil.390.num.3.&
multis alijs in locis. Imò ſcripturæ,ita intelligi
debent,vt inuicem concordent, non vt ſe cor
rigant l.ſi.C.de eden.cum expediret de electio.
lib.6.prout dicimus de teſtibus, qui debẽt quã
tùm poſſibile eſt reduci ad concordiam c.cum
tu vbi not.de teſtib.Bald.in l.2.ff.de conditio.
inſtitu.

Verba antem in eadem conceſſione appoſi
ta,quæ Gozadinus dicit non obſtare,dum dici
tur,in rectum & nobile feudum concedimus,
& alia præcedentia,quę ipſe conſiderat,repro
bant omnino eius opinionem,& noſtram con
22 firmant,† Nam aduertendum eſt, quòd duo
ſunt quæ continentur in illa conceſſione Ca
roli quarti. Primum eſt, quòd commemorat
donata,& conceſſa per anteceſſores Imperato
res Aledramo primo Marchioni, & alijs Mar
chionibus Montiſferrati.Secundum eſt, quod
multa tunc eidem Ioanni Marchioni de nouo
donat vltra prædicta,iam conceſſa, vt patet ibi
dum dicit,dicto Ioanni Marchioni,& ſuis hę
dibus maſculis,& fœminis vltra prædicta, do
namus, & concedimus, & incontinenti poſtea
cùm merat omnia,quę de nouo donat,quæ ſunt
multa oppida,ciuitates,& caſtra aliarum regio
num finitimarum eidem Marchionatui, quæ
pro maiori parte imò ferè omnia poſſidebant
tur per alios Dominos, & præcipuè per Ducẽ
Sabaudiæ, & de quibus non eſt quæſtio, quia
nunquam fuerunt poſſeſſa per Marchiones
Mõtiſferrati: Deinde facta enumeratione om
nium donatorum ſequitur clauſula in hęc ver
ba Ità videlicet quòd omnia,& ſingula, caſtra
bona,terræ,res,iura,& dominia ex prædictis, &
quolibet eorundem, quæ ſunt de proprietate,
& dominia ex prędictis, & quodlibet eorundẽ
quę ſunt de proprietate,& dominio noſtro im
mediato,& Sacrij Rom.Imperij,ipſi Marchio
ni,hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, vt ſupra in
proprietatem,quicquid verò in feudum eſt,vel
eſſe debet,aut etiam in retrofeudum in præmiſ
ſis,hoc in rectum, & nobile feudum de nouo
damus cõcedimus, & largimur,per hanc enim
clauſulam declarantur præcedentia,nam poſita
eſt ad declarationem omnium contẽtorum,
23 † quia verbum videlicet, ſtant declaratiuè ad
præcedentia,ſicut dicimus de verbis, ita tamen
vt in l.venditor §.ſi conſtat .ff.com.predior. ibi,
ita tamen lapides cedere debet,& in l.Lucius §.
quę habebat ff.ad Treb.ibi,ita tamen vt decem,
quę iura adhoc adducit Dec.conſ 227.nu.6.vbi
loquitur de verbis, ita quòd, & parifiicat ad ve
ba,ita tamen,poſt Soc.quẽ refert cõſ.241.rob.
antepen.verſ.nam dictio ita quòd, lib.2. Pariſ.
conſ.1.num.23.& ſeq. lib.3. & alibi ſepè, & de
dictione videlicet,ait Socin.conſi.1.num.23. &
& ſeq.lib.3.& ali ſepè, & de dictione videlicet.
ait Socin. conſil.123.num.7.lib.3. ex multis ibi
relatis,quod hęc dictio dicitur reſtrictiua gene
ralitatis præcedentis,& conſil.108. nu.17.lib.2.
quòd eſt declaratiua,& reſtrictiua præcedentiũ
allegat multos,vt per eum,& de dictionibus ita

quod

quòd,Socin.iun.conf.69.nu.32. lib.3.ait. quod de natura illorum verborum eſt declarare quo modo præcedentia debeant intelligi, declarat ergo Imperator,quòd ea ex prædictis conceſſis quæ ſunt de proprietate, & immediato dominio ipſius Imperatoris,& Sacri Imperij,illa intelligantur,& ſint in proprietatem, & ſic poſſet adaptari hæc prima pars clauſulæ ad ea,quę ſũt de nouo conceſſa,& ibi enumerant, quamquã etiam non bene,cùm ea non eſſent de proprietate, & immediato dominio Imperatoris, quia poſſidebantur, & adhuc hodie poſſidentur ab aliis principibus, & dominis in feudum ab ipſo Imperatore,aut ab aliis,& quicquid ſit,quæſtio non eſt de illis, ſed de Marchionatu antea conceſſo in feudum,qui multo minus poteſt aptari & conuenire illis verbis,cùm non eſſet de proprietate,nec immediato dominio Imperatoris. Neceſſariò ergo cõtinebitur in alia parte clauſulæ dum dicitur,quicquid verò in feudum eſt, vel eſſe debet,id in r ectum , & nobile feudum concedimus, & ideò cum Marchionatus eſſet de conceſſis iam in feudũ anteceſſoribus Marchionibus,vt patet ex inueſtituris anteceden-tibus,maximè illa Theodori,ergo manifeſtè , & ad digitum oſtendit,ſe velle concedere in feudum,& iſte eſt verus ſenſus illorum verborum & vera mens,& intentio Imperatoris,non autẽ ea,quam conſiderat Gozadinus,et ita faciendi eſt interpretatio, & declaratio vt euitetur correctio,& mutatio , vt diximus ſupra , Ex quibus concluditur , quòd conceſſio Caroli quarti, non ſolum probat Marchionatum fuiſſe feudum , verum etiam Aledranum in feudum habuiſſe . Poſtremò eſto quòd tempore Aledrami Marchia non eſſet feudum, quod non admittitur; prout ex ſupradictis patet, tãtis eſt nobis quòd poſtea fuit feudum , & quocunq; tempore,& per quem ex Marchionibus poſt Aledramum fuerit recognita in feudum, hoc vnum eſt verum, quòd ante Theodorum erat feudum pro maſculis , & fœminis,& cum facultate alienandi iuxta formam dictæ conceſſionis Ottonis , quòd patet, quia Yolanda ſeu Theodorus eius filius ſucceſſit,& Ioannes vltimus de linea Aledrami de eo diſpoſuit, vnde nobis ſufficit,quòd ante Theodorum apud anteceſſores Marchiones,eſſet feudũ pro maſculis, & fœminis, prout omnes admittunt, & niſi tale fuiſſet , veriſimiliter Imperator Henricus non conceſſiſſet Theodoro filio Yolandæ inueſtituram vti de feudo antiquo,& paterno Sacri Rom.Imperij,niſi fuiſſet pro maſculis,& fœminis,quia vbi fœminæ non admittuntur , nec etiam maſculi ex eis §.hoc autem,de ijs qui feudare poſſ.ibi,ſimiliter & earum filij , vbi docto. notant,inueſtiendo ergo filium fœminæ in feudum antiquum manifeſtè probatur, quòd iam antea, & antiquo tempore fuerat feudum pro maſculis , & fœminis .

Quo ſic ſtante reuertẽdo nunc vnde digreſſi ſumus, Reſpondetur ad obiectum ſupra factũ aduerſus noſtram concluſionem, dum dicebamus, inueſtituram facta Theodoro intelligi 24 de deſcendentibus maſculis tantum, ꝙ quòd dicta ex aduerſo procederent , vbi nihil aliud dictum eſſet,ſed in caſu noſtro multa ſũt ex quibus oſtenditur , quòd Theodorus cenſetur inueſtitus pro hæredibus maſculis,& fœminis,nã non ſimpliciter inueſtitur pro ſe,& hæredibus, ſed cum declaratione ſubſequenti,dum dicitur ita quodamodo idem Marchio pro ſe,& heredibus ſuis dictũ feudum habeat ſicut, & eo modo,& forma,quo, & qua prædeceſſores,& ſucceſſores Marchiones Montisferrati habent , & renere conſueuerunt : nam vt diximus ſupra, illa verba,ita quod,ſtant declarativè ad præce-25 dentia,iuribus ibi additis,qb' addo, ꝙ imò non ſolum inducunt declarationem,ſed etiam augmentum ad præcedentia , vt tradit Pariſ.d. conſil.1.num.24.lib.3.& conſil.90 num.28.& 27.& conſil.92 num.33. lib.2. allegat vbiq; Socin.conſi.100.incipien.in dubitationibus num. 6.& 7.& conſil.ſeq.nu.6.lib.4.Sed illa non ſunt conſilia Socini,ſed primum eſt cuiuſdam doct. Hieronymi Iannetini Bononienſis alterum eſt Antonij Chochi, adducit etiam Franciſci de Curte cõſ.49.recolẽde memorię col.25.verſ.cõ firmatur ex iuris diſpoſitione,& ſeq.& ſic dicta verba declarãt,& augẽt verbũ hereditꝫ, ꝓcedẽs, vt intelligantur nõ de hæreditꝫ ſtrictè,id eſt pro maſculis,ſed prout anteceſſores tenuerãt nem-26 pe pro maſculis,& fœminis,ſ quòd autem anteceſſores ita tenuerint patet , quia conceſſio facta Aledramo dicit,ad vtriuſq; ſexus familias, et ſi volumus referre verba illa anteceſſores,ad Aledramum,prout probauimus ſupra debere referri,certè clarum eſt, quòd ipſe habuit Marchionatum,pro maſculis,& fœminis, vt ſupra diximus, ſi vero volumus referre ad prædeceſſores immediatos nempè ad Ioannem vltimũ de linea ipſius Aledrami, certè & ipſe tenebat Marchionatum pro maſculis, & fœminis,quod patet, quia Yolanda ſoror nullis exiſtentibus maſculis , ſucceſſit, ſeu Theodorus eius filius, qui nullo modo potuiſſent ſuccedere , ſi non fuiſſet fẽdum pro maſculis , & fœminis , prout in ſpecie ita ait Cardinalis Simoneta aduerſus Marchionem Saluţiarum inter, conſilia Mantuę conſ.19.nu.8.& 9.& ſeq.& ideo ibidem nu. 12.ait quòd ex hoc declarata fuit cõceſſio Ottonis ſaltem facto ex diutina obſeruantia , ꝙ eius vigore fœminę ſunt capaces& nu.20.ait ꝙ Marchionatus ex iuris diſpoſitione , & ex conceſſione Ottonis in Yolantidem,& eius deſcendẽtes,fuit tranſlatus, & conſequenter remanſit in familia Paleologorum perpetuò tranſmiſſibilis in deſcendentes vtriuſq; ſexus. Quòd ſi medios inter Aledramum primum , & Ioannem vltimum conſideremus,etiam ipſi habebant Marchionatum pro maſculis,& fœminis,quod patet in Gulielmo VII.cognomento magno, qui per contractum diſpoſuit de hoc feudo in filiã ſuam Margaritam , quam nuptui tradebat Ioanni filio Alfonſi Regis Caſtellæ, & hoc eueniente caſu quo nulli ex eo extarent maſculi, vnde cùm anteceſſores tenuerint Marchionatum pro maſculis,& fœminis,ſequitur neceſſariò, quòd non aliter fuerit inueſtitus Theodo-27 rus,quia ꝙ feudum tranſit de vna familia in aliã

cum

cum sua qualitate, & natura c.1.de benef.fem. cap.1.de eo qui sibi & hæredibus suis masc. & fœm. & in c.1.§.præterea per quos fiat inuestitura, & in terminis Io. Baptista Ferretus Vicentinus consil.87.nu.19. vbi post Paul. de Castro in pluribus consiliis ibi relatis ait, quòd vnus de vna familia admissus à Domino, & inuestitus de feudo quod erat alterius familiæ, in qua erat fœmineum, censetur inuestitus cum
28 eadem qualitate, & ideo † verbum hæredibus in casu nostro non erit restringendum ad masculos, sed stabit in suo proprio significatu, vt scilicet comprehendat masculos, & fœminas l. hæredis appellatione ff.de verbor.signif.& auth.de hæredib.ab intesta.venien.in principio.& videtur ad hoc text.in cap.1. de duobus fratr. à capit.inuestit.ibi.vnusquisq; enim sibi, & hæredibus suis prosperxisse videtur, nam ibi, verbum hæredibus, intelligitur indistinctè pro masculis & fœminis, quia inuestitura feudi, de qua ibi in themate fuerat pro masculis, & fœminis, ex quo enim fœminæ per primas inuestituras fuerunt habilitatæ, sequentes ab illis interpretationem, & declarationem recipiunt, ita in casu nostro de verbo hæredibus, argumentatur Paris. pro ipsis Ducibus Mantuæ d. consi 22. num.4. & plurib.sequen. & consil.23. num.38. & seq. lib.1.relato in volumine consiliorum Mantuæ cons.4.nu.9.& 10.vbi loquitur de concessione Ottonis facta Aledramo, & de inuestitura facta Ioanni per Carolum quartum, pro se hæredib' masculis, & fœminis, quòd per eas fœminæ fuerunt expressè vocatæ, ideo Margarita debeat virtute illarum in feudo succedere, & licet posteriores inuestiturę, inquit, loquantur de hęredibus simpliciter, illæ debent ait, intelligi iuxta præcedentes Ottonis, & Caroli Imperatorum, hoc est, pro masculis, & fœminis, ita etiam argumentantur de verbo hæredibus, præfati Senatores Lucenses, & Albrisius in dictis allegationibus impressis folio 7.facie prima versic.licet & idem Lucensis scribens cum Aliprando in volumine consiliorum Mantuæ cons.1.nu. 3.& sequ.allegant in terminis Corneum consi. 16.colum.4.verf.& licet alias, volu.1. & de hoc dicunt esse textum in cap.1.de duob.fratr.à cap. inuesti.quem nos' supra ponderauimus, idem Aliprand.consil.13.num.8 §.in prima parte, & his additur Alciatus in eodem volumine consiliorum Mantuæ col.10.num.41. & consil.22. num.41.addo eundem Paris. cons.9. inter eadē consilia num.29.& nu.61.quo fit, vt in hoc sufficiant nobis auctoritates consulentium pro ipsis Ducibus Mantuæ.

Accedit, & ratio, nam si benè consideretur illa clausula, ita quod amodo, &c. videtur apposita præcipuè ad specialem determinationē, & declarationem verbi hæredib', neq; ad aliud aptius referri potest, eo quia, eadem verba, pro se & hæredibus sunt etiā repetita in dicta clausula declaratiua, quæ sequitur, dum dicitur, ita quod amodo idem Marchio pro se, & hæredibus suis dictum feudum habeat, & c. quasi dicat, quod Imperator inuestit Theodorum pro se, & hæredibs, suis, sed cum hac declaratione, q ipse pro se, & suis hæredibus pro quibus fuit inuestitus, intelligantur, non de hæredibus strictè ideſt, pro descendentibus masculis sed sicut, & eo modo, & forma, quo, & qua prædecessores Marchionatum tenere consueuerūt, vnde necessario dicendum, est quod determinent, & declarent dicta verba, pro se, & hæredibus, quomodo debeant intelligi, nam dicta clausula apposita est ad fauorē Theodori inuestiti, ne scilicet aliter inuestiretur, & feudum haberet, quàm antecessores habuerant, & fuerant inuestiti: & ideo non debet in eius odium retorqueri, quod esset, si intelligeretur inuestitus pro masculis, tā tum, constituto, quòd antecessores habuissent pro masculis, & fœminis, quia inducereturcorrectio, & mutatio, quod dicendum non est, iuribus supra adductis;

Præterea declaratur pariter ex ijs, quæ præcesserunt, & quæ subsequuta sunt, nam, cùm ob mortem Ioannis vltimi Marchionis fœmina nēpē Yolanda mater Theodori, & per eā ipse idē Theodorus habuerint feudum Marchiæ, & post ipsā ieusiturā ipse Theodorus disposuerit de feudo in Yolandā filiā suam, & vxorē Aymonis in defectum descendentiū masculorū, certè ex his patet, q eius inuestitura cēseatur suscepra pro masculis, & fœminis, quia si fœminæ in eius inuestitura non fuissent comprehensæ, non ita cōueniſſet, & disposuisset ipse de feudo, prout disposuit quia nulliter fecisset Yolant fi-
29 lia Theodori † & nemo censetur velle facere actum nullum, seu inualidum l. non solum ff. de actio, & oblig. l. quoties ff. de reb.dub. & l. quoties ff.de reg. iur. ita Aliprand. loquens de testamento Ioannis Saxoni vltimi Marchionis d.consil.13.num.137.quinimo actus qui sequitur, præsumitur fieri ex titulo, & causa præambula l.quædam mulier ff.de rei vendi. l.2. C.de acquiren. possess.ita in simili tradit Crau.consi. 10.nu.9.nam, vt inquit, à primordio tituli poste rior formatur euentus l.1. C.de impon.lucr.descriptio.lib.10.disposītio ergo subsequens facta de hoc feudo in fœminam declarat qualis fuerit animus, & intentio Theodori in actu antecedent l.Iulianus §. sed si ab initio ff. ad Macedo.l.si qui adulterij C. ad leg. Iul. de aduiter.§. pauonum inst.it.d rer. diuis. ita in simili ab exequtione, & obseruantia mentem arguit Paul. de Castro in consi.347.quia circa donationem, num.14.verf. tertio prēsumitur ex ipsius donationis exequutione, parte prima, nam euentus inquit declarat quid actu sit ff. de testam.tut. l. iure nostro, & de iure fisci l.3.§.quando autem, & ff.ad Sillania.l.Senatus, ita etiām in simili arguit Natta consi.406.num.28.pro quo adducit bonum tex. secundum eum in cap. cum veniſſent de in integrū.vbi, quia non constabat de forma concessionis, & dubitabatur vtrum esset personalis, an realis, dicitur ibi quòd præsumitur, realis.quia vt realis fuerat obseruata, & possessa, vt ibi per Anto.de Butr. in not. & colum.2. versic.oppono 2.& colum.8.versic.oppono cū glos. & ibi etiam Imola colum.3.adducit etiam Baldum consi.243. Villa vel Castrum continet lib.3.vbi ait, quòd posterior qualitas possessionis

nis declarat quid à principio fuerit intentionis, allegat tex. in l. hoc legatum, ff. de leg. 3. & in l. Seæ §. tiranne ff. de fundo instruct. addo Brunum consi. 127. colum. 7. vers. quod si quæratam, vbi vltra Bald. d. consil. 245. quem ipse allegat consil. 446. lib. 3. adducit Alexand. & Pau. de Castro in locis ibi relatis, & notata per eundem Bald nec non Angel. & Iason. in l. si certis annis C. de pact. dicentes, quòd talis præsumitur fuisse concessio emphyteosis, qualis per effectum demonstratur, seu qualis posterior declarat cuentus, & ibi multa alia adducit in proposito idem Brunus ad quem me remitto, & ibidem colum. 12. versic. quòd si dicimam, ait, quòd sequentes actus, & effectus faciunt præsumi qualis fuerit præcedens concessio.

Vnde ex consuetudine, & obseruantia admittendi fœminas, & disponendi circa eas de hoc feudo, inducta pariter dicitur declaratio inuesturæ Theodori, nam vt ait Bald. in cap. 1. §. similiter de cap. qui cur. vend. quem refert, & sequitur Brun. consil. 135. colum. 17. in fin.
30 lib. 2. † consuetudo etiam in feudis interpretatur pactum, & in terminis huius nostræ concessionis Ottonis, ita ait Cardinalis Simoneta cõsil. 39. num. 12. & sequen. dicens, quod consuetudo seu obseruantia interpretatur priuilegiũ, statutum, & alias dispositiones, allegat Socin. consil. 111. abunde col. penul. vol. 1. qui notabiliter ait, q ab obseruantia etiam non præscripta dispositiones recipiunt interpretationẽ, & declarationẽ, vt volnit Ant. de But. Bal. ac Aret. in locis per eum relatis, & probatur secundum eum in l. de die in princip. secundũ vnam lectura ff. qui sit tutdare cogan. & idem Soc. ait in consi. 25. col. 8. vers. decimo probatur eod. lib. 1. q fi quãdo aliqua dubietas oritur ex aliqua dispositione, obseruationes sequentes declarant illam dubietatem per l. fed & Iulianus. §. proinde, & §. interdum versic. si ab initio ff. ad Macedo. & l. si ventri in fin. ff. de priuil. creditor. & l. vt non ff. de peti. hæred. cùm a fijs similibus ibi relatis, prædictis accedit Crau. consi. 211. in fin. vbi post eundem Socinum nec non Pau. de Cast. & Roma. ibi relatos ait, quòd obseruatio subsequuta declarat quale fuerit ius præcedens, Natta cõsil. 406. nu. 26. & 28. & ideo Nicolaus Aliprandus inter consilia Mantuæ consi. 13. num. 26. in prima parte consultationis enumerat multas dispositiones Marchionum factas de hoc feudo in fœminis, & ait, quòd tales actus, seu dispositiones accedunt ad interpretationem verbi, hæredibus, quod nedum intelligatur de masculis, sed etiam de fœminis, & ad probandum obseruantiam seu consuetudinẽ in feudo de quo agitur sufficit adducere prædictũ casum de Yolãda matre Theodori, prout huiusmodi casum ad probandum, quòd etiam ante Theodorum fœminæ erant huius feudi capaces, adducit Alciatus in consilia Mantuæ consil. 22. num. 38. & 39. dicens, quòd si vo umus attendere primũ priuilegium, secundum quod domus Aledrami successit in Marchionatu, constat fœminas in tali dominio successisse: per fœminam enim inquit, ideſt Yolantidem transijt feudum in Paleologos, & cùm id factum sit, ait, iam ferè recentis annis elapsis, credendum est de iure fieri potuisse, & fœminas capaces dicti feudi extitisse, quia tanti têporis lapsus vim priuilegij habet l. 1. §. ductus aquæ ff. de aequa quotid. & æstiua ex hac ergo admissione, & successione fœminę seu masculi ex ea, apparet, & probatur obseruãtia admittẽdi fœminas etiam ante Theodorum,
31 & licet sit vnica admissio attamen sufficit, quia quando actus est successiuus, tunc per vnicum actum inducitur consuetudo, ita in similibus terminis tradit Brun. d. consil. 137. colum. 2. circa med. vbi tenet quòd ex vnico actu successiuo iuncto cursu temporis inducitur consuetudo alienandi feudum, allegat ad hoc tradita per Panorm. in cap. fin. colnm. 10. in septimo requisito de consuetudine, vbi ponit exemplũ de beneficio seculari, & confertur regulari, quia si postidetur per regularem tempore habili ad inducendam consuetudinem, ex quo illa vnica collatio habet actum successiuum erit inducta, consuetudo, vt beneficium sit regulare, & è contra, hinc refert Paul. de Cast. in consi. 163. incip. in causa col. 3. quòd si vasallus testatus fuerit de feudo in primogenitum excluso secundogenito, & lapsi sunt 30. anni, erit inducta consuetudo testandi de tali feudo, & plura alia adducit idem Brun. & de hoc latè per Rochum de Curte in repetite. fin. col. 53. vers. secunda est conclusio. quòd ex vnico actu successiuo, & col. 62 versic. quinto limita, ex. de consuetud. vbi multos adducit, & licet aliqui in hoc teneant contrarium, attamen plures tenent opinionem affirmatiuam, vt idẽ Rochus ostendit, In casu ergo nostro, cùm Yolanda fœmina fuerit admissa seu Theodorus, & omnes descendentes ab eo successerint in hoc feudo, scientibus, & patientibus Imperatoribus, qui Marchiones pro tempore existentes inuestiuerunt, nemo negabit, quin ex hac vnica admissione censeatur inducta cõsuetudo, Imo considerando omnes Marchiones, qui fuerunt post ipsam Yolandam post sunt dici plures actus, non vnus tantum, prout in proposito considerat Nicolaus Aliprandus scribens aduersus Marchionem Salutiarum inter consilia Mantuæ consil. 13. num. 70. vbi ait, quòd & si in consuetudine inducenda regulariter requirantur plures actus inxta plenè not. in l. de quibus ff. de legib. & in l. 1. C. quę sit longa consuetudo, tamen pluralitas actus inquit, satis dicitur interuenisse, cùm a dicto Ioanne Saxono citra incipiendo à Theodoro filio Yolandæ vsque ad Ioan. Georginn vltimum Marchionem interuenerint duodecim Marchiones. sed in quantum etiam habemus inquit omnes istos Marchiones pro vno actu, adhuc solus actus inficit ad inducendam consuetudinem, cùm talis actus fuerit perseueratus habens actum continuum, quo casu vnicus actus sufficit, allegat D. Card. & Abba. in d. cap. fin. de consuetud. & Corneum consil. 90. colum. 1. versic. tamen hoc, lib. 2. & tanto fortius vnicus actus sufficit in casu nostro, quia non sumus in consuetudine noui iuris inducliua, sed in consuetudine interpretatiua, seu declaratiua, nam

in tali

in tali eō ſuetudine, ſeu obſeruantia interpretatiua non requiritur ſpacium longi temporis, & quod longo tempore ita fuerit obſeruatum, ſed ſufficit aliquando ita fuiſſe obſeruatum, ita inquit Craueta conſil. 118. num 2. poſt Paul. de Caſtro Socin. Aretin. Cornetum, & Deci. in locis ibi relatis, addo Natam d. conſ. 406. num. 24. & 25. vbi ait, quòd hæc conſuetudo interpretatiua dicitur eſſe quædam communis obſeruantia, quæ conſiſtit potius in facto quam in iure, ideo non requiritur, quod fuerit præſcripta legitimo ſpatio, ſed ſufficit, quod ita fuerit obſeruatum, allegat Ant. de Butr. eundem Aretin. & Alex. in locis ibi relatis, & comprobant, quia ad declarationem eius, quod actum eſt, ſolius etiam patris familias conſuetudo inſpicitur l. vel vniuerſorum ff. de pigno. actio. l. qui ſemiſſes ff. de vſuris l. hæredes palàm §. ſi quis poſt in fin. ff. de teſt. cum alijs ſimilibus. Conſuetudo ergo hæc, diuturna obſeruantia erit o, prima interpres, quod inueſtitura Theodori loquens de hæredibus, intelligatur de hæredibus maſculis, & fœminis, ad quod facit quòd notabiliter dicit Pariſ. conſil. 21. num. 48. verſicul. nam conceſſio lib. 1. quòd conceſſio feudi facta in patria, in qua fœmina ſolet ſuccedere, præſumitur facta ſecundum talem conſuetudinem, eſto quòd de ea nihil dicatur; allegar Oldrad. Brun. Bald. & Decium in locis ibi relatis, & idem Pariſ. conſ. 13. num. 30 cod. lib 1. vbi multa alia in propoſito adducit, & comprobat vt per eum.

32 Poſtremò, ſine dubio in caſu noſtro † verbum hæredibus ita intelligi debet, ſcilicet propriè, & indiſtinctè pro maſculis, & fœminis, eo quòd ſimus in feudo improprio, ita aiunt ſcribentes pro Ducibus Mantuæ præcipuè præfati Senatores Lucenſis, & Aibriſius in eorum allegationibus folio 15. facie 2. verſicul. præterea ſi aliquo modo, & Pariſ. conſil. 4. num. 35. lib. 1. vbi plures ad hoc refert, qui, & ipſe feudum de quo agitur, eſſe improprium dicit conſ. 22. nu. 20. & conſil. 23. num. 39. verſ. & quia ſumus in feudo improprio, & ex hoc fœminas admitti arguit in caſu noſtro etiam Gozadin. inter eadem conſilia Mantuæ conſil. 8. num. 41. & ſeq. ſubdens ibi num. 43. hoc eſſe maximè verum, vbi ex verbis inueſtituræ, de proprietate ſermonis fœmina comprehenditur, vt quia fuit dictum, pro ſe, & ſuis hæredibus, inquit, nam verbum hæredibus ſecundum eum de proprietate ſermonis includit maſculum, & fœminam: addo eundem Pariſ inter conſilia Mantuę conſi. 4. num. 23. & conſil. 9. num. 29. poſt Socin. & Deci. in locis ibi relatis, & num. 61. etiam ait, quòd eùm iſtud ſit feudum improprium, dicitur fuiſſe conceſſum pro maſculis, & fœminis, & illud verbum, hæredibus, interpretabitur ſecundum ius commune, & ſic generaliter, vt nedum maſculos, ſed etiam fœminas comprehendat., idem in caſu noſtro de verbo hæredibus dicebat Alliprandus in eodem volumine conſilio 13. num. 85. in prima parte conſultationis, & in 2. parte eiuſdem conſilij num. 38. vbi ait, iſtam eſſe communem opinionem, & ſic ſatis eſt nobis authoritas, & teſtimonium prædictorum; Quòd autem Theodorus voluerit inueſtiri, & fuerit inueſtitus, vt de feudo improprio, patet ex clauſula prædicta ita quòd amodo idem Theodorus pro ſe, & ſuis teneat, & poſſideat Marchionatum ſicut, & eo modo,
33 & forma, &c. nam † verbum ſicut, importat omnimodam ſimilitudinem, & in ſubſtantia, & in qualitate, vt ait Socin. iun. inter eadem conſilia Mantuæ conſil. 7. num. 50. per text. in l. ſicut C. de repud. hæredit & in l. ſicut C. de actio. & oblig & in c. fin. de reſtit. ſpolia. vbi Anto. de de Butri. in 4. notabili, non contentus hoc verbo, ſicut, addit verba, eo modo, & forma, quę geminatio verborum importantium etiam eandem ſimilitudinem in qualitate, & ſubſtantia arguit magis enixam voluntatem iuxta l. Baliſta ff. ad Trebell. & vt ait Bart. in l. cum ſcimus in fin. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. actus geminatus vel perſeueratio multum arguunt ad vtilitatem eius quod agitur, facit optimè ſecundum eum l. ſi mulier C. ad Velleia. & ſic apparet ex prædictis verbis, quòd Theodorus fuerit inueſtitus vt teneret feudum in omnibus, & per omnia, & in ſubſtantia, & qualitate prout habere, & tenere conſueuerant anteceſſores, Quod autem eius anteceſſores haberent, & tenuerent Marchionatum in feudum improprium, hoc eſt planum, nec opus eſt aliter demonſtrare, quòd ſi feudum ex forma inueſtiturę Henrici factæ Theodoro iudicatur improprium, prout reuera eſt, per prædicta, certè velimus nolimus fateri nos oportet, quòd verbum hæredibus ſtet propriè ſcilicet, pro maſculis, & fœminis prout anteceſſores Theodori habere, & tenere conſueuerant, ex quibus omnibus patet non obſtare quæ dicebantur in oppoſitione, quia illa poſſent procedere, quando feudum eſt proprium, non autem vbi feudum eſt improprium, prout hic, vbi ex alijs apparet, quod verbum hæredibus debeat intelligi ſecundum ſuum proprium ſignificatum, vt comprehendat maſculos, & fœminas ex ſupradictis. Non omitto etiā quòd inueſtitura Theodori debeat intelligi iuxtà conceſſionem Ottonis, & ſic pro maſculis, & fœminis, hoc ſentire videtur Pariſ. inter conſilia Mantuæ d. conſil. 9. num. 94. dum ait, quòd inueſtituræ ſequentes non contrariantur primæ Ottonis, quminò illi concordant inquit, & eam confirmant, & explicitè quod Theodorus fuerit inueſtitus pro maſculis, & fœminis dicit Gozadin. d. conſil. 8. num. 51. verſic. præterea ex quo conceſſio eſt facta Theodoro, & ſub nu. 52. verſ. ad octauum dico.

Ad euitandam hanc reſponſionem, ſcribentes pro Ducibus Mantuæ dicunt quòd illa verba, ad familias vtriuſque ſexus, poſita in conceſſione Ottonis, non important, quòd per eam vocentur maſculi, & fœminæ, eo quia licet dicta verba legantur appoſita in narratiua conceſſionis, dum Aledramus ſupplicat, quatenus Imperator dignaretur ſibi concedere res, & proprietates ad familias vtriuſq; ſexus, attamen in diſpoſitiua, & in verbis ſucceſſiuis, verba illa non ſtant prout in narratiua, quia dicitur, ae familias vtriuſque ſexus, & ſic referuntur ad

res non ad personas, & important, quòd concedat res ipsas cũ personis, seu familijs vtriusq; sexus, non autem quod concedat res Aledramo pro se & familijs vtriusq; sexus.

Respondetur, quod dispositiua debet intelligi iuxta suppplicata, & narrata. nam cum in narratione, & suppplicatione dictum sit, ad familias vtriusq; sexus, dicitio ac, in dispositiua, aut error scribẽtis appolita est pro ad, aut debet, supplerí addendo præpositionem, ad, prout in narratiua, vt dicatur ac ad familias vtriusq;
34 sexus, pro quo facit † quod quæ in præfationibus dicuntur in sequentibus repetita intelliguntur, & concessa: ita in simili respondebat Brun cons.73. col. 2. vers. nec obstat, vbi multos allegat ad hoc, & in specie, quod per illa verba ad familias vtriusq; sexus, dicta concessio Ottonis comprehendat masculos, & fœminas, & sit idem, ac si dictum esset, pro masculis, & fœminis, tenet expressè Paris. d. consil. 22. num. 2. vers. & quoniam & nu. 6. vbi ait, in concessione Ottonis fœminas fuisse vocatas, & clarius idem Paris. d. cõsil. 23. num. 45. inquit, quod cõcessio Ottonis concedit ibi enarrata, Aledramo ad familias vtriusq; sexus, & sic sentit quod dispositio seu concessio intelligatur iuxta narrata, & petita, vnde ibidem num. 46. ait, quod per dicta verba vtriusq; sexus, quæ ita adaptantur ad fœminam, sicut ad masculum, vocatæ apparent fœminæ, & numer. 140. ait, quod consideratis illis verbis, ad familias vtriusque sexus, vocantur fœminæ ordine successiuo, & quod virtute illorum verborum fœminæ vocentur in concessione prædicta Ottonis tenet etiam Aliprandus d. consil. 13. num. 79. iuncto num. 82. in prima parte consilij, & nu. 148. in 2. parte: quo fit, vt apertè probetur per dictam concessionem Ottonis fuisse vocatos masculos, & fœminas, Et hoc est præcipuè verum, cùm ex forma illius, feudum sit impropriũ, vt diximus supra, nam si Imperator concedit Aledramo Marchionatum, ita quod habeat facultatẽ disponendi pro libito, certè, necessariò dicendum est, quod voluerit eum habere etiam pro fœminis, vnde patet, quòd etiam circonscriptis dictis verbis, ad familias vtriusq; sexus, cùm etiam in eadem concessione dicatur Aledra-
35 mo, & suis hæredibus, † verbum hæredibus, comprehendit masculos, & fœminas, quia simus in feudo impropriõ, & alienabili, vt diximus supra, & addo nunc text. in cap. 1. de feudo non habente prop. nat. feudi, dum ait, si quis ea lege alicui feudum dederit, vt ipse, & sui hæredes, & cui ipse dederit, habeant, verbum enim hæredes in tali feudo impropriõ comprehendit masculum, & fœminam, addo etiam vltra supra relatos Paris. d. consil. 23. num. 61. & Gozadin. d. consil. 8. nume. 26. & sequenti relato in volumine consiliorum Mantuæ consil. 8, in ordine num. 41. & 42. & ibi etiam num. 37. vers. septimo etiam, & num. 38. arguit, fœminas esse comprehensas ex potestate alienandi data Aledramo præcipuè ponderando verba, & quicquid eorum decreuerit animus faciendi, nam verbum quicquid, est præcisè vniuersale inquit, iuxta Bart. Bald. & alios ibi relatos, prout eodem modo dicit in suo volumine consiliorum d. consil. 8. num. 24. & 25. eodem modo arguunt quoq; domini de Collegio Bononiæ inter eadem consilia consil. 15. num. 51. vbi similiter considerant dictum verbum quicquid, addo etiam quod in terminis notabiliter ait Socin. consil. 266. incip. in causa quæ vertitur inter capitulum colum. 13. circa med. 1. 2. dum dicit, quòd quando feudum conceditur extra suam naturam, seu contra naturam feudi, tunc non recedimus à proprietate verborum, quia ab ea recedere non debemus nisi in casibus à iure expressis secundum Bald. Aluarot. & alios in cap. 1. §. 1. epiſcop. vel. Abba. & ita propter clausulam ad habendum adiectam inuestituræ feudi, quòd verbum, hæredibus, debeat intelligi proprie, scilicet de masculis, & fœminis, dicebat etiam Craueta consil. 256. col. 3. vers. nam licet verba, allegat eundem Socin. d. consil. 266. & consil. 252. colum. penult. lib. 1. sed est lib. 2.

Si verò dicatur, posito quòd illa verba concessionis Ottonis ad familias vtriusq; sexus haberent eum sensum, vt per illa dicta cõcessio intelligatur facta pro masculis, & fœminis. Attamen hoc casu non haberet locum conclusio supra facta, quòd fœminæ censeantur vocatæ ordine successiuo, quia dicta conclusio procedit, quando verba inuestituræ sunt, concepta copulatiuè, vel coniunctiuè, videlicet, pro masculis, & fœminis, vel per verba conditionalia scilicet, pro masculis, & ijs deficientibus pro fœminis prout ita loquitur tex. in nt. de eo qui sibi, & hæredib. suis masc. & fœminis in rubr. & nigro, quibus casibus bene procedit dicta con-
36 clusio, & disposito d. cap. 1. † secus autem si dictum sit, pro hæredibus vtriusq; sexus, quia tũc fœminæ non uocantur ordine successiuo, sed simultaneè cũ masculis, ita in terminis limitat Decius consil. 83. Ad clariorem demonstrationem præmittam casum de Baronja versic. & quamuis, & consil. 390. quoniam ex facto col. 6. vers. solum superest & consi. 614. in causa feudali, & eius opinionem sequitur Gozad. consi. 56. nu. 22. quæ conclusio tanto magis videtur procedere in feudo de quo agitur, quod est impropriũ, vt in specie ex hoc fœminas simul vocari, non autem ordine successiuo dicebat Aliprandus d. consi. 13. num. 85. versic. propterea sequitur parte prima, & multò magis vbi vocantur sub verbo hæredibus, prout in inuestitura Theodori, ex quibus videtur, quod in successione talis feudi non procedi debeat ordine successiuo. sed potius simultaneo.

Respondetur, contrarium esse de iure veri°, quod imò eòdem modo fœminæ censeantur vocatę ordine successiuo, quando vocãtur sub signo collectiuo, sicut quando per copulam, ita tenet Alex. consi. 9. colum. 2. uers nec prædictis obstat lib. 5. post Ang. quem refert consi. 38. incip. quidam Ioannes decessit, sequitur Curtius de feudis in 3. par. principali questio. 17. Rollan. à Valle consil. 48. nume. 49. & seq. lib. 4. post Cephalum ibi relatum, & hanc esse cõ-

munem

munem ſententiam, & magis receptam oſtendit idem Rolan. conſil. 34. num. 14. & ſequen. eod. lib. 4 vbi alios huius ſententiæ refert, quibus addo Pariſ. conſ. 21. num. 7. & ſequen. lib. 1. & licet in caſu ſuo conſulat pro filia vaſſalli, quod ſuccedat, & præferatur maſculo, attamen illud ibi eſt, propter conſtitutionem regni incipieu. in aliquibus, & aliam conſtitutionem, quę incipit, vt de ſucceſſionibus, vt per eum ibi nu. 13. & ſequen. addo etiam Gozadin. conſil. 40. num. 8. vbi defendit Alexandrum ab impugnatione Decij, & in ſpecie caſus noſtri de verbis dictæ conceſſionis loquens, ita ait Cardinal. Simoneta inter eadem conſilia Mantuæ conſil. 39. ſub num. 21. verſ. item quia hoc importat illa verba, & Pariſ. inter eadem conſilia conſil. 9. num. 195. idem Pariſ. d. conſil. 23. num. 140. ait quod conſideratis illis verbis inueſtiturę Aledramii, ad familias vtriuſq; ſexus, vocantur fœminæ ordine ſucceſſiuo, vt primo maſculi, & illis deficientibus poſt modum fœminæ, quę non poſſunt venire niſi poſt defectum omnium maſculorum, & quouſq; vnus ex illis extat, inquit, fœminæ, ſunt pœnitus excluſæ & ordo ſucceſſionis inter maſculos erit, vt omnes deſcendentes gradatim ex Aledramo ſuccedant, & fœminis præferantur, & ſexus fœmineus vocatus intelligatur poſt defectum omnium maſculorum deſcendentium ex Aledramo primo acquiſitore, & hanc interpretationem paſſiuam recipere dicit verba prædicta, vtrumq; ſexum vocantia, vnde cū iſta ſit communis, non eſſet vltra inſiſtendum ſuper hoc.

Addo tamen, quòd in caſu noſtro ita debeāt intelligi verba prædicta, declaratum fuiſſe ex
34 obſeruantia, † nam ita fuit obſeruatum in Yolanda ſorore Ioannis vltimi Marchionis de linea Aledrami, quia defuncto Ioanne ſine liberis, & nullis alijs extantibus maſculis deſcendentibus ex Aledramo primo inueſtito, Marchionatus deuenit ad ipſam Yolandam ſororem Ioannis, ſeq; ad Theodorum eius filium, vt ſupra diximus; ita hīne obſeruantiam conſiderat ad hoc Pariſ. d. conſil. 23. num. 72. verſic. & quia in tali Marchionatu ita fuit obſeruatum, & Cardinal. Simoneta inter eadem conſilia Mantuæ d. conſil. 39. ſub num. 12. verſ. declarata fuit conceſſio Ottonis, vbi ex hac obſeruantia inductam fuiſſe declarationem dictæ conceſſionis Ottonis ait, multa adducens vt per eum nume. 13. & ſequen. & idem Cardinalis conſil. 11. num. 28. & ſequenti. arguit pro Margarita ex hac obſeruantia admittendi fœminas, adducens caſum de ipſa Yolanda matre Theodori, & ibi etiam nu. 43. & obſeruantiam intelligimus, non de admiſſione fœminarum ſimpliciter, ſed quòd fuerint admiſſæ ordine ſucceſſiuo, ſcilicet non extantibus maſculis, prout ita loquitur idem Pariſius vbi ſupra: et de huiuſmodi obſeruantia teſtatur quoq; Collegium Bononienſe inter eadem conſilia d. cōſ. 15. num. 79. vbi reſpondendo Marchioni Salutiarum dicēti, quòd ſemper fuerit conſuetudo quod fœminæ eſſent excluſæ ab hoc feudo, dicunt, quòd imò fœminæ ſunt vocatæ, nec poteſt inquiunt, probari conſuetudo, niſi quod extantibus maſculis fœminæ non admittantur, & ſic aperte volunt, quòd non extet quidem conſuetudo excluſiua fœminarum in totum, ſed benè extare conſuetudinē, quòd admittantur nō extantibus maſculis, & clarius hoc dicunt ibi ſub num. 73. vbi reſpondendo ad argumentum factum antea pro Marchione Saluciarum, dum dicebatur ibi nu. 14. quod etſi conceſſum fuiſſet feudum pro maſculis, & fœminis, attamen quod extantibus maſculis, fœminæ non admittuntur, etiamſi dictum fuerit pro hæredibus vtriuſque ſexus, quia intelligitur ſemper de fœminis non extantibus maſculis, & ideo ipſum Marchionem Saluciarum vti maſculum debuiſſe admitti excluſis fœminis, vt per eos. Ad hoc reſpondent præfati DD. ibi num. 73. quòd Marchio Saluciarum non erat, prout non probabat ſe eſſe de deſcendentibus Aledrami primi inueſtiti, & ſi erat, fuerat excluſus multis modis, nempe renunciatione, præſcriptione, & alijs modis, vt ibi demonſtrant: et ideo quia feudum, vt aiunt, tranſiuit ad deſcendentes Theodori filij Yolandæ fatemur, aiunt quod ſi adeſſent maſculi ex deſcendentibus Theodori, fœminæ non admitterētur, vt hactenus fuit obſeruatum Ecce quomodo in domini de Collegio Bononię aperte fatentur obſeruantiam, quòd fœminæ tunc demum admittuntur in hoc feudo, ſi nulli extent maſculi, & quòd ſi hodie extent maſculi deſcendentes ex Theodoro, fœminæ excludūntur, & pondero, dum dicunt, ſi eſſent maſculi ex deſcendentibus Theodori & ſic indiſtinctè intelligunt, ſiue extent ex maſculis, ſiue ex fœminis, quòd ſufficiat dūmodo ſint ex deſcendentibus, Theodori, quia ſemper excluderent fœminas iuxta d. cap. 1. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis, & alia iura ſupra adducta, & obſeruantiam prædictam probant etiam multæ diſpoſitiones factæ per Marchiones tām de linea Aledrami, quam Theodori Paleologi, in quibus ſemper vocarunt fœminas id defectum maſculorum, licet illarum diſpoſitionum nunquām euenerit caſus, nec aliquæ fœminæ fuerunt admiſſæ, quia nunquām euenit condito in diſpoſitionibus appoſita, niſi in prædicta Yolanda, quę demum ſucceſſit in feudo propter defectum maſculorum deſcendentium ab Aledramo, & in ſpecie multas diſpoſitiones Marchionum recitat ad propoſitum Nicolaus Aliprandus inter cōſilia Mantuæ d. conſil. 13. num. 26. in prima parte vbi ait, quòd tales actus, ſeu diſpoſitiones accedunt, non ſolum ad interpretationem illorum verborum conceſſionis Ottonis, dum dicitur, & quicquid eorum decreuerit animus, ſed etiā illorum, ad familias vtriuſq; ſexus, & etiam verbi hæredibus, quòd intelligantur etiam de fœminis deficiēte ſcilicet linea maſculina Aledrami, & Theodori, & ſic per prædicta ceſſant quę idem Aliprandus dicebat eodem conſil. 13. nu. 8. prout ſupra retulimus, quòd in iſto feudo, quod eſt improprium, eſſet ordo ſucceſſiuus, qa vt etiam ipſe fatetur fuit obſeruatum aliter, & ſeruatus ordo ſucceſſiuus, & nunquam legitur

quod masculi, & fœminæ cõcurrerent simultanneè ad successionem huius feudi, sed benè ordine successiuo. Et sic ex prædictis patet, per obseruantia in hoc feudo resultar aperta declaratio non solũ quòd concessio, seu inuestitura Aledrami fuerit etiam pro fœminis, sed etiam, quòd prædicta verba, ad familias vtriusq; sexus, intelligantur ordine successiuo, & pariter quod verbum hæredibus comprehẽdes masculos, & fœminas, intelligatur tamen ordine successiuo.

Similiter non obstat, quod dicunt præfati Senatores Lucenſis, & Albitius in dictis allegationibus folio 35. facie 2 versic. quinimò illa verba, dum conantur respondere ad clausulam relatiuam inuestituræ Theodori, ita quòd amodo idẽ Theodorus &c. quam sentiunt sibi valdè obesse, dicunt enim, clausulam prout antecessores habuerunt, & tenuerunt, debere intelligi, quod ipse Theodorus habeat, & teneat Marchionatum in feudum antiquum, prout antecessores habuerant, scilicet in feudum antiquum, & sic restringunt relationem ad feudum cum qualitate antiqui tantum, non autem debet intelligi, quantum ad alia, & sic quantum ad verbum hæredibus, vel quantum ad masculos, & fœminas, Respondetur quòd hæc oppositio non debuit fieri, quandoquidem non dicit inuestitura, quòd Theodorus habeat, & teneat in feudum, sed quòd habeat, & teneat feudũ, sicut, & eo modo, & forma, quo & qua, &c. & sic non ex fide referuntur verba inuestituræ, vnde apparet, quod non referuntur solũ ad feudum cũ qualitate antiqui, qã iuxta eam nunc inuestiebatur, sed referuntur, & expressè determinãt qualitatem, & formã feudi in aliis, scilicet, quod inuestiretur etiam pro masculis, & fœminis, & cum facultate alienandi, & disponendi de feudo prout antecessores habuerant, & tenuerant, hoc enim important illa verba, sicut, & eo modo, & forma, vt supra ponderauimus, videlicet, quod non aliter nec alio modo inuestiretur, sed quod in omnibus, & per omnia feudum apud Theodorum esset, & in qualitate, & in substantia, prout fuerat apud antecessores, & in nullo recederetur ab antiquo modo tenendi, & possidẽdi feudum, prout nec verisimile est, quod aliter voluerit inuestiri prout in terminis dicit Paris. d consi. 23. num. 68. & 69. & sequen. lib. 1. & multis comprobant præfati Senatores Lucenſis, & Aliprandus inter consilia Mantuæ consil. 1. nu. 5. & 6. & ibi idem Paris. consil. 4. nu. 16. & seq.

Et ex supradictis cessat pariter quòd dicunt præfati Senatores Lucenſis, & Albritius, & omnes alij supra relati, dum aiunt, quòd fœminæ fuerunt vocatæ, & habilitatæ ad feudum per inuestituram Caroli IIII. concessam Ioanni, qui fuit inuestitus pro se, & hæredibus masculis, & fœminis, & ideo virtute illius Dominam Margaritam vocari, & succedere in feudo, non autem per inuestituram Theodori, & feudum per dictam inuestituram Caroli IIII. fuisse alteratum. Nam respondetur, † quod imò cum Theodorus fuerit primus de linea Paleologorum inuestitus de hoc feudo, & inuestitus pro masculis, & fœminis, prout sui antecessores tenuerant, verum non est, quod feudum illud inceperit habere hanc qualitatem tempore Ioannis filij ipsius Theodori, sed eandem iam habuerat, non solum tempore Theodoti, sed etiam antecessorum, imò verò iam ab Aledramo, & virtute concessionis sibi factæ ab Ottone, vt supra demonstrauimus, & omnes præfati scribentes pro eadem Margarita fatentur, & affirmant vt supra retulimus. Ioannes ergo non dicitur primus inuestitus de hoc feudo, pro se & hæredibus masculis, & fœminis, sed Theodorus eius pater, & ideo verum non est, quod feudum in persona Ioannis fuerit alteratum, quia imo semper fuit sub eadem qualitate ab initio vsque, vt supra ostendimus, & inuestitura, Caroli IIII. non est noua inuestitura, sed renouatiua antiquarum, expressio autem illa, dum dicitur, pro masculis, & fœminis, non operatur vt dicatur feudum sumpsisse nouam formam, seu qualitatem, sed est expressio, seu potius declaratio eius, quod continebatur in antecedentibus inuestituris Natn vt supra dicebamus, de hac ipsa concessione loquendo aduersus Gozadinum, Imperator Carolus IIII. commemorat ibi donata ab Imperatoribus ipsis Marchionib' Montisferrati antecessoribus, & in specie concessa Aledramo primo Marchioni per Ottonem, & vltra, ea, nolens eidem Ioanni alia donare, dicit in hæc verba, dicto Ioanni Marchioni, & suis hæredibus, & successoribus masculis, & fœminis ultra prædicta donamus, concedimus, & largimur; ex his enim verbis declarat Imperator, quod donata iam, & concessa erant pro hæredibus masculis, & fœminis, & ultra ea, quæ iam fuerant sic concessa, ipse de nouo alia donat eodem modo pro hæredibus masculis, & fœminis, & cum specialem mentionem faciat de Aledramo primo Marchione Montisferrati, verisimile est, imo certũm, quod præcedentes viderit concessiones, & præcipue eam Ottonis factã Aledramo, & cognouerit quod illa erat prout ita expressè loquitur pro masculis, & fœminis, ideo vltra donata per Ottonem, & alios, pro masculis, & fœminis, voluit etiã cõcedere, & ipse pro masculis, & fœminis, vt sub eadem forma, & qualitate idem Ioannes Marchio omnia teneret noua, & vetera, & non diuerso iure censerentur argum. l. cum qui ædes ff. de vsucap. & hæc est vera intentio Imperatoris concedẽtis, & Ioannis recipientis, non autem eorum mens fuit mutandi, seu alterãdi feudum, omnis enim interpretatio facienda est, vt euitetur mutatio, correctio, & alteratio, iuribus supra ad-
39 ductis, & † in feudo nunquàm censetur recessum ab antecedentibus inuestituris, nisi expressè dictum sit, vt supra etiam dicebamus ex Castrense in consil. 191. visis, & diligenter examinatis nu. 3. lib. 2. vbi ait, quòd requiritur quòd expressè agatur, aliàs secũda inuestitura intelligitur secundum primam allegat c. 1. de eo qui finem fecit agnatis, latè Cutius de feudis in 2. parte quæstio. 7. folio mihi 19. & ibi in additione ad eum, & Paul. de Castro refert, & sequitur

quitur Decius cons.133.colum.2.verſ.non obſtat,quòd in alia poſteriori,& cons.163.num.4. & cons.390.nu.3.addo eundem Paul.de Caſtro conſil.142.col.fin. lib.2. & alij multi ad hoc allegari poſſent,ſed non expedit quia eſt ſatis notum.

Ex præmiſſis itaq; remanet firma concluſio quòd ex inueſtitura conceſſa Theodoro etiam fœminæ ſunt vocatæ,& ipſe fuit inueſtitus pro hæredibus maſculis,& fœminis, prout pro maſculis,& fœminis habuerant anteceſſores,vt ſupra docuimus.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio in feudo antiquo in tranſuerſalibus non datur vltra ſeptimum gradum ſecundum aliquos, ſed contrarium verius nu.2.*

2 *Feudum, quando fecit tranſitum primordialiter de primo acquirente in deſcendentes,ex eo tunc tranſit ad collaterales deſcendentium in infinitum.*

3 *Gloſæ magna eſt auctoritas, & ceteros antecellit,ac ab ea non recedendum in iudicando, & conſulendo.*

4 *Feudum quibus applicetur ſi vaſſallus delinquat, an filijs an verò agnatis vaſſalli delinquentis.*

5 *Succeſſiones extendere debemus, & dilatare, non reſtringere.*

6 *Verbum perpetuum,variis modis ſumitur.*

7 *Infinitas quando tolleretur, & admittatur.*

8 *Cap.1. ſi vaſſallus feudo priuetur cui deffera. cur excludat filios à ſucceſſione feudi,ob delictum patris, vtrò affertur.*

9 *Cap.1. ſi vaſſal. feudo priu. cui deffer. filios vaſſalli delinquentis excludit à ſucceſſione feudi, & etiam agnatos vſq; ad quartum gradum.*

10 *Cap.1. ſi vaſſal. feudo priuet. cui deffer. declaratur.*

11 *Vaſſallus, ſi delinquat in perſonam domini,tunc feudum domino applicatur excluſis filijs, & agnatis omnibus.*

12 *Succeſſio in feudis ſumm aſpicit ſtipitem,& non aliũ qui non ſit ſtipes,& communis parens agnationis.*

13 *Succeſſio in feudis eſſe non dicitur neq; ex teſtamento neq; ab inteſtato, ſed eſt quædam ſucceſſorum continuatio.*

14 *Feudi ſucceſſio potius ex contractu inueſtituræ ſeu pacto fieri dicitur quàm ex ſucceſſione.*

15 *Agnatus hæreditatem defuncti repudiare poteſt, & feudum retinere.*

16 *Cap.1.de ſucceſſio feudi declaratur.*

17 *Concepti, & nati longè poſt mortem primi inueſtiti, agnati,& de liberis eius dicuntur.*

18 *Tex.l.Titius ff.de ſuis & legit.& l.1.§.ſi quis proximior ff.vnde cognati in quibus terminis loquantur, & intelligantur.*

19 *In feudo vel emphyteoſi omnes deſcendentes à primo acquiſitore ſuccedunt tanquàm agnati illius licet tempore acquiſitionis nondum nati, nec concepti eſſent.*

20 *Feudales cauſæ per conſuetudines feudorum vbi aperta eſt deciſio terminari debent,nec recurrendum eſt pro earum deciſione ad leges ciuiles.*

21 *Succeſſiones de iure ciuili licet non procedant ad tranſuerſales vltra decimum gradum,attamen in deſcendentibus procedit in infinitum.*

22 *Cap.1.§.hoc quoq; de ijs qui feudum dare poſſ.diſpoſitio,quomodo intelligatur.*

23 *Pronomen hoc,eſt demonſtrationis ad oculum corporis, & intellectus.*

24 *Cap.1.§.hoc quoq. de ſucceſſione feudi qualiter intelligatur.*

25 *Cap.1.§.ſi capitanei de feudo Marchiæ declaratur.*

26 *Cap. ſatis bene in fine de prohib. feudi aliena. per Lothar. non,eſſe authenticum, & in paucis codicibus haberi.*

27 *Argumentum à contrario ſenſu locum non habet vbi in lege, vel ſtatuto eſt dictio maximè, vel præſertim, & ſimiles.*

28 *Argumentum à contrario ſenſu, an locum habeat in feudalibus.*

29 *Cap. ſatis bene de prohib. feudi aliena. per Lothar. declaratio.*

30 *Succeſſio in feudo dignitatum procedit in infinitum inter collaterales deſcendentium.*

31 *Baldi auctoritas magna, & eius opinio in iudicando ſequenda.*

CONS. VIII.



PPonitur ſecũdo loco,aduerſus concluſionem ſupra in prima parte firmatam, quòd Dux Carolus, præſuppoſito, & vti deſcendens ex Theodoro fuerit vocatus ad feudum, non tamen ſuccedere poſſit, eo quia ſit tranſuerſalis Ioanni Georgio vltimo Marchioni defuncto,diſtans vltra ſeptimum gradum, † at in tranſuerſalibus non datur ſucceſſio in feudo antiquo vltra ſeptimum gradum, licet in deſcendentibus detur in infinitum,vt videtur tex. in cap.1.§.hoc quoq; de ſucceſſ.feudi,& in cap. 1.§.hoc autem, qui feud. dare poſſ.& in cap.latis bene,in fin.de prohib.feudi alienat.per Lothar.ita tenet Andr. de Iſern.in d.§.hoc autem in fin.& communiter teneri per DD.atteſtatur Bald.in cap.1.§.ſi capitanei,de feudo Marchiæ, idem Bald.in authen. deſuncto colum.1.C.ad Tertulla.Iaſon in l.certum, colum.2.C. vnde legitimi, & ſecundum hanc conſuluit Hieronymus Schurf. inter conſilia feudalia Bruni conſ.139.& in terminis noſtris in feudo de quo agitur,hanc opinionem obnixè deffendunt Senatores Lucenſis,& Alipprandus ſimul ſcribentes pro Margarita aduerſus Marchionem Salutiarum in volumine conſiliorum Mantuæ cõſil.6.num.54.& pluribus ſequen.vbi per multas columnas de hoc articulo tractant, & multis rationibus, & fundamentis conantur demonſtrare, hanc eſſe veriorem opinionem, & reſpondent contrarijs, vt per eos, & vltra Bald. & Iſerniam ſupra relatos: pro hac oppinione adducunt Ioannes Fabri quem eſſe dicunt maximæ auctoritatis in §. fin. & ibi etiam Aretin. inſtitut de ſucceſſio.cognato.& idem Alipran. in eodem volumine conſil.13. in 2.parte num. 58. & 59. vbi ſe referens ad ſcripta per cum cum Lucenſe in d conſil. 6. aperte dicit, quòd opinio doctorum tenentium partem contrariam

trariam non est vera, imò contra omnia iura, & ideo ait, quòd cùm sua opinio claris, & per spicuis fundamẽtis refulgeat, & pluribus auctoritatibus coaduuetur, illi standum est, inquit, per not. per Host. in cap. 1. de constitut. & per Abba in cons. 1. in fin. vol. 1. & in c. ex litteris de sponsalib. & cum præfatis Senatoribus transit quoque Paris. in eadem causa scribens aduersus præf. Marchionem eodem volumine cons. 9. nu. 62. vbi remittens se ad dicta per eos affirmat hanc esse magis veram, pro qua adducit Iaf. in d. l. certum C. vn. de legit. & latius idem Paris. pariter in eadem causa in consil. 23. num. 261. & pluribus sequentibus lib. 1. vbi etiam hanc defendit, & veriorem ostendere conatur per eadem argumenta, & eadem rationes præfatorum Senatorũ à quibus, aut ipse mutuauit aut illi ab eo, in eadem quoq; causa Socin. iun. d. volum. consiliorum Mantuæ cons. 7. num. 82. licet non firmiter huic opinioni inhæreat, vt per eum ibi versic. ex hoc tamen solo fundamento, quòd consilium est d. l. 1. suorum consiliorum consil. 76. num. 72. & sequen. cum prædictis etiam transit in eadem causa scribens Cæsar de nobilibus Lucensis inter eadem consilia Mantuæ consil. 12. num. 1. dicens quòd successio restringatur ad septimum gradum, non videtur necessitandum inquit, per deducta per præfatos Senatores eleganter copiosè, & concludenter, quibus nihil addi potest, inquit: Quare opere pretium est, vt nos de veritate huius articuli videamus, maximè quia nullum vidi, qui defendat communem sententiam, præcipuè ab argumentis, & rationibus istorum, fundamenta autem, & rationes eorum infra referemus, vbi illis respondebimus, ne bis idẽ repetamus.

Prædictis itaq; non obstantibus contrariam sententiam de iure veriorem, & magis communem existimo, & propterea Ducem Carolum admitti ad successionem feudi, licet sit vltra septimum gradum Ioan. Georgio vltimo vassallo defuncto, quia satis est, quòd de descendentibus Theodori primi inuestiti. Nam receptissima est doctorum conclusio, † quòd quando feudum facit transitum primordialiter de primo inuestito, seu de acquirente in descendẽtes ex eo, tũc transit ad transuersales, seu collaterales descendentium non modo vltra septimum gradum, sed in infinitum, ita tenet glos. in multis locis, videlicet in cap. 1. §. hoc quoq; in verbo, vsq; ad septimum, de success. feudi, & in c. 1. in verbo consobrinos, de feudo Marchiæ, cap. 1. de natur. success. feudi, & prædictam conclusionem firmat Iacob. de Belusio in d. cap. 1. in fin. de feudo Marchiæ, vbi ita intelligit glos. ibi dicens quòd quando feudum de acquirente facit transitum primordialiter in descendentes ex eo, tunc transit ad descendentes in infinitum, & ad transuersales descendentium, sed si de acquirente primordialiter fecit transitum ad collaterales ex pacto, vel aliis casibus, quib' potest, tũc non progreditur vltra septimũ gradũ, sequitur hanc distinctionem Iacob. Aluarot. in d. cap. 1. §. quia vidimus, colum. 2. in vltim. notab. & colum. 3. circa med. & in §. hoc quoque col. 2. de iis qui feud. dare possi. & ibi etiam Martin. Laudens. in colum. 3. vers. ego verò sũ in contraria sententia, referens eiusdem quoq; sententiæ fuisse Odofred. & Iacob. Ardizo. nec non Bal. & Angel. in locis per eum relatis, sequitur Præpos. ibi colum. 3. versic. nota, quòd vbi tractatur de successione collateralium, & colum. 17. versic. cadit hic pulcher articulus, & in cap. 1. colum. 2. vers. nota in successione feudi de nat. success. feudi, & idem Aluarot. in §. hoc quoque colum. 2. versic. nota quòd in successione collateralũ, de success. feudi vbi ita intelligit glos. ibi, & idem in cap. 1. §. si Capitanei, colum. 2. versic. quæro cum glo. de feudo Marchiæ, & ibi etiam Lauden. colum. 2. vers. quid autem in collateralibus, & Præpos. etiam col. 2. versic. quid autem in collateralibus, Afflic. in 4. notabili, idem Aluarot. in cap. 1. colum. 3. versic. nota quòd in successione feudi, & in c. satis bene colum. 1. in fi. de prohib. feudi aliena. per Lothar. & in c. 1. colu. 1. si vassall. feudo priuet. cui defera. vers. sed postea est extentium, & ibi etiam Afflic. in vlt. notabili ait, quòd collateralis, quem constat esse de descendentibus primi acquirentis feudum, etiamsi in millesimo existat gradu, deficientibus aliis proximioribus, succedit in illo feudo, sequitur hanc conclusionem etiam Curtius de feudis in 2. parte tit. successio transuersalium in feudis folio 11. vbi refert ita consuluisse Baldum, & Angelum, vt patet inter consilia ipsius Angeli cons. 106. incip. sanctissima, idem Bal. cons. 143. incipien. de cuius ore omne rectum lib. 4. Sequitur etiam Iacob. à sancto Georgio in verbo, præsentes, & recipientes, colum. 2. versicul. videamus nunc quid in collateralibus, Guliel. Benedict. in repetitio. c. Raynutius in verbo, & vxorem, num. 91. de testam. & hanc communem, & consuetudine approbatam attestatur Zasius in suo tracta. de feudis, par. octaua in principio num. 4. quam etiam tenet Nardus Liparulus Neap. in suis scriptis ad Ilserniam in d. cap. 1. §. hoc quoq; in apostilla magna super verbo, gradum, & nouissimè sequitur Iul. Clar. de feudis, quæstio. 79. versic. difficultas est, dicens, quòd secundum hanc consuleret, & iudicaret, & ita multi secundum hanc consuluerunt, & præcipuè Paul. de Castro in cons. 279. visa petitione suprascripta num. 1. lib. 2. vbi ait agnatos admitti quantuncunque sint in remotissimo gradu, quia quicquid sit in aliis successionibus hæreditariis iuxta not. in l. certum C. vnde cognati, in feudis tamen antiquis succedunt agnati vsque in infinitum, sicut & descendentes, licet olim vsq; ad quartum vel septimum gradum. Francis. Aret. consilio penul. colum. 2. versic. mihi tamen, Decius. cons. 85. num. 5. & in l. certum num. 8. C. vnde legitimi Gozadin. cons. 26. num. 27. Iason. consil. 114. num. 2. lib. 1. Brun. cons. 73. in casu prænusso col. 1. versic. & quòd plus est etiam transuersales, & cons. 78. in principio, Rum. cons. 12. num. 10. vers. & hoc comprobatur lib. 1. quem refert Cephal. consil. 141. num. 21. lib. 2. & idem Cephalus consil. 5. num. 49. lib.

49.lib.1.ex quibus ſatis patet,quòd doctores legendo, & conſulendo magis communiter hãc opinionem ſequuntur, ideo ab ea non eſt diſcedendum, maximè cùm eam teneat gloſa,
3 prout ſupra retulimus, † cuius magna eſt auctoritas, & cæteris antecellit, vt dicit Bald. in l. cùm hæreditas C. depoſiti,& propterea in varietate doctorum ab opinione gloſæ in iudicando, & conſulendo recedere non debemus; vt dicit Iacob. Butrig. in l.3. C. qui pro ſua inſtitut. prout refert Alexand. conſi.74. num. 24.lib.4. & Socin. conſil.44. colum.3. verſicul. præterea Doctor. magis communiter, & conſ. 80.colum.4.circa fin.lib.1.& conſ.265. colum. 3.verſic.primo quia lib.2. & Bald. in c.1.in fin. de nat.ſucceſſ. feudi ait,quòd in dubijs opinionibus ipſe in conſulendo multum ſequitur glo. ordinariam,quia non poſſet habere meliorem teſtem,& ibi Andr. Barba.in additio.magna,in verbo,meliorem, adducit multas concordant prout etiam adducit Curt. Sen.conſ.43.colum. 7. verſ. opinio enim gloſæ & Claudius de Seyſſello in l.vt vim colum.antepen. verſic.vltimo notandum eſt, & colum. ſeq.ff. de iuſti. & iure vbi inter multos Doct. quos ibi ad hoc adducit ait,quod Salicetus in l.licet colum.2.C.qui potio.in pignor.hab.dicit hęc verba:aduerte pro Deo tu qui practicas, & habes iudicare,& conſulere, quod de facili non debes recedere à glolatore, quo fit vt ab opinione tot Doctorũ & gl teſtimonio roborata non ſit in iudicãdo, & conſulendo recedendum.

Et pro ea ſtat text. clarus, & inexuitabilis ſub congruo titulo poſitus in d. c. 1. de natura ſucceſſ.feudi,ibi enim apertè decidit quòd in deſcendentibus procedit ſucceſſio feudi in infinitum,& ex latere etiam deſcendentium,ſi feudũ ſit paternum,dum dicitur,ſuccedit nepos ex filio ſolus,& ſic in infinitum, per quæ verba determinatur ſucceſſio deſcendentiũ in infinitũ, & dum poſtea ſubiungit, ex latere omnes per maſculos deſcendentes vſq; in infinitum, ſi feudum ſit paternum,per hæc verba apertè determinatur de ſucceſſione inter colaterales deſcendentium ab eo, qui primus acquiſiuit feudum,& qui fuit communis parens,quo caſu dicitur feudum,paternum, vt ibi declarat textus, & Doct. notant. Ad cuius ſucceſſionem vocãtur propterea omnes deſcendentes, & collaterales deſcendentium,qui quantum ad primum acquirentem dicuntur ſemper deſcendentes,licet inter ſe ipſos deſcendentes ſint collaterales, Vnde patet, quòd præfati Senatores Aliprandus & Lucenſis d.conſ.6.num.70.Socin.d. conſil.76.num.72.ſeu.d.conſi.7.num.82.& Pariſ.d. conſil.23. num.264. volentes reſpondere ad illum textum conſiderant ſolum illa verba; ſuccedit nepos ex filio ſolus,& ſic in infinitum & aiunt,quòd loquitur de ſucceſſione deſcendentis aſcendenti, in qua fatendum eſt, quòd proceditur in infinitum, & conſiderant etiam tex.dum inferius enumerat quaſdam perſonas, & caſum circa ſucceſſionem feudi inter eas, ꝙ ille non tranſcendunt ſobrinos,filios patrueliũ, & ſic ſecundum eos non probat id,ad quod allegatur, Sed de non benè conſiderant totum text.quia prætereunt illam partem, quæ eſt de medio, in qua loquitur de collateralibus deſcẽdennum in illis verbis, dũ ait, ex latere omnes maſculos deſcendentes vſquè in infinitum,quibus quidem verbis prędicti ſcribentes non reſpondent, ſed ſilentio ſeu connitentibus oculis prætereunt, quo fit, vt ibi ſit textus apertus pro hac opinione,& cui non video reſpõſum.

Secundò,pro eadẽ opinione adducitur text. in cap.1.ſi vaſſal.feudo priuc.cui deffer.vbi habetur, † quòd ſi vaſſallus deliquerit, ita ꝙ feu-
4 dum amittat,tunc feudum non applicatur filijs vaſſalli delinquentis, ſed agnatis, qui quarto gradu ſunt remoti ab eo, qui feudum acquiſiuit, & etiam vſque in infinitum, dum tamen hos conſtet ab eo per maſculos deſcendiſſe, & & ſic text.apertè probat,quòd agnati in infinitum admittũtur ad feudum vaſſalli delinquentis,dummodo ſint deſcendentes ab eo,qui feudum acquiſiuit,Ad hunc tex. multis modis conantur reſpondere præfati Senatores Aliprandus,& Lucenſ.d.conſ.6. nu.72.& Pariſ.d.conſ. 23.nu.265.primò enim dicunt ex Iſernia quem referunt,quòd ille tex.dum dicit infinitum,debeat intelligi, & declarari id eſt vſq; ad ſeptimum gradum, qui eſt extremus ſecundum eos, in quo agnati inter ſe ſuceedunt in feudo,nam iſte ſeptimus gradus,in quo terminatur ſucceſſio in collateralibus,poteſt dici infinitus, qa eſt finis ſucceſſionis, prout dicitur de perpetuis actionibus, qnæ non præſcribuntur minori ſpacio 30. annorum, cùm illud tempus ſit finis conſtitutionis, vt probat text. in nota rubr. inſtitut.de perpetuis, & tempor. actio. & comprobant alio ſimili ex.§.ceterum inſtit.de legit. agnat. ſucceſſio.vbi dicit text.agnatos admitti, etſi longiſſimo ſint gradu,& tamen ille longiſſimus gradus intelligitur,& reſtringitur ad decimum, iuxta §.fin.inſtit.de ſucceſſ. cogn. Sic igitur in caſu iſto,inquiunt,cùm tot ſint tex.qui dicunt,quòd in feudo etiam paterno inter agnatos ſucceditur vſq; ad ſeptimum gradum, vt in §. hoc autem, qui feud. dare poſſ.& in §. hoc quoq; de ſucceſſ.feudi, ideo vt ille tex.in cap.1. ſi vaſſall.feudo priue.concordet cumalijs iuxta §.quibus, in prima conſtitu.Codicis, debet intelligi dictio in infinitum,id eſt vſq; ad ſeptimũ gradum.

Sed reſpondemus, qnòd hæc reſtrictio ſeu declaratio non procedit, quia verba legis debent intelligi propriè, & in potentiori ſignificatu, non autem limitatè,aut impropriè l.t. §. qui in perpetuũ ff.ſi ager. vectig, vel emph.peta.cùm ſimilibus,& ideo dictio in infinitum debet intelligi prout ſonat, id eſt ſine vlla præfinitione,aut terminatione,& ſic quòd nullo numero graduum limitetur iuxta d.c.1.de nat.ſucceſſ.feudi,vbi ita intelligit gloſ. in verbo infinitum, notans propterea infinitatem aliquando admitti,contra id quòd dicitur, infinitatem eſſe euitandam,vt in l.qui bona §. fin. ff.de dam. infec.cum ſimilibus,& tanto magis debet intel-
5 ligi latè,& indiſtinctè prout ſonat,† qa ſucceſſiones extendere debemus,& dilatare,non autem

reſtringere, vt dicit glo. in §. fin. inſtitut. de ſucceſſ. cogn. & in auth. de hæred. ab inteſt. venien. §. ſi vero, in verbo, cognatos, & pulcher text. in ſtit. de bonor. poſſeſſio. §. adhuc, dum ait, anguſtiſſimis finibus conſtitutum lege 12. tabul. ius percipiendarum hereditatum Prætor ex bono, & æquo dilatauit. Debet ergo intelligi text. in d. cap. 1. ſi vaſſall. feudo priuet. iuxta text. in d. cap. 1. de nat. ſucceſſ. feudi, & quemadmodum in eo textu collaterales deſcendentes à primo inueſtito ſucceduſſent in infinitum, quando feudum vacat per mortem, & tractatur de propria natura ſucceſſionis feudi, ita in iſto textu, quando feudum vacat ob culpam, ſeu delictum vaſſalli, debeant pariter collaterales agnati, dummodo deſcendant à primo inueſtito admitti in infinitum, quia eadem eſt ratio, & ibi in d. cap. 1. de nat. ſucceſſ. feudi textus attribuit pariformiter infinitatem ſucceſſionis in feudo deſcendentibus per directum ab eo, qui feudum acquiſiuit, & etiam collateralibus deſcendentium inter ſe, vnde ſicut in deſcendentibus per directũ, dictio in infinitum, ſtat proprie ſine vlla terminatione, ſeu præfinitione, ita in collateralibus deſcendentium ex regula l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. cum concord. alioquin, facilè fuiſſet legiſlatori dicere, ex latere omnes deſcẽdentes vſque ad ſeptimum gradum, ſi ita intellexiſſet, ſed quia intellexit, quòd vltra ſeptimũ gradum deberent admitti, ideo dixit ex latere omnes deſcendentes in infinitum, vnde, ſicut ibi quando feudum vacat per mortem vaſſalli, non reſtringitur illa dictio in infinitum, quando feudum vacat per culpam, ſiue delictũ vaſſalli, vt iura iuribus concordentur, ita d. text. in cap. 1. ſi vaſſall. feudo priner. intelligit gl. in cap. 1. §. ſi vaſſallus culpam, in verbo, reuocabuntur, circa medium, ſi de feudo fuer. controu. inter dom. & agn. & Iacobus ſan. Georg. in verbo, dictoque vaſſalli promiſerunt non cõmittere ſe ioniam col. 13. vers. ſecunda concluſio, vbi ait, quod nedum agnati, qui ſimul in quarto gradu admittuntur ad feudum, quod vacat ob delictum, ſeu culpam vaſſalli, ſed etiam gradatim aſſi vſque in infinitum per glo. ſecundum eũ in cap. 1. de feudo Marchiæ, & d. glo. in cap. 1. §. ſi vaſſallus culpam, allegat etiam ita tenere Angelum, & Imo. in l. eorum. ff. de dam. infect. Nec quicquã facit ſimile, quod adducunt præfati ſcribentes de verbo, perpetuum, nec de verbo, longiſſimo, quia quantũ ad † verbum perpetuum vario modo ſumitur, & varios habet ſenſus iux. glo notabilem in l. 1. ff. pro ſocio, & in cap. ea enim. §. perpetua quoque emphyteoſis to. queſt. 2. & licet aliquando intelligatur cũ præfinitione, & terminatione iuxta ſubiectam materiam, attamen aliquando etiam ſtat prout ſonat, ſine vlla præfinitione, & terminatione, vt dicit glo. in d. l. 1. per tex. quem allegat in l. 3. ff. de exceptionibus; vnde cum vario modo ſumatur, & intelligatur verbum in perpetuum, non bene arguitur ab eo ad verbum in infinitum, & multo minus debet ſumi argumentum à verbo, longiſſimo, quia licet illud verbũ longum tractum contineat, & extenſionẽ, nihilominus, vt de ſe patet, recipit, vel eſt aptum recipere terminationem, & præfinitionẽ, & ideo terminatur vſque ad decimum gradum, qui eſt vltimus, & ſic longiſſimus gradus ſucceſſionis rerum allodialium, ſed non ſic eſt in verbo, in infinitum, quia illud non eſt aptum recipere, neque recipit terminationem, aut præfinitionẽ ſed † vbi de infinitate fit ſermo, & a lege admittitur, tunc tolleratur ſine vlla præfinitione, vel terminatione, nec eſt propterea euitanda, aut reſtringenda, vt tradunt Doct. in d. §. hoc quoque de iis, qui feud. dare poſſ. vbi inter alios Affict. qui illum legit ſub §. & quia, num. 28. vers. regulariter autem infinitas, allegat. Videamus. §. iurare. ff. de in litem iurando, quo fit, vt hæc prima reſponſio data ad illum text. in d. cap. 1. ſi vaſſ. feudo priuetur non ſtabiliſſet.

Secundo itaque reſpõdent ad illum tex præfati Senatores, vbi ſupra num. 76. & Pariſ. d. nu. 265. vers. vel, & ſecundo dicentes, quod capiẽdo etiam verbum in infinitum, vt ſonat, reſpõderi poſſe aiunt ex Baldo in auth. defuncto. C. ad Tertull. quod ille tex. loquitur in caſu, quando vaſſallus priuatur feudo ex delicto, nec debet trahi ad alios caſus, quia non habet æquitatem, nec rationem, & tanto minus debet trahi ad alios caſus ſecundum eos, ne ſit contrarius aliis iuribus per eos allegatis pro opinione contraria, vt aiunt, addunt tamen poſſe illum tex. in ſuo caſu habere forte aliquam rationẽ, † quia inquantũ noluit filios admitti, fuit vt tradatur in exemplum arg. tex in clem. fin. §. 1. de pœnis ibi, vt cæteris ſit exemplum, & quia ex delicto patris de fide filiorũ, quæ eſt potiſſimũ fundamentum feudi, dubitatur, quia ſolent filij eſſe ſimiles patri, tàm in qualitate animi, quàm Corporis. l. quod ſi nolit § mancipia. ff. de edilitio edicto, & ibi glo. & in cap. ſi quis 6. quæſt. 2. adducuntque multa alia ad hoc, præcipuè exẽpla Poetarum, vt per eos, ſed hæc finit ratio Doctorum in d. cap. 1. ſi vaſſal. feudo priu. quã ipſi ſibi adſcribunt.

Ad hæc reſpondetur † quòd ille tex excludit ob delictum, & culpã vaſſalli non modo filios, & omnes deſcendentes ipſius vaſſalli, ſed etiã agnatos vſque ad quartum gradum, vt probat etiam tex. in §. ſi vaſſallus culpã, ſi de feudo fuer. controuer. inter dom. & agnat. ibi, ſed agnati, qui quarto gradu ſunt, &c. alij autẽ omnes vſq; in infinitum deſcendentes, ab eo, qui feudum acquiſiuit admittuntur, prout ita tenet Iacob. de Beluiſo in d. cap. 1. & Bald. in d. §. ſi vaſſallus culpam, quos refert, & ſequitur Iacob à San. Georgio de feudis d. verbo quiquidem vaſſalli promiſſ. non comit. fello. col. 18. & rationem adducunt quantum ad agnatos, vt ſcilicet eo in caſu remotiores admittantur ad feudũ vaſſalli delinquentis, proximiores verò excludantur, eo quia in iſtis proximioribus militat ſuſpicio ex delicto vaſſalli tenentis feudum propter conjunctionem, & proximitatem, quia quanto proximiores tanto infectiores macula vaſſalli delinquentis, ſæpè enim ſolet eſſe ſimilitudo, & audacia eadem in talibus, arg. l. quiſquis C. ad leg. Iul. maieſta. & in auth. de refer.

§. fin.

§. fin. & d. l. quod si nolit. §. mancipia ff. de edilitio. edicto, dictum ergo Bald. in auth en. defuncto procedit, & est verum in quãtum tex. excludit à feudo filios, & etiam agnatos vsq; ad quartum gradum, nam hoc videtur durum, & irrationabile, quòd ob delictũ, seu factum vnius alij prægrauentur, & puniantur, quamquam non dicatur esse sine ratione, vt supra diximus, sed in quantum ille tex. vocat agnatos vlteriores vsq; in infinitum, & vult eos admitti ad feudum vassalli delinquentis, certè in hac parte cõtinet æquitatem, & rationem, quia seruat successionem agnatis descendentibus ab inuestito, & primo acquisitore, iuxta naturam successionis feudi ex d. cap. de nat. succes. feudi, vnde verum non est, quòd dicatur contra tius alijs iuribus, quia iura per eos allegata pro sua opinione non probant, vt infra dicemus, sed potius concordãt cum d. c. 1. de natura succes. feudi & ideo dici non potest, quòd debeat restringi ad casum istum, & non trahi ad alios.

Sed videntes dicti Senatores, ac etiam Parisius eorum rationem non procedere, quantum ad agnatos remotiores, quos text. admittit ad feudum vsq; in infinitum, adducunt ipsi nouam rationem, & aiunt quod id quod dicitur, agnatos in casu in infinitum admitti ad feudũ, ratio esse potest, inquiunt, vt excludatur suspitio auaritiæ, ne scilicet Imperator de crimine auaritiæ redargui posset, cùm auaritia penitus reprobetur in Principe l. vn. §. penul. C. de cad. toll. cum alijs per eos adductis, per hanc enim rationem aiunt, Principes antequã ad actum priuationis deueniant, maturius, & diligentius considerabunt, an vassallus delinquens sit dignus priuatione, & quia in fauorem domini inductum est inquiunt, vt propter delictum vassalli eius filij, & alij descendentes priuentur, ita ad cõmodum aliorum agnatorum inductum extitit in illo casu, vt agnati descendentes à primo inuestito, seu acquisitore admittantur in infinitum, arg eorũ, quæ habentur in l. eum qui §. iniuriarum ff. de iureiur. & in c. ex insinuatione de proc. & alia adducunt, vt per eos.

Respondemus, quòd hæc sint diuinatiua, & somnia vigilantium † quandoquidem, ille text. secundum Doct. ibi loquitur, quando vassallus delinquit in alium, quam in dominum, suum, quo casu filij, & descendentes ex tali delicto vassalli excluduntur, sed non agnati, saltem intra quartum gradum, & abinde in infinitum, dummodo à primo inuestito descendant, vt traditur etiam in d. §. si vassallus culpam, & in cap. 1. §. fin. quæ sint prima causa benef. amitt. & in cap. 1. an ille qui interfecit fratr. dom. sui, & vbiq; glo. & Doct. ideo verum non est, quòd fauore domini illud inductum sit, sed potius inductum extitit fauore agnatorum, ne scilicet ob delictum vassalli priuentur feudo, quòd esset iniquum, & irrationabile, & quia in eis non militat ratio suspitionis, quæ militat in filijs, & alijs descendentium, vt per Doctor. in locis præallegatis, propterea statutum est, quòd ad feudum vassalli delinquẽtis admittantur agnati in infinitũ ex natura succes. feudi sicuti admitterentur, si feudum per mortem vacaret, iuxta d. cap. 1. de nat. succes. feudi, vnde non est etiam considerabilis ratio allegata, scilicet, vt remoueatur suspitio auaritiæ in Principe, ne scilicet de facili procedat ad priuationem feudi ob delictum vassalli ad proprium scilicet commodum, quia hæc ratio procedere posset, vbi tractaretur de applicando feudo ob delictum
11 vassalli ipsi domino, † quòd esset, vbi vassallus delinqueret in personam ipsius domini, tunc benè applicatur feudum ipsi domino, exclusis non modo filijs, & descendentibus, sed etiam omnibus agnatis, vt habetur in d. §. deniq; quæ fuit prima causa benef. amitt. dum ait, non ad proximos, sed ad dominum beneficium reuertatur, vt hanc habeat iniuriæ vltionem, vbi omnes Doct. not. & in d. c. 1. an ille qui interfecit frat. dom. sui, est receptissima omnũ opinio, prout hanc communem asserit Ioan. de Anan. consilio 32. in 2 dubio col. 2. & ibi Bologni. in addtio. & magis communem attestatur Curt. de feudis in 5. par. in principio colum. 2. prout idem ait Iul. Clar. de feudis quæstio. 66. cum multis alijs, qui adduci possent. Vnde cũ omnes descendentes, & etiam agnati excludantur & feudum hoc casu aperiatur domino, nullo modo militat ratio considerata per præfatos scribentes.

Quia propter ijdem Paris. d. num 265. versic. tex. illis, & præsari Lucensis, & Aliprandus nitme. 82. adhuc instant dicentes, quòd ille tex. in d. cap. 1. si vassall. feudo priuetur, rectè consideratus nihil facit, eo quia non loquitur de agnatis, qui in infinitum distant ab eo, qui priuatur feudo, sed de illis, qui ita distant à primo acquisitore, dum ait, ad eius petitionem admittuntur, qui quarto gradu sunt remoti ab eo, qui feudum acquisiuit, & etiam vsq; in infinitum, dum tamen hos constet ab eo descendisse, & sic apertè loquitur de descendentibus à primo acquisitore, quo casu benè admittuntur, inquiunt, etiamsi sint distantes in infinitum, sed negatur, aiunt, eos admitti si sunt vltra septimũ gradum illi cui succeditur, esto quòd à primo acquisitore distent longè vltra, & cùm eadem responsione transit etiam Soc. Iun. d. cons. 7. sub nu. 82. vers. & ita tenendo, quod est dicto lib. 1. cons. 76. nu. 74.

Respondetur, hanc considerationem non procedere, quinimò textus apertè loquitur etiã de collateralibus vassalli delinquentis, descendentibus tamen à primo acquisitore: Nam clarum est, quòd ibi agitur de feudo paterno secundum glos. & Doctor. quia alias frustra tractaretur de agnatis, si ageretur de feudo nouo, quia in eo agnati non succedunt, sed tunc feudum exclusis filijs reuerteretur ad dominum, siue vassallus delinqueret in dominum, siue in in alium; agitur ergo de feudo paterno, quo stante necesse est, quòd primus acquisitor fuerit communis parens, tàm vassalis delinquentis de cuius feudo agitur, quàm agnatorum volẽtium admitti ad feudum, Vnde licet omnes quãtum ad primum acquisitorem sint descendentes, attamen quantum ad ipsum vassallum delinquen-

linquentem, de cuius feudi reuocatione proprer delictum tractabatur, sunt collaterales ipsi vassallo, omnes tamen descendentes à primo acquisitore, hinc est quod agnati omnes ex latere ipsius vassalli delinquentis excludunt omnes eius descendentes secundum glo. fin. ibi, quam omnes scribentes sequuntur, quo fit, vt licet text. loquatur de descendentibus in infinitum à primo acquisitore, attamen illi ijdē sunt collaterales vassallo delinquenti, de cuius feudo tractatur. Ideo autem textus magis expressit de descendentibus à primo acquisitore, & non de collateralibus vassalli delinquentis, nō quod tales descendentes non sint etiam collaterales vassallo delinquēti, sed vt ostenderet, quòd tales agnati non dicantur succedere ipsi agnato vassallo, qui feudum tenebat, sed primo acquisitori à quo feudum processit, & in omnes deriuauit, quia in feudo antiquo non dicitur succedit vltimo, sed primo acquisitori, vt infra dicemus, & eo etiam, quia ibi non agebatur propriè de succedendo vassallo delinquenti, sed de auocando feudum ob eius delictum. Et sic ex prædictis omnibus patet, quòd nō obstantibus rationibus, & considerationibus adductis per præfatos Senatores necnon Parisium, & Socinum, ille text. in d. cap. 1. si vassall. feudo primet. optimè probat communem sententiam.

Pro qua adducitur etiam fortissima ratio, & fundamentum inexitabile, nam, vt dicit Bald. in cap. 1. col. 1. vers. & nota, de success. fratr. & 12 grad. succed. in feudo † iu feudis, successio fuum aspicit stipitem, & non alium, qui non est stipes agnationis communis, per eum tex. quē dicit ad hoc notabilem, refert Præpos. ibi col. 2. in fin. & Laudeu. colu. 2. vers. & ex hoc infert Baldus, vnde stipiti potius dicitur succedit vsq; in infinitum, quia ipse quæsiuit feudum, non vltimo morienti, in cuius locum nunc subintratur, & sic licet tractetur de admittendo transuersali ad feudum vacans per mortem transuersalis, tamen iste transuersalis descendens ex primo auctore potius succedit ascendenti, quam huic collaterali defuncto, ita dicebat Præpos. in d. §. & quia vidimus col. 3. vers. & huius ratio est, de his, qui feudum dare poss. & eleganter dicebant Bald. & Ang. d. cons. 106. sanctissima, inter consilia ipsius Angeli colu. 3. vers. ex hoc sequitur, quòd radix portat feudū ad posteros suos velut ad palmites proprios, & sicut fons ad riuulos, allegant l. pronunciatio. §. item appelletur. ff. de verbor. signif. ibi, dum dicit, quasi à fonte quodam memoriæ, & idem col. 4. vers. liquet igitur, dicunt, quod de generali iure feudorum successio feudi, nisi in stipite fundari nō potest, & ibidem col. 8. vers. sed in feudis, dicunt pariter, quod in feudis antiquis nō venit quis, tanquā ex linea collaterali, sed ex natura principij, ideſt stipitis, & eadem colum. in fine concludunt, quod in feudo semper originem consideramus, quia etsi per mille manus ambulet, semper vltimus est successor primi, & ab eó habet causam à quo habet radicem, vt in cap. 1. an agn. vel filius, cum alijs concordan. per eos relatis, & Ang. ac Bald. refert Curt. de feudis d. tertia parte fo. 31. vers. successiuè expedito tractatu, & dicebat Clar. de feudis quæst. 79. vers. difficultas est, hoc casu, non posse dici propriè, quòd agatur de successione collateralium, sed de successione ascendentis delata virtute primæ inuestituræ, prædictis accedit Isernia in cap. 1. §. si quis miles alijs cap. si quis miles, vers. & si filius fratris col. 7. tit. Imperator Lotharius, quòd spectatur origo potius, quàm id quod accidit, & datiò in persona eius, cuius est originalis descendens, non titulus successionis illius, qui defunctus est nunc, arg. C. ad Macedonia. l. 3. & ff. de fideiuss. l. tutor, & l. id quod ff. de donat. nam natura originis nati feudi inspicitur potius, quàm causa retinendi ex successione, quæ delata est arg. l. clam possidere ff. de acquir. poss. principium enim inquit, & causa inspicitur, vt ff. mandati. l. si Procuratorem, & multa adducit, vt per eum, & ibidem eadem col. circa finem ait, quod licet vltimus dicatur habuisse à primo concedente, tamen, & ascēdentes huius vltimi decedentis, descendentes primi cui facta fuit concessio, ab eo primo concedente habere videntur, potiusquā ex successione huius. Vnde dicebat idem Isernia in cap. 1. §. quid ergo col. 6. vers. & sic agnatus, quem refert, & sequitur Collegium Bononiense inter consilia Curtij Sen. cons. 51. præsens consultatio col. 8. vers. & præterea, quòd in feudo antiquo nullus agnatus habet causam ab alio, sed omnes habent causam à concedente, & ideo agnatus non admittitur ad successionem feudi, vt ex nunc, sed vt ex tunc, refert quoque, & sequitur Soci. iun. cons. 72. num. 29. & 30. Cæph. cons. 5. num. 43. & 44. lib. 1. dicens etiam, post Paul. de Castro, & Decium per eum relatos, quod in feudo antiquo filij, vel agnati post mortem patris succedentes, vel proxiui agnati, nō dicuntur habere causam à patre, vel proximo agnato, cui succedunt, sed à primo acquirente, adeo, vt inter vassallos succedentes non habet locum accessio temporis, quia vnus ab alio causam non habet, & vnus dicitur venire post alterum, non per viam transmissionis de vna persona in aliam, sed ex persona propria euenente casu, quod persona, quæ sit anterior tollatur de medio, & ibidē post prædictū Isernium in d. §. & si filius d. tit. Imperator Lothar. ait quod licet in feudis ascendens non succedat descendenti cap. 1. in principio de nat. success. feudi, tamen ille feudo antiquo est secus, quia non succedit ille descendens mortuo, sed antiquo parenti communi, cui fuerat concessum, quia origo spectatur; Et sic ex præmissis satis patet, quod cum in feudis semper spectetur origo, & stipes, ideo nimirum si inter collaterales, descendentes ab eodem stipite, qui feudum acquisiuit, datur successio in infinitum, eo quia non agatur de successione vltimi, sed de successione primi inuestiti, à quo omnes descendunt, & causam habent, cuius persona considerata, omnes sunt descendentes, & ideo succedunt in infinitum.

Aduersus hanc rationem, & fundamentum insurgunt præfati Senatores Lucensis, & Aliprandus multa adducentes d. cons. 6. num. 61.

&

& pluribus seq. & Paris. d. cons. 23. num. 263. aiunt enim quod id quod dicitur, non succedi vltimo morienti, sed primo investito, non esse simpliciter verum, quinimo text. est in contrarium secundum eos in §. & quia vidimus, qui feudum dare possunt, vbi expresè dicitur fuisse obtentum, quod frater fratri in paterno beneficio succederet, & comprobant, quia si dicerentur succedi primo, superfluè hoc impetratum fuisset, inquiunt, quia satis fuisset quod erat obtentum, vt filius patri succederet. Et respõdent ad text. in cap. 1. §. si Capitanei, qui adhoc allegatur, dicentes, quòd ille text. non dicit, quod succedatur patri, & auo, sed benè dicit, per investituram patris, & aui, nec est bona consequentia secundũ eos, succeditur per investituram, seu ex prouisione primi, ergo succeditur primo, nam videmus inquiunt, quòd pupillariter substitutus succedit pupillo ex ordinatione, & prouisione patris, & tamen dicitur succedere ipsi pupillo, & eius esse hæres in tit. de pupill. substit. in princ. & ideo Pau. de Cast. in cons. 286. incip. quoniã fundamentum col. 3. vers. nam pupillaris in 1. volum. dicit, quod pupillaris substitutio quoad ordinationem est vere testamentum patris, & tamen per eam succeditur pupillo, & non patri hæc dicunt præfati scribentes.

Respondemus, quòd, vt ex prædictis patet, eorum dicta sunt contra communẽ Doct. sententiam, a qua non est propterea discedendum in iudicando, & consulendo, & vlterius etiam dicimus aduertendum esse, pro responsione ad text. per eos allegatum in d. §. Et quia vidimus, vt dicit ibi Iacob. de Beluiso col. 3. vers. oppo-
13 nitur quinto, † quod in feudis in veritate non est successio ex testamento, vel ab intestato, sed quædam successorum constitutio, quia de prædecessore transit in alũ, sicut in beneficijs ecclesiasticis arg. l. si arrogator. §. 1. de adopt. quem refert, & sequitur Io. Raynaldi in cap. Imperialem in princ. num. 18. & 19. de prohib. feudi alien. per Feder. & dicebat Aluar. in cap. 1. §. sciendum colu. fin. de feudi cogn. & in cap. 1. colum. 1. vers. successione autem de consuetud. reed. feudi, quod feudum non propriè intelligitur acquiri successione, sed acquisitum capi, ex eo, quia cùm sit feudum antiquum, iam erat acquisitum ex prouisione maiorum prædecessorum, sed tantum largo modo potest dici, quod acquiratur successione, vt ibi in d. §. sciendum, & in d. cap. 1. de cõsuetud. reed. feudi, & in cap. 1. de grad. succed. in feudo, vbi etiam Aflict. in fin. num. 13. vers. sed aduerte ait, quòd licet agnati ex linea trãsuersali in feudo antiquo succedãt, tamen illa non dicitur propriè successio, sed potius dicitur capere feudum ex pacto, & prouidentia, per text. in cap. 1. an agn. vel filius, text. ergo in d. §. & quia vidimus per eos allegatus dicit, quòd frater fratri succedit in paterno beneficio, non intelligi debet, quòd à fratre defuncto iure successionis beneficium consequatur, sed potius ex principali prouidentia, & à maioribus potius intelligitur habere, quam

à fratre defuncto, ita notabiliter dicit glo. ibi in verbo, fratri, quam notant, & sequuntur Bald. Aluar. Præpos. & alij, & similis glo. in cap. 1. in verbo retinere, & ibi etiam Doct. an agn. vel filius, vnde Andreas de Hernia in d. §. & quia vidimus col. 3. vers. sed quia infert, quod in feudo paterno delictum vnius non debet nocere alteri, qui ex pacto, & prouidentia venit, potius quàm successione in propria significatione, accepto verbo successionis, & Aluar. post eandẽ glo. in d. §. & quia vidimus colu. 4. vers. quæro cum glo. 5. ait, quod feuda non percipiuntur iure hæreditario, sed ex prouidentia Principis, qui ita statuit, vel legis, vel consuetudinis feudorum, in quibus hoc cautum est, vt nulla ordinatio de feudis possit fieri in testamento, & cõcludit, quod ille frater admittatur ad successionem in ea parte feudi, quæ erat apud fratrem mortuum, non quod ab eo mortuo illud cõsequatur, sed potius antecessoribus suis, qui illud feudum acquisiuerunt, & hoc voluit illa glos. secundũ eum, quæ benè loquitur, vt ipse dicit, & ibi idem Aluar. colum. 6. circa medium vers. & intelligas, declarat quomodo intelligatur, quod dicitur agnatos succedere in feudo, scilicet correspectu, quia in locum præcedentis succedunt, non autem eo respectu, quòd tencantur ad debita hæreditaria defuncti, vt in cap. 1. an agn. vel filius, & sic licet frater, seu agnatus dicatur succedere in locum fratris, seu agnati prædefuncti, qui feudum tenebat, attamen non dicitur succedere seu consequi feudum ex persona, & iure vltimi defuncti, sed ex persona, & iure primi acquirentis, nempè ex investitura, seu pacto, & prouisione illius, non autem istius vltimi, & ab ipso primo acquirente dicitur habere causam, non ab vltimo, vt dicunt præfati Doct. & hoc est, quod dicit text. in d. cap. 1. §. si Capitanei de feudo Marchiæ, dum ait, per investituram patris, & aui, vbi Doct. notant, præcipuè Aluar. col. 2. vers. nota, quod descendentes, dicens, quod si descendentes à vassallo moriantur sine hærede, feudum quod possidebant reuocedit ad trãsuersales, & hoc beneficio primi investituri descendentis, a quo omnes isti transuersales sunt descendentes, vt in capitulo primo, de grad. succed. in feudo, ex quo infertur inquit, quòd isti transuersales nõ propriè intelligantur capere per ius accrescendi, sed potius ex iure investiturę primi acquirentis, idem dicit Alex. cons. 29. quoniam abundè num. 2. lib. 1. post Iacob. de Beluis. Bart. & Bald. in locis per eum relatis, & notat etiam Lauden. in d. cap. 1. colum. 1. vers. nota ibi, per investituram de feudo Marchiæ, quòd in feudis dignitatum non est successio, nisi per investituram, & tunc non est propriè successio, sed habetur ex prouidentia legis, & in specie huius feudi Marchiæ, in Berous pro ipsa Margarita scribens cons. 67. nu. 32. & 55. lib. 3. quod est relatum inter consilia Mantuæ cons. 12. num. 36. vbi plures ad hoc allegat dicens, quod in feudo dignitatis quale est feudum, de quo agitur, in quo regulariter non habet locum successio, admittuntur descendẽtes, quia hæredes, non tamquã hæredes, quoniã

veniunt

veniunt ex sua persona, ex virtute pacti, & concessionis, non autem simplicis successionis, Patet itaque ex prædictis, quod non dicitur proprie successio in feudo, sed cum agnatus feudū consequatur ex beneficio, & seu iure inuestituræ primi acquirentis, negari non potest, quin magis dicatur succedi primo, quam vltimo, & ideo benè magis valet, & procedit consequentia, succeditur per inuestituram, seu ex prouisione primi, ergo succeditur primo, quam è cōtra, prout innuunt præfati scribentes, scilicet, succeditur per inuestituram, seu ex prouisione primi acquirentis, ergo succeditur vltimo, hæc enim consequentia nullo modo procedit, quoniam nullum ius in feudo agnatus cōsequitur ex persona vltimi, sed ex beneficio, & intre primi, quia vt ait Andr. de Isernia in cap. 1. colu. 2. de eo qui fibi, & hæredibus suis, hoc est regulare in feudo, quod primus agnatus habet, donec viuit, & sequens post eum, & sic de cæteris, & conditione existente, & sic moriente feudatario fingitur nunquā fuisse illius, qui sub vita tenebat, quia quasi cōditionaliter teneret, ideo quasi subiacebat restitutioni, & idem Isernia in d. cap. 1. §. quid ergò col. 4. vers. ité quid in feudo, similiter ait, quod feudum antiquum videtur datū per ordinem, vt in vita patris haberet pater, post mortem alius, & sic de cæteris, & sic qua. subiaceat restitutioni post mortem vnius cuiusque alienari non potest, idem in cap. 1. sub num. 16. vers. sed feudum antiquum, & in §. donare, sub nu. 8. vers. sed statim, qual. olim. feud. por. alien. ait, quod statim mortuo vassallo defertur feudum filijs, vel alijs non iure successionis, sed ex iure contractus, & concessionis feudi, & Isserniam refert, & sequitur Cathcrarius in cap. 1. §. præterea ducatus fo. 105. col. 2. & 3. de prohib. feudi alien. per Feder. dicens, quod quādo conceditur feudum accipienti, & successoribus, primus acquirens, ita accipit in infinitum cap. 1. si vasallus feudo priuetur, & cap. 1. §. hoc quoque de ijs qui fend. dare poss. minimè tamē dicere debemus, vt vna sit donatio pro primo, & omnibus sequentibus in infinitum, quin potius, vt totidem censeantur donationes, quot sunt personæ ad tempus, & post tempus factæ, hoc est vnicuique ad vitam, vt latè per eum, & ideo ibidem in vers. hinc sine ait, quod ei post vitam vnius, donatio finem habuerit, alter iure suo feudum accipit. §. Titius si de feudo fuer. controuer. cap. 1. §. sed, & res, per quos fiat inuestit. cap. 1. de alien. feudi par. vnde restitutioni inquit, necessariæ de vno in aliū ficnda, sic donatæ subiacere intelliguntur. Itaque in summa hoc est verum, & fatentur omnes, quod agnatus feudum non habet ab vltimo, sed potius a primo acquirente, imo dicēdum est, quod non tam successione feudum agnatus consequitur, quam pacto, & prouidentia primi acquirentis, prout dicit Berous in locis supra relatis, & antecum hoc etiam est, quod in terminis dicebat Calder. d. cond. 131. de feudis colum. 2. & inter. 14 cōsilia Baldi d. cond. 137. lib. 2. † quod feudi successio potius fit ex contractu inuestituræ, seu ex pacto, quam ex successione, vt in cap. 1. an agn. vel filius defuncti, & sic non debet inquit attendi successio respectu gradus successionum, sed attendituir pactum factum primo inuestito, quo cauetur, quod quouisque in persit aliquis maiculus, fœminæ non succedant, & Calder. refert, & sequitur Brun. cons. 18. col. 4. vers. tertio quia præsupposito, & vers. & propterea Calderinus, vbi etiam ait, quod non quæritur in talicasu de successione vltimi decedentis, a quo feudum vacat, sed de successione primi inuestiti, in cuius persona contractus, & pacta sunt fundata, & consequenter successio, eundem Calderin. refert quoque, & sequitur Socin. iun. cons. 72. num. 29. lib. 1. & Io. Baptista Ferret Vicentinus cons. 105. num. 13. & sequen. & dicit etiam Raphael Fulgos. cons. 229. incip. cum nobiles de Vico col. 2. quem refert, & sequitur Curtius de feudis in 3. par. quæst. 22. quòd gradus proximitas non ad personam vltimo morientis est referenda, sed primi parentis personæ, quæ feudū acquisiuit prospiciendo est, quo sit, vt non procedat argumentum à simili de substituto pupillariter, quod licet testamentū sit patris, attamen dicatur incedere ipsi pupillo ex ordinatione ipsius patris. Quia, vtra, quod cū speciale in patre testari pro filio impubere, vt in t. moribus, ff. de vulg. & pupill. & in §. 1. in fin. in fin. de pupsubstitut. esse, ideo tribi nō debeat extra casum fiumi. l. ius singulare ff. de legib. dicimus, quod testamentum, & ordinatio patris, dicitur etiam testamentum filij, & est perinde, ac si ab ipso filio fuerit factum, vt in l. patris, & filij. ff. cod. titu. vbi Doct. notant, sed non sic in feudo, quia inuestitura, seu prouisio facta per primum acquirentem, non potest dici inuestitura, seu prouisio vltimi, adeo, vt per eam dicatur succedi ex persona vltimi, sed semper ex persona, & beneficio primi, quia semper dicitur beneficia, eius pacto & prouidentia acquisitum, vt in d. cap. 1. §. si Capimnel de feudo Marchiæ, & benè probat text. in cap. si quis mi es, tit. Imperat. Lothibi dū ait, & si filius fratris mortuus fuerit, frater fratris in beneficio aui succedit, vnde licet vltimo quæratur ius in feudo ex inuestitura, & prouisione primi acquirentis, non tamen ex hoc dicitur succedi in beneficium vltimi, sed in beneficium primi, & omnes dicuntur venire ex iure habito a primo acquirente, & defuncto vassallo, agnatus proximior iure proprio sibi quæsito ex pacto, & prouidentia primi, venire dicitur, d. §. titius si de feudo fuerit controuer. inter dom. & agn. cum aliis concordan.

Sed videntes præfati scribentes nō posse negari, quin successio cadat ex primo, & illi dicatur magis succedi, propter inuestituram, & pactum, & non vltimo, conantur afferre declarationē dicentes, quod bene dici potest, quod succedatur primo, sed indciate, hoc est media persona vltimi, sicut hæres hæredis dicitur primi testatoris hæres. l. pater familias in fin. ff. de vulg. & pupill. l. fin. C. de hæredib instit. plura ponit Ias. inquiunt in §. actionum in principio materiæ petitionis hæreditaris instit. de actio. & pulchrum dictum ponit glo. secundum eos in l. 3. in gl. magna, in verbo, intendere. ff. de petit. hæred.

hæred. quod si primus sit intestatus, & secundus fecit testamentum, potest hæres secundi dicere se hæredem primi ex testamento, sic in proposito nostro, inquiunt, benè dici potest, quod succedatur primo, & ex primi investitura, sed tamen mediante vltimo decedente, cui etiam succeditur, vt est text. in d. §. & quia vidimus, causa autem mediata non tantum influit aiunt, quantum causa immediata Bald. in l. ex placito colu. 1. & 2. C. de rer. permuta. & in l. sub prætextu la. 1. C de transact. & probat text. supra allegatus secundum eos in d. §. & quia vidimus.

Ad hæc satis patet responsum ex supradictis, quia si agnatus statim vassallo mortuo dicitur venire ad feudum iure proprio, & per investituram primi, non est verum, quod dicatur succedere primo mediante persona vltimi decedentis, cui etiam succeditur, quia dicitur habere feudum non ex successione vltimi, sed ex investitura primi, alias si nō posset succedere primo nisi etiam succederet vltimo, & successio primi fieret mediante successione vltimi, sequeretur, quod non posset agnatus habere feudum, nisi etiam esset hæres vltimi defuncti, & tamen clari 15 juris est, quod potest hæreditatem defuncti repudiare, & feudū retinere iuxta cap. 1. an agn. vel filius. Vnde licet non sit hæres, & successor vltimi, nihilominus potest feudum consequi, dummodo sit hæres primi iuxta communem Doctorum sententiam, vt per Alex. cons. 10. num. 3. lib. 3. Gozad. cons. 8. num. 2. quos refert, & sequitur Iul. Clar. de feudis quæst. 9. colu. 4. vers. aliqui vero, vbi ait, hanc opinionem sibi magis placere, & addunt rationem, quia cum descendentes illius primi acquirentis succedant in ipso feudo virtute primæ investituræ, in qua fuerunt vocati ipse, & eius filij, & hæredes, non est considerandus successio illius, apud quem feudum vltimo loco repertum est, sed tantummodo illius cuius beneficio descendentes ipsi ad feudū admittuntur, & ita in facti contingentia iudicatū fuisse aiunt per Senatum, & addo ego text. expressum, quem ipse nō allegat in d. cap. 1. de eo, qui sibi, & hæredibus suis masculis, & fœminis, ibi dum aut, quia solus, cui primus investituram accepit, hæres masculus sit; nam ibi, masculus admittitur ad feudū defuncti, & tamen non est hæres ipsius, sed primi investituræ. Vnde, si verum esset, quod diceretur succedi primo, quia succeditur vltimo, corrueret dicta communis cōclusio, non ergo vnus dicitur successor alterius propriè, sed omnes dicuntur succedere primo per investituram ipsius, & sic semper vltimus dicetur successor primi, licet multi alij fuerint intermedij, sicut dicimus, quod quilibet Papa dicatur successor Petri, licet quamplures in medio fuerint, vt not. Dominic. in cap. 1. in princ. in 3. not. per illū tex. de homic. in 6. & in proœm. 6. §. fane, per illum tex. & in cap. 1. in princip. ne cler. vel Mona. eod. lib. & multis alijs in locis, prout refert, & sequitur Dec. in l. qui per successionem num. 2. & ibi etiam Cagn. ff. de reg. iur. & Ias. in d. l. paterfamilias sub num. 3. vers. adde tu tex. ff. de vulg. & pupill. quo fit, vt verū non sit, quod vltimus dicatur causa immediata successionis, & primum acquisitorem esse causam mediatam causam, autem immediatā magis influere, quàm mediatam, prout dicunt prætati scribentes quia, vt notabiliter in proposito dicunt Bald. & Angel. d. cons. 106. colu. 3. circa medium, ex persona postea succedentis status contractus, seu tituli non mutatur l. 2. §. 1. ff. de verbor. obligat. & in authen. de alien. & emph. §. 1. omnia enim inquiunt, ad id referunt, vnde vim capiunt, & formam, & originem, vt ff. ad leg. Falcid. l. in ratione, §. si filio vers. vt cum operi patris, causa etiam prima semper intuenda est, & causa secunda semper operatur, quantū sibi à prima influitur, & non vltra, vt ff. de leg. 2. l. prætor. §. prædium, & ff. locati, & l. si quis domum, §. hinc, cum alijs per eos allegatis, nam, vt sit author de causis, persona magis influit in causatum quam causa secunda, & ideo causæ secundæ tanquàm sub alternæ plusquam causæ primæ concedi non debet, inquiunt, vt ff. de condit. & demōstr. l. publicus §. 1. & C. de bonor. libi vina mare vers. nā licet, & de interd. & relegat. in princ. fundamentum enim sit in quo rei status totus recluditur. ff. de donat. l. id quod, sicut Adam, qui totam naturā prostraut, quia virtualiter, & in summaria ratione totam includit, sicut in cuspide virtus generationis cluditur, hæc inquiunt Bal. & Angelus, ex quibus apparet primum acquirentē tanquam causam primam esse magis considerandum, & nō successores.

Non etiā obstant, quæ adhuc pro confirmatione adducunt ijdem Senatores nu. 64. & Parin. num. 263. vers. & quòd vltimus decedens, dum comprobando eorum sententiam aiunt, posito, quòd solum diceretur succedi primo acquisitori, tamen negari non posset, inquiunt, quin persona immediatè defuncti non sit in consideratione respectu successionis, & proximitatis, vt potè, quæ defert feudum ad suum proximiorem, licet tale proximior habeat ex investitura primi acquirentis, de hoc est text. clarus inquiunt, in capit. vers. dummodò scias, de nat. succes. feudi, vbi in successione attenditur linea vltimo decedentis, & qui sunt ex ea linea succedunt ante alios, qui sunt ex alijs lineis descentes testatoris, etiamsi essent, qui sunt ex sua linea remotiores à stipite primi acquirentis, quā existentes in alijs lineis, vt patet ex illo textu, & tamen si sola persona primi cōsideraretur deberet succedere linea, & persona, quæ est proximior stipiti, non verò vltimo decedenti, Etsi persona vltimo decedentis non cōsideraretur successione, sequeretur, quòd non posset dari successio transuersalis in feudo paterno, quia semper succederetur ascendenti, & frustra fieret differentia inter successionem descendentium, & transuersalium, quā facit text. in cap. 1. de grad. succeden. in feudo vbi dicitur, primam causam esse descendentiū, deinde collateraliū in feudo paterno, quod certè intelligi debet inquiunt, de descendentibus, & collateralibus decedentis, non primi, quia eius respectu omnes sunt descendentes, & sic apparet secundū eos, quod persona decedentis est in consideratione

in

in differenda successione, licet primo succedatur, vel ex inuestitura primi.

Respondetur ad hæc, & in primis ad text. in d. cap. 1. in vers. dummodo scias, de nat. success. feudi, quòd cùm is aperte probet communem sententiam, vt supra diximus, non posse ex eo sumi fundamentum in contrarium. Secundò adducitur, quod dicebat Ant. de Butrio in cons. 47. incip. præmittendum, quæ refert, & sequitur Præpos. in cap. 1. de grad. succed. in feudo col. 2. vers. nota quod in successione feudorum, videlicet, quòd in successione transuersalium post fratres, & fratris premortui filios, vocatur agnati, nõ omnes, sed proximiores suo ordine, sicut de iure communi, nisi in casu cap. 1. de nat. succes. feudi, quod procedit quando feudum vni ex transuersalibus assignatum est in diuisione, vt patet ibi, dum dicitur, ad vnum solum ex diuisione deuenit, & ibi, ad vnum eorum beneficium feudi ex diuisione peruenit, quo casu feudum quasi fortitur nouum naturam, vt donec supersit aliquis de linea illius, qui habuit feudum in diuisionem, aliæ lineæ transuersaliũ etiam si essent proximiores excluduntur, & deficiente linea, illa vocantur aliæ lineæ, vt ibi habetur.

16 Sed respondetur, & ternò † quod ille text. in d. cap. 1. non probat, quod in feudo dicatur succedi vltimo, nec quòd per eum ad proximiorẽ agnatum deferatur: prout præfati scribentes putant, eo quia dicitur ibi, quod ad illos solos, vel ad omnes, qui ex illa linea sunt, ex qua iste fuit, feudũ peruenit, ex quo ostenditur, quod non habetur consideratio, ad ipsum vltimum, quod eidem dicatur succedi in feudos, fed dicẽdo, quod feudum peruenit ad eos, qui sunt ex eadem linea, ex qua erat iste vltimus, consideratur vasallus defunctus inquantũ continetur, seu stat coprehensus in eadem linea, in qua etiam sunt, vocantes succedere, in eadem autẽ linea comprehenditur etiam stipes. in quo, & per quẽ linea incohatur, & defecdit, nam linea est collectio plurium personarum ab eodẽ stipite descendentium, gradus continens, & minores distinguens, vt habetur in l. finium. ff. de gradib. & incipit a limite ideſt a stipite, vt ibi habetur, ideo etiam consideratur stipes ipſe, à quo linea incipit, vnde idem est, ac si diceret, feudũ ad eos peruenit qui in eadem linea sunt comprehensi, in qua vltimus continetur, & qui omnes ab eodem stipite descendunt. Et tic non valet cõsequentia, admittuntur ad feudum ij, qui sunt ex eadem linea, ex qua est vltimus defunctus, ergo ipsi vltimo succedunt, & feudum per ipsum ad proximiorẽ deferturn. Sed potius bene procederet consequentia si dicatur, hi sunt ex eadem linea vltimi defuncti, ergo feudum ad eos per inuestiturã primi, à quo linea descendit peruenire debet: quo sit, vt non bona sit inductio de illo textu, quã faciunt præfati scribentes ad probandum, quod in feudo dicatur succedi vltimo, & proprerea cessant quæcunque alia pro eos adducta pro comprobatione, nec opus est responsione ad singula. Itaque concluditur, quod responsiones per eos adductæ non obstãt, sed firma stat cõcluſio, quod in feudo consideratur origo, & stipes, & potius dicitur succedi primo acquisitori in feudo antiquo, quã vltimo.

Non etiam obstat, quòd pariter adducitur ijdem Senatores num. 67. dum aiunt, quod si sola persona primi acquirentis esset in cõsideratione, cogeremur dicere, quòd non succederent nisi nati, aut concepti tempore mortis primi, ceteri autem non concepti non posſent dici esse de liberis, nec de agnatis defuncti, vt est reclamis secundum eos in l. Titius. ff. de suis, & legit. in l. 1. §. si quis proximior. ff. vnde cognati ex eo autem succedunt, inquiunt, quòd successiuè vsque ad vltimum defunctum deficientes tranſierunt, & ipſe transimilit in succedere debẽt eius agnationis, & filiationis, quod eidẽ iure non competebat, & ex sua persona, cum viuente primo non esset conceptus, ita in feudo, & emphyteosi in terminis, vt aiunt Clare voluit Paul. de Castro post Cyn. & alios in l. si quis filiũ col. 3. vers. primo oppono. C. de inoff. testam. & sic apparet inquiunt, persona vltimo decedentis esse in consideratione.

Respondemus, quòd ij. errant in terminis, 17 quia imò † nati, & concepti long. post mortẽ primi inueſtiti dicuntur esse agnati, & de liberis eius, & veniunt, seu succedunt in feudo, quia dicuntur ex corpore primi acquirentis, vt probat text. in d. cap. 1. de eo qui sibi, & hæredibus suis, & primus inueſtitus dicitur ſtipulatus, & potuit ſtipulari etiam pro descendentibus nascituris, vt tradunt Doct. in l. quod dicitur. ff. de verbor. oblig. vbi inter alios Alex. col. 9. vers. item addit hic Ang. & per Curt. in tract. de feudis in 2. par. quæſt. 7. vers. secũda cadit necessaria dubitatio. Nec obstat l. Titius. ff. de suis, & legit. & l. 1. §. si 18 quis proximior. ff. vnde cognati, † quia loquũtur, & intelliguntur, quantum ad ius legitimæ hæreditatis, seu succeſſionis ab intestato, quia eo respectu nondum nati, nec concepti tẽpore mortis eius, de cuius legitima successione agitur, non dicuntur eius agnati, vel cognati ei, de cuius successione tractatur, secus autem in aliis dispositionibus, & successionibus, quia in eis non procedunt dicta iura, ita notabiliter Bara. in l. de prætor. ff. eod. tit. de suis, & legit. per textquem dicit ad hoc notabilẽ in l. Paulus. §. Paulus. ff. de bon. libert. & Bart. refert, & sequitur Ang. Are. in §. posthumorum col. 2. vers. nota, quòd ille demum, in ſtit. de exhared. liber. Dec. in rubr. C. de succeſſ. edic. nu. 2. Rubeus Alex. in l. Gallus. §. quidam rectè col. 44. vers. quarta sit concluſio. ff. de liber. & posthum. allegant Rom. singul. 295. sed est singulari 299. incip. cõceptus, & ibi Gabriel Saroma in additio. Alex. cons. 26. videretur fortasse, col. fin. circa fin. lib. 3. quem refert Dec. cons. 217. in fin. Vnde inferunt præfati omnes Doct. in locis prædictis, 19 † quod in emphyteosi, vel feudo omnes descẽdentes veniunt, & succedunt tanquam agnati illius, qui primus feudũ, vel emphyteosim recepit, licet eo tẽpore nondum essent nati, nec cõcepti, ita Bart. in d.l. item Prætor, & in l. quod dicitur circa fin. ff. de verb. oblig. & ibi Alex. Iason, & communiter alij, & per Bald. in l. si in

per-

perſona col.1.verſ.& nota, quod lex Item prætor.C.de fideicomm.quem refert Dec. d. rubr. C.de ſucceſſ.edic.ait enim Bald.quòd lex item prætor,& aliæ ſimiles loquuntur in ſucceſſorio edicto legis, ſecus autem in ſucceſſorio edicto conuentionis,& ponit exemplum de Titio recipiente feudum pro ſe,& liberis ſuis,& quærit, ſi filius, & nepos repudiauerint, vtrum pronepos, qui fuit conceptus dudum poſt mortē Titij recipientis, ſuccedat in feudo, vel emphyteoſi,& videtur inquit, quòd nō,per dicta iura, contrarium tamen eſt verum inquit, quia ex natura feudi veniunt deſcendentes in infinitū, cui naturæ cooperatur pactum, & antiqua inueſtitura, vt not. in cap.1.§. hoc autē, qui feud. dare poſſ.& ſic veniunt deſcēdentes longè poſt concepti, eo quia ſunt ex ſemine, & ſanguine, ſeu genere primi recipientis, ideo admittuntur vnus poſt alium, & idem vult cum prædictis Paul.de Caſtr.exaduerſo allegatus in d.l.ſi quis filium C.de inoff.teſtam.& idem firmat Socin. iun. pro eadem Ducisſa ſcribens d. conſ.7. nu. 10 vbi plures allegat ad hoc ,& in ſuo lib.1. d. conſ.76. num. 6. & ſeq. addo etiam Andream de Iſernia in cap.1.§. hoc quoque colu.3. verſ. item,an filij naſcituri,& agnati de ſucceſſ.feudi; Vnde ex prædictis latis patet, quod imò nati,& concepti longè poſt mortē primi inueſtiti dicuntur ei agnati, vel cognati, & ipſi primo dicuntur ſuccedere,quo fit, vt erronea adducant præfati ſcribentes.

Non omitto aliud fundamentum, quod adducunt aduerſus communem opinionem præfati Senatores num.55. & ſeq. & Pariſ.nu. 261. verſ.pront etiā,quia ſucceſſio,& num. ſequendum aiunt , quod tanto magis eorum cōcluſio procedit,quòd ſcilicet in feudo detur ſucceſſio vſque ad ſeptimum gradum tantum, & non in infinitum, eo quia ſucceſſio feudorū eſt magis ſtricta quàm cęterorum bonorum,multi enim ad ſucceſſionem illorum,inquiunt,non admittuntur,qui admittuntur ad hæreditatē, & olim nepos non ſuccedebat auo,nęc frater fratri etiā in feudo paterno,vt in d.§.& quia vidimus, vn de inconueniens eſſet dicere, quòd eſſet extenſa talis ſucceſſio etiam vltra gradus, qui admittuntur ad hæreditatē,in qua,vſque de iure duo decim tabularum ſucceſſio agnatorum nō excedebat decimum gradum,de iure autem prætorio cognati non ad mittebātur niſi vſque ad ſextum, & quædam perſonæ ex ſeptimo.§. ſin. inſtit. de ſucceſſ. cognat. & ibi Doct. glo. & ibi Aretin.in §.cęterum inſtit.de legit.agn. ſucceſſ. Vnde non eſt veriſimile inquiunt,quòd in feudis fuerit inducta ſucceſſio in infinitū,maximè cùm ſecundum eos hoc non reperiatur per aliquem text. apertè deciſum, argum. text. in l. ſi quando in princip.C.de inoff.teſtam ibi,neque enim credendum eſt Romanū Principem,qui iura tuetur, hoc verbo totam obſeruationem teſtamentorum multis vigilijs excogitatā velle euerti,ſic in propoſito inquiunt, non eſt veriſimile,quòd fuerit aliter inductum perueretendo gradum ſucceſſionis inductum per legem 12. tabul. qui etiam per Prætorem, qui æquitatem ſequitur. l. quod ſi epheſi.ff. de eo, quod certo loco, in cognatis ad ſextum tantum, & quoſdā ex ſeptimo gradu reſtrictus eſt , niſi hoc verbis claris reperiatur inductum.

Reſpondetur, quod cùm habeamus textus claros in d.cap.1. de natura ſucceſſ. feudi, & in d.cap.1.ſi vaſſallus feudo priùe.per quos apertè deciditur, quod in tranſuerſalibus deſcēdentiū datur ſucceſſio in infinitum, vt ſupra probauimus, non eſt arguendum à ſucceſſionibus hæ-
20 reditarijs, ad ſucceſſionē feudorum, nam † in cauſis feudalibus,vbi per conſuetudines feudorum habetur aperta deciſio, non eſt recurrendum ad leges ciuiles,ſeu ad argumenta legalia, Sed tantummodo,vbi non eſt deciſum per cōſuetudines feudales,recurrimus ad leges ciuiles vt habetur in cap.1.de feudi cognitione,vbi gl. Bald.& communiter Doct.& præcipuè Aluar. ibi poſt Iacob.de Beluiſ.& Iacob. Ardiz.dicens quòd in materia feudali primo attendenda eſt conſuetudo, ſeu lex feudalis ſcripta, ſi extat, ſecundò ſi non extat,attendendum eſt ſimile cōſuetudinis; Tertiò recurrendum eſt ad legem ciuilē ſcriptam, ſi extat, & quartò ſi non extat, recurrendum eſt inquit,ad argumenta legalia, & Aluar.ac plures alios refert, & ſequitur Nicolaus Euerar. multa ſcribens in propoſito in locis argumentorum legalib. loco à contrario ſenſu colu.18.verſ.item, & hoc volo te ſcire.

Secundò reſpondetur, non procedere argumentum a ſucceſſionibus hæreditarijs ad ſucceſſiones feudorum, eo quia diuerſa eſt ratio, nam in ſucceſſione hæreditaria , non conſideratur origo , ſeu ſtipes , vel communis parens , ſed ſucceſſio ab vltimo defertur,& ille tantummodo conſideratur , ab eoque ius , & cauſam conſequimur in hæreditate,non autem ab alio ſuperiore , non ſic in feudo , quod non ab vltimo defertur, ſed à primo, & ex ſua inueſtitura, pacto,ſeu prouiſione, vt ſupra probauimus, cū ergo diuerſa ſit ratio, ideo non procedit argumentū vulg.l.illud.ff.ad leg. Aquil.cum ſimili-
21 bus . Præterea † in ſucceſſione de iure ciuili, licet in tranſuerſalibus non procedat ſucceſſio, niſi vſque ad decimum gradum d.§.pen. Inſtit. de ſucceſſ. cogn. attamen in deſcendentibus datur in infinitum, vt notat glo. & ibi Doct. in d. §. pen. & in l fin. C. vnde legit. ita ait Curt. ſen.conſ.43. col.11, verſ.ad tertium, & Nicol. de Vbaldis in tract.de ſucceſſ. ab inteſtato in 3. par.princ.col.5.verſ.reſtat videre, vbi ait,quod in linea deſcēdenti perducitur ſucceſſio vſque quo vita hominum perduci poteſt; Sic ergo in feudis,licęt quandò feudum acquiritur à tranſuerſali, & agitur de ſuccedēdo ipſi tranſuerſali puta ex pacto, aut aliter , non procedat ſucceſſio,niſi vſque ad ſeptimum gradum,vt habetur in d.§.hoc quoque,de his,qui feud.dare poſſ.& in §.hoc quoque de ſucceſſ. feudi; attamen in deſcendentibus primi inueſtiti procedit in infinitum,vt in d.cap.1.de nat.ſucceſſ.feudi,& alijs ſupra allegatis, in deſcendentibus autem licet diuerſæ lineæ oriantur , adeò , vt dicatur inter ſe collaterales,attamen non dicitur agi de ſucceſſione collateraliū,ſed de ſucceſſione aſcen-

dentis

dentis nẽpè primi inuestiti, cuius respectu omnes dicũtur descendentes, vt in d.cap.1. de nat. succes. feudi, quo fit, vt non sit differentia circa successionem inter ius feudorum, & ius cuile, & sic cessant quęcunque adducuntur per præfatos scribentes pro comprobatione sui argumenti

Sublatis argumentis, & responsionibus præfatorum scribentium reliquum est, vt respondeamus ad iura, quæ adducuntur per eos, nempè per Lucensem, & Aliprandum d. conſ. 6. num. 54. & per Paris. d. conſ. 23. nu. 261. & Soc. iun. d. conſ. 76. num. 72. & 73. & in volum. conſiliorum Mantuæ d. conſ. 7. num. 82. per quæ dicunt probari eorum opinionẽ; Primò enim adducunt tex. qui, secundum eos, optime probat in cap. 1. §. hoc autẽ, sed voluerunt allegare §. hoc quoque de ijs, qui feudum dare possunt, vbi tex. explicitè dicit, vsque ad septimum gradum, nec potest inquiunt, ille tex. intelligi, aut cauillari, vt fit per tenentes contrariã opinionem, quod loquatur in feudo non paterno, sed in quo succedit collateralis ex pacto, vel alitèr, quia talis intelligentia inquiunt, est diuinatiua, & decideret casum, qui rarius accidit, & non conueniret illi textui, considerando ordinem, de quo in §. & quia vidimus, & in illo textu, & seriem, & extentiones successionis ibi factas, vsque ad septimum gradum, eo etiã quia in nouo feudo non datur successio, vt ibidem exprimitur, & magna est restrictio aiunt, & diuinatio intelligere illum tex. in collateralibus succedentibus ex pacto, sed opportunius est, istis cõsideraris, ac conuenientius eum intelligere in casu suo in feudo paterno, vt per eos.

22 Respõdemus † quod imò verior intellectus, & communis ad illum tex. est. quod loquatur, & intelligatur de feudo, quod de acquirente primordialiter transit in collaterales ex pacto, vel alijs modis, quibus potest, in quo datur quidem successio vsque ad septimum gradum rãtum: hunc intellectum tenet ibi Auarot. col. 1. vers. alia est lectura, & in §. & quia, col. 3. vers. postea adhuc, eod. tit. & in §. si Capitanei col 2. vers. sed si de acquirente, & ibi ante eum Iacob. de Beluiso in fine, de feudo Marchiæ, Laudensis in §. & quia col. 5. vers. sed quando primordialiter, & ibi etiam Preposit. col. 3. vers. nota octauum ius, vbi ait, istum esse proprie intellectum illius. §. qui totus vno contextu procedit, sequit Afflictus in d.cap. 1. de feudo Marchiæ, sub num. 12. vers. sed qualiter respondebimus, & Curtius de feudis in d. 3. parte titulo successio transuersalium in feudis col. 2. vers. aliquando verò, Moderni Neapolita. in additionibus ad Isernią in d. §. hoc quoque in additione magna vers. si verò de acquirente, ex quibus satis patet, hunc intellectum communiter teneri, & ideo ab eo non esse recedendum; nec verũ est, quod dicatur diuinatiua lectura, seu intelligentia ad illum tex. quia imò si consideremus ordinem, seu contextum præcedentium, & præcipuè antecedentis. §. sin autem, apparebit de veritate intelligentiæ communis, nam in d. §. sin autem, dicitur, quod si vnus ex fratribus à domino feudum acceperit, eo defuncto sine legitimo hærede frater eius in feudum non succedit, nisi nominatim dictum sit, scilicet, vt vno defuncto sine legitimo hærede, alter succedat, deinde ponitur. §. hoc autem, vbi deciditur alius casus, in quo quædam aliæ personæ etiam non succedunt in feudo, nisi per pactũ, nempè filiæ, quæ pariter non succedunt, nisi nominatim dictum sit, quod ad eas pertineat, prout similis continuatio fit etiam in cap. 1. §. si Capitanei in fine de feudo Marchiæ, postmodum sequitur d. §. hoc quoque, qui loquitur de eodem feudo concesso vni ex fratribus cum pacto, quòd eo defuncto sine legitimo hærede alter frater succederet, quod patet, quia dicit tex. hoc quoque sciendum est, quòd beneficium hoc aduenientes ex latere, &c. verba enim beneficium hoc, ostendunt, quòd de eodem feudo sermo sit, de
23 quo supra proximè dictum fuerat, † quia pronomen hoc, est demonstratiuum ad oculum corporis, & intellectus, vt dicit Bart. in l. 1. nu. 2. vbi etiam Doct. ff. de oper. noui nunciat. & debet referri ad magis proxima, vt dicit Aret. in l. qui iurasse §. idem Pomponius in 2. nota. ff. de iureiur. refert, & sequitur Paris. conſ. 35. nu. 20. lib. 2. & conſ. 28. num. 77 lib. 3. & sic ille tex. iuncto d. §. sin autem, declarat quomodo succedant venientes ex latere in hoc beneficio, de quo proximè dictum fuerat, quòd ex pacto collaterales acquirentis succederent, & determinat, quod in tali feudo venientes ex latere succedunt vsque ad septimum gradum tantum, quo fit, vt nequaquam probetur ex eo textu opinio contraria, vt asserunt dicti Doct. quinimo probatur potius communis sententia, inquantum tex. subijcit, quod in masculis descendentibus vsque in infinitum extenditur, quia dicendo de descẽdentibus, intelligitur de omnibus à primo inuestito, & sic etiam de collateralibus descendentium, quia omnes quantum ad primum inuestitum dicuntur descendentes, licet postea inter se sint collaterales, & sic ibi apertè probatur distinctio communis, quæ fit inter feudum, quod facit transitum primordialiter in descendentes recipientis, & feudum, quod transit in collaterales acquirẽtis ex pacto, aut alijs modis quibus potest, vt primo casu successio procedat in infinitum, secundò verò casu vsque ad septimum gradum tantum.

Adducunt secundo loco pro eorum opinione alium tex. quem dicunt esse clarum in cap. 1. §. hoc quoque de succes. feudi, qui non potest, vt aiunt dici, quòd non loquatur de feudo paterno, tum quia aliter non succederent collaterales, nisi diuinaremus pactum, tum quia hoc expressè dicit tex. aiunt, dum loquitur de quarto gradu, quia vlterius non dicebatur paternũ, & tamẽ refert opiniones, quod succedatur vsque ad quartum gradum, & demum vsque ad septimũ, & sic ibi, inquiunt, est tex. inexitabilis, quòd in feudo paterno, & antiquo non succeditur transuersali, nisi vsque ad septimũ gradũ.

Respondemus, & hic, quod ille tex. nõ determinat, sed tantũmodo recitat opiniones quorũdam, dum dicit, & olim quidem obseruabatur

vsque

vſq; ad quartum gradum ſecundum quoſdã, alij autem dicunt vſq; ad ſeptimum gradum, & ſic refert tantum opiniones, prout etiam fatentur ijdem ſcribentes, ſed determinatio ſit in c. 1. de nat. ſucceſſ. feudi, & in d. cap. 1. ſi vaſſall. feudo priuetur, in quibus dicitur, quod vſq; in infinitum, ita ad eum tex. reſpondent moderni Neapolita. in additio. ad Iſerniam, vbi ſupra, & referunt quòd ita reſpondebat Iacob. Pomera. in concluſionibus feudalibus concluſ. 7.

24 Secundò reſpondetur, † quod ille tex. referendo opiniones, vt diximus ſupra, loquitur ſecundum ius antiquum. nempè quomodo olim obſeruabatur circa ſucceſſionem feudi inter collaterales, quòd patet, quia dicit olim quidem obſeruabatur, &c. & dum ſubijcit, alij autem dicunt vſq; ad ſeptimum gradum, loquitur etiam in eiſdem terminis, ſcilicèt iuris antiqui repetendo dicta verba, olim obſeruabatur quaſi dicat, olim obſeruabatur vſq; ad quartum gradum ſecundum quoſdam, alij autem dicunt, quod olim obſeruabatur vſq; ad ſeptimum, non autem loquitur ſecundum ius nouiſſimum, quo ſucceſſio procedit vſq; in infinitum, iuxta d. cap. 1. de nat. ſucceſſ. feudi, & d. cap. 1. ſi vaſſall. feudo priuetur; ita eum tex. intelligit gloſ. in verbo, vſq; ad ſeptimum, dum ait, ſed hodie obtinet vſq; in infinitum, & ſic innuit quod tex. ibi, qui dicit vſq; ad ſeptimum, loquitur ſecundum ius antiquum, ita etiam exponit & intelligit Aluarot. ibi colu. 1. & plures alij relati per prælatos modernos Neapolita. ad Iſerniam colum. 2. verſic. ſecundò dicas, & ita intelligi debet, vt iura iuribus concordentur.

Tertiò, pro eorum opinione dicunt pariter eſſe tex. in c. 1. §. ſi Capitanei de feudo Marchiæ, vbi tex. vſq; ad §. ſi duo apertè loquitur de feudo paterno, & tamen id quod erat dictum, inquiunt, vt fratres, & filij fratrum ſuccederent, dixit extendi ad conſobrinos, qui text. licet per aliquos intelligatur de filijs fratrum, tamen hoc nõ poteſt inquiunt, quia eſſet ſuperfluus, & in quantum dicitur de conſobrinis, id eſt, filijs ex ſororibus, opus eſſet diuinare, aiunt, vnde exiſtimant textum debere potius intelligi de ſobrinis, qui ſunt filij patruellium, & ſunt in ſexto gradu §. ſexto gradu, inſtitut. de gradibus, ad quem gradum olim cognati de iure prætorio, inquiunt, admittebantur additis filijs ſobrinorum in ſeptimo §. fin. inſtitut de ſucceſſ. cogna. Ecce ergo quod non in infinitum, aiunt, ſed vſq; ad certum gradum tranſuerſales etiam in feudo paterno admittuntur.

25 Sed † ille tex. licet loquatur in feudo paterno, nec tamen probat eorum opinionem, quia dum dicit fratres, vel nepotes per inueſtituram patris & aui, in beneficium ſuccedere, & ſubijcit, idem eſſe intelligendum in cõſobrinis, loquitur de collateralibus in quarto gradu tantum, quia filij fratrum, qui patruelles dicuntur, & filij ſororum qui conſobrini propriè appellantur, ſunt in quarto gradu §. quarto gradu inſtitut. de gradibus l. 1. §. quarto gradu ff. eod. tit. vnde ille text. loquitur etiam ſecundum ius antiquũ, quo inſpecto ſecundum quoſdam erat ſucceſſio vſq; quartũ gradũ, vt dixit tex. in d. §. hoc quoque de ſucceſſ. feudi, ſed nec etiam olim terminabatur in quarto gradu, ſed extẽdebatur vſq; ad ſeptimũ, vt in d. §. hoc quoq; fine, & tamen de ſeptimo gradu textus hic nõ loquitur, ideo apertè patet, q̃ loquitur ſecũdũ uis antiquum, ita intelligit gloſa ibi, in verbo, conſobrinis, dum ait, hoc olim vſque ad ſeptimum gradum, quaſi dicat, olim non ſolum ad fratres patrueles, & conſobrinos, & ſic vſq; ad quartum gradum erat ſucceſſio in feudo paterno, prout loquitur textus hic, ſed erat vſque ad ſeptimum, hodie autem vſq; in infinitum, inquit gloſa, & ſic ſi ſucceſſio vſq; ad ſeptimum erat de iure antiquo, multo magis ſucceſſio vſq; ad quartum gradum quia prius fuit extenſio ad quartum gradum quàm ad ſeptimum. Nec procedit intellectus prædictorum ſcribentium dicentium, quod dum tex. loquitur de conſobrinis, ſi intelligeretur de filijs ex ſororibus, eſſet diuinare, & ideo exiſtimant debere intelligi de ſobrinis, qui ſunt filij patruellium, & ſunt in ſexto gradu, d. §. ſexto gradu, quia reſpondemus, quod ſi conſobrini propriè dicuntur nati ex duabus ſororibus, vt dicit textus in d. §. quarto gradu ibi, ſed quidam rectè conſobrinos propriè dici qui ex duabus ſororibus progenerãtur certè intelligere text. de filijs ex ſororibus non erit diuinare, maximè cum verba legis capi, & intelligi debeant propriè, non autem impropriè iuribus vulgaribus, & ita propriè intelligi debere in illo textu, dicit expreſsè d. gloſa ibi in verbo, conſobrinis, & Alnarot. colum. penul. verſic. oppono cum gloſa qui ait, quod intelligendo de conſobrinis propriè ideſt, filijs ſororũ, debet poni caſus de feudo antiquo fœmineo, vt per Iſerniam ibi verſic. ſed ſi intelligantur, & eundem Aluarot. colum. fin. Præpoſ. colum. 2. verſicul. vel aliter, & Afflic. colum. fin. circa finem. Et hoc probatur, nam, dum tex. dicit, quòd fratres, & filij fratrum, qui dicuntur patruelles, ſuccedunt in beneficium patris & aui, & poſtea ſubijcit, & idem intelligendum eſt de conſobrinis, vult dicere textus, quod ſicut in feudo paterno, fratres & filij fratrum dicuntur ſuccedere per inueſtituram patris, & aui, idem intelligendum ſit de conſobrinis, qui in eodem gradu ſunt, vt dicantur ſuccedere per inueſtituram matris, & auiæ, ſi feudum ſit maternum, ſeu fœmineum, & iſte eſt verus ſenſus litteræ. Eſſet quidem diuinare exponere conſobrinos, pro ſobrinis, & ſic intelligere quod loquatur de filijs patruellum, quia vltra quod eſſet multo magis impropriare verba, non etiam conueniret litteræ, quæ loquitur de fratribus, & de conſobrinis, qui eodem gradu ſunt, & omnes dicuntur ſuccedere per inueſtituram patris, & aui, vel matris, & auiæ reſpectiuè, ſed intelligendo de ſobrinis, ideſt filijs patruelium, qui ſunt in ſexto gradu, nõ poſſent dici ſuccedere per inueſtituram patris, & aui, ſed dicerentur ſuccedere per inueſtituram proaui, & aliorum ſupra, cum ſint in ſexto gradu, nec adhuc diceretur probari ex illo textu de ſucceſſione vſque ad ſeptimum, ſed vſque ad ſextum tantum, quod tamen nullò iure cauetur de ſexto gradu, nec etiam inſpecto

iure antiquo dabatur successio vsque ad sextum gradum, sed vsque ad quartum, vel septimum, vt habetur in d.§. hoc quoque, de successione feudi, quo sit, vt nullo modo probet ille textus contrariam opinionem.

Quartò, & vltimò pro eorum opinione dicunt facere textum in c. satis bene in fin. de prohib. feudi alien. per Lothar. nam ille tex. secundum eos sine dubitatione loquitur in feudo paterno acquisito per patrē, & tamen dicit in fine vsq; in infinitum peruenīat, si hoc actum erit, & sic præsupponit ille textus, quòd si actum non fuerit, non peruenīat, in infinitum arguendo à contrario sensu, quod argumentum validum est in iure iuxta l. 1. §. huius rei ff. de off. eius cui mād. est iur sdicto, aliàs illa verba, si hoc actum erit, essent superflua si succederetur in infinitum, cuā si non esset actum quod succedatur.

26 Ad illum tex. † respondetur pluribus modis. Primo iuxta glos. in d. cap. fin. eo, tit. in glos. fin. Ifern. & Aluarot. in d. cap. satis bene in principio quòd illa duo capitula inserta ibi constitutione Lothari Imperatoris non sunt ipsius Imperatoris, & inueniuntur in paucis codicibus, & consuetudinibus feudorum, & ideo dubitabatur an sint leges feudales authenticæ, vel no. Item secundum modernos Neapolit. ibi in additio. ad Iserniam super verbo si hoc actum, & in d.§. hoc quoque de succeſſ. feudi in multis codicibus nō reperiuntur illa verba ibi posita, si hoc actum erit, & Iacob. Cuia. vt eijdem moderni referunt lib. 4. tit. 93. legit dictum capitulum absque dictis verbis, & pariter Iacobus Pomera. in conclusionibus feudalibus decade 2. conclusione 7. dicit debere legi illum tex. absque illa clausula, si hoc actum erit.

Secundò respondebat Petr. de Ceru. vt refert Bald. ibi in d.§. satis bene, & Iacob. Aluarot. colum. 1. in fin. & præfati moderni Neapolitani in d.§. hoc quoq; quod subaudiri debet dictio maximè, videlicet vt dicatur, maximè si hoc actum erit, eo quia etiamsi non fuerit actum procedit successio in infinitum, vnde non procedit ar-
27 gumentum à contrario sensu † quia tale argumentum locum non habet vbicunq; in lege vel canone, aut alia dispositione habetur dictio aliqua implicatiua, vt est dictio maximè, vel præsertim, etiam, & similes, vt tradunt glo. & DD. communiter in l. conuenticulam C. de Episcopo, & Cler. & in d.l. 1.§. huius rei ff. de off. eius cui mād. est iurisdictio. & ratio est, quia iste dictiones implicatiue important idem esse in casu contrario, vt per Euerard. in locis legalibus loco à contrario sensu colum. 7. versi. 4. dicta regula.

Tertiò respondetur, quòd etiamsi non subaudiretur aliqua dictio implicatiua, adhuc tamen non procederet argumentum à contrario
28 sensu, † quia illud non habet locum in constitutionibus feudalibus, secundum Ias. in d. l. 1. de off. eius sub num. 38. versic. limito istud in constitutionibus feudalibus, & in l. 1. sub num. 59. versic. & per hoc ego infero C. de iure emphyteo. & in l. de quibus num. 15. ff. legib. & dato quòd locum haberet etiam in constitutionibus feudalibus vt disputat Curtius de feudis in prima parte princip. quæstio. 4. etiamsi non procedit huiusmodi argumentum, vbicunq; taliter arguēdo resultaret correctio alterius dispositionis feudalis, vt tradit idem Curtius d. quæstio. 4. colum. 2. versi. secundo limitare, & tradunt omnes in d.l. 1.§. huius rei ff. de off. eius, & in d.l. conuenticulam C. de episcop. & cler. & per glos. & ibi etiam DD. in l. 2. C. de condition. insert. At in casu nostro per argumentum à contrario sensu inducereturr correctio aliarum constitutionum feudalium, videlicet cap. 1. de nat. succeſſ. feudi, & in cap. 1. si vasallus feudo priuetur, in quibus indistincte dispōnitur, quòd successio feudi in collateralibus procedat hodieviſque in infinitum, ideonon procedit argumentum.

Quartò etiam respondetur; quòd illa verba si hoc actum fuerit, non sunt posita ad determinādum infinitatem successionis, sed ad alium finem sunt posita nempè eius de quo principali-
29 ter erat quæstio, † Nam casus illius capituli erat, quòd miles quidam bina beneficia à duobus dominis diuersis temporibus acquisiuerat, decesſit relictis duobus filijs, qui dicta beneficia inter se diuiserunt, & ad vnum peruenit beneficium prius quæsitum à patre, & pro quo pater domino feudi fidelitatem iurauerat, & ad alterum peruenit aliud beneficium quæsitum posterius, quilibet ex fratribus domino suo respectiue fidelitatem iurauit simpliciter, nullo anteposito, seu nulla persona reseruata, nisi Imperatore. Deinde decesſit frater ad quem peruenerat beneficium posterius, & ei successit in feudo alter frater superstes, dominus feudi petit ab eo sibi fidelitatem præstari simpliciter, nullo anteposito sicut frater defunctus iurauerat, quæsitum fuit an teneretur ad talem fidelitatem præstandam nullo anteposito, an vero deberet reseruare aliū dominum antiquiorēm cui iurauerat fidelitatem pro alio feudo prius quæsito per patrem, & determinat, quòd licet frater defunctus iurasset fidelitatem simpliciter nullo anteposito, attamen non nocuisse, & ideo fratrem superstitem teneri ad fidelitatem, salua tamen fidelitate antiquioris domini, & hoc etiam si feudum in secundam, & tertiam generationem, & vsque in infinitum peruenisset, & semper fuisset iurata fidelitas nullo anteposito. Vnde illa verba, si hoc actum erit, referri debent ad id quod dicitur, quod fidelitas fuerit semper iurata nullo anteposito videlicet, quod etsi feudum peruenerit in infinitum, & semper hoc actum sit, tamquàm de facto, quòd fidelitas fuerit iurata nullo anteposito, quia semper feudum reuertitur cum suo ordine formali, & non alteratur ex facto morientis sine herede, vt expressè notat ibi Bald. colum. 2. versicul. & nota, & hunc esse puto verum sensum illorum verborum, si hoc actum erit, non autem quod debeant intelligi, & sit sensus, quod succedatur in infinitum, si hoc actum erit. Et ex prædictis patet, non obstare quæcunque iura adducta pro contraria opinione, & ideo non obstantibus quibuscunq; iuribus, & rationibus firma remanet communis conclusio, quòd successio in feudo procedat in infinitum inter collaterales descenden-

tium

tium à primo inueſtito; Viſum eſt autem in hoc articulo inſiſtere,& quibuſcũq; iuribus,& rationibus in contrarium ãductis exactè reſpondere,vt appareat Aliprandum nimis temerè,& audaciter loquutum, dum, vt ſupra in principio retulimus, affirmat communem opinionem nõ eſſe veram,imò contra omnia iura,vt ait,& ideo ſuadere conatur eſſe ſuæ opinioni inhærendum eo quod claris,& perſpicuis,vt ait, fundamentis refulgeat, & pluribus authoritatibus coadiuuetur.

Maximè autem eſt vera,dicta communis concluſio in feudis dignitatum, quale eſt feudum
30 Marchionatus de quo agitur † quia in feudis dignitatum datur ſucceſſio in infinitum inter collaterales deſcendentium,vt notabiliter,& ſingulariter tradit Bald.in d. cap.1. colum.2. de feudo Marchiæ vbi ait, quòd in ſucceſſionibus Illuſt. perſonarum Marchionum Comitum, vel Baronum,qui ab Imperatoribus habuerunt feudũ iam ſunt quingenti anni,mortuo vltimo Comite ſine liberis,ſuccedunt quicunq; agnati,etiamſi centeſimo ſint gradu inquit, quia feudum eſt paternum,& hoc dictum Baldi ſequuntur ibi,& ſingulare dicunt Aluarot. Præpoſ. Laudenſis Afflict.& alij,Curtius de feudis dicta tertia parte fol.31 1.tit. ſucceſſio trantuerſalium in feudis colum.2. Zaſius de feudis d. octaua parte in principio num.5.verſic.& dicit Baldus, Iul. Clar. de feudis quæſt. 79. Decius in l.certum num.9. C. vnde legit. poſt Barthol. Veronen. cautella 96. alias in meo libro eſt 94.incip.eſt dubium,& idẽ Decius conſil. 85. num. 3. & ſequen. Gozadin. conſil. 26.num.28.Gul.Bened.in cap.Raynutius verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, præludio 4.num.92.Boſſius de Principe,& priuilegiis eius numer.94. & licet Baldum communiter ſequantur doctores, attamen Aliprandus d. conſ. 13.in 2. parte numer.60.& 61. auſus eſt Baldum reprehendere,& impudenter loqui contra eum dicens, quòd pro veritate Baldus, & ceteri,qui eum ſequuntur, ita leuiter inquit, loquuti ſunt in hac re ſicut fortè in qualibet alia materia feudali, in qua loquuti vnquàm fuerint, & ait pro certo ſe tenere, quòd ſi Bartolus hæc vidiſſet, deriſiſſet,quia aliquid fatuitatis habent, hæc inquit ille temerarius, in quem non poſſum non excandeſcere, eo quòd de tanto viro,& alijs præſtantiſſimis doctoribus,qui eum ſequuti ſunt, tam impudenter, & temerè loqui audeat, & communem ac receptam omnium ſententiam impugnare, ſed à Baldo,& ceteris non eſt in iudicando diſcedendum propter iſtius vaniloqui
31 verba † nota eſt enim authoritas Baldi quem Fulgoſius conſilio 82. incipien. punctum ſuper quo conſultatio colum 4. circa medium, appellat doctorem excellentiſſimum, & vtriuſque iuris lumen, & conſil.26.incipien.ſtante ſtatuto, colum. fina. circa finem ait, quòd in ambiguis multum cum mouet authoritas Bal. & eius ſententiam ſequi in iudicando honeſtum, & tutum, ac irreprehenſibile eſſe, & plures alij paſſim de ipſo,& eius authoritate atteſtantur,quos longum eſſet recenſere, ſed non eſt opus quoniam ſatis nota eſt, & multo minus meretur reprehendi,vbi non habet contradicentem,pro vt in poſito in concluſione de qua agitur, ideo vltra non inſiſto circa dicta Aliprandi; Addo etiam dictam concluſionem ſine dubio procedere in feudis iuriſdictionum, quia etiam in eis datur ſucceſſio in infinitum inter collaterales intra Curtium loco prælegato colum.2. verſiculo ſecundò ſingulariter limitabitis poſt Aretin.quem refert d.conſ.pen.verſ.ex nouo tamen capite,ſequitur Decius in d. l. certum ſub nu.9. verſ.tertio fallit C.vnde legit.

SVMMARIVM.

1 *Feudum conceſſum pro ſe & hæredibus dicitur hæreditarium.*

2 *Feudo in hæreditario ſuccedere volens requiritur q̃ ſit hæres.*

3 *Feudum dignitatis conceſſum pro ſe, & hæredibus maſculis, & fœminis tranſit ad deſcendentes non ex ſucceſſione, ſed ex inueſtitura, & pacto.*

4 *Feudi hæreditarij in ſucceſſione non admitti deſcendentem niſi ſit hæres quomodo intelligatur.*

5 *Fœmina vbi ab hæreditate excluditur per Statutum non tamen excluditur à feudo.*

6 *In feudo hæreditario ſuccedere volens ſufficit quod ſit hæres pro parte licet non ſit hæres in vniuerſo.*

7 *Doc ſuccedit loco legitimæ debitæ filiæ.*

8 *Feudo in hæreditario ſuccedens ſufficit quod ſit hæres primi acquiſitoris licet non ſit hæres vltimi.*

9 *Statutum ſeu conſtitutio idem diſponens quod ius commune interpretari debet vt aliquid addat iuri communi.*

CONS. IX.

TERTIO etiam opponitur aduerſus prædictam concluſionem nempè præſuppoſito q̃ Dux Carolus vti maſculus deſcendens ex Theodoro,& cõprehẽſus in inueſtitura Theodori, ad ſucceſſionem feudi vocaretur,admitti tamen non
1 poſſit,eo q̃ † feudũ conceſſũ pro ſe,& hęredib⁹, vt in caſu noſtro,eſt hęreditariũ iuxta tradita in C. 1.de eo qui ſibi,& hæredib⁹ ſuis,& in c.1.an agn. vel filius And.de Iſer.in c.1.§.hoc quoq;, de iis q̃ feud.dar.poſſ.& eſſe cõmunem regulam ait Dec conſ.345. nu.8. quem cum pluribus alijs refert, & communem concluſionem dicit Iul.Clar.de feudis quæſt.9.verſic. nunc proſequendo, quo
2 caſu † requiritur, quòd ſuccedere volens in feudo ſit hæres,nec ſufficit,quòd ſit deſcendens, ſeu vt dicũt aliqui,hęres ſanguinis,ſed requiritur etiam, quod ſit hæres bonorum, prout omnes ſcribentes in hac cauſa aduerſus Marchionem Salutiatum concludunt,precipuè præfati Senatores Lucenſis, & Albriſius in dictis allegationibus folio 13. facie 2. per totam, & Pariſ.conſil.23.nu.167.& pluribus ſequen. lib.1. ſibi multos ad hoc referunt, ad quos me remitto, inſe-
rentes propterea, quòd ex quo feudum de quo

agitur est hæreditarium, vt probatur per eos ideo Marchio Saluti arum dato, quod probaret se esse ex defendentibus ab Aledramo, non tamen succederet, quia non erat hæres, neq; primi inuestiti, nempe Aledrami primi Marchionis mediatè, neq; etiam vltimi scilicet Io. Georgij, eodem modo ergo dicitur de Duce Carolo, quòd licet sit descendens masculus ex Theodoro primo inuestito, attamen cum non probet se hæredem nec Theodori primi saltem mediatè, nec Ioan. Georgij vltimi, admitti non potest ad successionem feudi, ita adueršus ipsum Ducem Carolum arguebat Ludouicus Mainoldus inter consulentes pro Ducibus Mantuæ consilio 33. numer. 18. & ideo ipsa Margarita quæ est vocata, & habet hanc qualitatem, quia est hæres primi media persona antecessorum, & vltimi nempe Ioan. Georgij eius patrui, debet præferri Duci Carolo in successione feudi Marchiæ.

Huic oppositioni respondeti potest, primo † quod feudum dignitatis, quale est Marchionatus, Comitatus, & similia, concessa pro se hæredibus, & successoribus masculis, & fœminis, transeunt ad descendentes, non ex successione, sed ex inuestitura, & pacto, & sic beneficio concedentis, quia in feudis habentibus dignitatem non datur successio hæreditaria vt in cap. 1. de feud. Marchiæ, vbi Præpositus. colum. 1. post Bal. per illa verba, ibi per inuestituram patris, & aui, idem Bald. in cap. 1. §. hoc quoque colum. 3. de success. feudi, & in cap. 1. colum. 2. de eo qui sibi, & hæred. suis masculi, & fœm. & in terminis plures ad hoc recensset Berous inter consilia Mantuæ consil. 17. in secundo quæsito num. 36. & & in tertio quæsito num. 53. quod est d. lib. 1. consil. 67. num. 55. & ideo ait, tale feudum transire ad hæredes, quia hæredes, non autem tamquàm hæredes, idem tenet, & collegium Bononiense consil. 14. num. 10. ita in terminis respondebat quoq; Bru. consil. 135. col. 15. vers. ité quia vt dicit Martin. de Laude. & col. 18. in fin. versic. & in feudo Marchiæ.

Secundò respondetur † dictam conclusionem doctorum, quæ habet, quòd in feudo hæreditario non admittitur masculus descendens à primo inuestito, nisi sit hæres, intelligi scilicet, si poterit esse hæres, vt quia sit ei delata hæreditas, & nolit esse hæres, quia tunc non potest separare feudum ab hæreditate, & vnum repudiare, alterum verò retinere iuxta tradita in d. tit. an agnat. vel filius, secus autem, si nõ fuerit sibi delata hæreditas, sed alteri ex testamento, vel ab intestato, quia tunc admittitur, licet non sit hæres bonorum, quia per eum non stat quominus sit hæres, & ideo poterit absq; hæreditate feudi consequi, ita consuluit Dec. consil. 208. colum. finali dicens, ita concludere Aluarotum in d. cap. 1. an agnat. vel fil. & ibi Afflic. sub num. 19. versic. tertia limitatio est, Bald. in auth. si quas ruinas C. de sacrosanct. eccles. quibus addo Præpos. in d. cap. 1 colum. 6. versic. sed aduerte, d. tit. an agnat. vel fil. idem Bald. in l. cùm secundum colum. fin. versi. dicit Iacob. de Beluis. C. de fideicommiss. quod notandum dicit, & Bald. refert, & sequitur Brun. in tractat. de statut. excluden. fœm. articulo 6. quæstio. 23. circa fin. idem tenet Campez. in tracta. de dote in 5. part. quæstio 42. colum. 1. versi. item in feudo, & idem Campez. d. tract. de statutis excluden. fœm. quæst. 22. versic. item in feudo, & Georg. Natta in simili tracta. de statuti s excluden. fœm. quæstio. 7. quarta, & vltimæ quæstionis princip. versic. item in feudo, Iacobi à San. Georgio in verbo, ita quòd ipsi inuestiti habeant colum. 1. in 4. limitatione, Brun. consil. 18. colum. 5. versic. quarto ex quo filiæ, & secundum hanc consuluit etiam Rollan. à Valle consil. 48. num. 50. lib. 4. vbi plures ad hoc refert, & latius idem Roll. in consil. 53. nu. 15. lib. 3. vbi hanc esse magis communem ostendit, & pro Ducibus Mantuæ in hoc nostro casu scribens aduersus Marchionem Salutiarum tenet Alciat. inter eadem consilia Mantuæ consil. 10. num. 59. & nouissimè doctus vir D. Io. Baptista Surdus olim Senator Ducalis meritissimus in cõmento suo nouissimè edito ad d. cap. 1. an agnat. vel filius numer. 24. & 25. plures eiusdem sententiæ referens, Et licet præfati Senatores Mantuani in dictis allegationibus folio 14. versiculo nec prædictus obstat, & similiter Nicolaus Aliprandus conentur hanc opinionem impugnare, dicentes contrariam esse communem, attamen hæc altera est magis communis, & receptior, vt attestatur idem Rolland. d. consil. 53. in fin. & præterea ab ea non est recedendum in consulendo, & iudicando, pro qua videtur tex. in d. cap. 1. an agnat. vel filius ibi, dum ait, ad quem vnuersa hæreditas pertinet, & ibi, repudiata hæreditate, nam præsupponit tex. apertè quòd sit delata hæreditas, & possit esse heres, sitque in facultate ipsius, vel retinere, vel repudiare, nam repudiatio præsupponit delationem arg. l. decem. ff. de verbo. obliga. & hoc probat etiam ibi, dum ait, hæreditatem sine beneficio repudiare, & ibi, aut vtrunq; retineat, aut vtrunque repudiet, hæc enim sunt posita in facultate vassalli, cui delata. Ad prædicta facit, † quod vbi fœmina excluditur ab hæreditate per statutum, nõ tamen excluditur à feudo quando in eo potest succedere ex pacto, vt per Aluarot. in cap. 1. colum. 4. versic. ex quibus infert, an agna. vel fil. post Bald. quem refert in authen. si quas ruinas C. de sacrosan. eccles. & hos refert, & sequitur Dec. d. consil. 208. colum. fin. sequitur Brun. d. tracta. de statuto exclud. fœm. propter masculos d. artic. 8. quæst. 23. Et facit etiam ratio, quia iniquum esset, quòd agnatus, vel alius vocatus ex pacto, & prouisione primi inuesti, excluderetur à feudo sine culpa sua, cum per eum nõ stet quominus sit hæres.

Tertiò etiam respondetur, † quòd licet non sit hæres in vniuersio attamen sufficit, quòd sit hæres in parte, quia modo habeat hanc qualitatem sufficit, secundũ præfatos doctores, & per Gozad. consil. 26. nu. 26. vers. imò etiam si non sit hæres, post Bart. Bald. Alex. & Decium per eum relatos, Bald. in cap. 1. col. 3. versic. quæro vtrum filius, de success. feudi, & præfatus Ioan. Baptista Surdus vbi supra, adducens rationem, quia in feudis non considerantur hæreditas distributiuè,

uè,sed sola hæredis qualitas denominatiuè secdum Iacob. de Belusi. & Bald. per eum relatos, & in terminis nostris tradit Paris. inter eadem consilia d. consil. 13. num. 84. Alexand. consil. 26. ponderatis sub num.9.versi. nam imò oportet lib.4.ait oportere, quòd agnatus sit mediatè, vel immediatè hæres in aliqua parte illius primi recipientis feudum, alias non esset habilis ad feudum accipiendum, nec comprahensis in inuestitura Nouizau. d. consil. 9. num. 15. versic. quia respondetur, quòd sufficit, post glos. quam allegat in cap. 1. §. hoc quoq; in verbo, inuestire, ad fin. de successi. feudi Brun. consil. 18. columna quarta, versic. tertio quia præsupposito, sequitur Socinus jun. consil 72. num. 29 lib.1. prædictis addo Bartol. in l. vt iusiurandi §. si liberi col. 1. versi. præterea sufficit ff. de op. liber. vbi ait, sufficere esse hæredem ex quacunq; parte, etiam ex modicissima, & in consil. 60. quæstio ista habet duo dubia colum 2. & ait Brunus consil. 121. column. 4. versic. sexto facit, quod ipse in hoc passu solet tenere cum Bartolo in d. l. vt iusiurandi §. si liberi Ar Dux Carolus est hæres Theodori primi media persona Yolandæ filiæ ipsius Theodori, quæ fuit hæres patris in castris & terris Lancei, Ciriaci, & Casellarum cum pertinentijs suis, quæ erant de feudo Marchionatus, pro quibus datis in dotem censebatur hæres patris in legitima, quæ ei debebatur in bonis
7 paternis; † quia dos succedit loco legitimæ l. quoniam nouella C. de inoff. testam. l. vnica §. videamus, & §. sequen. C. de rei vxor. actione & vbiq; glos. & DD. not. & per Bartol. & alios in l. Titio centum §. Titio genero ff. de cond. & demonstratio. & per Bald. & alios in l. sancimus C. de nupt. quæ quidem Castra, cùm adhuc hodie possideantur per Ducem Sabaudiæ, censetur possideri ex titulo, & causa præambula, iuxta nota. in l. quædam mulier ff. de rei vendicat. & sic iure hæreditario Yolandæ, & cõsequentes ipsius Theodori iux 1. fin C. de hæred. instit. Vn-
8 de † sufficit quod sit hæres primi, licet particularis, etiam quod non sit hæres vltimi, quia hoc non requiritur Brunus d. consi. 135. col. 17. circa medium vers. quod comprobatur allegat Alex. & Iac. Aluar. in locis ibi relatis, & diximus supra in allegatione precedenti nu. 15. & facit tex. secudum eum in c. 1. de nat. fisc. feudi, addo ego quod melius facit, pbat tex in d. c. 1. de eo qui sibi, & hæredib. suis masc. & fem. vbi masculus admittitur ad successionẽ feudi quod fuerat patrui exclusis filiabus, quæ erant hæredes, & sic patet, quòd licet masculus non esset hæres vltimi, à quo feudum vacabat, eo quia non poterat, cum extarent filiæ, quæ patri erant hæredes, attamen admittitur ad successionẽ feudi, eo quia sufficit, quod sit hæres primi etiam pro parte, quia in vniuerso non poterat, quia hæreditas, & feudum fuerant diuisa inter fratres, ecce ergo quòd ille tex. apertè probat, quod masculus hæres pro parte tantum primi inuestiti, licet in nihilo sit hæres vltimi, admittitur ad feudum, & excluditur filias defuncti, & ita posteà inueni, quòd illum text. ad hoc considerat Baldus in quodam consilio, quod non habetur inter eius consilia impressa, sed illud transcribit Asti. in prælud. feudorum à num. 83. vsq; ad num. 96. versic. deinde Baldus, & ibi num 92. versic. non obstat quod possit opponi, ponderat d. cap. 1. de eo qui sibi, & hæredibus suis, prout supra ponderaui, & gaudens sum concurrisse in hac considerationc cum Baldo circa illum textum, vnde errant consulentes pro Ducibus Mantuæ præcipuè Paris. d. consilia 23. num. 189. lib. 1. & inter eadem consilia Mantuæ consil. 9. num. 83. versic. quinimò etiam necessarium esset, dum volunt, esse necessarium probare, quòd agnatus fuerit hæres vniuersalis mediatè, seu immediatè primi acquisitoris, quia imò sufficit, quòd sit particularis, vel singularis per supradicta.

Quarto respondetur, quod Carolus, licet non esset hæres, debuit tamen, & potuit succedere propter pactum, quo conuentum fuit inter Theodorum, & Aymonẽ Comitem Sabaudiæ, quod defectibus liberis masc. Theodori, Yolãda, & eius successores haberẽt Marchionatũ, de quo dicetur infra, & sic venit ex cõtractu, & dispositione inter vnos sicut potuisset ipsa Yolãda, ita in terminis respõdebat Bru. cõs. 135. col. 18. vers. respoderur quod ipsa venit ex contractu, nam licèt alĩs ex dispositione iuris fortè propter defectum huius qualitatis non admitteretur, quod tamen negatur, vt supra probauimus, attamen propter pactũ admittitur, quia illud debet vltra dispositionem
9 iuris communis aliquid operari, sicut dicimus † statutum seu constitutio idem disponens, quod ius commune, debet interpretari, vt aliquid addat iuri communi, non vero, vt idem disponat quod ius commune, vt not. in l. 1 in princ. ff. ad leg. Falcid. & per Bartol. in l 4 §. prætor ait nume. 15. ff. de damn. infect. vbi ait, quòd si statuto cauetur, vt citatio fiat personaliter, vel ad domum, non intelligitur secundum ius commune, vt sit alternativa ordinis, scilicet primò personaliter, & in defectum ad domum, sed stat proprie, vt stat citare ad domum, non habita distinctione reperiantur, vel non personaliter, & hoc, vt statutum aliquid addat iuri communi, quia alias esset superfluum, & nihil operaretur contra l. si quando de leg. 1. cap. si Papa de priuileg. in 6. & notabile dictum Bartoli dicit ibi Alexand. sub numer. 10. versicul. quærit etiam hic Bartol. idem dicit Abbas in consil. 42. in quæstione Domini Placidi colum. 2. versic. facit ad hunc intellectum lib. 2. & in cap. causam quæ colum. fin. versic. & hinc occasione sumpta de rescrip. & in terminis feudalibus multa ad hoc adducit Afflict. in cap. 1. §. feudum ea lege, in octauo notab. fi. de feud. fuer. controuerter inter dom. & agnat. Sic ergo dicendum est in casu nostro, quòd ex quo Yolanda, & descendentes ab ea iam erant vocati ad successionem feudi recepti pro masculis & fœminis iuxta d.c. 1. de eo qui sibi, & hæred. suis, certè hæc specialis prouisio, & conuentio debet intelligi, vt aliquid addat, alias nihil ipsi Yolandæ, & successoribus tribueretur per pactum, & quòd hoc senserit Theodorus patet expressè, dum disponit, quod casu quo liberi masculi descendentes ab eo decederent absque liberis ma-

feulis relictis tamen filiabus; quòd eis exclusis Yolanda; & sui succederent, & sic si Ioannes decessisset sine masculis relictis tantum filiabus, Yolanda successisset in feudo, licet non fuisset hæres Ioannis: eodem modo etiam dicendum est de successoribus Yolandæ, & consequenter de Duce Carolo, vt succedere debeat, & possit, licet non sit hæres, propter pactum, & dispositionem Theodori, considerauit enim idem Theodorus, quòd filiæ liberorum essent, seu esse deberent hæredes patruum, & consequentee Yolandam, & suos non posse esse hæredes, nihilominus disposuit ipsam Yolandam, & suos succedere in feudo Marchionatus, quo fit vt hæc oppositio non obsit Duci Carolo.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina semel exclusa per masculum dicitur perpetuò exclusa à feuda.*
2 *Conclusio docte. in l. 11. §. veteres ff de acquir. hared. quòd exclusa à successione patris non censeatur exclusa à successione fratris procedit in aliis dialibus secus in feudalibus.*
3 *Feudum in aliquibus alteratum, in aliis retinet suam naturam.*
4 *Pactum non censetur imprimum nisi exprimatur.*
5 *Feudi alteratione facta per pactum, an dicatur alterata natura vltra contenta in pacto.*
6 *Feudum alienandi facultas data per pactum, an intelligatur de alienatione inter vivos tantum, an etiam vltimæ voluntatis.*
7 *Feudi facultas concessa disponendi etiam per vltimam voluntatem intelligitur si verè, & cum effectu fiat dispositio.*
8 *Verba investituræ & quibus dederit, operantur quando register, & cum affectu facta fuerit datio alicui.*
9 *Feudum in generali dispositione non venit nisi de eo fuerit facta mentio specialis.*
10 *Venientes ab intestato an dicantur venire ex tacito siue præsumpto iudicio defuncti.*
11 *Venientibus ab intestato non dicuntur dari bona ex dispositione hominis, sed non adimi.*
12 *Successio legitima dicitur quasi à sola lege delata absq; hominis ministerio, seu facto.*
13 *l. cuasicinatur, & l. si quis cum nullum ff. de iure codicillorum declaratur.*
14 *Feudi Marchiæ Montisferrati in successione seruatum fuisse vt semper masculi successerint exclusis fœminis, & in eius successione seruata fuerant iura feudalia.*
15 *Socini intellectus ad §. quinetiam Episcop. vel Abbas. refertur, & ibi reprobatur.*
16 *Feudi in successione origo, & principium spectatur, & vltimus dicitur successor primi.*
17 *Socini intellectus ad §. quinetiam Episcop. vel Abbas. quod ille declaretur, & intelligatur per text. in cap. 1. de eo qui sibi, & hæredib. suis.*
18 *Fœmina, quod semel exclusa per masculum non reintegretur, marino masculo, etiam si dispositio loquatur per verba suspensiua donec, quousq;, & similia.*
19 *Text. in §. quinetiam non recipere declarationem ex lex. in c. 1. de eo qui sibi, & hæred. suis iuxta intellectum Socini demonstratur.*
20 *Fœmina ius in feudi successione semel extinctum amplius non reuiuiscit, & ibi ratio adducitur.*
21 *Actus in dubio indicatur perpetuus non temporalis.*

CONS. X.

SVccedit nunc tertia pars huius primæ partis principalis. Nam conclusio supra facta in prima parte pro Duce Carolo confirmanda, vt tanto magis procedat ad fauorem ipsius Ducis, quòd ipse vti masculus excludat Margaritam, eo quia ipsa iam per fratrem, & patruum fuerat exclusa à feudo, ideo multo magis debuit remanere exclusa per ipsum Ducem Carolum, non quòd arguamus de fratre, & patruo ipsius Margaritę ad Ducem Carolum remotiorem, quia non valeret argumentum, vt not. Bart. in l. Lucius, §. quæsitum ff. de legat. 3. Alex in l. 11. C. de successo. edic. & cons. 97. visto themate lib. 2. sed arguimus propter qualitatem masculini sexus, quæ qualitas reperitur in Duce Carolo, propter quam excluditur fœmina; sicut excludebatur à fratre, & patruo, ita in terminis dicebat Decius cons. 516. sub nu. 1°. vers. nec isto casu arguitur, geminata autem fuit exclusio prima per fratrem
1 secunda per patruũ, † ideo multo magis dicitur perpetuò exclusa, vt admitti amplius non possit iuxta text. qui in hoc est clarus in cap. 1. §. quinetiam d. tit. Episcop. vel Abba. vbi Andreas de Isern. Bald. & Aluarot. Calderinus titul. de feudis consil. 4 plures huius sententię refert Curtius de feudis part. 3. quæstio. 27. versic. his tamen nõ obstantibus, dicens, hanc esse communem, quam tenet etiam Pau. de Castro cons. 300. visto quodam processu sub num. 2. versic. etsi extant masculi, & latius consil. 191. visis & diligenter examinatis num. 4. lib. 2. vbi protestatur se nolle recedere ab hac opinione, quia eam omnes cõsulentes inquit; & in hoc negotio sequuntur, prout eam sequitur etiam Aluarõt. inter consilia Bruni consil. 65. super casu feudali colum. 1. & 2. quem cum pluribus alijs refert, & sequitur Socin iun. consil. 110. colum. 2. & 3. lib. 2. vbi ait, quod ab ista regula, & communi opinione non est aliquo modo recedendum, & in eadem specie facti idem confirmat consil. 114. eo. lib. 2. & idem consil. 65. iunct. 13. lib. 1. post Maria. Soc. eius auum quem refert cons. 19. colum. 2. lib. 1. Paris. plures referens cons. 72. num. 79. & seq. libro 4. vbi refert se ita aliàs consuluisse in hac causa Marchionatus Montisferrati, & plura adduxisse cõprobantia hanc opinionem, idem Paris. cons. 48. numer. 22. & cons. 84. num. 31. & sequen. libro 2. Brun. cons. 78. num. 2. Ioan. Bartolom. de Scarampis inter eadem consil. Bruni. consil. 103. num. 27. versic. præterea, & si sine præiudicio, & hanc magis communem, & in iudicando, & consulendo sequendam dicit Berous cons. 105. num. 1. 2. & 3. vbi plures huius sententiæ adducit lib. 1. Decius consil. 390. sub numero 4. versic. non obstat si dicatur, & hanc etiam esse communem doctorum receptam sententiã dicit Natta cons. 676. nu. 33. & sequen. post plu-

ics

resibi relatos, & nouissimè Iul. Clar. de feudis quæst. 80. versic. sed quæro, dicens, quòd licet videatur sibi dura hæc opinio, quando agitur inter ipsam fœminam quæ sola supereſt ex progenie primi inuestiti, & dominum seu fiscum, tamen quando ageretur inter fœminam, & alium agnatum, in casu quo masculi, & fœminæ essent vocati in inuestitura, tunc benè posset inquit procedere text. in d. §. quinetiam, prout etiam quando agitur inter fœminam, & fiscum quòd tunc non habeat locum dicta conclusio, tenet etiam Affli. in d. §. quinetiam, referens bis contra fiscum fuisse iudicatum, sed hæc differentia inter istos casus quam facit Iul. Clarus non prodecit iudicio meo, quia quando agitur inter fœminam, & agnatum de feudo dato pro masculis, & fœminis, tunc non excluderetur fœmina ex dispositione d. §. quinetiam, sed excluderetur ex eo, quòd tali casu fœmina non admittitur extantibus masculis per d. cap. 1. de eo qui sibi, & hæredibus suis masculis, & fœmin. sed vtcunq; sit, cùm hic agatur, non contra Dominum seu Fiscum, sed contra masculum descendentem à primo inuestito, & comprehensum in prima inuestitura debet prævalere opinio communis, vt semel excluſa perpetuò duret excluſa, et in terminis nostris hãc opinionem tenet Cardinalis Simoncta pro ipsis Ducibus Mantuæ scribens aduersus Marchionem Salutiarum consil. 11. num. 7. & 8. in volumine consulentium pro ipsis Ducibus, & Rolland. à Valle in eodem volumine cons. 26. num. 70. in fin. in 2. parte consilij, Ludouicus Mainoldus pro eisdem Ducibus scribens inter eadem consilia Mantuæ consil. 33 num. 1. vbi arguit contra Ducem Carolum ex hac conclusione, quòd non possit succedere vti descendens ex Theodoro, eo quod Yolanda filia ipsius Theodori fuerat excluſa per Ioannem fratrẽ ait enim ibi, supposito quòd feudum ex persona Theodori esset commune vtriq; sexui, tamen existente filio masculo inquit, ex dicto Theodoro, vrin facto præsupponitur, vtiq; ipse ex natura feudi prælatus fuit Yolandæ, quia masculus, & sic existente masculo, ipsa fuit excluſa, & pariter omnes descendentes ab ea, & sic etiam Dux Carolus tamquàm natus ex radice infecta, sed ad hoc respondebimus infra suo loco, latis est pro nũc quod ille doctor apertè tenet hanc opinionem, in tãtum, vt dicat, quòd imò hoc casu deficiente linea Theodori aperta foret via Imperatori ad feudum vti directo domino, Vnde hoc fortè videns eadem Margarita specialiter prouidit per inuestituram obtentam de hoc feudo ab Imperatore Carolo V. vt in posterum fœminæ semel vel pluries excluſæ admitti etiam valerent ex qua speciali prouisione in futurum innuitur, quod aliud fuisset in præteritum.

Nec obstat, quod omnes scribentes pro ipsa Margarita dicunt, quos non refero, quia nimis longum esset, quod licet Margarita fuerit excluſa à feudo, & à successione patris per fratrem, & deinde per patruum, non tamen dicitur excluſa à successione fratris, nec patrui, nam communis videtur conclusio secundum eos, quòd filia semel excluſa à successione patris per fratrem, esto inquiunt, quòd dicatur perpetuo excluſa quantum ad successionem paternam, non tamen dicitur excluſa à successione fraterna, sed eueniente casu poterit succedere fratri, esto quòd in hereditate fraterna non essent alia bona nisi paterna, à quibus iam fuerat excluſa, eo quia non agitur amplius de hæreditate patris, sed fratris qui eam solum excluſit à successione paterna, non à sua propria iuxta tradita per DD. communiter in l. 1. §. veteres ff. de acquir. possess.

2 Quia respondetur† hanc conclusionem procedere in bonis non feudalibus, & ita in ijs terminis loquuntur doctores in d. §. veteres, sed aliud est in materia feudali, quia in ea procedit dispositio d. §. quinetiam, & ratio diuersitatis est quia in feudo succeditur semper primo acquisitori, & satis est quòd illi succedatur mediatè, vel immediatè, licet non succedatur vltimo morienti, cui succedendo dicitur etiam succedi primo, quia hæres hæredis primi acquisitoris dicitur hæres l fin. C. de hæredib. instit. Vnde quia in materia feudali agitur de successione primi mediatè, vel immediatè, meritò semel excluſa, perpetuo durat excluſa, quia ius successionis semel extinctum per exclusionem fratris, amplius non reuiuiscit, Ita hanc rationem diuersitatis in terminis nostris adducebat Paris. d. consil. 23. num. 52. & sequen. lib. 1 vbi alios refert dum conatur defendere ipsam Margaritam à prædicta conclusione, quam etiam ipse fatetur communem ibi num. 50. Eandem rationem differentiæ tradit etiam Iul. Clar. de quæstio. 80. colum fin. versic. nec facit argumentum, dicens, quòd vbi tractatur de vocatis in inuestitura, semper dicitur agi de successione primi inuestiti. Vnde idem Paris. d. consil. 23. & in volumine consiliorum d. cons. 4. nu. 23. vers. quo fit, videns dictam responsionem non prodesse ad defensam Margaritæ, respondet aliter dicens, quod licet fuerit semel excluſa, nihilominus possit succedere in feudo de quo agitur, quia secundum eum, nõ sumus in successione feudi proprij, sed penitus improprij, & dicta conclusio, inquit, locum habet in feudo proprio, vt semel excluſa dicatur perpetuò excluſa, nec potest procedere in successione feudi improprij, quòd iudicatur vt res allodialis, & in eius successione proceditur prout in successione rerum allodialium, in quibus considerantur vt separatæ, & diuersæ, & in quibus semel excluſa poterit succedere illi, qui eam excluſit, vt per DD. in d. §. veteres, ita respondet Parisius, qui pariter non attendit in huiusmodi feudo cõstitutiones feudales, sed ius commune, eo quod sit improprium; dixit etiam in consil. 9. num. 30. versic. & propter huiusmodi facultatem, inter consilia Mantuæ, et idem dicebant Senatores Aliprandus, & Lucensis consil. 6. num. 91. qua ratione attenta, non etiam haberet locum principalis conclusio supra firmata pro Duce Carolo, quod existente feudo, de quo agitur, pro hæredibus masculis, & fœminis, non admittuntur fœminæ, vt supra dicebamus iuxta d. cap. 1. de

eo qui sibi, & hæredibus suis, nisi deficientibus masculis, sed cõcurrere deberent si sint in pari gradu, vel præferri, si sint proximiores, prout ita in hoc feudo ex hoc fœminas cum masculis concurrere in successione feudi dicebat Alipran dus d. cons. 13. num. 85. vers. propterea sequitur, in prima parte: Vnde si regulatur successio huiusmodi feudi ad instar successionis rerum allodialium, certe nec etiam habebit locum dispositio d. cap. primi de eo, qui sibi, & hæredibus suis.

Respõdetur ergo ad hæc, quòd licet in casu nostro feudum dicatur alteratum, seu impropriatum quantum ad facultatem alienandi, & disponendi, ac etiam quantum ad fœminas, nõ tamen censetur alteratum, seu factum improprium in alijs, nempè quantum ad modum, & ordinem succedendi; sed retinet suam naturã & in eo seruantur regulæ iuris communis, feudorum, vt scilicet iuxta dispositionem iuris, seu consuetudinis feudorum masculi præferantur fœminis in successione feudi, & quòd fœmina semel exclusa per masculum vlterius non admittitur iuxta d. §. quinetiam. Nam trita est regula, & doctrina omnium, † quòd feudum in aliquibus alteratum per pactum, in alijs retinet propriam naturã feudi probat tex. in d. cap. 1. de feudo non habente propriam naturã feudi, & in §. feudum, si de feudo fuer. controuers. iunt. dom. & agn vbi Adreas de Iserna, ita declarat, quòd feudum licet fuerit alteratum inquantũ fuit concessum, vt ipse, & sui hæredes masculi, & fœminæ, & cui dederit, habeant, attamen in alijs non expressis retinet suam naturam, Iserniam refert, & sequitur Alex. cons. 30. quoniã omne datum, colum. fin. num. 20. lib. 1. Curtius de feudis in prima parte principali quæst. 8. col. 9. in princ. vers. quartus, & vltimus effectus, vbi post eundem Iserniã ibi relatum ait, quòd quã do feudum conceditur alicui; vt non præsentur pro eo aliqua seruitia, sed sit francum, licet quo ad hoc dicatur impropriũ, tamen hoc excepto in reliquis seruabit naturam feudi, & ait etiam Propositus in prælud. feudor. colum. 12. circa medium post eundem Iserniam, & Calderinum ibi relatos, quòd licet feudum pacto aliquo alteretur, in reliquis tamen retinet naturã feudi Zas. de feudis in vltima par. in princ. vers. recepti enim iuris est, post Bal. Dec. Rom. Claud. Aquen & alios, dicens recepti iuris esse quod licet feuda in aliquibus contra naturã feudalem concedantur, in reliquis tamen, vel capitulis, vel placitis, quæ non sunt alterata, feudũ in recta natura, & simplici remanet Ruin. cõs. 15. consideratis col. antepen. vers. quia licet lib. 1. & cons. 39. visis, & benè intellectis eod lib. 1. ad idem Gozad. cons. 26, sub num. 46. vers & vltra, post eundem Iserniam, nec non Alex. & Decium in locis ibi relatis ait, quod quãdo aliquid est inductum contra naturam feudi, semper in alijs restringitur secundum eius naturã, & in terminis huius feudi dicebat Socin. iun. cons. 42. num. 1. lib. 3. pro ipsa Margarita scribens, quod quando feudum conceditur alicui pro se, & hæredibus quibuscunque, vel pro se, & quibus dare voluerit, vel per verba æquipollentia, nunc licet feudum egrediatur propriam naturam feudi, vt in cap. 1. de feudo non hab. prop. nat. feudi, tamen adhuc est, & dicitur feudum, & habet naturã feudi, & idem de hoc feudo loquens dicit Berous inter cõsilia prædicta cons. 17. num. 13. vers. retenta tamen in alijs natura feudi, & in terminis etiã huius feudi Aret. cons. 14. col. 2. in fin. & seq. in principio vbi arguit, quod licet istud feudum Marchiæ sit improprium in quantum sit francum, & sic liberũ à præstatione seruitij, & in hoc videatur factum contra naturam contractus feudi, non tamen per hoc videtur immutata natura feudi quantũ ad facultatem alienandi; prædictis etiam addo Deciani cons. 193. col. penult. vers. non obstat fundamentũ, dicens, quòd per illa verba, & cui dederit, licet secundum opinionem cõmunẽ alienatio fieri possit sine consensu domini d. cap. 1. de feudo non hab. propr. nat. feudi, tamẽ illa verba, & cui dederit, cùm sint contra ius cõmune, hoc est contra propriam naturam feudi, ex quo satis operantur, quòd alienatio possit fieri sine consensu domini, in alijs tamen debent restringi, vt minus alteretur natura feudi, quàm fieri possit argu. l. si quando C. de inoff. testam. cap. cùm dilectus de consuet. & Decius refert, & sequitur Rubeus Alexandrinus cons. 110. col. 2. & 3. vbi multis comprobat, ita etiam respondebat Neuiz. cons. 9. nu. 19. & expressius num. 26. & 27. & Socin. cons. 252. colu. penult. vers. quoniam licet quantum ad potestatẽ alienandi lib. 2. & Natta cons. 464. nu. 20. post Bal. Rom. & Sccin. in locis ibi relatis, & in simili respondebat etiam Brunus cons. 186. colu. 2. vers. cum tria etiam sit doctrina, vbi simile responsionem dat, & ampliat, cuã si feudum sit adeo alteratum, quod possit alienari quouis titulo in quamcunque personam etiam extraneam sine licentia domini, & col. 3. vers. quarto respondetur, & ita etiam consuluerunt Signorolus cons. 10. in quæstione verrente colu. 1. & 2. quibus accedit nouissimè Thomas de Marinis in tracta. feudo cap. 19. tit. de feudo non haben. propr. nat. feudi colu. 3. num. 7. vers. licet in prædictis casibus feuda non habeant, ex quibus satis patet hanc esse communem, conclusionem Doctorum.

Et confirmatur ratione. Nam cùm ex tenore inuestituræ sint vocati, tam masculi, quàm fœminæ, ideo feudum licet in alijs alteretur, in hoc tamen, quod spectat ad successionem remanet in sua natura, vt scilicet iuxta dispositionem iuris feudorum, fœminæ tunc demum admittantur deficientibus masculis, & quod fœmina aliquando exclusa per masculum perpetuò remaneat exclusa iuxta d. §. quinetiam, & in hoc concurrit etiam verisimilis mens cõtrahentiũ, vt supra dicebamus, quia masculi possunt magis succurrere domino, quam fœminæ, quæ ratio, & verisimilis mens, ita militat quãdo feudum est in aliquo alteratum, & factum improprium, sicut quando est proprium, & in aliquo non alteratum; nam licet sit alteratum in vnõ, non tamen censetur alteratum in alio,

cx

ex alteratione enim feudi facta quantum ad facultatem alienandi, non infertur ad alterationē quantum ad ordinem, & modum ſuccedendi, quia ſunt diuerſa, & ex diuerſis non arguitur. l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. 4. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ. ita in ſpecie dicebat Socin. d. conſ. 252. col. pentil. ſucceſſionis enim natura in feudo non mutatur, niſi expreſsè per pactum cap. 1. de fratr. de nouo beneſ. inueſti. & cap. 1. in fin. de feudo Marchiæ cū ſimilibus: ſiquidem † feudum non cenſetur impropriū, niſi exprimatur d. cap. 1. de feudo non hab. propr. nat. feudi, in quibus voluerunt contrahentes alterare feudum, dixerunt, ergo in nō expreſſis cenſentur voluiſſe, quod retineret propriam naturam feudi arg. l. cum prætor. ff. de iud. cap. nonnē de præſumptio. ſi enim voluiſſent, quod eſſet alteratum eriam quantum ad reliqua expreſſa fieret, quod cùm non fecerint nōluiſſe eē ſentur argum. l. vn. §. ſinautem ad deficientis. C. de cad. tollen. & interpretatio ſemper facienda eſt per quam minus derogetur iuri cōmuni feudorum, & quòd minus alteretur feudum, quā ſit poſſibile, & ad hoc optimè faciunt iura ſupra in prima concluſione adducta, videlicet text. in d. §. filia de ſucceſſ. feudi, in §. quinetiam Epiſc. vel Abb. in §. ſimiliter de cap. qui cur. vend. & in d. cap. 1. de eo, qui ſibi, & heredibus ſuis maſculis, & fœminis, in quibus iuribus habetur, quod licet per pactum alteretur feudū, quia agitur, quod in eo fœminæ ſuccedant etiā copulatiuè, & per concurſum cum maſculis ſecundum verba pacti, nihilominus interpretatio fit, vt non ſuccedant ſimul, & per cōcurſum, ſed deficientibus, & non extantibus maſculis, adeo, vt ipſi maſculi etiam remotiores præferātur in ſucceſſione fœminis, licet proximioribus in gradu, vt ſupra dictū eſt, & ſic, vt minus derogetur conſuetudini feudorum fit interpretatio etiam impropriando verba pacti, prout ita ait Rub. Alexandri d. conſ. 130. colu. 2. faciunt, etiam, quę in propoſito diſtinguendo ſubtiliter declarat Socin. conſ. 257. col. pentil. verſ. præmiſſis obſtat. lib. 2. vbi ait, quòd dum quæritur † an facta alteratione feudi per pactum dicatur alterata natura vltra contenta in pacto, per quod natura feudi alteratur, eſt diſtinguendū inquit, quod aut quærimus ſi facta eſt alteratio circa actum conceſſionis, nunquid reſpectu conceſſionis, etiam in non expreſſis dicatur facta alteratio, ita quod non ſit recedendum à proprietate ſermonis, & dicendum eſt quod ſic, & ita probat tex. ſecundum eum in cap. 1. de feudo non hab. propr. nat. feudi, vbi illa verba, & quibus ipſe dederit, ſtant generaliter in ſua propria ſignificatione, adeo, quod in talī actu conceſſionis non recipiunt interpretationem à natura feudi, & à regulis iuris feudorum, vt ibi plenè nota. aut quærimus nunquid cēſeatur receſſum à natura feudorum reſpectu amiſſionis, & dicendum eſt, quod non, ita probat ille tex. quaſi in eo, in quo alteratur, pactum non recipiat interpretationem, ſed in eo, in quo non alteratur, recipiat interpretationem à conſuetudinibus feudorū, nam ibi in d. cap. 1. ex quo in actu alienationis ſit alteratio, illa verba reſpectu alienationis non recipiunt interpretationē, quia non reſtringuntur, vt poſſit alienare in feudū alias de licentia domini, & ſic in actu alienationis nō tenet naturam feudi, ſed verba ſtant in ſua lata, & propria ſignificatione, vt poſſit quolibet titulo, & ſine licentia domini alienare ſecundum Bald. &. Doct. ibi, & hoc, vt verba aliquid operentur iuxta l. ſi quando. ff. de leg. 1. ſecundum Andr. de Iſer. & Iacob. Aluar. ibi, In propoſito ergo, applicando hanc diſtinctionem, & declarationem Socini ad caſum noſtrum, pactum alterationum in caſu noſtro, dū dicitur habeantq; facultatem alienandi, donandi, cōmutandi, &c. in iis in quibus expreſsè alterat feudum non recipit aliquam interpretationem à iure feudorum, vt ſcilicet intelligatur, quod poſſint alienare, donare, commutare cum licentia domini, ſed debent intelligi, quod abſque aliqua licentia, & conſenſu domini poſſint, & hoc, vt illa verba aliquid operentur d. l. ſi quando, vt dicit idem Socin. ſed in aliis, in quibus feudum non alteratur, pactum recipit interpretationē à iure ſeu conſuetudine feudorum: Vnde quantum ad ſucceſſionem, ſeu admiſſionem fœminarū extantibus maſculis, ſeu earum excluſionem, ſi fuerint ita per maſculos excluſæ iuxta d. §. quinetiam, quæ non ſunt expreſſa in pacto, ita recipiunt interpretationem à conſuetudinibus feudalibus, vt ſcilicet iuxta eas, fœminæ ſuccedant tunc demū, ſi nulli extent maſculi, iuxta d. cap. 1. de eo, qui ſibi, & haredibus ſuis, & excludantur ſi ſemel fuerint per maſculos excluſæ iuxta d. §. quinetiam.

Quòd ſi dicatur, videtur obſtare alia declaratio, ſeu diſtinctio, quam tradit idem Socin. in l. Gallus in §. & quid ſit tantum, ſub nu. 6. verſ. ſali quando, & ſecundò. ff. de liber. & poſthum. quā meliorem dicit Ruin. conſ. 39. num. 12. lib. 1. ait enim, quod quando pactū ponitur contra naturam feudi, non tamen per illud pactū, minus remanet feudum, ſed vt feudum iudicatur, & diſtinguendum ait, quod aut quærimus nunquid quoad alia præter quam quoad contenta in pacto alteretur natura feudi, & tunc diſtinguē inquit, quòd aut quærimus circa ea, quæ in conſequentiam ſequuntur virtute illius pacti, & in illis etiam cenſetur alterata natura feudi, vnde alias conſulendo dixiſſet refert, quod licet feuda, quæ habent annexam dignitatem ſint indiuiſibilia, vt in cap. Imperialem. §. præterea Ducatus de prohib. feudi alien. per Feder. tamen ſi concederitur aliquod feudum habens annexam dignitatem tanquàm feudum antiquum, antiquum, & paternum, tunc ex quo eſt tranſmiſſibile ad hæredes ex pacto, contra naturam ſuam, eſt etiam diuiſibile, & in cap. ſi omnes, ſi de feudo fuer. controuer. inter dom. & agn. Aut quærimus quòad ea, quæ non ſunt conſectuiua eorum, quæ non continentur in pacto, & tunc in illis non cenſetur alterata natura feudi, probatur hoc, ſecundum eum, lege, & ratione, nam hoc probat tex. in cap. 1. de feudo non hab. propr. nat. feudi, vbi licet circa alienationē alteretur natura feudi, in aliis tamen non cenſetur alterata,

terata, ratio autem est secundum eum: Nam licet aliquando pactum apponatur contra naturam feudi, non tamē propter hoc desinit esse feudum, ad hoc tex. & ibi Bal. per quos fiat investitura in cap. 1. & tenet Andr. de Iser. in cap. 1. quib. mod. feu. amit. ergo si remanet in contractu feudi, licet in vno sit alterata natura feudi per pactum, in alijs remanet in dispositione iuris feudorum argum. eius quod habetur in l. si extraneus. ff. de cond. ob cau. & in l. si cùm dotē in princ. ff. solut. matr. hæc ait Socin. ex cuius dictis infertur ad casum nostrū, quòd cū per pactum fit alteratum feudum quantum ad facultatem alienandi, in qua quidem veniunt omnes species alienationis non modo inter viuos, sed & per vltimam voluntatem, ideo decedendo Marchiones relictis filiabus, aut fororibus, aut alijs proximioribus satis dicuntur disponere decedendo ab intestato ex l. cōficiuntur & l. si quis cum multum. ff. de iure codicill. & ita quod sub facultate alienandi concessa per verba, & quibus dederit, comprehendatur successio ab intestato; consuluit Curt. iun. cōs. 4. col. 3. vers. præmissis tamen, vbi hanc conclusionem multis probat, quod feudum, vel emphyteosis concessa pro se, & hæredibus, & quibus dederit transit ad hęredes ab intestato etiam extraneos, sicut posset transire ex testamento, eo quia, vt ibi ait, succedentes ab intestato dicuntur venire ex tacito iudicio defuncti, vt cōcludunt omnes secundum eum in l. cùm filiofam. ff. de leg. 1. vbi per hoc volunt, quod possint grauari, quia dicuntur tacitè honorati, ita etiam tenet Socin. cons. 252. visis instrumentis cōcessionum col. penult. lib. 2. Natta cons. 683. col. 4. nu. 10. Vnde si Margarita dicitur venire ex tacita siue præsumpta dispositione Io. Georgij patrui sine cēdō ab intestato, & hoc virtute pacti de alienando, certè in consequentiam huius alterationis cessant considerationes, quòd non possit succedere extantibus masculis, & quod iam exclusa, remaneat perpetuò exclusa, quemadmodum si Io. Georgius decessisset testatus, & illam verè instituisset, quandoquidem prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. l. fin. C. de pac. conuentis. l. & habet §. cum quis. ff. de præca. cū similibus.

6 Respondetur primò, quod † facultas alienādi data per pactum, intelligitur de alienatione inter viuos, non autem per vltimam voluntatē quod patet, quia oēs actus enumerati in pacto sunt actus dispositiui inter viuos, quo casu, non venit, nec intelligitur de alienatione per vltimā voluntatē, seu causa mortis, ita in terminis respondebat Neuiz. cons. 9 nu. 24. post Iacob. de Ardizo. Io. Blanchi Bal. Rom. & Curtium per eum relatos, & in eodem casu idem quoque respondit Purpur. inter consilia Bruni cons. 187. col. 2. vers. nec obstant allegata in contrarium, Sed quia hæc responsio fortasse non placebit, consideratis verbis pacti generalibus, dum dicitur, & quicquid eorum decreuerit animus faciendi, quæ tribuunt voluntatem disponendi, vt cunque, & quomodocunque voluerint, prout eadem considerant etiam scribentes pro ipsa Margarita, ideo transeo ad alias responsiones.

7 Respondetur itaque secundò, quod † iuncta concessa facultate disponendi de feudo etiam per vltimam voluntatem, intelligitur si verè, & cum effectu vassallus disponat, et sic de dispositione vera per testamentum, aut aliam vltimā voluntatem, non autem de tacita, seu præsumpta decedendo ab intestato, ita in terminis cōsuluit Rimin. cons. 176. Andreas, per totum lib. 2. vbi pluribus fundamentis probat hanc cōclusionem, & puto veriorem quicquid dixerit Curt. & alij in consilijs ex aduerso allegatis, et confirmo ex ijs, quæ dicit Berous cons. 66. sub num. 14. vers. secundò respondetur lib. 1. vbi respondendo ad verba apposita in investitura, & cui, seu quibus dare voluerit, quæ sunt alterantia feudi iuxta d. cap. 1. de feudo non hab. propr. nat. feudi, dicit, quod licet per illa verba videantur comprehendi etiam extranei, quibus bona feudalia essent ex aliquo titulo etiam inter viuos concessa, ex his quæ voluit Dec. cons. 171.

8 tamen, † illa verba, ita demum operantur, & habent effectum, quando realiter, & cum effectu facta fuissent datio feudi aliquibus, etiam extraneis, vt fuit de mente Decij secundum eum d. cons. 171. nec non Baldi, & Iacobi Aluaroti in cap. 1. per illum tex. de eo, qui si fecit agnatis, & in d. cap. 1. de feudo non hab. propr. nat. feudi, ista enim verba inquit, continent tus quoddam personale, nō autem reale, videlicet quod facta dicatur concessio etiā pro filis quibus dederint, ergo si non fuerit facta datio, illa verba nihil debent operari, vt colligitur ex textu, & ibi glo. in d. cap. 1. de eo, qui si fecit agn. vbi hoc expressè dixit Bald. colu. 1. per tex. in l. non distinguemus. §. si cum dies. ff. de arbitr. & secundum Iacob. Aluar. & Præpos. ibi, vnde inquit Berous ex quo concessio fuit facta pro hæredibus, & quibus dederit, qui volunt succedere in feudo, ad feudum admitti non possunt, ex quo illis non fuit datum, nec ipsi habuerunt causam specialem & singularem, & sic patet, quod data facultate disponendi de feudo, intelligitur, si realiter, & cum effectu disposuerit, non autem sufficit præsumpta dispositio, et confirmatur ex

9 eo, quod dicitur, † feudum non venire in generali dispositione, nisi de eo fuerit facta specialis mentio, vt in cap. 1. §. In generali ii de feudo fuer. controu. int dom. & agn. ibi, nisi nominatim dictū sit, & in cap. 1. de cap. qui curiā vend. & vbique glo. & Doct. not. Vnde in generali, seu vniuersali institutione, seu fideicommisso non veniunt feuda, etiam quod alias de eis testator disponere posset, ita consulit Socin. iun. cons. 72 num. 47. & seq. & num. 57. lib. 1. vbi ait, quod si quo modo toleretur testatorē de feudo disponere posse, id solum est, quando exprimit, quod de eo disponit, tunc enim propter talem expressionem lex posset acceptare talem dispositionē, vt aliquo modo valeat, ita in effectu voluit Bart. secundum eum in l. vt furiosus di. §. si liberi, col. 2. vers. præterea posito quod pater possit. ff. de oper. libert. & in cons. 60. quæstio ista habet duo dubia, & licet Bar. in dictis locis loquatur de emphyteosi, tamen idem dicendum

pendum est de feudo, vt ipsemet ibi sentit, & alias communiter tenetur, cùm vt ipse Socin. ait, in dubio valeat argumentū de vno ad aliud per Specul. Bal. Corneum, & Iasonem in locis per eum relatis, & quòd in generali, seu etiam vniuersali institutione testatoris non veniant bona feudalia tenet etiā Paris. cons. 7. col. 1. & 2. lib. 1. & cons. 12. nu. 63. & seq. post plures quos allegat, & præcipuè Decium cons. 76. colum. 1. vbi allegando plures decisiones firmat, etiam in vniuersali dispositione nō venire bona feudalia, ea ratione, quia separatam habent naturā ab alijs bonis, & ideo, nisi de eis fiat specialis mentio non veniunt arg. notat. in l. item apud Iabeonem. §. hoc edictum. ff. de iniurijs cum cōcordan. Si itaque bona feudalia non veniunt, quando testator generaliter, vel vniuersaliter disponit de bonis suis, sed requiritur, quòd de eis fiat specialis mentio, & dispositio, quāto minus censentur venire quando vassallus decedit intestatus, quo casu nulla consideratur dispositio, neque generalis, neque vniuersalis, nam magis deberet considerari, seu induci præsumpta dispositio in feudalibus, quando vassallus decedit testatus, & vniuersaliter disponit de bonis suis, quàm quando decedit intestatus, & nihilominus primo casu non sufficit dispositio præsumpta, sed requiritur vera, & specialis, multo ergo minus debet sufficere dispositio præsumpta in casu intestati; Imò verum non est,

10 † quod venientes ab intestato dicantur venire ex tacito, siue præsumpto iudicio defuncti, & sic habere præsumptam dispositionem, quia nulla consideratur dispositio tacita, seu præsumpta, per quam dicatur habere ius, & causam ab eo, quia defunctus decedendo intestatus, censetur potius noluisse disponere, sed voluisse relinquere dispositionī iuris communis; Vnde succedentes ab intestato dicuntur venire, & eis bona deferri ex prouisione legis, non autem ex prouisione, seu dispositione hominis, & propterea dicitur legitima successio, seu legitima hæreditas, quia ex prouisione legis deferatur, non autem ab homine, toto tit. ff. & C. de suis, & legitimis hæredib. & instit. de hæred. quæ ab intestato deferuntur; pondero verbum deferuntur, & non dicit reliquuntur, quasi innat, quod dicantur deferri prouisione legis, non verò relin-

11 qui facto, seu prouisione hominis, † nā venientibus ab intestato non dicuntur dari bona, sed non adimi, vt in l. 1. §. sciendū, vbi glo. in verbo, non adimitur. ff. de leg. 1. vbi dicit tex. quòd illis fideicōmitti potest ad quos aliquid peruenturum est morte eius, vel dum eis datur, vel dum eis non adimitur, glo. ibi in verbo, nō adimitur dicit quod datur hæredi instituto, legatario, vel fideicommissario, vel donatario causa mortis, venientibus autem ab intestato nō dicitur dari, sed non adimi, quod ergo defunctus non ademit, & ipse non prouidit dando, lex ipsa defert: ad hoc pulcher textus in l. tertia. §. de illo. ff. pro socio, vbi glo. Bart. & cæteri notant, quæ dicatur iusta hæreditas, an ea, quæ iure legitimo obuenit, an etiam ea, quæ testamēto, & dicitur ibi ad legitimam tantum hæreditatem hoc pertinere glo. ibi in verbo legitima exponit, ideſt, quæ ex lege defertur, & ab intestato, ita declarat Gulie. Benedic. in repetit. cap. Raynutius in verbo, & vxorem nomine Adelasiam el. 2. nu. 74. & seq.

12 extra de testamento, vbi air † propriè dici successionem legitimam quasi sola lege delata sit absque hominis ministerio, & licet successio ex testamento largè, & minus propriè dicatur legitima successio, sed non omnino impropriè cū sit confirmata, licet non inuenta à lege duodecim tabul. permittente quemcunque hæredē etiam extraneum testamento institutū habere hæreditatē. l. lege obuenire. ff. de verbor signif. Tamē illa propriè, & strictè dicitur legitima successio, quæ sine hominis ministerio inquit defertur à lege, & absque testamēti, vel cuiuscunque alterius dispositionis medio, ita quod illi soli dicuntur hæredes legitimi, qui per legem ab intestato vocantur. l. 1. ff. de legit. tut. & tex. melior in iure secundum eum, qui hanc ponit differentiam in d. l. 3. §. de illo. ff. pro socio, vbi Bald. ad hoc dicit singularem, & ex hoc induci in practica notabilem effectum ait, quod si quis acquireret emphyteosim pro se, & legitimis hæredibus, non venirent ad illam nisi illi, qui propriè dicuntur hæredes legitimi, qui soli censentur vocati tanquam ab intestato successuri, & non in testamēto instituti, de quo per Alex. in Lex facto. §. fin. circa fin. ff. ad Trebell. nisi tales fuissent in testamento instituti, qui alias fuissent ab intestato vocati, qui nō minus dicuntur hæredes legitimi secundum Bart. in l. 3. ff. de leg. 1.

Non obstant. l. si quis cùm nullum, & l. conficiuntur. ff. de iure codicill. in quibus Curtius, & alij constituunt fundamē tum opinionis suę, dum in eis dicitur, quod decedens ab intestato spontè creditur eis relinquere legitimam hæreditatem, & sic, quod præsumptiuè dicitur etiā relinqui venientibus ab intestato, vnde propterea possunt onerari fideicōmisso, vt ibi omnes Doct. not. & in d. l. 1. §. iciendum de leg. 1. Nam

13 respondetur † quod ibi ideo dicitur, quod creditur paterfamilias spontè eis relinquere legitimam hæreditatem, eo quia fideicommittit venientibus ab intestato, nam grauando, censetur in necessariū antecedens hoc noraſſe, & reliquisse, & sic perinde est, ac si eos reliquisset hæredes ex testamento, vt expressè dicit ibi tex. iuncta glo. in d. l. si quis cum nullum illa ergo præsumpta dispositio inducitur propter grauamen eis iniunctum, eo quia defunctus grauando censetur in necessarium antecedens instituere, & relinquere, vt ergo fideicommissum valeat à venientibus ab intestato, lex induçit, & præsumit dispositionem defuncti præambulam, alias autem non valeret fideicommissum, ex regula, quem non honoro grauare non possum, l. ab eo. C. de fideicommiss. l. sed etsi sic in fin. ff. de leg. 3. ibi, nec enim recipiendum est, vt cui nihil dederis, eum rogando obliges, & vbique glos. Bart. & alij notāt, vbi ergo nulla omnino adest dispositio defuncti verum nō est, quod dicatur defunctus tacitè relinquere venientibus ab intestato, sed benè dicitur eis non adimere, vt

diximus

dixímus ſupra, imò decedendo inteſtatus, & non diſponendo cũ poſſet, dicitur relinquere diſpoſitioni iuris communis: Vnde in caſu noſtro vaſſalus, qui de feudo poterat diſponere, non diſponendo cùm potuiſſet, cenſetur noluiſſe, ſed reliquit diſpoſitioni iuris communis feudorum, vt ſcilicet iuxta diſpoſitionem iuris feudorum, feudũ ad eos perueniret, ad quos ius, & natura feudi ſeu tenor inueſtituræ vult, & diſponit, & ſic quòd iuxta regulas ſeu conſuetudines feudales fœmina ſuccedat ſi nulli extẽt maſculi ex primo inueſtito, iuxta cap. 1. de eo qui ſibi, & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis eis verò extantibus non admittatur, & pariter ſi fuerit iam excluſa perpetuò remaneat excluſa iuxta d. §. quin etiam Epiſcop. vel Abba. quo ſit vt non procedat reſponſio Pariſij, & præcipuè non procedere in hoc feudo demonſtratur, quia licet ſit improprium quantum ad facultatem alienandi, &
14 in eo admittantur fœminæ, † attamen ſemper fuit ſeruatum, vt maſculi ſucceſſerint in feudo excluſis fœminis, & nunquàm fœminæ fuerunt admiſſæ niſi deficientibus maſculis, vt diximus ſupra in prima parte, allegatione prima, & in ſucceſſione illius fuerunt ſeruata iura, & conſuetudines feudales, nam ſi fuiſſet alteratum feudũ, vt in eo procedi debeat quemadmodum in ſucceſſione rerum allodialium, necnon quod ſufficeret tacita diſpoſitio ab inteſtato, certè mortuo Gullielmo Marchione relicta Blanca vnica filia, & ab inteſtato, debuiſſet ipſa ſuccedere in Marchionatu, excluſo Bonifacio patruo, ex tacito iudicio defuncti, & tamen ipſe patruus vti maſculus, ex iure, & cõſuetudine feudi ſucceſſit, excluſa nepte, & idem in ipſa Margarita, quę de iure communi debuiſſet vna cum fratre ſuccedere patri, fuit tamen excluſa per fratrem, & deinde fratre mortuo ſine liberis debuiſſet ipſi fratri ſuccedere vti proximior, & ab inteſtato, & tamen ea excluſa ex iure, & conſuetudine feudi ſucceſſit Ioan. Georgius patruus, quia maſculus, licet remotior in gradu ſuccedendi, vt aliàs dicebamus & exiſtẽtibus pluribus filijs, vnus tantum, & primogenitus ſemper ſucceſſit, vt in filijs Ioan. Iacobi, & alijs, & hoc, quia feudum habet annexã dignitatem regalem iuxta cap. 1. §. præterea ducatus de prohib. feudi alienat. per Federic. quòd quidem non fuiſſet, ſi in eo procederetur, vt in ſucceſſione rerum allodialum, & quòd in huiuſmodi feudo ſuccedatur iuxta conſuetudines feudales, & ſeruetur ius commune feudorum, fatetur pars in actis, Vnde ceſſat etiam quod dicebat Aliprandus d. conſil. 13. num. 85. verſic. propterea ſequitur parte prima, quòd cùm iſtud feudum ſit improprium, ideo in eo fœmina ſimul cum maſculis admittitur, quia contrarium ſeruatum fuit, vt ex ſupradictis patet, & ipſemet Aliprandus dixit, quòd in hoc feudo fuit ſeruatum, quòd fœminæ nunqnàm admittantur niſi deficientibus maſculis, & ita ſeruatum fuiſſe ex conſuetudine in feudo Marchionatus probãt teſtes parte Ducum Mantuæ examinati prout dixim' ſupra in prima allegatione circa fin. nam ita deponunt 10. teſtis 12. 13. 14. 18. 23. & 24. vt ibi reulimus, quo ſit vt reſponſio pariſij non tollat fundamentum factum ad excluſionem Margaritæ. Et tollitur poſtremmò omnis obiectio, & reſponſio, ex eo, quod Theodorus primus diſpoſuit ipſe de feudo inter ſuos deſcendentes, & excluſit omnes fœminas ab eo deſcendentes. & illis prætulit in ſucceſſione feudi Yolandã filiam, & eius deſcendentes, vt dicemus infra in 2 parte principali. Vnde in præiudicium vocatorum ex diſpoſitione Theodori nõ teneret aliqua diſpoſitio facta per aliquem ex Marchionibus etiam expreſſa. Sed & alias reſpõſiones adducunt ſcribentes ad d. §. quinetiam: illas ergo videamus. Socinus iun. d. conſil. 76. num. 111. & ſeq. lib. 1. quod eſt inter conſilia Mantuæ d. conſ. 7. num. 119. & ſequentibus, ad defenſionem Margaritę duplici modo reſpondebat ad dictam concluſionem.

15 Primò enim dicebat, † quod tex. in d. §. quinetiam procedit, quando inueſtitura dicit pro deſcendentibus maſculis, & fœminis, nam tunc, inquit, ſi à ſucceſſione patris, filia per maſculum fratrem excluditur, ſi poſtea frater moritur, fœmina ſoror non vocatur, quia non eſt vocata, niſi vt deſcendens, & tunc non veniret, vt talis, ſed vt tranſuerſalis, quia ſoror, & cum regula ſit fœminam in feudis non ſuccedere niſi expreſsè dictum ſit; illa non admittitur, cùm inueſtitura ſolum de deſcendentibus loquatur; ſed aliud eſt in caſu noſtro, inquit, in quo non fuit dictũ pro deſcendẽtibus, ſed generaliter pro hæredibus maſculis, & fœminis, & licet talia verba ſoleant interpretari pro deſcendentibus, tamen illud eſt verum reſpectu primi inueſtiti, nõ reſpectu alicuius qui poſtea ſuccedat, hæc eſt prima reſponſio Socini.

16 Sed hæc conſideratio non procedit de iure, † Nam vt ſupra dicebamus, ſi in ſucceſſione feudi conſideratur origo, & principium, quia vltimus dicitur ſucceſſor primi, & ab eo dicitur habere cauſam à quo habet originem, & in feudis non attenditur proximitas reſpectu perſonæ illi' à quo feudum vacat, ſed conſideratur proximitas, ſeu perſona, cuiuſque pactum à quo feudũ incepit, vt poſt plures tradit idem Pariſ. d. conſilio 23. num. 130. & ſequen. & latè diximus ſupra in tertia allegatione, certè falſum eſt, quòd licet dicatur pro deſcendentibus non poſſit euenire filia, & ſuccedere fratri, eo quòd non ſit deſcendẽs fratri, ſed collateralis, quia non conſideratur vti collateralis, ſed vti deſcendens, & ideo nulla eſt differentia vtrũ dicatur pro ſe & deſcendẽtibus, an verò pro ſe, & hæredibus, quia vtroque caſu uenientes ad feudum conſiderantur vti deſcendentes primi inueſtiti, & veniunt virtute primæ inueſtiturę, & verbum hæredibus, vt ipſe etiam Socin. fatetur, interpretatur pro deſcendentibus, vt latè per Decius conſil. 516. numer. 14. & alibi ſepè. Vnde quantum ad ſucceſſionem non eſt differentia inter vnum, & alterum caſum, licet poſſet eſſe differentia quantum ad qualitatẽ feudi, vt vno caſu iudicetur hæreditarium, alio verò non, quo fit, vt hæc conſideratio Socini, & ratio data ad d. §. quinetiam, non procedat de iure.

Propterea idem Socin. ſentiens ſuam reſponſionem

sionem non procedere, respondet alio, & secundo modo prout, & ita in alio casu aliàs etiam respondebat in consil. 104. num. 12. lib. 2. ait enim
17 † quòd dictus §. quinetiam, dum dicit, quod vlterius fœmina non admittitur, intelligi debet, scilicet donec supereſt masculus iuxta tex. in d. cap. 1. de eo qui sibi, & hæredibus suis masc. & fœmin. per quem text. inquit, videtur dari ista declaratio ad dictum §. quinetiam, ex vi enim illius dictionis, donec, fœmina non videtur simpliciter excluſa, ſed ſuſpenſa ad vitam masculorum, allegat Fulgoſium conſ. 3. dominus Petrus Longus colum. 2. verſic. deinde ſic apud iuris peritiſſimos, & conſ. 12. ad id de quo queritur colum. 2. verſic. ſi quis planè putauerit, vnde, vt ait, cùm in caſu iſto non ſit amplius aliquis maſculus, optimo iure videtur, quod debeat admitti illa Illuſtriſſima Ducilla Margarita, eodem modo etiam reſpondebat Collegium Bononienſe inter conſilia Mantuæ d. conſil. 15. nu. 74. & 75. & Auguſt. Berous inter eadem conſilia conſ. 17. num. 40. & ſequen. & in effectu hoc volunt dicere Socin. & alij, quòd fœmina per maſculum non cenſeatur excluſa perpetuò, ſed temporaliter, ſeu conditionaliter, & ſic quod tex. in d. §. quinetiam, dum dicit vlterius non admittitur, intelligitur non perpetuò, ſed temporaliter, donec maſculi ſuperſunt iuxta d. cap. 1. de eo qui ſibi, & hæredibus ſuis, eodem modo vltra prædictos reſpondebat etiam Pariſ. d. conſil. 23. nu. 56. & ſeq.

Sed, nec etiam hæc reſponſio ſatisfacit. Nam vtrum fœmina ſemel excluſa per maſculum dicatur excluſa perpetuò, an vero temporaliter, hoc eſt de quo quæritur, & nos dicimus quod perpetuò eſt excluſa, non autem temporaliter, ſeu conditionaliter, prout hanc eſſe communem, & receptam ſententiam probauimus ſupra, à qua non eſt diſcedendum in iudicando, prout ita fatetur idemmet Socin. ſibi in hoc contrarius d. conſil. 110. & conſil. 114. vbi nunc. 6. ait quod eſt magna contentio, an fœmina excluſa per dictiones ſuſpenſiuas, donec, quouſq; &, & ſimiles reintegretur poſtea morientibus maſculis, & ſic dicatur temporaliter
18 tantum, & ſuſpenſiuè excluſa, † uam quòd non reintegretur, ſed remaneat perpetuò excluſa etiã hoc caſu, tenuerunt inquit, duo celebratiſſima collegia Italiæ videlicet, Senenſe, & Patauinum, & fuit opinio Raynerij de Forliuio, & refert Maria. Socin. ſuum ſuum in conſ. 63. in cauſa vertẽte col. penult. qui in fine dicti conſilij, vt ipſe refert, dicit, quod in puncto iuris iſta opinio poſſet procedere, & pro ea allegat vrgentia fundamenta, & ſubiungit idem Soc. iun. quod licet in ſtatutis, & in materia ſucceſſionis ab inteſtato in hæreditate ſit tenendum in practica, quòd fœmina eo caſu mortuo maſculo reintegretur, tamen inquit, videtur poſſe dici, quod non ita ſit in feudis & ratio diuerſitatis ſecundum eum eſt in promptu, nam in hæreditate id videtur tollerandum, quia in ea fœmina cum maſculis de iure communi concurrit, & ſic dicimur eſſe in materia indifferenti, propter quod ſtatutum contrariũ diſponens debet inquantum poteſt ſtrictè interpretari, vt minus lædat ius commune per iura, & doctrinas vulgares, at in feudo contrariũ eſt inquit, quia regulariter fœminis non competit, & dicitur de ſe, & de iure communi materia differens, ideſt ſolis maſculis competens, cum feudorum fœminæ ſint incapaces c. 1. §. filia de ſucceſſ. feudi cum multis aliis ibi per eum adductis, vnde ſi inueſtitura aliquo modo vocet fœminas, cùm id ſit contra ius commune feudorum, debet ſtrictius interpretari, vt minus ius cõmune ledatur, & ſic dici poteſt ait, quod, in feudo procedere poſſit illa opinio, pro qua prædicta collegia conſuluerunt, ſcilicet q̃ ſemper fœmina à feudo ſemel excluſa perpetuò dicatur excluſa, idẽ etiã dicit eandẽ rationem diuerſitatis adducens præfatus Socin. d. conſil. 104. ſub num. 12. verſic. vel & tertio cod. lib. 2. ſi itaq; Socin. ibi vult, quòd in feudo fœmina dicatur perpetuò excluſa, nec reintegretur per mortem maſculi, etiam quod excluderetur p̃ verba ſuſpenſiua donec, vel quouſq;, & ſimilia, cur quæſo hic dicit, quod debeat intelligi excluſa temporaliter, ſcilicet donec extent maſculi certè nõ ſatis mirari poſſum varietatẽ in tãto viro, nam ſi vult quòd etiam vbi eſſent expreſsè poſita verba ſuſpenſiua, nihilominus in feudo non reintegretur mortuo maſculo non video quo modo procedat eius declaratio ad tex. in d. §. quinetiam, quòd debeat intelligi
19 ſcilicet donec extet maſculus, † nam verum non eſt, quòd textus in d. §. quinetiam dũ vtitur verbis excluſiuis, dicendo, vlterius non admittitur, recipiat illam ſubaudltionem, ſcilicet, donec ſupereſt maſculus iuxta tex. in d. cap. 1. à quo, vt aſſerit recipit declarationem textus in d. §. quinetiam, quia diuerſitas eſt inter vnum, & alterum caſum, & ideo ex vno non datur declaratio ad aliũ, quod fieret, ſi eadem eſſet poſitio caſus, nam in d. cap. 1. agitur an filiæ, quæ nunquã fuerant excluſæ per maſculum admittendæ ſint ad ſucceſſionem partis feudi earum patris, an verò in concurſu præferri deberet maſculus earum conſobrinus. in d. verò §. quinenam, agebatur, an filia, cademq; ſoror, quæ iam fuerat per maſculum excluſa, mortuo deinde maſculo, vlterius eſſet admittenda ad ſucceſſionem feudi, à quo iam fuerat excluſa, quod patet, quia dicit, vlterius non admittitur, pondero dictionem, vlterius, quæ ſonat quod illa fœmina excluſa iam per maſculum ſit pœnitus excluſa à ſucceſſione feudi relicti poſtea per maſculum fratrem, & quòd iſte ſit caſus fatetur idem Socinus, dum argumentatur de ratione quare non admittatur poſt mortem fratris, eo quia inquit, cùm inueſtitura vocet deſcendentes ipſa non eſt deſcendens fratri, ſed collateralis, Item in d. §. quinetiã, agitur de fœmina iam excluſa admittenda ad ſucceſſionem feudi à quo iam fuerat excluſa per maſculum, in d. vero cap. 1. agitur de admittendo fœminam ad ſucceſſionem feudi à quo nunquam per aliquem maſculum fuerat excluſa, & in d. §. quinetiam, fœmina ſola prætendit ſuccedere, & cum nullo maſculo contendit de prælatione, quia nullus extabat, In dicto autem cap. 1. fœmina contendit cum maſculo, & ſe illi prætendit in ſucceſſione feudi relicti à patre, Vnde

in-

in eodem cap. 1. cùm masculus præferatur fœminæ, si deinde masculus moreretur, fœmina, quæ iam fuerat excluſa, vlterius non admitteretur iuxta d. §. quinetiam, ſed quod text. in d. §. quinetiam probet neceſſariò fœminam iam excluſam per maſculum perpetuò cenſeri excluſam, patet dũ dicit, vlterius non admittitur, quæ verba neceſſariò debent intelligi poſt mortem maſculi, qui eam excluſit, quia illud verbum vlterius, refertur ad tẽpus, quo defertur ſucceſſio, quod eſt poſt mortem, nam viuenti non ſuccedit, l. qui ſuperſtite, ff. de acquir. hæred. l. t. §. ſi impuberi. ff. de collat. bonor. Vnde nullo modo poteſt ſtare ſubauditio, quam faciunt Socinus, & alij, ſcilicet vlterius, donec viuit, vel donec ſupereſt, quam ſubauditionẽ facit etiam Berous d. conſ. 17. num. 48. dicens quòd verba tex. dum dicunt, vlterius non admittitur intelliguntur, videlicet, extante, & viuente maſculo, ſed quod non admittatur illo mortuo, & eo deficiente, textus hoc non negat, inquit Berous, ſed dico ego, quod imò negat expreſsè per illa verba, vlterius non admittitur, nam ſi intelligeretur, quod non admittatur maſculo viuente tantum, ſatis fuiſſet dicere, relicto maſculo fœmina non admittitur, ſed quia voluit denotare omnimodam, & perpetuam excluſionem, ideo addit verbum, vlterius, quod verbum, niſi intelligatur de tempore, & caſu mortis maſculi, qui eam excluſit, ſuperfluum eſſet, & ſine virtute aliquid operandi contra. l. ſi quando de leg. 1. cap. ſi Papa de priuileg. in 6. cum alijs ſupra adductis, quo fit, vt cum myſterio dictũ ſit, vlterius non admittitur, ad denotandum, quòd fœmina non ſolum non admittatur viuente, & ſuperſtite maſculo, ſed vlterius etiam eo mortuo, alioquin lex eſſet pœnè de indubitabili, ſi intelligeretur, quòd viuente maſculo tantum non admittatur, quia clarũ eſt, quod dum viuit, & iam eſt excluſa, non eſt amplius quærendum an ſit denuo admittenda, ſed expectandum eſt poſt mortem eius, qui eam excluſerat, & tunc de ſucceſſione tractandum eſt, an ſcilicet fœmina vlterius ſit admittenda: hunc intellectum, & hanc conſiderationẽ luis ſcriptis reperi pactam, per Paul. de Caſt. licet non ita diffuiſe in conſ. 191. viſis, & diligenter examinatis num. 4. lib. 2. vbi idem Paul. ſub num. 6. verſic. item non obſtat cap. primum, reſpondet ad d. c. 1. de eo qui ſibi, & hæred. ſuis, & aperte ſentit, verum non eſſe quòd d. §. quinetiam, debeat intelligi iuxta d. cap. 1. nec ab eo declarationem recipiat, ita quoq; inuenio quòd dicit ipſemet Soc. iun. d. conſ. 110. colum. 3. num. 7. lib. 2. & ibi nu. 17. nominatim reſpondet ad d. c. 1. de eo qui ſibi & hæredib. ſuis declarando vt ſupra dixi. Probo etiam prædicta dando inſtantiam: tinge enim fratrẽ decedere relicta filia, & relicta etiam amita iam excluſa per eum à feudo, quæro quæ nam iſtarum ſuccedat in feudo? certè filia, eo quia ipſa nunquàm fuerat excluſa per aliquẽ maſculum, ſoror verò defuncti licet ſit proximior primo inueſtito, attamen non admittitur, & hoc non alia ratione, niſi quia iam fuerat excluſa per fratrem, quæ excluſio durat perpetuò, & ius ſucceſſionis ſemel extinctum per excluſionem, amplius non reuiuiſcit iuxta tradita per Oldrad. conſ. 21. Thema tale eſt teſtator vbi ait, quod ſit teſtator ſubſtituit Titio, ſi deceſſerit ſine liberis eo mortuo relictis liberis ſubſtitutio euaneſcit, & ſic per exiſtentiam liberorum ſubſtitutus excluditur, & perpetuò excluditur, & ideo licet poſtea liberi Titij decedant ſine liberis, attamen ſubſtitutio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit, Oldradum refert, & ſequitur Decius conſ. 218. nu. 7. conſ. 511. & conſ. 63. & pluribus alijs locis, & Natta conſil. 291. num. 7. & conſ. 200. num. 7. verſic. & vlterius, & Crancta conſil. 98. ferè per totum, Ita ergo dicendum eſt in caſu noſtro, † quod fœmina vocatur ad ſucceſſionem feudi ſub conditione ſi maſculus non extet, eo autem exiſtente extinguitur, & perit ius, & quicquid poſtea fuerit de maſculo, illud ius conditionale iam extinctum amplius non reuiuiſcit, ita ex poſt reperi quod argumentabatur idem Paul. de Caſtro d. conſ. 191. col. pen. verſ. item non obſtat quod iſte Iacobus, & quiſquis ſum concurriſſe cum tãto viro in prædictis conſiderationibus ſuper iſto articulo excluſionis, & addo notabile dictum Bald. in l. in quibus caſibus colum. 2. verſ. ſed hic concurrit alia quæſtio. C. de ſecund. nuptijs, dum in propoſito volens adducere rationem cur fœmina deficientibus, poſtea maſculis dicatur perpetuò excluſa ait, quòd ad hoc facit quædam ratio naturalis poſita ibi in gloſa, quod quando aliquid diſcedit ab aliquo, ita quod ad alium peruenit, imperpetuum dicitur ab illo diſcedere, & dicitur excluſio perpetua non tẽporalis, & Bald. refert, & ſequitur Ioan. Luppi in repetitio. c. per veſtras in rubrica §. 69. num 34. in fin. de don. inter vir. & vxorem, vbi addit, † quia in dubio actus iudicatur perpetuus non temporalis l. ſufficit ff. de cond. indeb. glo. in cap. fin. in verbo. perpetuus, de reſcrip. lib. 6. facit l. corruptionem C. de vſufruct. l. ſi quis hæredem C. de conditio. inſert. l. 2. circa med. ff. de excuſa. tuto. in quibus iuribus probatur quòd quando ad aliquem actum requiritur certa qualitas. vel cauſa, ſufficit quod ſemel exiſtat, vnde licet poſtea deficiat attamen habet perpetuum effectum, quod tenendum mẽte ait ad multa, quo fit, vt non obſtantibus teſpõſionibus Socini Parilij Beroij, & aliorum adhuc procedit communis concluſio, quòd fœmina ſemel excluſa per maſculum perpetuo duret excluſa, & vbi vera eſſet eorum opinio, & reſponſio, quod ſcilicet intelligatur donec extent maſculi, certè in caſu noſtro cùm ſuperſit maſculus deſcendens à primo inueſtito, nempè Dux Carolus, adhuc remaneret excluſa per ſupradicta.

Non etiam omitto aliam reſponſionem ad dictam concluſionem, quam pro ipſa Margarita dat etiam Auguſtinus Berous d. conſ. 17 nu. 42. & 43. vbi diſtinguit, quòd aut feudum fuit conceſſum pro maſculis, & fœminis copulatiuè, & tunc fœmina ſemel excluſa ſemper dicetur excluſa, vt eſt tex. qui ſecundum eum, ſic debet intelligi in d. cap. 1. de eo qui ſibi, & hæredib. ſuis aut fuit conceſſum feudum pro maſculis, vel fœminis alternatiuè, ſeu diſiunctiuè, & tunc ordine ſucceſſiuo debent admitti, primò maſculi,

deinde

deinde fœminæ, quæ isto casu censentur excluſæ donec extent, & ſuperſunt maſculi vt eſt tex. clarus ſecundum eum in d. §. quinetiam Epiſco. vel Abba. qui propriè loquitur in iſto caſu, vt ipſe dicit, & adducit rationem diuerſitatis, vt per eum Vnde cùm in caſu noſtro feudum, inquit Bero⁹, fuerit cõceſſum pro maſculis vel fœminis alternatiuè, vt in conceſſione Carol. IIII. continetur, non autem copulatiuè, ideo Margarita non cenſetur perpetuò excluſa, ſed donec extarent maſculi.

Reſpondemus, hanc diuerſitatem adinuentã à Beroo non procedere in facto, nec in iure, nã verum non eſt, quod in inueſtitura Caroli. IIII. verba illa legãtur alternatiuè cõcepta, & ſic feudum dicatur conceſſum alternatiuè, ſeu diſiunctiuè, quia imo legitur conceſſum maſc. & fœm. copulatiuè, prout etiam per verba copulatiua loquitur ex. in d. §. quinetiam, & ideo non eſt verum, quòd debeat intelligi, & loquatur ſecundum eũ, quando verba inueſtituræ ſiunt alternatiuè concepta, & cõſequenter intelligatur, quòd fœminæ cenſeantur excluſę donec extent maſculi, quinimo ille tex. probat cõtrarium dum dicit, vlterius non admittitur, quę verba denotant potius perpetuam excluſionem, vt ſupra probauimus, Vnde eſt diuinatiua interpretatio Beroi ad illum text. nec etiam procedit de iure, diuerſitas inter hos caſus conſiderata ab eo, an inueſtitura dicat pro maſculis, & fœminis, an pro maſculis vel fœminis, quia nulla eſt ratio diuerſitatis valida inter vnum, & alterũ caſum, cur potius vno caſu non intelligatur fœmina excluſa perpetuò, quando ſcilicet dictum eſt pro maſculis vel fœminis, alio verò ſic, & licet dicho alternatiua ſiue diſiunctiua, vel, videatur magis importare ordinem ſucceſſiuum, vt conſiderat idem Berous, non tamen ex hoc ſequitur, quod etiam hãc vim habeat, vt importet quòd fœmina ſemel excluſa non dicatur excluſa perpetuò, ſed donec extent maſculi, neq; inuenio quemquam doctorem facientem hanc differentiam, prout nec ipſe quemquam allegat. Et quicquid ſit, hoc vnum eſt verum, quòd in caſu noſtro feudum non fuit conceſſum per verba alternatiua, ſed per verba copulatiua, maximè in dicta inueſtitura Caroli IIII. ideo non procedit eius conſideratio.

Aliter tamen vltra præfatos docto. ad dictam concluſionem reſpondent pro præfata Margarita Lucenſis, & Nicolaus Aliptandus inter eadem conſilia Mantuæ conſil. 1. num. 55. verſic. ſequitur igitur. vbi aiunt, quod etiam dato quod ipſa Margarita non fuiſſet inueſtita, poſſet tamen allegare quod nõ fuerit de iure excluſa, & ſi fuit excluſa, quòd tale feudum conſueuit tranſire ad excluſas, & dant exemplum de Yolanda ſorore Ioanis vltimi de linea Aledrami, & matre Theodori primi Paleologi nã ipſa, & Theodorus eius filius iam fuerant excluſi per Ioannem fratrem Yolandæ, & nihilo minus non obſtante excluſione fuit admiſſa, necnon Theodorus eius filius, ita etiam dicebat idem Aliprandus inter eadem conſilia conſil. 13. num. 27. verſic. interpretata eſt etiam aliud, & ita pariter à conſuetudine arguebat Cardin. Simoneta inter eadem cõſilia conſil. 11. num. 28. & 29. & Pariſius ibidem conſ 4. nu. 25. & 26.

Reſpondetur, quod non procedit exemplum ſeu argumentum de Yolanda ad caſum quo agitur, & ſic ad Margaritam, eo quia in caſu Yolandę nulli ſupererant maſculi, & ſic non poterat ei obiici exceptio excluſionis, quia nullus erat, qui cum ea ad ſucceſſionem feudi concurreret, & ei obijcere poſſet de excluſione, niſi Imperator dominus directus, quo caſu, quando agitur inter Fiſcum, ſeu ipſum dominum directum, & fœminam iam excluſam, & fœmina licet excluſa admittitur ſecundum Iulium Clarum, & Afflictum in locis ſupra in principio relatis, ſed in caſu noſtro non ſic eſt in Margarita, quia cum ea concurrit maſculus deſcendens ex Theodoro, qui poteſt ei obijcere de excluſione, Vnde cùm nullus eſſet contradictor in caſu Yolandæ dici non poteſt, quòd feudum conſueuerit tranſire ad excluſas, imo dici poſſet, quod cum non ipſa habuerit Marchionatum neq; fuerit de eo inueſtita, ſed Theodorus eius filius, qui fuit ab Imperatore inueſtitus, argui non poteſt de illo caſu ad caſum de quo agitur, ſed potius quod ſicuti non fuit admiſſa ipſa Yolanda mater iam excluſa, ſed Theodorus eius filius vti maſculus fuit tunc admiſſus, & inueſtitus non autem mater eo quia excluſa, ſic in caſu noſtro dicendum ſit ꝙ non ipſa Margarita admitti debeat, tum quia fœmina, tum etiam quia excluſa, ſed Dux Carolus vti maſculus deſcendẽs ex Theodoro, qui à nullo fuit excluſus, admitti debet. Præterea dicimus etiam, quod licet Yolanda eſſet excluſa per fratrem ex diſpoſitione iuris feudorum, nempè d. §. quinetiam, attamen ius quod iam fuerat extinctum per exiſtentiam maſculi, reuixit, & idem denuo quæſitum fuit ex diſpoſitione hominis, nempe ex teſtamento ipſius Ioannis fratris, qui eam in feudo inſtituerat hæredem, & eius filios, & hoc virtute facultatis diſponẽdi conceſſæ per inueſtituram Ottonis, ita declarat idem Aliprandus dicto conſ. 13. in prima parte num. 26. vbi fatetur, quod in omnibus caſibus ibi relatis per eũ, fœminæ in hoc feudo fuerant excluſæ per maſculos, & tamen Marchiones teſtati ſunt, & paciſcebantur de illis admittendis, & num. 86. & 96. verſi. ſecundo inquantum, etiam ait quòd Yolanda fuit vocata per teſtamentum Ioannis, qui potuit eam vocare ex facultate conceſſa in inueſtitura Ottonis facta Aledramo.

Ecce quantum laborauerint præfati doctores pro defenſione Margaritæ quod non dicatur perpetuò excluſa a feudo, & licet multas reſponſiones attulerint aduerſus dictam concluſionem, omnes tamen ſunt leues, & ſuſtineri nullo modo poſſunt; Vnde videntes eam non poſſe defendi per reſponſiones ſupra datas, recurrunt omnes ad vltimam, quã dicunt peremptoriam de qua infra in proxima allegatione ſeparatim tractandum duximus.

SVM.

SVMMARIVM.

1 Princeps in dubio ius alterius ledere, aut tollere vellenon censetur.
2 Inuestitura semper intelligitur concessa iuribus alienis semper saluis, licet non dicatur.
3 Filia potest inuestiri de feudo ob amorem, & seruitia patris etiam in præiudicium agnatorum secundum aliquos.
4 Bolognini consilium primum declaratur.
5 Feudum antiquum diuisum inter fratres assumit naturã feudi noui, si de eo post diuisionem fratres inuestiantur sub nouis pactis, & conditionibus.
6 Feudum ob non petitam inuestituram infra tempus legitimum censetur domino apertum.
7 Cap. 1. quemad. feud. ad fil. pertinens intelligitur de feudo antiquo secundum.
8 Cap. 1. quemad. feud. ad fil. pertineat secundum verior ẽ intellectum loquitur in feudo nouo.
9 Iacobi de Beluiso intelle ctus ad cap. 1 quemad. feud. ad filium pertineat reprobatur communiter.
10 Baldi intellectus ad d. cap. 1. quemad. feud. ad fil. pertineat pariter reprobatur, & nn. 11.
12 Clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis non operantur derogationem iuris tertij quando constat de intentione Principis.
13 Dispositio legis quando concurritcum dispositione hominis tunc efficacius operatur.
14 Feudum vbi conceditur pro masculis, & feminis, semper masculi à primo inuestito, donec supersunt, excludunt fœminas.
15 Feudum concessum si sit duobus fratribus pro se, & eorum heredibus masculis, & feminis, tunc masculi vnius non excludunt fœminas alterius.
16 Feudum concessum si sit vni pro masculis, & fœminis, nunquam ad illud fœminæ admittuntur, donec supersunt masculi ex primo inuestito.
17 Masculus superueniens ex excludat fœminam iam admissam à successione feudi.
18 Fœmina sicut dicitur exclusa perpetuò propter existentiam masculi, ita semel admissa nullo masculo impediente dicitur admissa perpetuò.
19 Fœmina vbi semel fuit exclusa à successione feudi, etiã masculi ex ea, & tota eius posteritate ex exclusa censetur.
20 Statutum si excludat filiam propter masculos, nepotẽ quoque, & totam lineam censetur excludere.
21 Filia vocata ad feudum hinc demum excluditur mortuo patre relicto masculo, & eo ad feudum admisso.

CONS. XI.

SCribentes pro Ducissa Margarita, præcipuè Paris. d. consil. 23. num. 60. & 72. & in volumine consiliorum Mantuæ d. consil. 4. num. 27. & sequent. adducunt postremo loco pro responsione ad dictam cõclusionem, seu regulã d. §. quinctiam, quòd data conclusione pro vera, quod in materia feudali fœmina semel exclusa censeatur perpetuò excluſa, attamẽ defuncto Ioan. Georgio patruo vltimo Marchionę, sine liberis, feudum aiunt, propter lineam finitam, eo quòd nullus superesset masculus de linea, & agnatione Palcologa, fuerat reuersum, seu deuolutum ad Imperatorem directum dominum iuxta Bal. in d. §. quinctiam, & in c. 1. quemad. feudum ad fil. pertinear, cum aliis relatis per ipsum Paris. d. num. 60. Cùm autem Imperator Carolus V. inquiunt, directus dominus, ad quem propter lineam finitam morte prædicti Ioan. Georgii, feudum erat apertum, & deuolutum propter dictam conclusionẽ, quòd fœmina dicatur perpetuò excluſa, concesserit prædictum feudum dictæ Ducissæ Margaritæ, & Federico eius marito, nulla, vt aiunt Parisius, cadit dubitatio, quin ipsa ad illud debeat admitti ex isto capite, ex quo iure nouo venit, & virtute dictæ nouæ concessionis, ita etiam respondet Socin. d. consil. 76. nu. 113. versic. sed posito, 85. Berous inter eadem consilia Mantuæ d. consil. 17. nu. 50. & ibi etiam Collegium Bononiense consil. 15. num. 77. dicens, Margaritam non posse dici perpetuò excluſam, quia fuit habilitata à Cæsare, quod potuit, inquit, cum ista sint iuris positiui, idem dicebant Senatores Aliprandus, & Lucensis consil. 6. num. 130. & sequen. & pluribus demonstrat præfati Doctores, quòd decenter, vt aiunt præfatus Imperator dictam Margaritã, & eius maritum de hoc feudo ad se aperto, & deuoluto inuestiuit, & inuestituram subsistere probant, licet fuerit facta viuente adhuc prædicto Ioan. Georgio Marchione vltimo vassallo, vt per eos.

Sed hæc inuestitura Caroli Imperatoris sicut parum aut nihil prodest præfatæ Margaritæ Ducissæ, nec eius marito, ita iuribus Ducis Sabaudiæ non nocet, quando quidem Imperator non informatus de iuribus prædicti Ducis Caroli in dicto feudo, & Marchionatu, non censetur eam inuestituram concessisse ad præiudicium iuris
1 tertij, quod Princeps in dubio tollere per quãcunque concessionẽ, aut aliter ledere non censetur l. 3. §. meritò, & §. si quis à Principe ff. de eo qd in loco publico, nec anus C. de emancip. liber.
2 & quamuis de rescriptis in 6. quinimo, inuestitura etiamsi non dicat, semper tamen intelligitur, iuribus alienis semper saluis, vt dicit Andr. de Isern. in cap. 1. §. si quis inuestierit, de feudo dato in vicem leg. comitis, & ibi Anchisan. colum. 2. versic. imò secundum Andream, argumen. l. in concedendo ff. de aqua plu. arcen. cum similibus, & idem Afflict. in d. §. si quis inuestierit nu. 18. versic. imò secundum Andream, & nu. seq. plura adhoc adducit, & in terminis ita respondebat Socin. iun. consil. 110. sub num. 21. versic. circa secundam quæstionem, & colum. sequen. lib. 2. vbi multis comprobat, vt per eum, & Decius consil. 389. visa num. 4. post Paul. de Castr. & Alex. in locis per eum relatis; quo stante non expedit intrare in illo articulo, an potuerit Imperator inuestituram concedere de feudo viuentis, & præiudicare alteri, cum ipsemet Imperator inuestiens expressè declarauerit mentis suæ non fuisse velle derogare aliquo modo iuribus Ducis Sabaudiæ per inuestituram prædictam, imò iura dicto Carolo Duci quomodolibet competentia in dicto feudo, & Marchionatu, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, approbat, & confirmat, nominatim etiam declarando, non fuisse

fuisse mentis suę prędicare iuribus dicti Ducis, inquantum in eadem inuestitura præfatus Ducibus Mantuæ concessa dicitur, quod fœminæ semel, vel plures excluſæ admitti valerent, per quam clauſulā satis videbatur dispensatum, vt non obstante geminata exclusione, nihilominus ipsa Margarita admitti valeret. Vnde non fuit vanum Duci Carolo hanc declaratoriam obtinere ab Imperatore, licet aliter exiſtimet Aliprandus, qui de hac ipsa declaratoria scribens inter consilia prædicta consil. 24. nu. 6. non satis intelligens effectū dictæ declaratoriæ respectu dictæ clauſulæ, q̄ fœminæ semel vel plures excluſæ, admitti valerent, exiſtimat declaratoriam ea in parte satis extraneam, vt vtar verbo ipsius, dicens eam errore ciuitatem Ducis processisse, de facto forte minus bene instructi, sed vtrex prædictis patet, nō modò fuit pertinens, sed necessaria, & negari non potest, quin illa verba, licet respiciant euā fœminas descendentes ipsorum Ducum inueſtitorū, includāt etiam ipsam Margarita, vt nō obstante exclusione ipsa quoq; admitteretur, maximè quia ipso facto admitti debetur, & inuestiebatur non obstante, quod fuisset exclusa, & ut omnes prefati scribentes pro ipsa Margarita concludunt, ipsam fuisse admissam non obstante exclusione ex dispositione d. §. quinetiā præcipuè idem Aliprand. d. cons. 6. nu. 130. & alibi sæpè, quo fit vt declaratoria in hac parte non potuit dici extranea, seu impertinens, prout ait Aliprandus, cum per ipsum, & alios scribentes defendatur ipsa Margarita, quod licet fuit tit excluſa à feudo per fratrem, & patruum attamen fuit, vt ainnt, per Imperatorem habilitata, & ideo nec etiam illud est rutum refugium pro defensione ipsius Margaritæ adueniens prædictam conclusionem quod semel excluſa censeatur perpetuò excluſa. Vnde per hæc cessant scripta per Gozad. d. cōl. 8. nu. 38. & seq. & nu. 43. dum ponderat clauſulā, non obstantibus, & aliàs in dicta inuestitura appositas, quo fit vt dici non potuit fuisse de nouo quæsitum ius ipsi Margaritæ per eam inuestituram ad prejudicium Ducis Caroli, quia eius respectu pro non facta, aut obtenta habetur, & quia de ea etiam alibi latius dicetur, ideo vltrius pro nunc non insisto.

Non etiam obstat quod circa hanc inueſtituram aiunt scribentes pro ipsis Ducibus præcipuè Senatores Lucenſis, & Albritius cons. 1. nu. 8. & Parit. d. cons. 4. nu. 34. in d. volum. consiliorum, relato d. lib. 1. cons. 22. nu. 31. dicens, 3 † Margaritam potuisse per Imperatorem inuestiri propter merita, seruitutem, & amorē paternum, etiam si prejudicium agnatorum verteretur, vt habetur secundū Parit. in c. 1. quēad. feud. ad fil. pertin. vbi omnes D D. attinguit, allegat Curtium Sen. cons. 49. & seq. Decium cons. 399. colum. 6. num. 10. verſ. eſt ponderādū, & alios vt per eum, vbi etiam idem ait sub num. 42. verſ. & considerando etiam merita, & d. consilio 22. numero 39. in fine, & latè Gratus in eadem causa aduersus præfatum Marchionem Salutiarum Reſponſo 9. sub nu. 168. verſic. octuagesimo ſeptimo considero, & pluribus ſequentibus, vbi maximè ponderat clauſulas inueſtituræ, ex certa ſcientia, motu proprio, de plenitudine potestatis, & alias, prout idem facit Gozad. d. cons. 8. num. 42. & 43. & idem ait Cardin. Simoneta cons. 28. nu. 14. & cons. 35. num. 24. inter eadem consilia Mānæ dicens, quod admisso ſine veri prejudicio quod Ducis Sabaudiæ ius etiam hodie procederet, tamen cū D. Ducilla Mantuæ inquit, fuerit inueſtita propter eius, & patris ac prædecessorum benemerita, non potest Dux Sabaudię, vel quiſpiam alius iuste cōqueri, quod iuri ſuo prejudicetur, cum iure permittente vt ait, potuerit fieri dicta inueſtitura, prout ita in terminis ſecundum eum conſuluit Bologn. cōſ. 1. allegans duos tex. ad hoc pro filiab. us inueſtitis de quodā feudo propter benemerita patris, & filiarum à Duce Mediolani, qui etiam fecerat, & ipſe declaratoriā pro agnatis, quod per illam inueſtituram conceſſam filiabus nō intēdebat in aliquo pr. iudicasse iuribus agnatorum, & firmat idem Bolognin. us, quod cum fœminæ potuerint inueſtiri, non dicebatur iuri agnatorum præiudicari, ex quo ius ad ipſas fœminas volente domino, ac inueſtiente ſpectabat, vt latè per eundem Bolognin. dicto conſil. primò colum. 9. verſ. ſecundo principaliter moueor, & colum. 13. verſ. ex quo infero, & vt ibi in fine conſilij habetur, plures doctores Italiæ conſuleruntin illo caſu pro filiabus contra agnatos, pro illis iudicant maiores pars Collegij Mediolanenſis, & fuit illa quæſtio de feudo loci Cugnolij dominij Mediolanenſis.

Sed his etiam reſpondetur, & primò quantum ad conſilium Bolognini quod D. Cardinalis Simoneta ad eo magni facit) dicitur, q̄ eo in caſu contra filias conſuluerunt plures alij doctores, præcipuè Curtius Sen. vt patet conſ. 49. incip. memoriæ recolendæ Dux Mediolani Filippus Maria, & latius idem Curtius conſequent. deffendit partem contrariam per 70. columnas, & cum eodem Curt. conſuluit quo que venerandum Collegium Bononienſe, vt patet inter conſilia ciuilem Curtij conſil. 51. preſens conſultitio. Sed vlterius dicitur, quod Bologninus loquitur in terminis diuerſis, quia 4 ibi præſupponitur, † quod feudum fuerat datum à patre dum viueret filiabus in dotem, cedente conſenſu domini, vt patet ibi ſub nu. 1. verſic. attamen retorquendo, vbi id fieri potuisse probat Bologin. per not. per Hoſtien. in ſumma de immunita. eccleſ. §. in quibus, verſic. quæ eſt, & per Ioan. Andr. & Abba. in cap. ex parte de feudis, & Alex. conſ. 28. colu. vlt. lib. 5. maximè accedente conſenſu domini ſecundum eum, iuxta nota per gl. & communem ſententiā relatam per Modernos maximè Aliprorum in c. 1. §. donare qual. olim, feud. pot. alien. vbi atteſtatur, hanc eſſe communē ſententiam.

Item in caſu Bolognini feudum de quo 5 agebatur, † quod fuerat antiquum, effectum poſſeſſa fuit nouum, & naturam noui aſſum-

pserat per diuisionem factam de ipso etiam cū consensu domini inter fratres, & qui post diuisionem inuestiti fuerant quilibet de parte sibi in diuisione obuenta, & assignata, fuerunt que inuestiti sub nouis pactis, vt late probat & ostendit idem Bologni. ibi col. 3. sub num. 1. versic. vel aliter dico, allegat in terminis Bald. consil. 117. incipiente, verba inuestiturę sic dicunt Salomonem, lib. 1. quod consilium dicit fuisse alijs consulentibus incognitum, & secundum aliam impressionem est lib. 2. consil. 249. quo stante, clarum est, quod agnati nullum ius prætendere poterant in tali feudo, nec in eo succedere, sed mortuo vno ex fratribus reuertebatur ad dominum, qui propterea poterat filias inuestire de tali feudo ob amorem, & seruitia patris, & filiarum, vt idem Bologn. probat num. 4. 5. & sequen. Vnde concludit ibi sub num. 9. vers. vnum tamen, quod cum alter frater nec eius filij possent in feudo, de quo cō tedebatur, quod erat patris filiarum, succedere, ideo declaratio facta per Ducem Mediolani directum dominum, non fuisse mentis prejudicare iuribus supplicantium, nihil proderat, cum nullum ius in dicto feudo habere possēt, vt potè quia nouum, in quo agnati non succedunt, & vbi eo casu fuisset antiquum, vel haberet naturam antiqui propter clausulam, in feudum antiquum, auitum, & paternum prout contendebant agnati, attamen adhuc respō

6 det Bologninus, †quod ex quo agnatu inuestituram non petierant infra annum, & diem, sibi præiudicauerant, & feudum apertum erat domino iuxta ea quę habentur in cap. 1. 8. præterea de prohib. feudi alien. per Federic. maximē per Iacob. de Beluiso, & Aluarotum, & in cap. 1. quo tempore miles inuestitu. per deb. cum alijs per eundem Bologninum adductis ibi col. 8. sub nu. 9. vers. vel & aliter respondeo, & nu. 17. in fine vers. vel & quarto, & sub nu. 22 vers. vel & 2. & sub nu. 27. vers. vel posito Præsupponebatur quoq; deuolutū feudum ob commissa in persona, domini, vt patet in discursu dictorum scribentium pro filiabus, & ideo vti deuolutum bene potuit dominus inuestire filias defuncti, sed in casu nostro nulla ex causa feudum potest dici deuolutum, aut apertū domino, non vti nouum, quia est, & fuit antiquum, neq; ob finitam generationem, seu defectum masculorum deiecendentium ex Theodoro primo inuestito, quia licet defecerint descendentes ex masculis, tamen adhuc aderant masculi ex fœminis, neq; deuolutum dici poterat ob aliquam aliam causam ideo non militant scripta per Bologninum in casu nostro.

Quod si dicatur Bologninus secundū Cardinalem Simonetam obstat inquantum ibi col. 8. num. 10. & 11. probat quod etiam si feudum fuisset antiquum, auitum, & paternū, prout parte agnatorum præsupponebatur, & non deuolutum, seu apertum domino, attamen ad huc ipsi agnati conqueri non poterant de inuestitura concessa filiabus, & per consequens litteræ declarationis, quas D. Duxillo in casu concellerat, declarando mentis suæ nō fuisse

velle derogare in aliquo iuribus ipsorū agnatorum, nihil proderāt agnatis, eo quia licitè, & lege permittente dominus poterat filias inuestire de feudo, etiam in præiudicium agnatorū quibus eo casu lex tollit facultatem succedendi, & potestatem conquerendi, & bona feudalia auocandi, per consequens non possunt tractare de aliquo eorum præiudicio, cum lex ita disponat, per tex. singularem, & quem diligenter notandum ait in c. 1. quemad. feudū ad fil.

7 pertin. † nam ille tex secundum Bologninum loquitur, & intelligitur in feudo paterno, siue antiquo, prout ita intelligit Iacob. de Beluis. & antiqui scribentes vt ipse ait, & idem Iacob. in c. 1. 8. hoc quoq; de succes. feudi Raph. Cum. cōs. 99. col. 2. incip. quedā possessio tolita erat, & clarius Raphael Fulg. cons. 4. incip. in feudo paterno; qui omnes secundum eum, intelligūt illum tex. in feudo paterno, & quorū authoritas maxima est, vt ipse ait, & ita etiā tenet in casu nostro Paris & Gozad. supra relati, quibus addo Ioannem de San. Iulia inter cons. Brun. cons. 3. col. fin. vers. & quod possit Princeps, Et ponderat Bologninus post alios text. in d. cap. 1. dum loquitur de parentibus filiæ intuitu, hoc est de agnatis, prout doctores omnes exponunt, nam frustra ibi dubitaretur de reuocatione feudi fienda per parentes, seu agnatos, si textus loqueretur de feudo nouo, cum in eo agnati non succedant d. cap. 1. 8. hoc quoq; de succes. feudi, & per Bar. & alios in l. si minus, & Titio ff. de verbor. obligat. & ad comprobationem illius text. in d. cap. 1. quemadmod. feud ad fi. pertin. adducit idem Bologninus alios duos tex. concordantes, qui cauillari non possunt secundum eum, & quos neminem vidisse ait, videlicet tex. in c. 1 de alien. feudi paterni, & in cap. 1. 8. filia de succes. feudi, nam in illis, inquit, sunt casus in terminis de eo quod dicitur, & habetur in d. cap. 1. quemad. feudum ad fil. pertin. qui apertè declarat ab illis, & sunt casus secundum eum, non considerati in materia, qui sunt in originalibus quæ ipse, vt refert, vidit oculata fide, & sunt in Regia Ciuitate Bononiæ apud venerandos patres fratres prædicatores Sancti Dominici in eorum sacristia, vt per eum ibi num. 12. & ideo nu. 13. ait, quod dato, sed non concesso, quod ille tex. in d. cap. 1. loqueretur in feudo nouo, attamen adhuc est ali⁹ tex. in terminis in d. c. 1. de alien. feudi paterni, qui expresse loquitur de feudo paterno, & ponit ad litteram verba text' prout stant in originalibus prædictis, in quibus dicit legi ita scripsum (Alienatio feudi paterni non valet, etiam domini voluntate, nisi agnatis consentientibus, ad quos beneficii quādoq; sit reuersurum, nec in filiam, si tamen propter amorem sui patris iam defuncti ipsam filiam dominus inuestierit, valebit quod factū est, nec ab agnatis poterit reuocari) hæc sunt verba text. vt Bologninus refert, & sic per prædicta iura concludit Bologn. in casu suo potuisse dominum inuestire filias de feudo paterno, & antiquo in præiudicium agnatorū, ob amorē, & seruitia patris, & sua ipsarum filiarum, nec

agnatos

agnatos posse cõqueri de tali inuestitura, nec posse feudum reuocare, nec prodesse declaratoriam agnatis concessam, vt per eum ibi in locis prælegatis, & sub num. 15. vers. vel secundo respondeo, & num. 21. & 22. vers. vel, & tertio respõdeo, idem ergo secundum Cardinalem Simonetam Paris. & Gozad. dicendum est in casu nostro per prædicta iura.

Sed respondetur, quòd Bologninus malè in hac parte consuluit, & contra communem opinionem doctorum, nam verùm non est, quod text. in d. cap. 1. quemad. feudum ad fil. pertineat loquatur in feudo paterno, siue antiquo, † quia secundum veriorem, & communem intellectũ loquitur in feudo nouo, prout ita firmant Petro de Ceruio, Andr de Iser. & Bald. quos sequitur ibi Iacob. Aluarot col. 1. ver s. tenebo itaque, vbi ait, hunc intellectum communiter approbari à Doctoribus, & eadem colum. vers. & intelligas, & colu. penult. vers. & pro tanto non recederem Bald. in §. hoc quoque colu. 3. vers. tu dic, quod opinio Iacobi de Beluiso, de succes. feudi, & ibi etiam Aluar. colum. 2. vers. nota quod dominus, vbi ex eo tex. notat, quod dominus etiam cum expresso consensu vassalli non potest facere gratiam fœminæ, etiam si sit filia vassalli in præiuditium agnatorum, quod verum est inquit, quando feudum est antiquum, vt ibi, secus autem si esset nouum, & esset recasurum ad dominum, quia tunc dominus posset facere prohibito voluntatis inuestiturã in personam fœminę, vt in d. cap. 1. quemad. feud. ad filiam pertineat, & idem ibi colum. penult. vers. opponò, quod imò, quem text. ita etiã intelligit, quod loquatur in feudo nouo Martin. Laudeñ. ibi colu. 1. vers. & fuit hæc sententia cõmunior, & colum. 2. in fin. vers. & iste intellectus videtur communior, & colum. fin. circa fin. ait, quod iudicando, & consulendo teneret, quòd ille text. loquitur in feudo nouo, Præpositibidem colum. 1. vers. tenebo illum intellectum, qui communiter approbatur, & colu. 2. vers. iste intellectus videtur communior, & ibi etiam Affict. colum. 1. vers. & est sciendũ, vbi affirmat hanc esse communem conclusionem omnium Doct. quod ille text. loquatur in feudo nouo, nec esse possibile, quod loquatur in feudo paterno, idem affirmat Curtius de feudis in 3. par. rubr. quomodo succedant fœminę in feudo colu. 2. in 2. limitatione vers. secundò adde, & Zasius de feudis par. 8. tit. de feudi successionibus in 2. particula, in tertia fallentia nu. 40. dicens, hunc intellectum esse probabilem, & communiter tenere, & contra Bologninum in feudo Cugnolij Curtius Sen. d. cons. 50. colum. penult. vers. ferupulum per aliquos moueri videtur, vbi refert ita consuluisse in terminis Signorol. de homodeis cons. 11. incip. quidam nomine Facius, qui clarius eandem opinionem firmat cons. 10. in quæstione vertente inter Vghetum colum. 2. vers. item non obstat tertium, & colu. seq. in princ. & in eodem casu Curtij cõtra Bologninum, tenet etiam collegium Bononiense d. cons. 51. col. 10. vers. non obstat, d. cap. 1. quemad. feud. ad fil. pertin. affirmans post præfatos Doct. istã esse communem opinionem, Prædictis addo Alex. cons. 15. visis narratis sub nu. 10. vers. prædicta lib. 5. & Dec. cons. 269. num. 6. & probatur eorum opinio efficaci ratione: nam, vt ait Bald. ibi, & post eum alij, quid habet facere amor patris, seu eius seruitia in præiuditium agnatorum? certè hoc non debet agnatis præiuditium afferre, nec iusta est causa, quòd eorũ ius, quod habentin feudo, tollatur, quia quod nostrũ est sine facto nostro nobis auferri non debet. l. sicut. §. fin. ff. de nouatio. reg. id quod nostrum. ff. de reg. iur. & respondent omnes ad obiectum, qui fit, considerando verba textus dum ait, quòd non reuocetur feudum ab vllo ex parentibus suis, nec damnetur filia ad restituendum agnatis, quòd ideo posita sunt illa verba, quia ex quo feudum erat nouum, & consequenter apertum domino, videbantur iustè conqueri agnati, quòd dominus filiam incapacem, & inhabilem inuestierit de feudo, cùm potius ipsis debuisset fieri renouatio feudi deuoluti, quia masculi iuxta nota. per glo. & Doct. in l. 1. §. pmittitur. ff. de aqua quotid. & æstiua, latè per Curtium Sen. cons. 48. colu. penult. & fin. & Beroum cons. 98 lib. 1. & hæc erat ratio dubitandi ad dictum text. qua non obstante deciditur pro filia, quia quando feudum est apertum domino, ipse habet liberum arbitrium disponendi de feudo pro libito voluntatis. l. in re mandata. C. mandati, vnde nimirum si ob amorem, & seruitia patris præfert filiam agnatis in renouatione feudi deuoluti, Et quò ille text. loquatur in feudo nouo, aperto, seu deuoluto domino, pondero ego vltra scribentes textum dum dicit, filia non habeat beneficium patris, nam ideo dicit beneficium patris, & non dixit paternum ad demonstrandum, quòd loquitur de feudo, quod initium habuerat in patre, & apertius etiam probatur inquantum dicitur, nisi à domino redemerit, nam redemptio, seu emptio, vel facultas emendi data filiæ præsupponit deuolutionem, non enim posset filia à domino redimere, seu emere feudum, quod fuerat patris, nisi esset deuolutum, idem etiã probant verba sequentia dũ dicitur, si autẽ dominus ei dare voluerit, hæc enim datio voluntaria, quã facit dominus filiæ, præsupponit, quod dominus feudum habeat, & ad eum fuit reuersum, & deuolutum ob mortem patris defuncti, siquidem datio, & priuatio præsupponit habitum, l. decem. ff. de verbor. oblig. l. manumissiones. ff. de iust. & iure, & dicta verba, quæ sequuntur, non reuocetur ab vllo ex parentibus, non sunt posita ad denotandum, quòd feudũ esset paternum, seu antiquè, sed quia videbatur eis fieri iniuria per dominum inuestiendo potius filiam, quàm ipsos, qui erant feudi capaces, & habiles ad præstandũ seruitia, vt supra diximus, nam si fuisset feudũ paternum statim sequuta morte vassalli defuncti feudũ ad ipsos agnatos peruenisset, nõ autẽ ad dominũ, & consequẽter non potuisset filia à domino, redimere, nec

dominus illud filiæ dare ob amorem, & seruitia patris. Vnde est mirum quod doctores tantopere laborauerint circa intellectum textus,
9 & iuridicè † reprobatur per omnes ibi intellectus Iacobi de Beluiso volentis illum tex. loqui quidem de feudo paterno, sed de quo filia fuit inuestita à domino post mortem patris, prout probat litera, secus autem si filia fuisset inuestita in vita patris, quia tunc, secundum eum, non procederet textus, vt per eum ibi, adducens rationem diuersitatis: nam Iacob. de Beluiso reprobatur communiter, vt per Aluarot. colum. 3. versic. dominus autem Iacobus, & Martin. Lauden. colum. 2. versic. sed hic intellectus, Præposit. colum. 2. versic. est alius intellectus, & Afflic. num. 4. dicens apertè opinionem Iacobi esse falsam, prout pluribus probat idem Afflic. ibi, præcipuè quia maius præiudicium, fit illi, cui tollitur ius de præsenti, quàm illud quod est in spe, & quia incontinenti post mortē vasalli defuncti, agnatis quæsitum est ius succedendi in feudo, vt in cap. 1. agna. vel filius, & latè eundem Iacobum reprobat etiam idem Afflic. in d. §. hoc quoque, sub num. 11. versic. aduerte tamen quia Iacobus, de succeff. feudi, & sic patet, q intellectus Iacobi de Beluiso cum distinctione prædicta non procedit. Dico tamen quod vbi eius opinio, & intellectus procederet de iure, attamen potius faceret filiam in casu nostro, quia Margarita non fuit inuestita post mortem Ioannis Georgij patrui, sed eo adhuc viuente, vt patet ex ipsa inuestitura, quo casu non haberet locum dispositio dicti capituli primi, quemadmod. feudum ad fil. pertineat secundum eundem Iacobum.

Non etiam obstat si dicatur, quod potest militare in casu isto intellectus, quem dat Bal. ibi in d. cap. 1. versic. cogita si ponas, dum ait,
10 † quod potest poni casus, quòd feudum paternum de quo ibi, erat receptum pro se, & suis filijs masculis, & fœminis, nam tunc agnati inquit, ex quodam priuilegio excludunt filiam cui priuilegio potest derogari per dominum feudi inuestiendo filiam amore patris, vel propter propria merita, & mirum si facilius tollitur priuilegium, quàm ius commune l. eius milites §. militia missus ff. de milit. testam. & Bald. videtur sequi Præposit. ibi colum. fin. Brun. consil. 1. colum. fin. versic. item narratur, & Ioan. de Coconato inter eadem consilia Bruni cons. 4. col. 2. versic. & vbi feudum est promiscuum maris, & fœminæ, & ibidem alius doctor inter eadem consilia Bruni cons. 6. col. 1. vers. tamen prout dicit Bald', & hoc est q fortasse voluit dicere Alip. distinguendo in hac materia dicto cons. 6. nu. 137.

Respondetur, quod idem Bald. suum intellectū non firmat, quia dicit cogita si ponas casus, & quatenus firmiter teneret suum in-
11 tellectum non tamen obstaret, † quia etiam ipse reprobatur cōmuniter per DD. ibi, vt per Aluarot. colum 2. vers. verum dominus Baldus attentauit, & colum. fin. versic. sed iste intellectus non placet mihi, & Martin. Lauden. colum. fin. vers. & tunc iste intellectus non est bonus, & ibid. eum etiam Afflict. col. fin. vers. sed iuxta hoc quæro, & contra Bald. ex text. in c. 1. de eo qui sibi, & hæredibus suis masculis, & fœm. & in c. 1. de benef. fœm. cum aliis supra adductis in prima parte principali, ex quibus probatur quòd de iure communi, imò ex pacto, & inuestitura primi acquirents, vt dixim' & supra, & non ex priuilegio, masculi excludunt fœminas, & vbi hoc dici posset ex priuilegio, attamen talis priuilegium non videretur posse tolli, vt ait Martin. Lauden. d. col. fi. argumen. l. 1. ff. de iure immunita.

Præterea, vbi aliquo modo procedere posset intellectus Baldi, quod tamen negatur, ipse etiam ponit casū iuxta textū, scilicet quando filia inuestitur à domino post mortē patris de feudo concesso pro masculis, & fœminis, prout ita quoq; distinguebat Iacobus de Beluiso, vt supra dicebamus, ideo non haberet locū in casu nostro, in quo tractatur de filia inuestita viuente adhuc vasallo patruo. Quo fit, vt non procedat in casu nostro tex. in d. c. 1. nec cons. Bolognini, primò, quia ille tex. loquitur de feudo nouo deuoluto, seu aperto domino, sed in casu nostro sumus in feudo antiquo, & quod non potest dici apertum, seu deuolutum Imperatori ob finitam lineam, cùm adhuc ad sint masculi descendentes ex Theodoro, ad quos feudum spectat, vt in terminis ait Decius cons. 208. sub num. 13. vers. non obstat quòd dato, secundo, quia tex. in d. c. 1. loquitur de filia inuestita post mortem patris, ob amorem, & seruitia ipsius patris, sed in casu nostro Margarita fuit inuestita in vita Ioannis Georgij patrui, tetiò, quia d. cap. 1. loquitur in filia, in qua speciale, vt dicit ibi Bald. dicens esse ius specialissimum in filia, sicut & alia quædam secundum eum, sunt specialia in liberis primi gradus, vt in l. iubemus C. ad Trebellia. idem dicit ibi Præpos. colum. 2. versic. dicit tamen hic Baldus, vnde cum sit speciale in filia, non debet trahi ad neptem, seu sororem, l. quod verò contra l. in his, & l. ius singulare, ff. de legib. Quarto, quia in casu nostro in inuestitura concessa per Imperatorem non asseritur, quod ob amorem, aut seruitia paterna Imperator inuestiat Margaritā de feudo, ideo non militat dispositio d. cap. 1. prout ita in casu suo arguebat etiam prætatus Curtius Sen. d. cons. 50. col. penul. versic. & potissimè, vbi considerat quod in inuestitura facta filiabus nulla fiebat mentio de aliquibus meritis, licet alibi in confirmatione pactorum inhitorum inter patrem ipsarum filiarum, & generos, seu maritos ipsarum apposita essent aliqua verba narratiua per Principem confirmantem de meritis, fide, & deuotione patris, Ex quibus patet, quod consilium Bolognini, & iura per eum adducta locum non habeant in casu nostro. Vnde non opus est respondere ad alios textus allegatos per ipsum Bologninum, præcipuè ad cap. 1. de alienatione feudi paterni, quem vidisse asserit in veris originalibus, quia quicquid

sit

sit de illis originalibus codicibus in meis, & in multis aliis, quos videre volui etiam antiquis, & secundum quos quotidie iudicatur, & consulitur per doctores, non habentur illa verba, quæ ipse Bologni. refert, videlicet, (si tamen propter amorem sui patris iam defuncti ipsum filium dominus inuestierit, valebit quod factum est, nec ab agnatis poterit reuocari,) & propterea omnes doctores in d. cap. 1. quemadmodum feud. ad filiam perti. opponunt de illo textu d. cap. 1. de alienat. feudi paterni, quem dicunt facere ad literam contra d. cap. 1. quèmad. feudum ad fil. pertineat, vt inter alios Laudensis colum. 2. versic. item tertio contra hunc intellectum facit text. ad literam, & Præpositus colum. 2. versic. item tertio; similiter text. in d. §. filia ele succeff. feudi per Bolognium allegatus pro concordanti, loquitur de feudo, in quo filia ex pacto succedit, prout ita intelligit glo. vnica in d.c. 1 quemadm. feud. ad fil. pertineat, item si bene poderetur loquitur etiam in feudo nouo concesso patri eo pacto, vt filij, & filiæ succedant, vt di cit litera, & ideo dū subijcit, vel nisi inuestitæ fuerint de hoc feudo paterno, intelligit de feudo nouo concesso patri eo pacto, vt filij, & filiæ succedant, & sic si fuerint inuestitę de ipso feudo deuoluto, seu aperto domino iuxta d.c. 1. §. quemadmod. feud. ad fil. pertineat. Ex quibus omnibus patet quod D. Cardinalis Simoneta dum conatur probare, quòd inuestitura concessa per Imperatorem Margaritæ multum obsit, ac per eam præiudicari potuerit iuribus Ducis Sabaudiæ arguendo ex illo consilio Bolognini, & iuribus per eum adductis, non bene arguat de illo casu ad casum nostrum, quia est diuersitas. Item etiam quia Bolognin⁹ consuluit contra communem, vt supra ostendimus, & licet illo in casu fuerit iudicatum per maiorem partem collegij Mediolanensis, attamen potuerunt moueri iudicantes alijs rationibus, non autem, quòd feudum esset paternum, quinimò potius illo in casu iudicabatur nouum propter diuisionem factam inter fratres, prout ipse Bologninus constanter defendit. Item quia dato, quod esset antiquum, præsupponebatur parte filiarum quod ob delictum in personam domini commissum, foret apertum domino; quo casu potuisset etiam habere locum dispositio d. cap. 1. quemadmodum feud. ad fil. pertineat iuxta Iacob. de Ardizon. prout ibi referunt doctores, & sic siue esset nouum, siue antiquum, cùm omni casu esset deuolutum domino, nimirum si poterat eo in casu dominus filias inuestire, sed quod citra deuolutionem, quando est antiquum, possit dominus filiam inuestire in præiudicium agnatorum, hoc esset contra omnia iura. Præterea in casu nostro non apparet, quòd Imperator voluerit Margaritam inuestire in præiuditium iurium aliquius tertij maximè Ducis Caroli, tum quia non legitur quod filiam inuestierit tamquàm de feudo deuoluto, seu aperto, & ob aliquem amorem, seu seruitia patris, aut aliquius ex anteceſſoribus Marchionibus, cùm hoc non dicatur, sed tamquàm de feudo, quòd ipsi dicebat per futuram mortem Ioan. Georgii sine liberis ad ipsam, vti neptem, & proximio rem spectare, prout ex lectura inuestiturę colligitur; & ita pro ipsa scribens dicit in proposito Socin. iun. eodem volumine consil. 7 sub num. 123. versic. ex his igitur, & num. sequen. quod est lib. 1. suorum consiliorum d consil. 76. sub num. 113. d. versiculo ex his igitur, nam si mens Imperatoris fuisset inuestire ipsam ob amorem, & seruitia aliquorum, etiam ad præiudicium iurium tertij, vtique dixisset, non verò declarasset mentem suam prout declarauit, voluisse præiudicare iuribus præfati Ducis, quinimò idemmet Imperator in eadem inuestitura hoc idem declarat folio pen. in vers. præterea, dum ait, quod Imperialis munificentia ita fidelibus suis gratias impartiri consueuit, vt quod vni vel plurib. donatum, & concessum est, nulla ratione in⁹ibus priuilegijs, aut imperratis gratijs aliorum præiudicet. Vnde non obsunt clausulæ, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, apolitæ in inuestitura, quas considerant Gozadi-
12 nus, & Gratus, † quia ille non operantur derogationem iuris tertij quando constat de intentione Principis, nolle iuribus alicuius derogare, prout in casu nostro, vt per eundem Gozadin. consilio 13. numero 18. & 19. post infinitos quos allegat, imò idem Gozadin. ibi numer. 19. & 20. post Iasonem, & alios ait, quod debet dici, non obstante præiudicio tertij, aliàs non præsumitur quod Princeps tertio præiudicare velit, & quod tunc si dicatur, non obstante præiudicio tertij, intelligitur de paruo, & non de magno, & plura adduci possent, sed non expedit, quia hic clarè constat de intentione Principis. Itaque dici non potest, quod licet Margarita esset exclusa, nihilominus fuerit habilitata per Imperatorem inuestiendo eam de hoc feudo deuoluto, etiam in præiuditium aliorum, & sic eam venire ex iure nouo, secundum præfatos scribentes.

Additur autem prædictis pro confirmatione iurium præfati Ducis Caroli, quòd eo fortius dicta Margarita erat exclusa perpetuò à successione huius feudi, & propterea tanto magis Dux Carolus debuit eidem præterri vti descendens masculus ex Theodoro, eo quia non tantum fuerat exclusa per fratrem, & patruum ex dispositione legis, seu iure communi feudorum, sed etiam ex prouisione, seu dispositione hominis, nempè per pactum, & conuentionem Theodori prædicti primi inuestiti, qui disposuit, quod decedentibus liberis masculis ipsius Theodori sine liberis masculis, relictis tantum filiabus, quod Marchionatus ad Yolandam, & eius descendentes perueniat, & filiæ, si quæ extent dotentur competenter, Ista enim prouisio particularis de dote danda filiabus, & vocatio Yolandæ, & descendentium ab ea ostendit, & arguit quod à feudo filiæ liberorum Theodori excludantur arg. l. cùm prætor ff. de iud. cap. nonne de præsumptio. & quia expresè dicitur, si liberi decesserint sine liberis masculis, ex hoc indubitanter apparet, quòd filiæ omnino excluduntur ita Decius consilio
13 516. num. 16. versic. & supradicta, quo sit † vt

concurrente dispositione legis cum dispositione hominis in casu isto ad exclusionem istius fœminæ, talis exclusio efficacior censeatur, ita in terminis arguit idem Deci. consil. 193. in principio argum. glos. in cap. vtrum de condito. appos. in glos. 2. facit tex. secundum eum in §. Ianchissimas in aut. de alien. & emphyteosi, & quod notat Bald. in cap. 1. §. præterea de cap. Corradi. cum alijs ibi per eundem Decium adductis, & idem Decius d. consil. 516. sub nu. 17. versic. & cum dicta domina Elisabet, & ita in casu nostro contra Yolandam argumentantur præfati Senatores Lucensis, & Albrisius in suis allegationibus folio vltimo facie 2. vers. vnde veniendo, sed eorum argumentum non procedere quantum ad ipsam Yolandam filiam Theodori, infra demonstrabimus.

Nec etiam obstant conclusioni supra firmatæ pro Duce Carolo, quæ dicebat Aliprand. inter consilia prædicta d. consil. 13. num. 26. & 27. & num. 62. 63. & sequen. ac num. 77. & sequen. in prima parte consilij vbi scribens aduersus Marchionem Saluti. inum ait, quòd consuetudo inducta in hoc feudo, quod fœminæ non admittantur extantibus masculis, intelligi debet de masculis eiusdem collonelli, seu lineæ illius, à quo descendit fœmina, non autem à masculis transuersalibus, seu alterius collonelli adducit Rom. consil. 33. viso inuestituræ tenore, Vnde argumentando contra dictum Marchionem competitorem in hac causa ait, quod dato, quod ipse Marchio probaret se esse descendentem Aledrami primi inuestiti ex Thete secundogenito ipsius Aledrami, attamen, mortuo Ioanne vltimo de linea Aledrami, non potuisset succedere, nec excludere Yolandam tunc sororem ipsius Ioannis, quia ipsa benè excludebatur à masculis de collonello, seu linea Gulielmi filij primogeniti Aledrami, ad quem Marchionatus peruenerat, sed non fuisset exclusa à masculis, qui erat de linea, seu collonello Tethes alterius filij ipsius Aledrami; Vnde sic dicetur in casu nostro, quod Margarita vt descendens ex Ioanne filio Theodori primi, licet excluderetur à masculis si extarent de collonello, seu linea Ioannis, non tamen excluditur a masculis transuersalibus, qui sunt de collonello, seu linea Yolandæ sororis ipsius Ioannis, & sic à Duce Carolo descendente ab ipsa Yolanda, eo quia consuetudo, ita interpretata est in hoc feudo secundum eundem Aliprandum.

Respondetur ad hæc, quod consideratio Aliprandi non procedit in iure, nec in facto, nam nulla in hoc feudo considerari potest consuetudo inducta, vt præsupponitur, quoniam quantum ad descendentes Aledrami primi Saxoni, non fuerunt diuersæ lineæ descendentium ab eo, sed vna tantum, quæ per directum continuauit à Gullielmo eius filio primogenito, & Marchione vsque ad Ioannem vltimum, & Yolandam eius sororem, & licet Aledramus habuerit duos filios, vt scribunt historici, nempè Gulielmum prædictum, & Bonifacium secundogenitum, attamen hic Bonifacius nullos reliquit liberos, & quantum ad Tethem non probatur legitimè de aliquo Tethe secundogenito Aledrami, vt ita ipsemet Aliprandus, ait d. consil. 13. num. 224 in tertia parte, & num. 53. in prima parte, ac numer. 77. eadem parte, & pluribus alijs in locis negat, quod fuerit aliquis Thetes secundogenitus, sed bene quòd extitit d. Bonifacius frater Gulielmi, qui nullos reliquit liberos, idem ait Paris. inter eadem consilia d consil. 9. num 105 & sequen. Vnde cùm ita sit quomodo potest dici inducta consuetudo, quod fœminæ non fuerint excluſæ, nisi per masculos de collonello, seu linea illius, a quo descenderunt? non autem per masculos transuersales qui fuerint de collonello alicuius alterius? cùm nullus alius extiterit à quo processerit aliqua linea.

Non etiam potest considerari consuetudo durante linea Theodori primi Paleologi, quia licet ipse duos habuerit filios, Ioannem scilicet, & Yolandam, & ab ipsis processerint duæ lineæ, attamen nunquàm euenit casus controuersiæ, inter fœminam lineæ Ioannis, & masculos de linea Yolandæ, nisi hodiè, quia perdurauit semper linea masculina Ioannis vsque ad Ioannem Georgium, & ea durante, fœminæ semper fuerunt excluſæ à masculis, nunc autem euenit casus inter ipsam Margaritam de linea Ioannis, & Ducem Carolum, vt masculum de linea Yolandæ sororis ipsius Ioannis, qui casus cùm nulla extet consuetudo inducta, remanet in dispositione iuris cõmunis, secundum quod est expedi-
14 tum, † quòd vbi feudum est concessum pro masculis, & fœminis, masculi transuersales descendentes à primo inuestito excludunt semper fœminas, adeo quod nunquàm pateat locus fœminæ, donec supereſt masculus ex eo, qui primus de feudo fuit inuestitus, vt expressè dicit text. in d. cap. 1. de eo, qui sibi, & hæredibus suis masculis, & fœminis, quem etiam ipse Aliprandus allegat, nam ibi masculi de linea vnius excludũt fœminas de collonello, seu linea alterius, & sic contento erat inter transuersales masculos, & fœminas, & ita consuluerunt Calderinus Ancharan. & alij supra allegati in prima parte, hoc non habet dubium, & facit text. cap. 1. in fin. de nat. successione feudi, vbi DD. notant Paul. de Castr. consil. 279. visa petitione suprascripta colum. 2. & 3. lib. 2. & idem Paul consil. 44. circa præsentem casum colum. 2. eodem lib. 2. Romanus autem allegatus per Aliprandum consil. 33. loquitur in diuersis terminis, nam in casu suo, ideo fœminæ non excluduntur à masculis
15 transuersalibus, † eo quia feudum fuerat concessum duobus fratribus simul pro ipsis, & eorum hæredibus masculis, & fœminis, vt patet ibi circa finem cõsilij vers. nec obstat, quòd remanserit ex Petro consorte Martini, qui ambo feudũ acceperunt, quo casu verũ est, q̃ fœminæ de collonello vnius ex inuestitis non excluduntur per masculos de collonello alterius inuestiti, sed à masculis tantũ de collonello eius à quo descenderunt, & masculi de linea vnius, tunc non admittuntur, nisi deficiente in totũ linea, seu collonello alterius quoad masculos, & fœminas, vt est tex. & ibi casus in ca. 1. de duob. fatri. à cap. inue-

sti.

sti. quem Roma. non allegat, & miratus sum, & adducitur ibi ratio in textu, quia vnusquisq; sibi, & hæredibus suis prospexisse videtur, & sic donec extabunt hæredes vnius siue masculi, siue fœminæ, illi habeant feudum iuuestiti à quo processerunt, eis verò deficientibus alij de collonello alterius inuestiti succedant; Sed secus est, vbi vnus fuit primus inuestitus de feudo pro masculis, & fœminis, prout in casu nostro, † quia tunc fœminæ nunquam admittuntur donec extabunt masculi primi inuestiti, siue ex masculis, siue ex fœminis, sed excluduntur à masculis transuersalibus vt in d. cap. 1. ita ex post inueni declaratum per Aluarotum inter consilia Bruni consil. 65. super casu feudali colum. 2. & consil. 63. quia casus præfens colum. 2. Paul. de Castro. consil. 176. videtur dicendum dicta Mariam colum. 2. in fin. & seq. lib. 1. declarat etiam Zasius in suo libello feudorum par. 8. in 2. particula conclusione 2. num. 51. versic. quarto fallit, vbi ait, quod ista pluralitas, sibi eorum hæredibus, in duas singularitates resoluitur, scilicet fratri cuilibet, & hæredibus, nam vterque suis hæredibus prospexisse intelligitur inquit, ita etiã Curtius de feudis in 3. part. quæstio. 22. post Fulgosium quem refert consilia 229. cum nobiles de Vico colum. 2. Iacobin. à San. Georgio in verbo, & fœminis, colum. 3. versic item si feudum sit concessum duobus fratrib. Berous cons. 108. num. 4. lib. 1. Ioan. Baptista Ferretus consil. 105. colum. 2. & 3. Vnde sentiens quidem ipse Aliprandus suam consideritionem non esse de iure veram, dicit esse dubium, & disputabile, & propterea se reducit ad consuetudinem, seu vsum in casu nostro sed circonscripta consuetudine, seu vsu qui non probatur, nec extare potest in feudo de quo agitur; certè de iure non est dubium, nec disputabile, sed clarum, vt supra demonstrauimus, & ideo remanet firma cõclusio, quòd fœminæ de collonello seu linea Ioannis excludantur per masculos de linea Yolandæ sororis ipsius Ioannis, eo quia cum dicantur; & sint ex ipso Theodoro primo inuestito, non possunt eis extantibus admitti fœminæ ad feudum iuxta d. cap. 1. de eo qui sibi, & hæredib. suis, neq; vllus est vsus, seu consuetudo, quæ aliter fuerit interpretata in casu isto, quinimo poti⁹ declaratio fuit facta per ipsum Theodorum dum disposuit, quod defficientibus masculis ex eo, Yolanda, & eius successores haberent Marchionatum, quæ dispositio quantum ad masculos Yolandæ est conformis iuri communi.

Sed hinc præfati doctores videntes Margaritam non posse defendi, in medium producunt masculos ex ipsa Margarita, quos dicunt debere præferri in successione huius feudi ipsi Duci Carolo, eo quia sint masculi, & præterea sint de linea Ioannis, & hæredes Theodori, nec non ipsi⁹ Ioannis, etiam in vniuerso media persona antecessorum. Item hæredes Io. Georgij vltimi Marchionis media persona matris, & ideo vti comprehensi in inuestituris, sicut masculi ex Yolanda, debent ipsi magis succedere in feudo per d. cap. 1. de eo qui sibi, & hæredibus suis masculis, & fœminis, & præferri Duci Carolo remotiori, ita de ipsis masculis ad exclusionem dicti Ducis Caroli obijciebant præfati Senatores Lucenses, & Albrisius in dictis allegationibus folio 48. facie 2. circa finem versic. quod si masculi, vbi aiunt, quod si sint admitteudi masculi filius Illustrissimæ Ducisse inquiunt, esset præferendus, vt ex eadem linea, & proximior vltimo decedenti, vt habetur in cap. 1. de nat. successione feudi.

Respondemus primò, quòd tempore mortis Ioan. Georgij, & sic delatæ successionis, nullus adhuc extabat masculus ex ipsa Margarita, vnde cum nullus masculus extaret, nisi Dux Carolus, vtique ad ipsum fuit delatum ius successionis feudi, quod quidem per superuenientiam deinde masculi ex Margarita non cessat, nec tolli potuit, & ad hoc adduco tradita per doct. in d. cap. 1. de eo, qui sibi, & hæredibus suis, vbi
17 quæritur post glo. ibi † an filius ex filia superueniens excludat amitam, seu materteram à successione feudi, posito themate, quod filia Titij primi inuestiti de qua ibi in textu habuisset duas filias, quæ successissent in feudo, & vna earum viueret, alia vero decessisset relicto masculo ex se, & superstite sorore, an iste masculus, qui superuenit, excludat amitam seu materteram à successione feudi, glos. ibi tenet quòd sic, sed eam reprobant Iacob. de Beluis. Bald. & alij communiter, eo quia amita iam fuerat admissa ad successione feudi nullo masculo impediente, & ideo non debet per masculum, qui ex post superuenit, excludi, quia facilius impediuntur fienda, quàm tollantur iam facta l. patre furioso ff. de ijs qui sunt sui vel alien. iur. nam dici solet, turpius ejicitur quàm non admittitur hospes, vt ait text. in cap. quemadmodum de iureiuran. vbi glo. in verbo, ejicitur, vnde cum successio feudi iam fuerit radicata in persona amitæ, certè superuenientia masculi non potest eam iam admissam excludere, nam dominia sui natura sũt perpetua l. siue possidetis C. de probat. & hanc esse communem opinionem atte statur Zasius de feudis in 8. part. in 2. particula, conclusione 3. sub num. 52. vers. sed quæras de casu magis dubitabili, & num. sequen. & Curtius de feudis in 3. parte quæstio. 28. vbi ait, sibi placere hanc opinionem tamquàm magis communem, Iacobi à San. Georgio d. verbo, & fœminis, col. fin. vers. sed restat pulchrior dubitatio, vbi relatis argumentis ab vtraque parte, tandẽ ait, non esse recedendum ab opinione Iacobi de Beluiso, & consulendo eandem tenet, & communem dicit Socin. iun. d. consil. 110. num. 9. & 10. lib. 2. vbi ar-
18 guit ab oppositis, † quòd quemadmodum fœmina semel exclusa propter existentiam masculi, perpetuò dicitur exclusa, & non debet admitti propter defectum masculi postea contingentem, ita femina semel admissa, ob non existentiam masculi, perpetuò dicitur admissa, & non excluditur per superuenientiam masculorum, eodem modo arguit quoque, & multis comprobat Ioann. Cirier in tractatu de

iure primogenituræ lib. 1. quæstio. 21. affirmans pariter hanc esse veriorem, & communem, quibus accedit Parisi. consil. 85. num. 31. & pluribus sequen. & consil. 48. numer. 22. & sequen. lib. 2. vbi post Bart. Dec. Socin. Corneum, & alios relatos, ait, satis esse, quòd tempore quo defertur successio reperiantur masculi ad exclusionem fœminarum, & licet postmodum dicti masculi deficiant, bona venire debent ad alios hæredes ipsius masculi, qui fœminas excludit, & adducit bene facere illud, quod dicitur, quod quando loquimur de prælatione alicuius alteri facienda, inspicimus tempus, quo acquiritur possessio, & ius, taliter, quòd ille qui tunc præferur efficitur perpetuus hæres, & trasmittit ad suos, & sèper excludit alterum, vt habetur in §. proximè in fitu. de legit. agnat. succes. & ita per hanc rationem inquit, tenent Bar. Angel. & alij in l. Gallus §. & quid si tantum ff de libe. & posthum. & plures alij relati per eum, ex quibus satis patet hanc esse veram, & indubitatam conclusionem: Sic ergo in casu nostro, cùm sit delata successio ad Ducem Carolum, qui solus existebat rèpore mortis Ioan. Georgij vltimi, ius successionis quæsitum, jam, & radicatum in per sona sua tolli non potest per masculù superuenientè, licet proximiorè vltimo defuncto, si in masculus superueniens non excludit fœminam iam admissam secundum prætatos doctores, quantò minus poterit masculus superueniens excludere alium masculum iã admissum?

Secundò respondetur, & melius, quod † cùm 19 Margarita fuerit perpetuò exclusa per existentiam fratris, & patrui, vt supra probauimus, etiã masculi ex ea, & tota sua posteritas cum ea censetur quoq; exclusa, ita in terminis consuluit Paud. de Cast. d. consi. 191. visis, & diligenter examinatis colum. pen. versic. item non obstat, quòd iste Iacobus lib. 2. vbi ait, quòd quando fœudum est receptum pro masculis, & fœminis, fœminæ admittuntur sub conditione, si masculi non sunt rèpore delatæ successionis, aliàs repelluntur, ac si pro eis receptum non fuisset fœudum d. §. quinetiam Episcop. vel Abba. & d. §. filia de succ. feudi, & per consequens omnis earum proles ex cluditur, sicut excluderetur, si pro fœminis non fuisset receptum fœudum vt in cap. 1. §. hoc autè notandum qui feud. dare posse deficit enim cõditio, sub qua cessetur fuisse facta inuestitura pro fœminis scilicet defectus masculorum, & hoc sufficit inquit, ad perpetuam exclusionem fœminarum, licet masculi postea deficiant, sicut è contrario existentia conditionis sufficit ad perpetuam admissionem, licet postea deficiat l. si quis hæredem C. de in stit. & substitu. & idem esset in vniuersali successione hæreditatis, si ex forma statuti filia vocaretur masculo non extante: nam ipso extante, & acceptante filia cum omni sua progenie esset exclusa, licet masculus postea deficeret, nec filius filiæ posset ex propria sua persona venire, iuxta plene tradita per Bartol. in l. fin. & l. 2. §. fin. ff. ad Tertull. & Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, cum alijs per eundem Castren. allegatis, & eodem modo non posset, inquit Castrensis, masculus ex filia venire ex stipulatione facta eius nomine, quia illa intelligitur factà secundum naturam feudi prædictam, scilicet si masculi non extabunt, & sic cis extantibus, conditio stipulationis deficit, argum. iurium supra allegatorum, & multa alia adducit idem Castren. vt per eum, & in terminis etiam consuluit Soc. iun. d. cons. 110. colum. 2. & 3. lib. 2. vbi plures refert dicens, hoc esse solidissimum, & firmissimum fundamentum, ex regula trita, & vulgata scilicet, quod fœmina semel exclusa à successione feudi propter existentiam masculorum, dicitur perpetuo excluſa cum omni sua posteritate, plura etiam ad hoc adducit Ioannes Crier d. tracta. de iure primogenituræ lib. 1. quæstio. 23. & Gulielmus Benedicti in repet. c. Raynutius in verbo duas habens fillas num. 175. quibus addo Præpos. in §. & quia colum. 2. versic. quinimò elegantius, de ijs qui feudare poss. Paris. cons. 72. num. 80. libro 4. Natta consi. 381. nu. 26. & sequen. plures etiam refert Chassaneus in consuetud. Burgundiæ tit. de fiedz. rubr. 3. §. 5. num. 70. & sequen. & faciunt tradita per Bald. in l. maximum vitium colum. 2. in princip. C. de liber. præt. prout etiam retulit Castrensis vbi supra, † quod si statutum excludat filiam propter masculos, ea exclusa, nepos quoq;, & omnis linea ex ea descendens censetur exclusa, quia nõ debet nepos ex filia esse melioris conditionis quàm mater l. si viua matre C. de bon. mater. & licet in nepote ex filia mutetur sexus, non tamen possit venire nisi tãquàm imago matris, l. illam in fine C. de colla. Igitur exclusa erit pariter tota linea ex ea descendens, & facit secundum Bald. quia nisi actus in principio sumat initium, non potest ex illo vlterior fieri productio l. quęcunq; gerimus ff. de actio. & oblig. Sed principium ideſt filia est exclusa, ergo nõ debet nec potest fieri productio ad nepotem, sequitur ibi per easdem rationes Salicet. num. 5. & Brun. in tracta. de statutis excluden. fœm. in 6. art. in tertio membro quæstio, 1. vbi infinitos adhoc adducit, & communem dicit, sequitur etiam Georgius Natta in simili tractat. quæst. 8. versic. contrarium ramen, & Ioan. Campez. etiam in eadem materia quæstio, 21. colum. 2. versi. adde tamen quòd Baldus, quòd si id fit, & locum habet in materia indifferenti vt exclusa fœmina per statutum propter mas. sculos, censeatur quoq; exclusa tota eius linea, & posteritas, multo magis procedere debet in materia feudali, in qua regulariter fœminæ non admittuntur, nec earum proles etiam masculina, vt in §. hoc autem de eis qui feudum dare poss. & & in capit. 1. de succes. fratr. & grad. succeden. in feudo, & semel exclusa per masculos à successione feudi perpetuò remanet exclusa, vnde similiter eius proles cum ea pariter censetur exclusa, & in casu nostro, vt in omnibus vtamur, si fieri potest, etiam testimonio scribentium pro ipsa, aduersus Marchionem Salutiarum argumentatur Cardinalis Simoneta inter consilia prædicta consil. 11. num. 7. & consil. 39. ſub num. 2. versic. agnati ergo, & Augusti. Berous inter eadem cõsilia conf. 17. num. 39. vbi multa ad hoc adducit, & Senatores Lucenſis, & Albrif. in eorum allegatio. folio 6. versic. primo ex inuestitura Caroli

IIII. cōcessa Ioanni Marchioni pro se, & suis heredib' masculis, & feminis, quæ verba, inquiunt, hunc recipiūt intellectū, vt non extantib' masculis, fœmine admitti, & succedere possint, vt tradi tur in c. 1 de eo qui sibi, & hæredibus suis, & in §. filia de success. feudi cum alijs ibi relatis, & nedum ipsi inquiunt, sed etiam filij masculi ipsius à successione feudi excluduntur, vt in §. hoc autem qui feud. dare poss. allegat Ant. de Butrio. & Calderin. in locis ibi per eos relatis, & ita etiam contra Marchionem Salutiarum argumentatur Rolla Vallo cons. 26. num. 70. & 83. & 94. versic. secundo dato, & est lib. 1 suorum consiliorum cōsil. 3. num. 113. & num. 135. & sic concluditur, q etiamsi in casu nostro masculus dictæ Ducissæ Margaritæ fuisset iam tempore delatæ successionis feudi, non tamen potuisset admitti propter exclusionem matris.

Tertiò etiam respondetur, quod tanto magis sunt exclusi masculi ex ipsa Margarita, stante pacto seu conventione, & dispositione Theodori primi, q deficientibus masculis ex se descendentibus, vocauit Yolandam, & eius posteritatem, de qua conuentione, & dispositione dicetur infra in 2. parte principali, ex vocatione enim Yolandæ, & successorum in defectum masculorum ipsius Theodori, inducta fuit exclusio filiarum ex masculis descendentium, omnis posteritatis earum vsq; l. cum præter ff. de iud. cum similibus, Si quidem ex quo voluit Theodorus, deficiente linea masculina excludere filias masculorū, nec non masculos, & omnem posteritatem earum, & eis præferre Yolandā, & eius lineam ac posteritatem, consentur filiæ ab ipso inuito ex dispositione prædicta, effectæ inhabiles, & incapaces successionis feudi, & consequenter etiam omnis earum proles tamquam ex radice infecta, ad huiusmodi successionem aspirare non potest, vt dicit tex. in d. cap. 1. de success. fratr. & grad. succed. in feudo ibi, proles enim fœminini sexus, vel ex fœmineo sexu descendens, ad huiusmodi successionem aspirare non potest, vbi omnes doct. notant & in d. §. hoc autem, de eis qui feud. dare poss. quo fit vt dicamus masculos ex ipsa Margarita duplici quoq; iure excludi, sicut dicebamus de ipsa Margarita, nempe prouisione hominis scilicet præfati Theodori, & prouisione legis, ex adductis supra, & ideo nullo modo admitti possunt neque præferendi sine Duci Carolo.

Et ex his apparet, quod præfati Senatores Lucenses, & Albrisius, qui vtuntur eadem responsione, & fundamento contra Ducem Carolum, quo vti fumus supra contra masculum Margaritæ, dicentes, quod cùm Yolanda fuerit exclusa per Ioannem fratrem, omnes posteri ex ea, & sic etiam Dux Carolus exclusi fuerunt, vt in eorum allegationibus d. folio 48. facie prima versic. sed quoniam Illustrissimus Sabaudiæ Dux, iuncto versic quia negari non potest, & similiter. Ludouicus Maynoldus d. consil. 33. colum. 1. non bene reflectunt responsionem, & conclusionem in nos, eo quia ipsa Yolanda, & omnes posteri eiusdem, fuerunt ex dispositione ipsius Theodori habilitati, & denuo reintegrati in pristinum ius succedendi in feudo, de quo agitur, sicuti etiam dicimus de Yolanda matre Theodori, & alia prædictorum Ioannis, & Yolandæ, nam & ipsa licet posset dici exclusa à Ioanne fratre suo vltimo de linea Aledrami, attamen per dispositionem eiusdem Ioannis fratris fuit ipsa cum Theodoro prædicto denuo habilitata, & admissa ad feudum, sed non sic in Margarita, nec in masculis eiusdem, quia ipsi non agnoscuntur, neq; habilitātur ex dispositione aliqua legis, aut hominis, sed penitus destituti reperiuntur omni auxilio & omni iure, ideo admitti non possunt. Sed quid dico ego, quòd Yolanda filia Theodori, fuit exclusa per Ioannem fratrem? nequaquam fuit exclusa; quia viuente Theodoro patre, non poterat dici exclusa, quinimo eo viuente durabat ius in spe probabili, nam
21 † filia vocata ad feudum tunc demum excluditur mortuo patre, relicto masculo, & eo ad feudum admisso, tunc enim per existentiam masculi, dicitur excludi filia, quia existentia masculi, & eius admissio, est exclusio fœminæ, & extinctio iuris ipsius in feudo, ita probat text. in d. §. quin etiam Episcop. vel Abba, ibi, relicto masculo vlterius fœmina non admittitur, hoc enim importat illa verba, relicto masculo, scilicet tempore mortis inuestiti, quo fit, vt viuente Theodoro patre, ipsa Yolāda erat in eadem spe probabili successionis feudi, sicut Ioannes eius frater, & pendebat a futuro euentu mortis Theodori, an excluderetur per masculum, vel ne. Quod si dicatur satis est, quod exclusio fuit inducta per mortem Theodori relicto Ioāne filio, qui solus successit in feudo, & fuit inuestitus à Carolo IIII. Imperatore; Respondemus quòd viuente adhuc Theodoro patre, & subsistente spe succedendi, fuit per pactum, & specialem prouisionē Theodori patris inducta continuatio, seu perleneratio eiusdem iuris succedendi, quod supererat & competebat eidem Yolandæ in vita patris, nondum admisso Ioanne ad feudum, vt infra in 2. parte principali demonstrabitur, facilius enim conseruatur ius in esse iam productum & quæsitum, quàm quòd semel amissum, & extinctum reintegretur, & iterum reuiuiscat, nam sicut difficilius tollitur ius quæsitum, ita idem facilius cō seruatur arguēdo ab oppositis, & sicut difficilius tolluntur iam facta, ita eadem facilius in esse cōseruantur argum. l. patre furioso ff. de ijs qui sūt sui vel alieni iuris cap. quemadmodum de iureiur. cum similibus. prouisum itaq; fuit per conuentionem, & prouisionem paternam Yolandæ ipsiæ, vt ius successionis in feudo in omne tēpus conseruaretur eidem, & suis, & nullo vnquā tempore excluderetur à masculis, & hoc est precipuum quod operata est conuentio prædicta, & specialis prouisio Theodori, Vnde non bene vtuntur præfati scribentes argumento ab exclusione contra Yolandam, & eius posteritatem, & consequenter contra Ducem Carolum, quia nec ipsa nec eius posteri fuerunt vnquam exclusi, aut alias inhabiles effecti, sed potius conseruati in iure suo per pactum, sed non sic in Margarita prædicta, quæ semel, & pluries fuit vere, & totaliter exclusa cum omni sua posteritate, & propterea non video, quomodo, aut quo iure possi-

ipsiæ

ipſa nec maſculi ex ea ad ſucceſſionem huiuſmodi feudi aſpirare, Et ſic remanet expedita prima pars allegationum noſtrarum, circa quam prolixior fortè fui, quàm paſſit, ſed non mireris lector candide, quoniam grauitas cauſæ, & multiplicia fundamenta ſcribentium pro Margarita præter noſtram intentionem longius nos ire, & ſcripta hæc pro tendere coegit.

SVMMARIVM.

1 *Pacto hæreditas ſeu ſucceſſio dari non poteſt, limita vt num. 2.*

2 *Pactum de futura ſucceſſione confirmandi valet, licet ſecus ſit ſi agatur de futura ſucceſſione ſeu hæreditate obuenienda.*

3 *Pactum inter patrem, & filiam, quòd patri ſuccedere poſſit valet ſtante ſtatuto, quòd filia dotata non ſuccedat patri abinteſtato ſtantibus filijs maſculis.*

4 *Pactum inter patrem, & filiam de ſuccedendo ſtante prædicto ſtatuto valere, neque requiri conſenſum filiorum maſculorum.*

5 *l. hæreditas C. de pactis conuent. quòd loquatur extraneis ſecus in filijs ſecundum aliquos.*

6 *Filia cum qua factum eſt pactum de ſuccedendo non obſtante ſtatuto non dicitur ſuccedere ex pacto, ſed de iure communi.*

7 *Pactum de ſuccedendo in re feudali valet.*

8 *Pactum de ſuccedendo valet quando agitur de ſuccedendo, in feudo, quod procedit vt ibi declaratur.*

9 *Pactum de ſuccedendo in certis bonis particularibus valere.*

10 *Pactum quando eſt de ſuccedendo in certis rebus particularibus, non conſideratur quibus verbis ſit conceptum.*

11 *Pactum de ſuccedendo etiamſi agatur de vniuerſis bonis quando valeat.*

12 *Pactum ſeu conſuetio conditionalis retrotrahitur eueniente conditione ad tempus conuentionis.*

13 *Pactum de ſuccedendo quod valeat propter iuramentum.*

14 *Pactum prædictum firmari iuramento etiam ſi agatur de ſucceſſione in vniuerſum.*

15 *Pactum etiam de vniuerſali ſucceſſione non eſſe reprobatum de iure naturali ſed potius eo iure approbari.*

16 *Additio ſucceſſionis ſeu hæreditatis valet de iure ciuili.*

17 *Pactum de ſucceſſione ſeu hæreditate viuentis de iure ciuili non recipere formentum à lege vt ex eo oriatur actio & obligatio, ſed ſi interueniat iuramentum oritur naturalis obligatio.*

18 *Pactum de ſuccedendo etiam in re particulari quando improbetur;*

19 *Pactum de ſuccedendo ſuſtinetur, ſi fiat ex iuſtis, & honeſtiſſimis cauſis.*

20 *Ratio in Statuto aut alia diſpoſitione ſi non exprimatur tamen vbi vnica reddi poteſt pro expreſſa habetur.*

21 *Pactum de ſuccedendo valet vbi fit acceſſorie, & in conſequentiam alterius contractus præambuli liciti.*

22 *Marchiones Montiſferrati ſolitos fuiſſe facere pacta de ſuccedendo in Marchionatu.*

23 *Conſuetudo in vna familia inducitur ex frequentia actuum.*

24 *Pactum de futura ſucceſſione valere vbi eſt conſuetudo ita pacifcendi.*

25 *Statutum quod extantibus maſculis filia non ſuccedat duo continere capita, vnum excluſiuum filiarum alterum admiſſiuum maſculorum,*

CONS. XII.

TRanſeo nunc ad ſecũdam partem principalem, in qua videndum eſt de alio iure vniuerſali Marchiæ Montiſferrati eidem Duci Carolo competenti ex pacto ſcilicet, & conuentione inita de anno 1330. inter prædictum Theodorũ primũ Paleologum, & Aymonem Comitem Sabaudiæ, in contractu matrimonij tunc celebrari inter præfatum Aymonem Comitem, & Yolandã filiam ipſius Theodori, vt in inſtrumẽto in actis producto, in quo omiſſis multis alijs pactis in ipſo inſtrumento contentis inter cætera conuẽtum ex titit in hæc verba, Item conuenit, & promittit dictus dominus Marchio prædicto domino Comiti, quòd ſi contingeret dictum dominũ Marchionem, vel eius liberos maſculos ex legitimo matrimonio procreatos decedere quoquo tempore abſq; liberis maſculis ex ſuis corporibus, & legitimis matrimonijs procreatis, quòd in in illo caſu Marchionatus Montiſferrati cum ipſius honoribus vaſſallis, iuriſdictionibus, meris, & mixtis imperijs, & vniuerſaliter cum ipſius iuribus ſint, & eſſe debeant pleno iure dictę dominæ Yolandæ; Expreſſim hoc pacto appoſito, quòd ſi aliquæ filiæ remanerent, & extarent ex dicto domino Marchione, & filijs ſuis legitimis ex legitimis matrimonijs procreatis, quòd eis pro uideatur ſecundum dignitatem Marchionatus per dictã dominam Yoladam hęredes, & ſucceſſores eiꝰ de congrua, & ſufficienti dote pro matrimonijs copulandis, vel per aliam viam caſitatis ſeu religionis ſi ipſam magis eligerent.

Huius pacti, ſeu conuentionis vigore præfatus Dux Carolus fundatam habet intentionem ad excluſionem Margaritæ prædictæ, & ſuorum, vt Marchia vniuerſaliter ad eum ſpectet, & pertineat, eo quod purificata fit conditio in ipſo pacto, & conuentio ne adiecta, quia Ioan. Georgius vltimus de liberis maſculis præfati Theodori deceſſit ſine liberis maſculis, ideo ipſe Dux Carolus, vt hæres, & ſucceſſor Yolandæ Marchionatum vniuerſum habere debeat; & ſic nonſolum eidem ſpectet iure feudi virtute inueſtiturarum, ſed etiam virtute pacti, & conuentionis prædictæ, & quia in dicto pacto fundata eſt intentio præfati Ducis, ideo ſolum nobis laborandum eſt circa exceptiones, & oppoſitiones, quæ adducuntur per ſcribentes pro præfatis Ducibus Mantuæ ad impugnandum pactum, & conuentionem prædictam, & licet multa adducantur per eos, nos tamen circa duas principales exceptiones inſiſtemus, quia alijs fuit abũdè ſatisfactum per alios ſcribentes pro Duce Carolo, Primò loco ergo videbimus de exceptione reſpicientę nullitatem pacti, & conuentionis ex

deſectu

defectu potestatis paciscentium vt aiunt, Secundò loco de exceptione respiciente defectum voluntatis eorundem.

Capio primam exceptionem, dicitur non posse, ita pacisci, eo quòd sit pactum de succedendo, quod est à iure improbatum, † pacto enim, successio, & hæreditas dari non potest l. pactum quod dotali C. de pactis. l. hæreditas. C. de pactis conuentis l. ex eo C. de inutil. stipulat. prout latè de hac exceptione aduersus pactum, de quo agitur scribit Cardinalis Simoneta multa adducens in consil. 32. num. 4. & pluribus sequenti in volumine consiliorum Mantuæ, & latè etiam per Lu censem, & Albrisium Senatores in dictis allegationibus impressis folio 26. facie prima vers. secundò dicimus in eo pacto, & folio sequenti.

Ad hanc exceptionem responsum fuit pro Duce Sabaudiæ dodè copioseque, ac pertinenter per DD. Franciscum Purpurat. Octauianum Cacheranum, & Iacobum Menochium adducentes pro responsione, veras, & communes conclusiones, vt in eorum responsis, ad quę me refero, meum erit spicas colligere, si quæ post terga metentiū remansere, easq, in aceruum reponere. Adduco itaque vltra eos pro responsione, quòd pactum, de quo agitur valeat, & fieri potuit, dato quod agatur de futura successione, quia certum est, quòd Yolanda per mortem Theodori, relicto masculo de rigore iuris feudorum fuisset exclusa à successione feudi per fratrem, adeo, vt vlterius non fuisset admissa, nec eius posteri iuxta d. §. quinetiam, & conclusionem supra firmatam, Vnde Theodorus pater in contractu matrimonij, vt prouideret ne excluderetur, voluit eidem Yolandæ conseruare ius successionis in feudo per pactum, quo casu certum est quòd valet, & tenet tale pactum, nam † licet regulariter non valeat pactum de acquirenda, seu obuenienda successione, attamen valet de futura successione conseruanda, ita tradit Bartol. in l. fin. num. 3. in 2. membro distinctionis C. de pactis, vbi notabiliter determinat, quòd quando is, qui habet ius succedendi priuatur propriæ alicuius iuris rigorem, tunc, aut paciscens potest super hoc prouidere testando, & valet pactum, per tex. in §. fin instit. de legit. agn. succeſſ. aut non potest paciscens prouidere testando, & tunc non valet pactum allegat c. 1. de succeſſ. feudi, hæc doctrina Bartoli est in terminis, quia in casu nostro, Yolandam, & eius posteri per existentiam masculi veniebant priuandi futura successione feudi propter rigorem d. §. quinetiam, Theodorus autem paciscens poterat prouidere testando de feudo ex facultate sibi data, prout infra latius dicetur, & ira antea fecerat Ioannes eius patruus, instituendo Yolādam sororē, matrem ipsius Theodori, sicut ergo potuisset testando prouidere ipsi filiæ, & illi successionem futuram conseruare, ita etiam potuit paciscēdo, & tale pactum valet, quia est conseruatiuum successionis futuræ: secus autem esset vbi de feudo vassallus non posset testari, quia tunc, nec paciscendo posset filię prouidere, vt succedat per d.c. 1. de succ. feudi ibi, nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente. Ecce ergo quo modo hæc determinatio Bartoli decidit casum nostrum, idem tenet ipse Bartol. in stipulatio hoc modo concepta colum. fin. circa fin. ff. de verborum obligatione, vbi Alexand. numer. 22. Roman. num. 12. sequitur etiam Angel. in d. l. fin. colum. 2. & ibi Curtius iun. numero 28. Gozadin. num. 2. Cagnol. num. 91. & in hoc Bartolum sequuntur communiter DD. vt ait Roman. in d.l. fin. num. 17. versic. & cum Bartolo communiter, eundē consulendo sequitur Alex. cons. 59. num. 2. lib. 5. vbi ait, quod pactum, quod tendit ad successionem conseruandam valet, ga per illud non inducitur votum captandæ mortis, cùm is pro quo fit pactum, vocetur ad successionem ex iure aliquo, & sic tractetur de conseruando iure suo successionis, ideo non militat ratio, nec subest timor inducens votum captandæ mortis, sequitur etiam Iason consil. 202. colum. 4. versicul. item illud pactum lib. 2. & cōsil. 8. inter consilia Bruni colum. 6. versic. item aduertendum, Paris. consil. 20. num. 93. & sequen. lib. 2. vbi post Riminal. quem allegat in l. pactum C. de collatio. ait, quod tale pactum nō dicitur de succedendo simpliciter, sed de conseruando bona, & successionem inter certas personas ad quas erat obuentura, quod quidem licet, secundum eum, & ait ita communiter omnes DD. concludere cum Bartolo in d. l. fin. & in d.l. stipulatio hoc modo concepta, addo Vital fin. in tracta. clausul. super elatis ibi renūtiauit omnibus bonis. §. renuntiatio futurarum successionū. col. 1. in prin. & col. 5. vers. plenius quam dectores distingue carta 77. & 78. & Gulicl. Bened. in repetitio. C. Raynutius super verbo, duas habens filias, num. 228. & seq. dicens, hoc pactum de successione conseruanda esse fauorabile, & in materia feudali hanc conclusionem Bartoli sequitur Afflict. in c. 1. §. si quis aliquem inuestierit tit. de feudo dato in vicem leg. comiss. vbi ait, q si quis fecisset pactum de futura successione cōseruanda, qua quis veniret priuādus ex aliqua causa, vel ex aliquo iure, ad quod paciscens non posset prouidere testando, tunc pactum non valeret, vt ex text. secundum eum in c. 1. de succeſſ. feudi, vbi dicitur, quòd filia est priuata successione in feudis de iure feudorum, vnde si fieret pactum de futura successione conseruanda filię in feudo nō valeret, quia filia per ius feudorum est priuata successione, nec pater posset prouidere testando quòd succederet, quia nulla ordinatio defuncti valeret in feudo, vt tex. in d. cap. 1. per consequens si non valet testamentū non valet, & pactum, Sed si pater posset testando prouidere illi, cui ius reliquit, tunc inquit valeret pactum de futura successione cōseruanda. At in casu nostro nemini dubiū est, quòd Theodorus potuisset testando prouidere, quod in defectum masculorum ab eo descendentium Yolanda, & eius posteri succederent, prout fecerat anteà Ioannes eius auunculus, ergo potuit idem facere paciscendo.

Confirmatur dicta conclusio ex eo, quod idē Bartolus inferendo determinat in d.l. fin. nu. 4. & post eum alij dum ait, † quòd si extet statutum dispo-

1

2

3

disponens,quòd filla dotata non succedat ab intestato patri extãtibus filijs masculis si filia tempore,quo traditur nuptui faciat pactum cum patre, quòd possit succedere ab intestato , tale pactum vti conseruatiuum successionis filiæ valet, & tenet, & Bartolum sequuntur ibi Angelus, Fulgos. Roma. & alij. Vnde si valet pactum eo casu, quo iam tempore pacti filia excluditur per statutum à successione ab intestato,quanto magis debet valere in casu nostro, vbi filia non excluditur per statutum à successione ab intestato, quanto magis debet valere in casu nostro,vbi filia non excluditur per aliquam dispositionem, sed potius tempore pacti habet ius in spe succedendi in feudo,& agitur tantum de prouidendo, ne in futurum excludatur, & perdat ius successionis in feudo per masculum ex dicto §. quinetiam?

Nec obstat si dicatur,quòd illa exclusio futura filiæ à successione feudi propter existentiam masculi, inducitur fauore ipsius masculi,sicut,& statutum prædictum excludens filias à successione patris ab intestato, est fauore, & contemplatione masculorum,quibus pater non debet posse præiudicare,ideo non valet pactum,nisi accedat cõsensus masculorum,prout ita contra Bartol.dicunt Bald.Paul.de Castro,& Alexander in d.l.fi. volentes dictam conclusionem Bartoli de statuto esse veram, & procedere , si filij quorum fauore est factum statutum,& quibus est ius quæsitum, saltem in spe ex dispositione statuti consenserint, secus si non consenserint,quia tũc secundum eos non valet pactum , quia non debet pater posse tollere ius quæsitum filijs ipsis inuitis, & non consentientibus.l.si post mortem.§. fin.ff.de contrata.& l.fin.ff. de pactis,videtur etiã secundum prætatos DD.quòd eodem modo dicitur tunc per pactum deferri successio , quod fieri non potest l.hæreditas C. de pactis conuentis , cum similibus ideo non debet valere etiam ipsis masculis consentientibus .

Respondetur quod priorem sententiam cum
4 Bartolo,† quod imo absq; aliquo consensu masculorum possit fieri pactum, tenuerunt Roma, in d.l.fin.sub num.22.vers. sententia tamen Bartoli,& ibi Iason sub num.20.vers.tene indistinctè opinionem Bartoli,Decius sub num.26.vers.sed tamen defendendo Bartolum, Curtius iun. numer.33. in fin. vbi affirmat opinionem Bartoli veriorem,& dicit, quòd secundum eam iudicaret,Goza.in. num.21. dicens doctores communiter tenere opinionem Bartoli,prout,& ipse ibi eam sequitur in versegotamen teneo opinionẽ Bartoli, & affirmat esse communem , & veriorẽ & ibi etiam Cagnol.num.95. versic. sed non est abopinione Bartoli recedendum , dicens etiam cõmunem , & huius sententiæ allegat esse Aret. ibi modernos, Perusinos; vtrunq; Decium, & ferè omnes modernos Papienses , & Taurinenses , eiusdem quoq; sententiæ cum Bartolo fuit Ioan. Campez in tracta. de dote parte vltima quæstio. 52. & Brun. in tracta. de statuto excludente fœminas à successione , in sexto articulo princip.in 4.casu quæst.13.hij enim omnes concludunt, quod in casu statuti prædicti pater possit pacisci , quòd filia succedat ab intestato , & valeat pactum absque aliquo consensu masculorum,quorum fauore dicitur factum statutum, & mouentur ratione valida ,eo quia , statutum prædictum , licet excludat filias à successione ab intestato propter masculos ,non tamen adimit parentibus potestatem prouidendi filiabus per testamentum , quia hocnon impedit statutum , vnde sicut posset paterprouidere filiæ testando , ita & pacisendo, arguendo de testamento ad pactum quod argumentum validum est l. seruum filij §. eum qui chirographum ff. de leg. 1. & sicut tellando non requiritur aliquis consensus masculorum, quia testamentum non debet ab alieno pendere arbitrio, ita nec pacisendo, & verum non est, quòd filijs masculis dicatur quæsitum ius in successione ex statuto spe in fallibili , quia posent filij masculi patri præmori,quinimò tale ius cõpetens ex statuto in successione non dicitur ius quæsitũ , sed quærendum, in iure autem quærendo benè potest pater præiudicare filijs,vt dicunt laf.Dec. & alij loco prælegato, Si itaq; in casu statuti prædicti valet pactum de successione consequenda sine aliquo consensu masculorum,multo magis debet valere in casu nostro,vbi inspecto tempore pacti nullũ ius , seu dispositio extat excludens filiam, sed pendet à futuro cuẽtu,an excludenda erit per existentiam masculi,cui multò minus dicitur quæsitum ius, quam masculis in casu statuti prædicti, quia in casu statuti agitur , quod filia succedat vna cum masculis , vbi alias sine pacto per statutum filius masculus sõlus succederet,sed in casu nostro non agitur, vt per pactum filia succedat in feudo vnà cum masculo , sed quòd non excludatur,eo postea defuncto,& ideo parum , aut nullum præiuditium masculo ex hoc pacto oritur , & consequentet multo magis debet posse pater ei præiudicare remouendo obstaculum,seu impedimentum exclusionis,quod fortè subesse posset tempore suæ mortis per existentiam masculi, dico fortius , quòd vbi aliquo modo posset dici quæsitum ius masculo ex futura exclusione filiæ à successione feudi propter suam existentiam, adhuc tamen potuisset in casu nostro pacisci, & præiudicare masculo,eo quia feudum est hæreditarium, vt diximus supra , in quo non possunt filij hæredes facto patris contrauenire iuxta l. cùm à matre C. de rei vendica, & infra dicemus suo loco, & ita in proposito respondebat Rom.in d.l.fin.num.24. vbi ait,quòd licet statutum eo in casu sit fauore masculorum conditum , attamen debet pater huic fauori masculorum posse præiudicare pacisẽdo,quia licet filij,vt filij non videantur astricti ad obseruandũ factum patris,tamen videntur astricti, vt hæredes , & sicut pater potest præiudicare in iure proprio ipsorum filiorum quando sunt hæredes, sicut etiam in alijs hæredibus extraneis vt in l. cùm à matre C.de rei vendica.in l. fin.§. cùm in computatione C. de iure deliber.cum alijs similibus ; sic multo fortius debet posse pacisendo tollere illud impedimentum,quod obstabat filiæ in successione ipsius patris .

Ad legem hæreditas C. de pactis conuentis ,

quæ

quæ habet, quòd ſucceſſio ſeu hæreditas pacto non detur, reſpondent duobus modis, primo † quod loquatur in extraneis, vt patet ibi, dum dicit, hæreditas extraneis teſtamento datur, ergo innuit quòd ſecus in filijs, qa in eos per viam cuiuſlibet actus poteſt conferri hereditas l. fin. C. fam hærciſcon. & licet Iaſon in d. l. fin. hãc reſponſionem non firmet, & Brunus in dicto tractatu loco præcitato dicat, ſe non habere eam pro tuta, attamen Cagnol. in d. l. fin. num. 97. & 98. affirmat communiter teneri per ſcribentes in l. ſiquis C eodem tit. de pactis vbi inter alios Aquenſis col. 2. idem tenet Guliel. Benedicti in repertio, d. c. Raynutius, in verbo, duas habens filias, ſub num. 200. verſ. æquiſſimum eſt, & vt aiunt, ijdem ſcribentes in d. l. fin. ſi hoc caſu non non poſſet per pactum reſeruari, ſeu conſeruari ſucceſſio filiæ, ſequeretur, quòd nec etiam id poſſet fieri interueniente conſenſu maſculorum, quod eſſet contra mentem omnium ſcribentium, qui in hoc conueniunt, quod eo caſu valeat pactum.

6 Reſpondent ſecundo, & melius † quod filia, cui factum eſt pactum, non ſuccedit patri ex pacto de ſuccedendo, vel reſeruatione ſibi facta tempore matrimonij, ſed ſuccedit ex iure communi. pactum autem, ſeu reſeruatio ſucceſſionis ſolum ſtatuti tollit obſtaculum iuxta Iaſonem, nec non Lancello. Decium Rom. Brunum, & alios, & ſic tale pactum inquiunt venit ſolum ad conſeruandum ſucceſſionem filiæ remoto obſtaculo ſtatuti, non autem ad conſequendam hæreditatem præcisè ex pacto, ita ergo in caſu noſtro dicẽdum eſt, quòd pactum non confert ſucceſſionem Yolandæ, ſed remouet obſtaculum, ſeu impedimentum, quod eidem eſſe poterat per exiſtentiam maſculi quominus vlterius continuaret, ſeu perſeueraret ius ſuccedẽdi in feudo, quod iam tempore pacti, & matrimonij ſibi competebat ex inueſtituris, & natura, ſeu qualitate feudi, vt diximus ſupra, Firma, itaque, & ſolida remanet concluſio in caſu noſtro, pactum, de quo agitur valere, eo quòd ſit & dicatur de eõ ſeruanda, ſeu continuanda ſucceſſione in feudo, non autem de obuenienda, ſeu conferenda ſucceſſione.

Hæc concluſio tanto fortius in caſu noſtro ſine difficultate procedit, eo quod non agatur de ſucceſſione in vniuerſo, ſed de re particulari, & præcipuè de ſuccedendo in re feudali, †
7 quo caſu valet pactum, etiam ſi fieret de ſucceſſione conferenda, ſeu obuenienda, & non de conſeruanda, ita in terminis pacti de ſuccedendo in re feudali conſtituit Brun. conſ. 135. per totum, vbi loquitur de pacto inito in contractu matrimonij D. Annæ filiæ D. Ludouici Marchionis de Traſio, cum D. Ioan. de Foys domino Marchæ, Vicecomite, & Barone, in quo inter ipſos dominos conuentũ fuit, quod ipſo domino Ludouico Marchione, aut Gaſpardo eius filio decedentibus ſine hæredibus maſculis ex eorum corpore procreatis, dicta Anna poſſet ſuccedere in Marchionatu Traſij, & in plurib. alijs caſtris, & villis de quibus ibi, ſuper quo conſultus Brunus reſpondet, & multis probat tale pactum valere etiam quod partes vſæ fuerint verbo, ſuccedere, & mouetur præcipuè, quia ſpeciale ſit in feudis ſecundum eum, quòd valeat pactum de futura ſucceſſione, allegat Bald. Aluaror. & multos alios vt per eum ibi colum. 4. verſ. & moueor quia ſpeciale eſt in feudis, & patet ex textu ſecundum eum in cap. 1. §. filia de ſucceſſ. feudi vbi eſt tex. quod valet pactum in inueſtitura appoſitũ, quòd filia ſuccedat in feudo poſt mortem patris, & patet etiam ſecundum eum in titu. de eo qui ſibi, & hæredibus ſuis maſc. & feminis, & idem firmat ibi col. 11. verſ. quod maximè tolleratur in feudis, dum reſpondet ad contraria, addens hoc eſſe tanto magis verum retenta illa opinione, quod feuda non deferantur ſucceſſione, ſed pacto, vt per Bar. in auth. poſt fratres C. de legit. hæredibus, & Calder. conſ. 19. & cõſ. 13. tit. de feudis, & in conſ. præallegato 137. Inter conſilia Baldi lib. 2. in-
8 telligo tamen, & declaro Brunum, † quòd valeat pactum de ſuccedendo in feudo procedere iuxta diſtinctionem Bart. & aliorum in d. l. fin. C. de pactis, & Aſſlic. in d. §. ſi quis inueſtierit, de feudo dato in vicem legis comiſſ. ſcilicet, ſi paciſcens poteſt de feudo prouidere teſtando, vt quia feudum ſit tale, de quo poſſit teſtari, prout talè eſſe præſupponit in caſu ſuo Brunus, ſecus autem ſi paciſcens non poſſet prouidere teſtando, quia tunc non valeret pactum factum filiæ de ſuccedendo in feudo per tex. in d. cap. 1. in principio de ſucceſſ. feudi, vt dicebamus ſupra, Mouetur etiam præcipuè idem Brunus, pactum in caſu ſuo valere, quia per illud non tollitur facultas teſtandi, eo quòd eſſet de bonis particularibus, quia pote-
9 rat teſtari de alijs, † nam hoc caſu, communiter concludunt Doctores valere pactum, vt inter alios Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, & in d. l. fin. & multos alios refert idem Brun. d. conſ. 135. colum. 3. verſ. quarto moueor, vbi hanc eſſe communem dicit, & laudatiſſimè etiam Pariſ. in conſ. 26. num. 81. & pluribus ſequentib. lib. 2. & ibi num. 88. poſt Franciſ. de Curte, quem refert conſ. 1. ait communem, & veram concluſionem eſſe, quòd conuentio de vniuerſali ſucceſſione acquirenda, ſeu obuenienda non tenet, ex quo tollit liberam teſtandi facultatem, & eſt contra bonos mores, tamen quãdo conuentio ſit ſuper certis bonis, eſt valida, quia non reperitur à iure reprobata, nec eſt contra bonos mores, nec aufert liberam facultatem teſtandi, & ibi num. 103. concludit, hanc eſſe veriorem, & magis communem ſẽtentiam, Curt. conſ. 81. num. 4. vbi plures ad hoc refert, & Guliel. Benedic. in cap. Raynutius in verbo, duas habens filias, num. 217. cũ multis relatis per moder. Pariſien. in additio. ad Alexand. conſil. 83. ſub num. 6. lib. 2. & cõſ.
10 28. ſub num. 11. lib. 3. & hoc caſu, † quando pactum eſt de rebus particularibus, non conſideratur quibus verbis contrahentes vſi ſint, an verbis denotantibus ſucceſſionẽ puta verbo,

bo, succedat, an alijs, sed solum, vtrum sit pactum de vniuersa hæreditate, an verò de rebus particularibus, & sic an auferat facultatem testandi, vel dicit idem Paris. d. cons. 26. num. 99. vers. & verè in istis decisionibus, ac num. 116. & sequen. & in casu Bruni contrahentes direxerunt, quòd posset succedere in Marchionatu, & sic per verba denotantia successionem, & nihilominus valet pactum secundum eum: & sine dubio cõclusio procedit, quando nõ simpliciter quis paciscitur, quòd post mortem suã talis sibi succedat, quia tunc benè diceretur dari successio pacto, quod est reprobatum à iure

11 sed † quando quis promittit bona post mortem suam adeo quod promissio, & obligatio incipit in persona promittẽtis si promissio sit pura, licet executio differatur in tempus post mortem, vel incipiat etiam in persona hæredum, vt qui a obligatio sit conditionalis, quia conditio retrotrahitur, tunc sine dubio valet pactum ex l. vn. C. vt actio. ab hæredib. & contra hæredes ita consulit Oldrad. quem omnes sequuntur consil. 139. incip. ad habendam aliqualem notitiam, vbi etiam loquitur de pacto seu conuentione inita super feudo, vt patet ibi col. 3. vers. sexto, cùm bona ista sint feudalia, & hoc est, quòd vult glo. in dil. hæreditas in verbo. nulla actione, & in d. l. fin. super verbo, accommodauerit C. de pactis dum ait, quòd per stipulationem hoc potest fieri, vt si promittã tibi bona mea post mortem meam, allegat d. l. 1. C. vt actio. ab hæredibus, & contra hæred. & sic vult quòd quando ex promissione seu pacto fundatur obligatio in persona promittentis, vel in persona hæredum, tunc valeat pactum, ita Guido Papæ intelligit consil. 31. viso ad plenum processu colum. 2. versic. sed his non obstantibus, vbi respondet ad l. licet C. de pactis, dicens, verum esse quòd nudo pacto non potest pacisci, quod bona vnius deueniant ad alium post mortem promittentis, ita loquitur secundum eum † licet, & l. hæreditas C. de pactis conuentis, sed benè potest inquit, per stipulationem hoc fieri, & ita loquitur d. l. 1. C. vt actio. ab hæred. & cont. hæred. nam hoc quod dicunt glosa, & Guido Papæ de stipulatione si interueniat, volunt intelligere, idest si ex promissione obligatio fundetur in persona promittentis, vel in persona hæredum, vt tunc valeat, In casu ergo nostro, cùm stipulatio interuenerit quod probatur per verbum, promittit, quod importat stipulationem, vt in proposito considerat idem Guido Papæ d. cons. 31. iurib⁹ ibi per eum relatis, certè obligatio fundata in persona promittentis, & collata post mortem habet effectum, & executionem in persona hæredum, ideo valet pactum, nec dicitur simpliciter de futura successione post mortem, ita declarat Curt. iun. cons. 15. colum. 2. in fin. vers. vera igitur doctrina, & colum. seq. per totam post tract. feudorum, & idẽ cons. 1. num. 16. volum. 1. & cons. 81. colum. 2.

12 & cùm † conuentio, seu pactum in casu nostro sit conditionalis retrotrahitur eueniente conditione ad tempus pacti iuxta Oldrad. dicto consil. 139. col. 1. per l. potior, & l. qui Balneum, ff. qui potiores in pigno. hab. eadem ratione dicebat in casu nostro Purpura. consil. 402. num. 84. & 85. & Brunus d. cons. 135. colum. 8. vers. & licet ista promissio, vbi ait, quòd licet promissio Marchionatus fuerit conditionalis, tamen impleta conditione censetur perinde ac si conditio non fuisset adiecta l. pecuniam ff. si certum petat. l. cedere diem ff. de verbor. signif.

13 Confirmatur vlterius ex eo, † quod in tali pacto interuenit iuramentum, quod facit valere actum super quo interponitur, licet alias non valeret, ita considerant doctores omnes præcipuè Brun. d. cons. 135. col. 5. vers. & fortius prædicta procedunt, & col. 6. vers. & tanto fortius ex quo suam dispositionem iuramẽto firmauit, Iason cons. 211. col. 4. vers. multo ergo fortius lib. & inter consilia Bruni cons. 8. colum. 5. vers. multo ergo fortius, & vers. item ille conuentiones, & in d. l. stipulatio hoc modo concepta, sub num. 12. vers. item quia dicte cõuentiones, & licet alias, vbi ageretur de vniuersali successione conferenda per pactũ, tale pactum non firmaretur iuramento, attamen, quãdo est de certis bonis sine dubio firmatur

14 iuramento pactum, quam quam etiam † quãdo agitur de conferenda successione in vniuersum per pactum, quod tale pactum valeat propter iuramentum tenent multi præcipuè Bald. in cap. 1. §. moribus si de feudo inter. contro. inter dom. & agn. post Petrum de Ceruio ibi, & hoc per tex. in cap. quamuis 5, de pactis in 6. & certè sicut iuramentum firmat pactum de non succedendo de quo in d. cap. quamuis non video rationem diuersitatis, cur non debeat etiam firmare pactum affirmatiuum de succedendo, cùm vtroq; casu militet ratio de qua in d. c. quamuis, & quòd firmet, latè probat idem Guido Papæ d. consilio 31. sub num. 2. vers. & pro hoc benè operatur iuramentum & pluribus sequentibus, vbi multa adducit.

15 Et facit, † quòd huiusmodi pactum etiam de vniuersali successione non reprobatur de iure naturali, sed eo iure inspecto est validum, vt dicit Bart. in terminis cons. 72. ex facto pronitur nu. 4. vers. si verò diceremus, sequitur Brun. d. cons. 135. colum. 6. vers. quod magis animosè est sequendum, & adducunt exemplum de quo in Genesi cap. 25. de Esau, qui pactum fecit super iure primogenitura, & sic de iure vniuersalis successionis cum Iacob fratre suo, viuente adhuc Isaac patre amborũ quod exemplum adducit etiam adhoc Ioan. Cenrez. in tracta. de dote in vlt. parte quæst. 70. colum. 2. versic. aduertendum etiam, nam tale pactũ inter Esau, & Iacob fuit seruatum de iure naturali, licet de iure ciuili nõ teneret, quia esset pactum de futura successione vniuersali, & aduertit Bar. quòd illud pactum inter Esau, Iacob fuit iuratum, & ita arguit ad casum suũ, quòd similiter pactum esset iuratum, & propterea validum, Ego tamen puto non benè probari per exemplum adductum per Bartolum, quòd pactum de futura successione vniuersali

sit

sit de iure naturali validum, eo quia inter Esau, & Iacob non fuit pactum de iure primogenituræ, & sic de iure successionis vniuersalis futuræ simpliciter, sed fuit venditio, vt patet ibi, vende mihi primogenita tua, & iurauit, & vendidit primogenita, & in fine ibi, parui pendens quid primogenita vendidisset,
16 & sic fuit venditio † quæ quidem non reprobatur etiam de iure ciuili, sed valet, vt tradunt DD. in d.l.fin. C.de pactis Bart.in d.l.stipulatio hoc modo concepta num.6. ff. de verbor. oblig.eo quòd venditori supersit pretium, de quo possit testari, & ideo non tollat facultatẽ testandi, vt considerant doctores, Verum tamen est quod dicit Bartolus, & post eum alij prælegati, nempè pactum de futura successione non esse reprobatũ de iure naturali, pro quo adduco ego alium locum, vbi melius probatur, videlicet Tobiæ cap.8. in fine, vbi in matrimonio contracto ministerio Angeli in forma visibili inter filium Tobiæ, & Saram filiã Raguelis, & Annæ coniugum, dicit scriptura, quòd de omnib.quę possidebat Raguel dimidiam partem dedit Tobiæ, & fecit hanc scripturam inquit textus, vt pars dimidia, quæ supererat post eorum obitum Tobiæ deuenire: Ecce quòd data Tobiæ ex tunc dimidia patre bonorũ Raguelis, fit pactum per scripturã, quòd Tobias post mortem Raguelis in alia dimidia succederet, probatur etiam 3. Regum cap.1. vbi habetur quòd Dauid Rex cum Bersabeæ coniugi iuramento pollicitus esset, quòd Salomon eius filius sibi in regno succederet, videns Bersabee, quod Adonias filius primogenitus Dauidis iam viuente patre conabatur regno potiri, dixit ad Dauid Domine mi Rex ni iurasti per dominum Deũ tuum ancillæ tuæ, Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo, & ecce nunc Adonais regnat, te Domine mi Rex ignorante, cui Dauid Rex cõsiderans se pacto iurato adstrictum, respondit, vivit Dominus qui eruit animam meam de omni angustia, quia sicut iurauí tibi sic faciam hodie, quod aliud non sonat nisi, quòd pactum de succedendo iuramento firmatũ seruandum est, prout it a cum locum considerat ad hoc Guliel-mus Bened.in d.cap. Raynutius, quem ijs scriptis vidi in verbo, duas habens filias, num. 194. & nu. 201. vers.& sunt talia pacta vbi ait, quod si talia pacta iurata seruanda non essent tamquàm irrationabilia, Nathan Propheta nunquàm persuasisset Bersabeæ, cui tale pactum iuratum fuerat, vt Regem Dauid infestaret de obsequutione illius, si cõtra bonos mores fuisset, dum ei dixit, Vade, & ingredere ad Regem Dauid, & dic ei, Nonne tu Domine mi Rex iurasti mihi ancillæ tuæ dicens, Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo, &c. quo fit vt huiusmodi pactum dicatur approbatum de iure naturali, licet de iure ciuili reprobetur, Vnde propter iuramentum debet esse validum, quia iuramentum, cùm sit de iure naturali, validat actum aliàs de iure ci-
17 uili inualidum, & ideo † licet huiusmodi pactum non recipiat formentum à lege, vt ex eo oriatur obligatio, & actia efficax de iure ciuili, vt in d l.hęreditas C.de pactis conuent.ibi nulla re actione, &c. & d. l. ex eo C.de inutil. stipula.ibi, nullam vos habere actionem, & in d. l. pactum quod dotali, ibi vllam obligationem, & vbiq; not.doct.tamen oritur obligatio naturalis propter iuramẽtũ, quo fit, vt propter iuramentum reddatur validum tale pactum.

Sed hic non est casus noster, quoniam non agitur de futura successione in vniuerso, sed de re particulari, quo casu omni iure est validũ maximè verò accedẽte iuramento, vt præduximus, eo quia potest seruari sine dispendio salutis æternæ, & cessat ratio prohibitiua considerata a lege, quia scilicet auferatur libera testandi facultas, quia poterat Theodorus testari de bonis non feudalibus, & de alijs quę ex patrimonio, & substantia paterna habebat vltra mare, vbi parentes, & fratres degebant. Cessat pariter alia ratio, quod hæreditas pacto nõ detur ex d.l.hęreditas, & alijs supra adductis, quia non agitur de hæreditate quod est ius in vniuerso l.hæreditas ff. de reg. iur. & l.nihil aliud ff. de verbor. signif. sed de re particulari tantum, quę bene potest promitti pacto post mortem alicuius.

Nec dicatur, prout dicebant præfati Senatores Lucensis, & Albritius in dictis eorum allegationibus folio 26. vers. nec etiam videtur bona distinctio, & similiter Cardinal. Simoneta d. consil. 32. colum. 3 vers. quia ad ista puto aduertendum, & col. seq. in princ. quòd improbetur pactum de futura successione, siue agatur de vniuersali, siue de re particulari, eo quia militet semper alia ratio inductiua voti captandæ mortis, de qua in l. fin. C. de pactis, & allegant illa velle Cornelium Lancello. Claudium de Aquis, Curt. & Dec. in d.l.fin. & alijs locis ibi relatis. Respondetur enim, quòd pa-
18 ce eorum dictum sit, confundunt terminos † nã improbatur pactum etiam si fiat de re particulari, quando fit modo prohibito, hoc est inter duos sine consensu eius de cuius successione agitur, tunc enim non valet, quia æquè militat ratio prædicta inductiua voti captãdæ mortis, sicut si ageretur de vniuersali successione, & ita loquitur tex. in d.l.fi. necnon Cornel. Decius, Aquen. & alij per præfatos Senatores allegati, secus autem est; quãdo pactũ fit inter duos cum consensu illius, vel fit cum illomet de cui' successione futura, siue vniuersali, siue particulari tractatur, tunc enim cessat illa ratio, & ideo valet pactum, vt expressè probat d. l. fin & Bar. in d.l. stipulatio hoc modo concepta num. 5. in fi. vbi ait, quòd ex quo à volente fit, non curatur, quia non inducit votum captandæ mortis, alioquin si ea ratione prohiberetur semper, & omni casu pactum, cuã factum est eo, de cuius successione agitur, certè nec etiam valeret donatio omnium uel partis bonorum, in quia quis reseruaret sibi usumfructum, nec donatio causã mortis, nec aliqua promissio, aut obligatio de re aliqua cuius exactio differretur post mortem contra cõmu-

nes

nes regulas iuris, & Doctorum sententias, nec etiam valerent fideicommissa, nec acquisitio feudi pro se, & descendentibus, & ijs similia, quia semper militaret dicta ratio, prout in proposito, ita considerat Brunus d.cons.134.col. 12.vers.nec obstat, quòd hoc pactum indueat votum, & ante ipsum, ita in terminis respondebat Ang.in cons.179.visis instrumentis col. 7. vers. nec obstat secunda ratio, & Angelum refert, & sequitur Paris.d cons.26.nu. 114. lib. 2. Prout nec etiam hæc consideratio voti captandæ mortis non haberet locum inter Principes, quia de ijs non est credendum tale quid euenire posse, prout benè dicebat in casu nostro Menochius cons.1 num.155. & seq. post Zas. quē refert, ita dicentē in simili casu cons. 1.num. 20. & vt in terminis dicit Guliel. Benedic.in d.cap. Raynutius in verbo, duas habens filias num. 201. de voto captandæ mortis inter tam coniunctos non faciliter est præsumendum, inter quos nexus quidam diuinus cernitur esse à Deo constitutus l. cum à adoptius. C. de adoptio. vnde tale votum incertum, & simpliciter præsumptum non venit in consideratione, sed potius iuramentum præstitum, de quo est certissimum, quòd potest seruari citra æternę salutis dispendium. & consequenter venit seruandū, & ad hoc etiam facit, quod in dubio est potius præsumendum bonū, quàm malum. l. meritò. ff. pro socio. maximè, vt actus valeat, magis quàm pereat. l. quoties. ff. de reb. dub. facit etiam, quia casum aduersum, iniquum, iniustum, & iniustum non præsumitur, neque naturale, neque ciuile est. l. inter stipulantem. §. hæc autem. ff. de verborum obligat. & effectus ipse demonstrauit, quia nunquam de illis sinistri quicquam, nec de morte alicuius fuit cogitatū, sed continuauit linea Theodori vsque ad Io. Georgium vltimum, de cuius morte quis cogitauerit, an Duces Mantuæ, qui iam eo vilente festinarent inuestituram de feudo Marchionatus petere ab Imperatore, an verò Dux Carolus, qui nullam verisimiliter notitiam habebat de hoc pacto, vtpotè antiquissimo, iudicium sit, alterius quàm nostri: illud non tamen præterreo, ex actis probatū videri, quòd præfatus Io. Georgius, eadem nocte, qua cum vxore sponsa, quæ die præcedenti aduenerat, concubuit, arbitrabatur, & cū ea cupiens frui amplexibus, satis concessit, itaque non est, quòd tantopere exclament scribentes pro Ducibus Mantuæ aduersus pactum, de quo agitur, de ratione, & consideratione voti captandæ mortis, quæ ita considerari deberet, nec etiam valeret pactū de futura successione conseruanda, quod esset contra communem Doctorum sententiam in d. l. fin. vt ostendimus supra in primo fundamento, & multò minus suspitionis esset poterat cogitationis huiusmodi inter ipsos Principes, eo quòd iureiurando promiserint nihil facere, quo minus omnia, & singula promissa, & conuenta suum plenum sortirentur effectū ideo præsumendum non est, quòd fuerint immemores salutis æternę, ita dicebat in casu suo Ang. cons.179.col.7.circa finem, quo fit, vt pactum in casu nostro omni iure etiam naturali sit validum, nec vlla ratione improbari possit.

19. Accedat, † quòd conuentio hæc, seu pactū ex honestissimis, & rationabilibus causis factū fuit, vt in casu suo considerabit Oldrad d.cōs. 189.col.2. vers. sed contrarium magis, & post eum Alber.de Rosate, qui consilium ipsius Oldradi ad verbum transcribit tacito autore, vt solet, in d.l. fin. C. de pactis, quos refert in terminis Socin.iun.cons.63.sub nu.54.vers. circa secundum lib. 1. & Paris.d.cōs.26. sub nu.101. vers. ex quibus patet, vbi cōsiderat, quod similis cōuentio in casu suo esset facta ex causa honestissima. Nam si perquiramus causas huius pacti, honestissimas fuisse comperiemus: siquidem Theodorus hanc pactionem, & conuentionē cum Aymone Comite fecit, vt facilius Aymo eli filia sua matrimoniū contraheret quod alias non fuisset contractum, prout in terminis similē causam in tali pacto cōsiderat Bald. & post eum Alvar. & alij in cap. 1. 2. filij nati, si de feudo fuerit contr. int. dom & agn. vbi, ait, quòd si Marchio accipit filiā Regis in vxorem, quæ si non nuberet, nisi hoc pacto quod eius filij succedant in Marchionatu, & non alij de alio matrimonio, tale pactū inquit Bald. est rationabile, honestum, & tollerandū propter cōsequentiam attingendi honorē familiæ inter magnates, & Principes, & ex Baldo similē causam considerat etiam Brunus d. cons.134. col.4. vers. prædicta coadiuuantur, vbi refert dictū Baldi ad casum suum, & multo adducit, prout etiam in casu nostro hæc cōsideratio procedit, quia Theodorus, qui nouus dominus erat Marchionatu, & primus, ac origo familiæ suæ in his partibus, quique inaduertenter suo ex Grecia emulum habuerat Marchionem Salutiarū, qui cum è Marchionatu expellere conatus fuerat, super eo ius prætendens, vt scribit Beneuentanus, in sua historia producta per partem, vti prudens vir, vt tutellam sibi, & posteris pararet, coniunctionem, & affinitatem contrahere procurauit cū Aymone Comite Sabaudiæ ipsi Marchionatui finitimo, & ipso Theodoro longè potentiore, quippe qui licet Comes diceretur erat tamen Dux Chiablasij, & Augustæ, & vltra Comitatum Sabaudiæ, qui postea fuit erectus in Ducatum, multos alios Comitatus, Marchionatus, & Baronias possidebat tam in Italia, quàm vltra alpes, & qui vassallos habebat sub se longè potentiores ipso Marchione, præcipuè Principem Achaiæ, cum quo antea idem Theodorus conuentionem, seu tractatum inierat de matrimonio colloquendo eandem Yolandam cum vno filio ipsius Principis, & simile pactum fecerat, vt patet ex instrumento producto in actis sub anno 1225. vterque Aymo facilius contraheret cum Yolanda, idem pactū fecit, quia sine eo non fuisset matrimoniū contractum, eo quia paruam admodum dotem, & ferè nullam dabat Theodorus filiæ suæ Violandę, nam tantūmodo cedebat iura, quæ habebat in tribus castris, & villis ipsius

ſius Marchionatus, ſcilicet Lancei, Ciriaci, & Caſellarū quorū proprietatē dare non poterat, & remittere eidē Aymoni, eo quia tunc dicta Caſtra, & oppida tenebātur, & poſſidebanē per Margaritā de Sabaudia ſororē ipſius Aymonis, & vxorē relictam Io. Saxoni vltimi Marchionis pro dotib⁹ ſuis, & cui ex cōuētione iā antea inita de anno 1305. poſt mortē mariti, & ante aduentū ipſius Theodori tradita fuerant, & remiſſa, vt patet inſtro producto in actis parte Ducū Mantuæ, probatur etiam ex ipſo inſtro dotis, & matrimonij Yolandæ, & Aymonis, in quo ſiunt multa pacta, & conuētiones inter ipſum Theodorum, & Aymonē ratione iurium ipſius Margaritæ ſuper prædictis caſtris, & vltra iura Margaritæ, ipſe quoq; Aymo alīunde ius habebat ſuper ipſis caſtris, vt patet in ipſo inſtrumento matrimonij ibi, in pacto antecedenti, dū dicitur, quod per alia iura acquiſita per ipſum D. Comitē, vel eius predeceſſores, vel ipſam D. Margaritam ex alia cauſa, & ibi, quod iura, quæ habet, vel haberet dictus Dō Comes in caſtris prædictis vltra dicta data in dotē perueniant ad dictos liberos, & in pacto ſubſequenti ibi, dū dicitur, ſaluis, & exceptatis ſpecialiter iuribus acquiſitis actenus per dictos Comites Amedeum, & Eduardū, & ipſum D. Aymonem nunc Comitem, vel per dictam D. Margaritam, vel per alterum ipſorum in dictis caſtris Lancei, Ciriaci, & Caſellarum, quæ, &c. Vnde cum iura Theodori ſuper dictis caſtris eſſent quid modicum pro dote Yolandæ, ad eo, vt in dotata pēnē dici poſſet, neceſſarium fuit, vt matrimonium ad effectum perduceretur, ad hanc conuentionē, & pactum deuenire, & eidem Yolandæ ius ſucceſſionis cōditionale in augmētum, & ex cauſa dotis vltra prædicta iura aſſignare, vt dicunt verba pacti, & nihilominus p pactum eidem Yolandę nouum ius ſucceſſionis futuræ non cōferebatur, quia tunc ipſa ex natura feudi, & ex inueſtituris habebat iam ius in ſpē ſuccedendi, ſed quia ſciebant Theodorus, & Aymo, quòd per exiſtentiam fratris, qui iam tunc erat natus, poterat Yolanda excludit, & vlterius non admitti, ideo voluerunt partes per pactum ipſi Yolandæ ius ſucceſſionis conſeruari remouendo obſtaculum, quod futurum fuiſſet per exiſtentiam maſculi, & ita prouidere, vt aliquando Marchionatus ad ipſam, & eius poſteros ſublato omni timore excluſionis perueniret, & ita Aymo Comes hac prouiſione, & diſpoſitione cōtentus matrimonium contraheret, quod alioquin non contraxiſſet, hæc ſanè fuit vera intentio contrahētium, hęc fuit vera ratio, & cauſa pacti, nec alia conſiderari poteſt, & cum vnica hæc ſit, ideo pro expreſſa habetur, quemadmodū dicimus de ſtatuto excludente fœminas à ſucceſſione exiſtētibus maſculis, quod fauore agnationis, & vt bona in ea conſeruentur factum dicitur,
20 licet † ratio in ſtatuto nō exprimatur, attamē cùm illa vnica conſideretur, pro expreſſa habetur ita Bald. in l. maximum vitium col. 4. C. de liber. præt. & in l. quamuis. C. de fideicom. & in l. nominatim. ff. de liber. & poſth. quem cum multis aliis refert ad hoc Crau. de antiq. temp. par. 4. §. tranſeo nunc ad quartam partē nu. 83. & conſ. 118. nu. 8. & conſ. 201. nu. 28. & multos etiā refert Dec. conſ. 574 in cauſa ſub nu. 5. verſ. ideo prędicta ratio. Prædictis adeo, q̄ pactum iſtud, de quo agitur, cùm ſit factū in contractu matrimonij, & ex cauſa dotis ipſius matrimonij, venit acceſſoriè ad ipſum matrimoniū tanquā principale, & dicitur ſequella ipſius, quia dos eſt ſequella matrimonij, quo
21 ſtāte ſuccedit etiā vera concluſio, † quod q̄ pactū de ſuccedendo non ſit principaliter per ſe, ſed venit acceſſorie, ſeu in conſequentiā alterius contractus præambuli liciti, tunc valet, & tenet. l. ſi quis ternum, nuncla glo. ff. de act. empt. vbi Bart. Bal. & Paul. de Caſt. notant, & in l. ſi conſtante. §. ſi vir. ff. ſol. matri. idem Bart. in d. l. fin. nu. 17 & poſt eum alij. C. de pactis, & in d. ſtipulatio hoc modo cōcepta circa fin. ff. de verb. oblig. & in terminis ita tradit Guli. Benedic. in d. cap. Raynutius ſub nu. 200. verſ. necnon, quia, & tertio; & ſub nu. 236. verſ. tertio fallit, quo ſit, vt, vbi alias pactum de futura ſucceſſione non valeret, q̄ per ſe principaliter fieret, attamen vbi habet concomitantiā, vel venit acceſſorie, ſeu in conſequentiā alterius cōtractus liciti, prout in caſu noſtro, tunc
22 valet iuxta prædictis, & ad hoc facit, † quod rationē adiuncti, ſeu acceſſionis permittitur & licitè ſit, quod aliàs per ſe non permitteretur, & aliquando quis conſequitur per alium, quod per ſe non poſſet. l. Anſtlo in fin. ff. quæ res pign. oblig. poſſunt. l. ſi communē fundū. ff. quemadm. ſeruit. amittan. & vbiq; glo. & Doct. notant. multa exempla ad hoc adducit Iaſon in l. ſi emancipati nu. 5. & plurib. ſeq. C. de collat. & Felyn. cap. 1. num. 6 de præſcript. & facit regula, quòd quædam in conſequentiā permittuntur, quę principaliter, & directo nō permitterentur. l. 1. ff. de auth. iur. & l. quoties. C. de iud. & vbiq; Doct. notant. Aliunde etiā fuit vtile pactū, & fauorabile deſcendentibus maſculis ipſius Theodori, eo quia per illud prouidebatur, vt Marchionatus in maſculis deficēdentibus conſeruaretur, & ad extrancos non veniret, & deficientibus maſculis Theodori ad ipſam Yolandā tanq̄ magis dilectam, & ad poſteros eiuſdē peruenire prout rationabile erat, cùm iam eſſet vocata, & cōprehenſa in inueſtituris, vt magis ad ipſam q̄ ad filias illorum deſcendentiū ſuorum perueniret, maximè ex prædicta honeſtiſſima cauſa, ex quo ſequitur, vt pactum omni ex parte fauorabile dicatur, non antē odioſum, vt ſcribentes pro Ducibus prædictis exclamant. Itaque concluditur pactum valere, & ſubſiſtere vti factū ex iuſtis, honeſtis, ac rationabilibus cauſis.

Poſtremo additur, pactum, ſeu conuentionem prędictā admitti in caſu noſtro, & ſuſtineri ex vſu, & conſuetudine ita paciſcendi in-
23 ducta inter Marchiones Montiſferrati, † quos ita paciſci ſolitos fuiſſe conſtat ex ſcripturis, & iuribus productis, & multos caſus, ſeu diſpoſitiones, & præcipuè hanc, de qua agimus

vbialiàs de iure non subsisteret, attamen valet vbi est consuetudo, ita pacificendi, & consuetudo facit licitum, & validum, quod aliàs esset de iure reprobatũ ita Baldus in d. l. de quibus colum. 3. vers. item non valet pactum, vbi ait, non valere pactum de futura successione, sed consuetudinem, ita paciscendi sic, & in terminis idem Bald. in d. §. filij, si de feudo fuerit cõtrouersia inter dom. & agnat. per illũ text. Bart. cons. 72. ex facto proponitur colum. 2. vers. præterea per statutum, vel consuetudinem, vbi allegat ad hoc text. in cap. 1. de filijs natis ex matr. ad Morgan. contract. idem Bald. in d. l. pactum. C. de collatio. in 2. oppositio. dicens, quòd vbi est consuetudo valet pactum de futura successione, etiam sine iuramẽto, & quicquid sit in alia materia, in feudo videtur expeditum, quòd tale pactum admittatur de consuetudine per d. §. filij nati, vbi etiam Andr. de Isern. Præpol. Alua ros. & Aſſlict. & in cap. mulier eod. tit. idem Bald. in cap. 1. §. moribus eodem titu. vbi ait, hoc pactum firmari iuramento, vt diximus supra, maximè, vbi concurrit consuetudo, Guliel. Benedic. in d. cap. Raynutius in verbo, duas habens filias, num. 197. vbi ait, tunc tale pactum valere, quando patet pacifcens illud fecit de certa portione, aut de bonis præsentibus tantum, vel aliquid sibi retinuit ad testandũ, & in eadem voluntate perseuerauit, his enim concurrentibus videmus inquit, talia pacta inter nobiles, & potentes cõsuetudine approbari, saltẽ quo ad iurisdictiones, dominationes, & feuda, & ibi etiam num. 200. ait quòd huiusmodi consuetudo, ita paciscendi, vbi viget prout vigere exemplificat in Regno Franciæ, magna fulget æquitate ob hoc norem, & fauorem matrimonii, quia sub tali pacto nobiles, nobiliores inueniunt, aut ditiores cõiuges, quibus nobilitas crescit, sunt enim plures, qui sine tali pacto filias suas aliquibus quantumcunq; virtuosis, & diuitibus non darent in vxores. Vnde cùm non solum interſit coniugum, sed etiam siorum parentum, ne sub fide pacti consuetudine tollerati bonam fidem sequendo decipiantur, & sub spe bonorum, & præmij consequendi, dispendium patiantur, æquissimum est talia pacta valere, saltem fauore liberorum ex tali matrimonio procreandorum, ita inquit ille, & similia pacta valere in contractu matrimonij præsertim inter nobiles, & obseruari in regno, maximè si sunt iuramento firmata, & ita plures fuisse iudicatum attestatur Tiraquellus de iure primogen. quæst. 7. in fin. quo fit, vt tale pactum etiam teneat, vbi concurrit consuetudo per prædicta iura, Et licet nonnulli teneant contrarium respondentes ad prædicta iura, quòd illa loquatur de pacto negatiuo de non succedendo, attamen idem est in pacto affirmatiuo de succedendo, eo quia pactum negatiuum habet implicitum pactum affirmatiuum secũdum Bal. in d. §. moribus dicentem, quod pactum de nõ succedendo per filias, vel certos filios, habet implicitum pactum affirmatiuum, quòd masculi, vel alij filij succedant. l. cùm prætor. ff. de

28 iud. sicut dicimus in simili † de statuto, quòd extantibus masculis filiæ non succedant, tunc exclusio filiarum per dictum statutum includit admissionem masculorum, vt scilicet masculi, ipsi censeantur inuitati ad hæreditatem, seu successionem, à qua filiæ excluduntur per statutum, vt per Bartũ l. liberorum. ff. de verbor. signif. quem refert, & sequitur Guido Papæ quæst. Delfinali 184. incip. in illa quæstione qua quæritur, vbi ait, quòd illud statutum habẽt duo capita, vnum inclusiuum masculorum, & aliud exclusiuum fœminarum, & ibi multa adducit, vt per eum, quo fit, vt idem sit in vtroque pacto tam affirmatiuo, quam negatiuo, vt scilicet cõsuetudo valeat, & sit potens in vno, sicut in alio, nec potest dari ratio diuersitatis valida, cur non idem in vno sit in vno sicut in altero. Tanto autem magis valet consuetudo in casu nostro, eo quòd videatur habere honestam causam, nempè matrimonij, & dotis, nam vsi sunt Marchiones, & ita pacifci cõsueuerunt in casibus matrimonij cum illis ibus quibus forte non poterant dare dotes competentes pro illis, matrimonio copulandis cum magnatibus, vt patet in suprascriptis exemplis, & dispositionibus, & sine vlla difficultate procedit in casu nostro, vbi non agitur de conferenda, sed de conseruanda successione feudi, quo casu mero, iure tenet pactum, vt probauimus supra in primo fundamento.

Et ex præmissis apparet, quòd multum decipiuntur præfati Senatores Lucensis, & Albritius in dictis allegationibus folio 27. vers. vltimò, quòd tale pactum, & folio 46. vers. tertio quòd imò Principes, & Cardinal. Simoneta in volum. consiliorum Mannæ cons. 32. nu. 11. dum ad improbationem pacti, de quo agitur, adducunt pro vltimo, & peremptorio fundamento decisionem in terminis Baldi iurid. cap. 1. §. filij nati si de feudo fuer. controuers. inf. dom. & agnat. & referunt dicta Baldi dum ait, secundum eos, quòd si Marchio, qui tenet feudum ab Imperatore accepit in vxorem quandam filiam Regis, quæ ei non nubaret nisi hoc pacto, quòd filij sui succedant in Marchionatu, & non alij de alio matrimonio, tale pactum de iure non valet, sed de consuetudine loci tolleratur, ecce, inquiunt, præfati Doctores, quod exclusa consuetudine pactum de succedendo in Marchionatu, etiam contemplatione matrimonij factum, non valet de iure, quæ consuetudo cum in casu nostro non probatur ergo, &c. hæc sunt verba præfatorum scribentium, præcipuè Cardinalis Simoneta subdẽs, quod illam decisionem Baldi sequuntur ibi omnes feudistæ adducunt etiam Dec. cons. 229. col. 2. vers. & quia dato, & tandè concludunt, quòd dec. sio Baldi, & aliorum in d. §. filij nati, ponit falcem ad radicem, & tollit omnem ambiguitatem, demonstratque quàm nulliter Dux Sabaudiæ huiusmodi pacto innitatur, vt per eos, quorum dicta volui referre, vt videatur quantopere innitantur decisioni Baldi, & aliorum ad improbationem pacti de quo agitur.

Sed vt ex supradictis patet decisio Baldi est in terminis pro nobis, quia cum hic ex pluralitate dispositionum, seu frequentia actuum circa hanc speciem pacti factorum per Marchiones, satis probata resultet consuetudo, certè vt etiam ipsi scribentes fatentur, vbi est cōsuetudo valet pactum, nam Baldus ibi in d. §. filij nati ponit notabile dicens, quòd licet ista pactio iuris ratione improbetur, tamen consuetudine tolleratur inquit, deinde subdit hæc verba, Sed nunquid ista consuetudo potest habere aliquod motiuum æquitatis. Respon. quod sic propter fauorem, & honorem matrimonij, nam sub tali pacto inquit, nobiles inueniunt nobiliores, & ponit exemplum, puta, si Marchio, qui tenet feudum ab Imperatore, accepit in vxorem quandam filiā Regis, quæ ei non nuberet nisi hoc pacto, quod filij sui succedant in Marchionatu, & non alij de alio matrimonio. Ecce quòd in casu nostro militat eadem ratio, seu vt Bald. ait motiuum æquitatis in consuetudine inducta per frequentiam similium pactorū per Marchiones factorum, quia simili modo paciscendi vsi sunt semper, & vti consueuerunt in casibus matrimoniorum contrahendorum per filias suas cum Regibus, & magnis Principibus, ideo ponit falcem ad radicem in casu nostro, quòd valeat pactum, & tollit omnem ambiguitatem, ac demonstrat quòd iustissimè Dux Carolus huiusmodi pacto innituit, maximè accedentibus omnibus aliis supradictis vltra consuetudinem, nempè iuramento, item & quod non de conferenda, sed conseruanda successione agatur, item non de vniuersali, sed de particulari re, seu certis rebus, quo casu etiam idem Decius dicto cons. 225 allegatus per præfatos dominos scribentes tenet, pactum valere, vt patet ibi colum. 3. versic. primus est, vbi pro decisione distinguit, vtrum pactum sit factum de quibusdam bonis specificando de aliquo Castro, vel domo, an verò pactum seu conuentio fit de omnibus bonis, seu successione vniuersali, vel de hæreditate, vt primo casu, quando agitur de quibusdam bonis particularibus, tale pactum seu conuentio nullo modo, nullaue ratione reprobetur inquit, quia donatio etiam vniuersalitatis, vel quotæ substantiæ, vel bonorum fieri potest secundum eum, vt l. si quis argentum §. sed & si quis. C. de donat. & à fortiori in bonis particularibus, quæ nullo modo successioni, vel hæreditati conueniunt, & quia etiā donatio omnium bonorum valet, vt not. per glos. in fin. C. de pactis, in verbo, accommodauerint, quam Bart. & communiter DD. sequuntur, a fortiori ergo, inquit, vbi agitur de quibusdam bonis, quia tali casu, non tollitur facultas testandi, nec agitur de pacto de succedendo, nec votum captandæ mortis inducitur sequitur deinde Decius, & hoc maximè habet locum inquit, stante consuetudine, per eaque Bal. dicit in cap. 1. §. filij nati in principio, si de feudo fuerit controu. int. domin. & agnat. & secundum istam conclusionem dicit, se tunc superioribus diebus consuluisse, ecce quomodo etiam Decius per præfatos dominos scribentes allegatus stat pro nobis, & confirmat supradicta per nos, & licet ipse in casu super quo interrogabatur respondeat conuentionem, seu pactum non valere, illud tamen ideo fuit, quia conuentio, seu pactum erat de succedendo in omnibus bonis, & non in quibusdam particularibus tantum, vt patet ibi in illis verbis, & de isto casu in casu proposito non agitur, & ibi versic. secundus est principalis casus, & infra dum dicit, non apparere consuetudinem in loco, & vbi apparet ait, quod non valeret vbi agitur de hæreditate, vel quota hæreditatis, & sic vbicunque dicit pactum, seu consuetudinem non valere, loquitur ipse, & intelligit quando agitur de conuentione, seu pacto de hæreditate, seu successione tota, vel parte quotitatiua, iuxta secundum casum distinctionis ibi factæ. Quo fit vt ex prædictis omnibus concludere debeamus, quòd pactum de succedendo in Marchionatu factum Yolandæ in contractu matrimonij omni iure valeat, & teneat.

SVMMARIVM.

1 *Feudi dispositio vbi fit circa personas vocatas, seu comprehensas in inuestitura non requiritur aliqua licentia aut consensus domini directi.*
2 *Feudum quando est impropriū puta concessum cum facultate aliquandi tunc nulla licentia requiritur in alienatione.*
3 *Marchionatum Montisferrati censeri comprehensum in concessione Ottonis factæ Aleadramo.*
4 *Clausula in fine posita ad omnia præcedentia est regulariter referenda.*
5 *Feuda non venire in dispositione generali nisi de eis fiat mentio specialis.*
6 *Feuda non venire in generali dispositione ratio adducitur.*
7 *Verba censeri non debent superflua aut otiosa, sed cum virtute aliquid operandi censentur apposita.*
8 *Verba, prout iacent, & legaliter posimus in priuilegio apposita stant causatiue non conditionaliter.*
9 *Alienandi facultate concessa de feudo intelligitur accedente consensu domini secundum aliquos, sed contrarium verius num. 10.*
10 *Licentia nulla requiritur in alienatione feudi quando eius concessione data est facultas alienandi.*
11 *Feudum concessum pro se, & quibus dederit alienari potest irrequisito domino.*
12 *Multa fieri prohibentur quæ tamen facta tenent.*
13 *Feudum alienandi si concessa sit facultas an nihilominus in alienatione necessarium sit reclamare ipsi domini.*
14 *Feudi alienatio sine licentia domini, quod sit nulla intelligitur volente domino, & au seq.*
15 *Feudi alienatio quòd sit nulla sine domini consensu requiritur declaratoria.*
16 *Inuestitura concessa Ducibus Mantuæ per Carolum V. quòd non sit tamquàm de feudo donato, & aperto.*

17 Feu-

17 *Feudum non posse alienari irrequisito domino intelligi de alienatione in extraneos secus in vocatos ad feudum.*

18 *Consuetudo alienandi feudū etiam in extraneos sine consensu Domini valet.*

19 *Consuetudo contrahendi certo modo inducitur ex frequentia actuum, ita factorum.*

20 *Lotharij Imperatoris constitutio post concessionem Ottonis factam Aledramo de Marchionatu fuit.*

21 *Producens iura, seu scripturas in iudicio censetur fateri omnia in eis contenta quod amplia, vt ibi.*

CONS. XIII.

PErgamus modò ad tollendam alterā exceptionem respicientem effectū potestatis pacisicentium, quam faciūt præfati scribentes Lucenſis, & Albrilins in eorū allegationibus folio 27, verſ. tertiò non potest ſe in tali pacto fundare, & Ludouicus Maynoldus in volumine conſiliorum conſ. 33. colu. 1. & 2. dum aiunt, non potuiſſe ita paciſci de Marchionatu recognito in feudū ſine licentia domini etiam ex cauſa dotis, vt in cap. 1. §. donare qual. olim. feud. poterat alien. & in cap. 1. de prohib. feudi alien. per Lothar. & de proh. feud. alien. per Federic. & vt poſſit inquiunt, pacto dari ſucceſſio in feudo neceſſarius eſt domini conſenſus, vt per Doct. in cap. 1. de duob. fratr. à capita. inueſti. habetur ſecundū eos in l. ſi mihi, & Titio. ff. de verborum obliga.

Reſpondemus primò, quòd factum eſt pactum de ſuccedendo in feudo circa perſonas
1 vocatas, & cōprehenſas in inueſtituris † quo caſu non requiritur aliqua licentia, aut conſenſus domini, eo quia nullū tunc poteſt eſſe præiuditiū domini directi, cum iam ex pacto, & tenore inueſtiturarū vocentur, vt per Brun. conſ. 124. incip. dum quæritur, col. 1. in fin. & ſeq. vbi multos ad hoc refert, & in conſ. 205. Magnificus dominus Petrus colu. 2. verſ. quod ſi dicatur, vbi ait, non eſſe neceſſarium conſenſum in ijs, quæ aguntur inter eos, qui veniunt virtute inueſtiturarū, ſeu inter agnatos Pariſ. conſ. 3. nu. 21. & ſeq. & nu. 30. & ſeq. vbi alios refert, & conſ. 2. nu. 33. & ſeq. lib. 1. & infinitos ad hoc poſſem adducere, ſed non expedit.

Secundò reſpondemus, quòd feudum, de quo agitur eſt improprium, & alienabile propter facultatem aliena ndi conceſſam, vt diximus ſupra, † quo caſu nulla licentia domini
2 directi eſt neceſſaria, vt in cap. 1. & ibi omnes Doct. de feudo non hab. propr. nat feudi, & ita pro Ducibus Mantuæ ſcribit Cardinal. Simoneta inter eadem conſilia Mantuæ conſ. 11. nu. 15. 16. & 17. vbi Propterea ait, quod vigore illius facultatis potuit Ioānes vltimus de linea Aledrami teſtari, & agnatos remouere etiam irrequiſito domino, idem Simoneta conſ. 39. num. 5. & 6. & Collegium Bononien ſe inter eadem conſilia conſ. 15. num. 51. & 52. & nu. 59. & 60. dicens, quod quādo in feudo eſt data poteſtas alienandi, tunc poteſt fieri præiuditiū omnibus deſcendentibus, & agnatis ſiue per viā contractus, ſiue vltimæ voluntatis, vt not. in cap. 1. de feudo non haben. propr. nat. feudi, & in cap. 1. ſi de feudo fuer. controuerſ. inter dom. & agnat. & aliis confirmat, & propterea infert, quod Ioannes vltimus de Domo Aledrami potuit diſponere in teſtamento, & vocare Yolant idem ſororem ſuam, ſeu Theodorum ex ea nepotem, & ſic fœminæ inquit admittuntur, idem affirmat Berous inter conſilia prædicta conſ. 17. nu. 13. & 14. & ibi Rol. conſ. 26. num. 70. in ſecunda parte conſilij, vbi nominatim etiam dicit, Ioannem vltimum de linea Aledrami potuiſſe inſtituere hæredem Yolandam ſororem, & diſponere de Marchionatu ex diſpoſitione legis, vigore facultatis cōceſſę ab inuictiſſimo Ottone Imperatore Aledramo, & eius hæredibus, alienandi, &c. & facultatē alienandi, & diſponendi de Marchionatu competere Marchionibus ex conceſſionibus Imperatorum fatetur idemmet Theodorus, vt ſcribunt Beneſenutus, & Galeotus in eorum hiſtorijs Marchionum Monteſerrati productis in hac cauſa, & dum Theodorus dicit de facultate diſponendi conceſſa ab Imperatore, certè intelligit, & reſpectum habuit ad conceſſionem, & inueſtituram prædictam Ottonis cùm de nulla alia appareat inueſtitura, in qua conceda tur facultas talis alienandi, prout in illa conceditur, & hoc etiam eſt vetū, nam huis facultatis vigore multi Marchiones tam de linea Aledrami, quàm Theodori Paleologi plurimas, & varias diſpoſitiones fecerunt de hoc feudo, tàm in vniuerſo, quàm in particulari, in quibus nulla vnquàm licentia domini interuenit, imò nec reſormatio aliqua conſenſu domini, ſeu eius beneplaciti, aut iuris directi domini facta fuit, prout eas exactè, & diligenter conſiderat, & recenſet D. Octauianus Cachera. in ſuis allegationibus nū refero, ibi videri poterunt collectæ, & quia fortaſſe de hoc dicetur in petitione particulari, ex quorum actuum, & diſpoſitionum frequentia, circonſcripta dicta facultate ſpecialiter conceſſa inducta eſſet conſuetudo in hac familia alienandi, & diſponendi de feudo pro libito abſq; aliqua licentia, & conſenſu Imperatoris, prout in Italia vniuerſalis ferè extat conſuetudo alienandi feuda per Principes abſque aliqua licentia Imperatoris prout ex actis probatur, & dicitur infra ſuo loco.

Vnde tollitur etiam fundamentū, quod vti præcipuū faciebat idem Ludouicus Maynoldus d. conſ. 33 dum dicit, quod ex quo Yolanda fuerat excluſa per fratrem, & perpetuò erat excluſa cum omnia ſua poſteritate, pactum conferebatur in tempus, & caſum, quo feudū propter dictā excluſionem ad directum dominum deuoluebatur, nempè in caſum finitæ lineæ Theodori, & ſic in præiuditium domini directi, ideo ſine eius conſenſu non valet pactū. Nam hoc argumentū non procedit, tum quia negatur, q̄ Yolanda fuiſſet excluſa, cùm tpe pacti eſſet vocata, & haberet ius ſucceſſionis in feudo, tpe verò mortis Theodori patris

nec etiam fuit excluſa, eo quia per pactum fuerat eidem conſeruatum ius ſucceſſionis in feudo, vt diximus ſupra, & vbi potuiſſet conſiderari aliquo modo præiuditium domini directi ob deuolutionem propter finitam lineam Theodori, attamen adhuc potuit fieri pactũ, & per illud conſeruari ius ſucceſſionis in feudo, attenta facultate diſponendi quam habebat Theodorus, qui ſicut potuiſſet teſtando prouidere, quòd feudum ad Yolandã, & eius poſteros peruenireț, non obſtante præiuditio domini directi, ita potuit, & per pactum, vt ſupra dicebamus ex Bart. & alijs in d. l. fin. C. de pactis, & quemadmodum Ioannes vltimus teſtando prouiderat, quod feudum peruenerat ad Yolandam eius ſororem, & ad eius poſteros, licet videretur feudum eſſe apertum domino directo ob finitam lineam Aledrami, & excluſionem iam factam de ipſa Yolanda ſorore cũ omni ſua poſteritate, cur non potuiſſet, & Theodorus idem facere ſi voluiſſet, & per teſtamentum prouidere, quòd feudum ad ipſam Yolandam filiam peruenireț non obſtante præiuditio domini, attenta facultate diſponendi, quæ ſimiliter eidem competebat, ſicut Ioanni eius auunculo? Etſi poterat per teſtamentum, cur non etiam per pactum? arguendo de vno ad alterum quod argumentũ validum eſt in iure. l. ſeruum filij. §. cum qui Chirographũ de leg. 1. ſicut enim facultas cõpetebat in diſponendo per teſtamentum, ita etiam per pactum, quo ſit, vt eius argumentũ non militet, tum quia per pactum non conferebatur ius ſucceſſionis in feudo ipſi Yolandæ, ſed conſeruabatur, tum etiam quia omni caſu potuiſſet Theodorus teſtari, & pacifci in præiudicium domini directi propter facultatẽ diſponendi conceſſam; Vnde præfati Senatores Lucenſis, & Albriſius, qui eodem argum. vtebantur ad improbandum pactum prædictum, quod non valeat vti collatum in tempus quo Marchionatus, de cuius ſucceſſione agebatur, erat futurus Cæſaris, vt in eorum allegationibus folio 47. facie 2. verſ. fuerat præterea, dicentes, quòd ad hoc fundamentum nullum poterat coloratum reſponſum accomodari, falluntur admodum, quia imò facillimè tollitur eorũ fundamẽtũ, vt ex prædictis patet.

Videntes autem prefati ſcribẽtes præcipua dicti Senatores dicti facultatẽ alie nandi multum eis obſtare, & per eam euerti omnia eorũ fundamenta, ideò conantur eam tollere reſpondentes multis modis ad clauſulam dictæ facultatis alienandi in conceſſione Ottonis appoſitam, vt in eorum allegationibus folio 36. facie 2. verſ. & quatenus prædicta ceſſarent, & in additione ad ipſas allegationes fol. 45. & 46. Singulas ergo reſponſiones diſcurramus. Primò enim dicunt quod cum Marchionatus non comprehendatur in illa conceſſione Ottonis, ideo clauſula illa continens facultatem alienandi, & diſponendi non poterit ad dictũ Marchionatum non comprehenſum referri: Sed hæc prima oppoſitio eũ, vana, eo quia negant ipſi quod omnes ſcribentes etiam hiſtorici affirmant, † nempè Marchionatum Montisferrati fuiſſe ab Ottone cõceſſum Aledramo Saxono eo anno 967. & virtute illius conceſſionis, de qua agitur, eam ipſam deſcribentes præcipuè inter alios Beneuenntus preſes Marchionalis in libro ſuę hiſtorię Marchionum Montisferrati producto in actis parte ipſorum Ducum Mantuæ illam conceſſionem deſcribit ad verbum in ſuo libro hiſtoriæ ad oſtendendum, quòd Marchionatus ab ea habuit originem, quod autem ſit in ea ipſa conceſſione cõprehenſus Marchionatus late poſtẽdit, & probat D. Purpuratus ad eum me remitto, quo fit, vt velle dicere Marchionatum nõ eſſe in dicta conceſſione Ottonis comprehenſum mera ſit cauillatio, nam quod licentia alienandi in ipſa conceſſione contenta ad Marchionatũ referatur, hoc probatur ex pluribus, & variis diſpoſitionibus Marchionum factis de ipſo Marchionatu in particulari, & in vniuerſo ſine aliqua licentia directi domini, vt diximus ſupra, quaſquidem feciſſe cenſentur ex facultate, & licentia præambula eis conceſſa per Ottonem argum. l. quędam mulier cum ibi nota. ff. de rei vindic.

Secundò opponunt, quòd quatenus Marchionatus diceretur in prædicta conceſſione Ottonis comprehenſus, attamen illa licentia, ſeu facultas alienandi non refertur ad quærẽda, ſed ad ea tantum, quæ tunc erant quæſita, nam in his inquiunt, benè poterat concedi licentia alienandi, ſed in quærendis, quæ neſciebatur qualia eſſent, non erat ita indiſtinctè cõcedenda licentia alienandi, vt latè per eos d. fol. 36. facie. 2. verſ. ſecundo probatur.

Ad hoc reſpondetur primò, quod cũ Marchionatus ſit cõprehenſus, & tunc eſſet quæſitus, ſatis nobis eſt, quod clauſula licentiæ ad quæſita referatur. ſi autem poſtea Marchiones aliqua alia quæſierint vltra Marchionatum, parti hoc dicenti incumbit onus probãdi, quæ & qualia fuerint quęſita per Aledramum, aut alios Marchiones. l. 2. ff. de probation. cum ſimilibus. Secundò etiam reſpondetur, † clauſulam illam in fine poſitam poſt cõceſſionem quęſitorum, & quærendorum eſſe ad omnia præcedentia referendam iuxta tradita per Bart. & alios in l. talis ſcriptura de leg. 1. neque abſurdum videtur, quod etiam quantum ad quærẽda concederetur eadem licentia, & facultas alienandi quia imò hoc conueniebat, vt omnia, quæ haberet Aledramus tam tunc quæſita, quàm imppoſterum quærenda eſſent eiuſdẽ naturæ, & qualitatis, & non diuerſæ argum. l. eum, qui ædes. ff. de vſucapio. nam ſicut non fuit inconueniens Imperatorem extunc concedere, ſeu confirmare querenda. ita nec etiã fuit inconueniens, imò conueniebat, vt etiam quoad ea facultatem pariter alienandi concederet Aledramo.

Opponunt, & tertiò, quòd predicta clauſula vti generalis non eſt referenda ad feuda † quę non veniunt in generali conceſſione, niſi de eis fiat mẽtio ſpecialis, allegant Signorol cõſ. 120. puto voluiſſe dicere 220. allegant cap. in

generali

generali ſi de feudo fuerit controu. int. dom. & agnat. & Bal. in l. voluntas C. de fideicomiſ. Dec. conſil. 139. in fin. confirmatur inquiunt, quia licentia alienandi eſt quoad res ſuas prædictas, & proprietates, quæ verba non conueniunt feudalibus, quia non dicuntur propriè res noſtræ, nec in bonis noſtris vt dicunt Bal. & Dec. ſecundum eos in locis prælegatis.

Reſpondetur vna cum Bruno conſil. 205. colum. fin. verſ. cæterum non obſtat, qui reſpondendo ad dictam regulam ait † quod illa 6
procedit propter prohibitionẽ, quę eſt vt non fiat, nec valeat alienatio ſine domini cõſenſu vel aliter, vnde iure merito in generali ſermone, & diſpoſitione non videtur factum quod de iure fieri non debet, vt per Bal. & DD. in d. §. in generali, & alijs comprobat vt per eum, vbi ergo non eſt prohibitio alienationis, ſed datur poteſtas alienandi feudum, prout hic non procedit dicta regula, prout latius, & elegantèr declarat Crauета conſil. 256. num. 5. & 6. dicens, quòd in generali diſpoſitione ideo non venit feudum, eo quia prohibetur alienari, & de eo diſponi ſine conſenſu domini. Vnde quando feudum eſt tale, quòd de eo permittitur diſponi ex arbitrio ſine conſenſu domini, tunc ceſſat ratio, & dicta regula, & multis probat, vt per eum, cum ergo in caſu noſtro permittatur alienatio feudi pro libito, non procedit dicta regula, quinimo impertinenter hic applicatur dicta regula, quia retorquendo argumentum, clauſula continens facultatem alienandi, & diſponendi de feudo ideo fuit appoſita, vt faciat ceſſare dictam regulam in feudo de quo agitur, & neceſſariò dicta clauſula referrtur ad feudum, nam ſi de bonis allodialibus, & non feudalibus intelligeretur, quorſum eam facultatem, & licentiã alienandi, & diſponendi concedere Aledramo, & hæredibus ſuis? ſiquidẽ vbi bona ſunt libera, & allodialia, plena, & libera, diſponẽdi facultas competit abſq; alia licentia, vt dicebamus ſupra in primo articulo primæ partis. Vnde neceſſariò dicendum eſt, illam clauſulam reſpicere feudum, & propter illud fuiſſe adiectam, † alioquin ſuperflua eſſet, & pe- 7
nè ociosa tota illa clauſula verbis adeo amplis, & deliberatè conceptis, quod dicendum non eſt ex l. ſi quãdo de leg. 1. c. ſi Papa de priuileg. in 6. & doctrina Baldi in rubr. C. de cõtrah. empt. vtſupra etiam dicebamus, nam ſi nec ſyllaba quidem in inſtrumento cenſetur ſine virtute aliquid operandi, quãto magis tota hæc clauſula tã elegans, & pregnans intelligi debet, vt illud operetur quod verba ſonãt, & circa feudum, vbi poteſt operari, appoſita eſt ergo clauſula ad edocendum, quòd feudũ cõcedebatur cũ facultate alienãdi iuxta c. 1. & ibi notata de feudo non habente propr. nat. feudi, quo fit vt non militent allegata per prælatos ſcribentes, quòd in generali conceſſione non veniant feuda niſi de eis fiat mentio ſpecialis, quia non ſumus in conceſſione generali, ſed ſpeciali Marchionatus ſcilicet, qui Aledramo, & ſuis concedebatur in feudum cum facultate alienandi, pro anima iudicandi & quicquid decreuerit animus faciendi.

Et per hæc ceſſat etiam quod dicunt prælati ſcribentes dicto folio 37. verſ. quinto quia, adducentes regulã, quod ea, quæ ſpeciali nota digna ſunt non veniunt in generali diſpoſitione iuribus vulgarib⁹, quia vt mox dicebamus, non ſumus in generali diſpoſitione, ſed ſpeciali, nã clauſula licentiæ dicitur ſpecialis, & refertur ad ibi ſpecificata, & ſpecialiter concedit Aledramo per Ottonem, & ſic ad Marchionatum, imò particulariter propter illum appoſita dicitur dicta clauſula; Propterea non obſtat etiam, dum præfati ſcribentes ibidem dicto folio 37. verſ. Prætereà, quod talis licentia, volentes probare, quòd dicta licentia non cõprehendit Marchionatum ex dicta regula, quòd ea quæ ſpeciali nota digna ſunt, &c. dicunt, adhoc eſſe punctualem, & indiuiduam deciſionem Afflict. deciſ. 265. num. 13. verſic. idem firmat Bald. vbi air, quòd ſi Rex licentiam dederit alicui obligandi bona etiam feudalia, non tamen potent obligare Marchionatum, & ſimilia feuda habentia dignitatem regalem, & multa adhoc propoſitum congerit ibi Afflict. & ſic ſecundum eos, eſt ibi deciſio clara, quæ nullum vt aiunt, habet contradictorem. Sed illa deciſio Afflicti quam dicũt eſſe punctualem, & in indiuiduo minus etiam pertinenter allegatur, quia loquitur, & ſimiliter Baldus per ipſum allegatus, quando valſalus, qui habet diuerſa feuda interq; eſt ciuitas, vel Marchionatus, & quæ non ſunt conceſſa cum facultate alienandi, obtinet licentiã à Rege obligandi bona feudalia in genere, tũc enim benè verum eſt, quod licentia intelligitur de feudis non titulatis, eo quia vt idem Afflict. air num. 17. iſta feuda dignitatum, ſeu titulata habent aliam, & diuerſam naturam ab alijs feudis, iuribus ibi allegatis, & ideo, licentia generaliter conceſſa non extenditur ad illa niſi expreſsè dictum ſit, ſed nos ſumus in alijs terminis, quia hic non agitur de facultate conceſſa in genere alienandi feuda, ſed agitur de ipſo feudo Marchionatus conceſſo cum facultate, & licentia alienandi iam ab ipſo initio, & ſimul cum ipſo feudo, nam ſi concedatur feudum etiam titulatũ, ita quod vaſſallus, & ſui hæredes habeant poteſtatem vendendi, diſponendi, pro anima iudicandi, & quicquid eorum decreuerit animus faciendi, non video quomodo dici poſſit hanc facultatem, & licentiam non comprehendere feudum titulatum, imo ſi concederetur ſeparatim licentia alienandi bona ſua feudalia, ſi nulla alia eſſent feuda, niſi titulata, neceſſariò licentia de illis intelligeretur, cum in alijs non poſſet verificari.

Quartò adhuc præfati ſcribentes inſtant, & demonſtrare conantur, clauſulam prædictam non nocere, conſiderantes verba illa in conceſſione Ottonis appoſita, dum dicit Imperator, prout inſtè, & legaliter poſſumus, nam ibi dicto fol. 37. verſ. prætereà dicimus, quod

ex tenore, ainnt, quod ex illis verbis, & ex tenore concessionis apparet, Imperatorem noluisse comprehendere Marchionatũ in dicta concessione, eo quia per illa verba intendit Imperator concedere prout legaliter potest, & sic secundum legis dispositionem, non autẽ derrogare aliquibus legibus, quod faceret si concederet licentiam alienandi Marchionatum, quia secundum iuris rationem feuda dignitatum non cõceduntur, vt alienari possint, vt per Aluar. in cap. præterea Ducatus col. 2. vers. hinc est de prohib. feudi alien. per Feder. & clarus in cap. 1. §. & quia vidimus col. 4. in princ. qui feudum dare possit ita ainnt prædicti scribentes.

Adhoc respondemus, quòd illa verba non leguntur apposita ad clausulam licentiæ alienandi, de qua agimus, sed in principio concessionis, dum dicitur cuius petitioni annuentes, & ipsius fidelitatẽ considerantes, per hoc nostrum præceptum, prout iustè, & legaliter possumus concedimus, donamus, &c. quæ verba propterea non debent referri ad licentiã alienandi, & vbi ad ipsam licentiam referri possent, dicimus, † quod non stant cõditionaliter, ideſt, si, & prout iustè, & legaliter possumus cõcedimus, sed stant causatiuè, & affirmatiuè ideſt, quia iustè, & legaliter possumus adhoc adduco Alex. in terminis cons. 16. num. 28. vers. pondero illa verba lib. 5. vbi loquẽdo de verbis prolatis in simili concessione per Imperatorem Carolum IIII. ponderat verba cõcessionis dum dicit Imperator, sicut digne possumus, & ad Romanum spectat Imperium, & ait, quòd hæc verba, non intelliguntur conditionaliter, sed causatiuè, quia ità est, iuxta not. per glo. & Doct. in cap. examinata de confirmat vtil. vel inutil. per tex. in cap. Abbate de verbor. signif. & sic videtur Imperator, inquit, affirmare per illa verba, quòd dignè, & iustè poterat, & ad Romanum spectabat Imperiũ cõcedere dicta loca in feudum, & in similibus terminis eundem Alexandrum refert, & sequitur Nat. cons. 636. num. 172. & seq. & nu. 175. post Io. Andr. Ant. de Butr. & Abb. in locis ibi relatis: Vnde cùm dicta verba stent causatiuè, seu affirmatiuè ideſt, quia dignè, & legaliter possumus, ergo relata ad clausulam alienandi intelligentur etiam causatiuè, & affirmatiuè, & sic cessant adducta, quod secundũ iuris rationem feuda dignitatum non concedantur, vt alienari possint, quia hoc est verum in dubio, sed hic sumus in claris, & verba prædicta prout iustè, & legaliter possumus accepta affirmatiuè, vt supra probauimus, manifestam voluntatem Imperatoris demõstrant, quòd voluerit concedere Aledramo Marchionatum; ita, vt ipsum pro libito alienare posset, quia hoc poterat concedere, prout in specie potestatem Ottonis in proposito cõsiderat Nicolaus Aliprandus inter consilia Mantuæ d. cõs. 13. num. 159. & seq. In tertia parte consultationis, vbi respondendo ad fundamentũ Marchionis Salutiarum, dicentis, quòd non valuit facultas alienandi data per Imperatorẽ, quia sic posset Marchia diuidi contra cap. 1. §. præterea dicatus de prohibit. feud. alien. per Feder. dicit ille Doct. quòd sacrilegii est disputare de potentia Imperatoris, l. disputari. C. de crimin. sacrileg. Otto enim fecit quidquid, Marchionatũ, & potuit illum demembrare, quia eius est tollere, cuius est concedere. l. cuius. ff. de reg. iur. & ibi idem Aliprandi. nu. 159. & seq. dicit, quòd aliàs illa verba tam plena, & prægnantia nihil operarentur contra text. in l. si quãdo de leg. 1. & cap. si Papa de priuil. in 6.

Postremò verò prædicti Doctores, quia vident præmissis oppositiones fatis leues, nec per eas posse tolli facultatem alienandi Marchionatum, adducunt vltimo loco ibidem d. folio 37. vers. præterea data licentia, † quod data licentia à domino alienandi feudum intelligitur accedente consensu ipsius domini, vt per Alex. cons. 106. volum. 4. Affuct. decis. 306. Eo magis, vt ainnt, quia in concessione dicitur, legaliter, id est secundum terminos iuris, & legitimè, & sic cum consensu domini, quia tũc dicitur legitima alienatio, si verò sine cõsensu domini sit, dicitur illegitima, allegant Curt. cons. 83. colum. 1. Frun. cons. 80. in fin. hanc opinionem vltra eos sequitur quoque Gozadin. cons. 4. num. 29. vbi alios allegat, & in terminis huius concessionis Ottonis, quòd non obstante dicta clausula requiratur nihilominus consensus domini, tenuit venerandum Collegiũ Bononiense in causa Emarienti responso 4. nu. 18 post tract. Menochij de recuperanda possessione.

10 Respondetur † quòd communis opinio est in contrarium, vt testatur Iason in l. fin. nu. 4. & 5. C. de iure emph. post Salice. Io. de Imola, Rom. & dictum Alex. quem in hoc aduertit sibi ipsi contrarium, in locis ibi relatis, & ita magis communiter Docto. tenere attestatur Berous cons. 75. num. 28. vbi huius opinionis refert fuisse Alber. Salic. Rom. Imo. Bald. Ange. & Alex. in locis ibi relatis, & in specie casus nostri. & facultatis alienandi, de qua agimus, dicit communem opinionem Rolan. a Valle scribens aduersus Marchionem Salutiarum cons. 26. num. 35. & seq. in 2. par. inter consilia Mantuæ, quod est lib. 1. suorum consiliorum cons. 3. num. 60. vbi pluribus firmat hanc opinionem. & propterea sustinet Ioannem vltimum de Saxonia potuisse instituere sororem hæredem in testamento, prout instituit, & idẽ Rolan. attestatur, communem etiam in cons. 42. num. 16. lib. 1. non ommitto, vt ad præfatos Doctores reuertar, quod Iason allegat Romanum singul. 350. quod in meo est 475. incip. emphyteota non potest feudum alienare, vbi Gabriel Sarayna in additionibus alios adducit hanc opinionem tenentes, & communẽ

11 testatur, & idem est etiam † quando dictũ est pro se, & quibus dederat, quia etiam tunc potest feudũ alienari sine consensu, seu irrequisito domino secundũ eundẽ Iasonẽ in d. l. 3. num. 6. C. de iure emphy. & de hoc est text. expressus in cap. 1. de feudo non haben. propr. nat. feudi, Vnde, Iason parificat hoc casus, vt

idem

idem sit, siue concedatur feudum cum pacto, quod possit alienare, & disponere, vel concedatur feudū iuxta formam d.c. 1 pro se, & quibus dare voluerit, vt vtroque casu possit alienari feudum in equitito domino, hoc volui dicere propter Afflic. qui in d.c. 1. de feudo non haben. propr. nat. feudi col. 3. nu. 4. vers. & sic patet, dicebat, has esse diuersas formas, constituendo differentiam inter eas, vt vno casu possit alienari feudū irrequisito domino, alio verò non, quia hoc est contra communem, & eadem est ratio in vtroque casu, qua mouentur doctores, quia scilicet alias verba illa, habeantque facultatem, & potestatem disponendi, &c. essent superflua, & nihil omnino operarentur, quod dicendum non est leg. si quando de leg. 1. cap. si Papa de priuileg. in 6. Nam quod possit vassallus alienare feudum vel emphyteosim cum consensu domini istud est ex dispositione iuris communis de prohib. aliena. feudi per Federic. & de prohib. aliena. feudi per Loth. & d. l. fin. C. de iure emphyt. Vnde quando conceditur inuestitura cum pacto, quod vassallus possit alienare & disponere, certè istud pactum debet intelligi, vt aliquid addat iuri communi, & sic vt possit alienare irrequisito domino, vt aliquid operetur, alias nihil operaretur, ita in terminis tradunt Andr. de Isern. Aluar & Præpos. in d. cap. 1. de feudo non haben. propr. nat. feudi, quos in proposito refert, & sequitur Socin. sen. cons. 257. colum. penult. vers. nec præmissis obstat lib. 2. Accedat prædictis quod pactum appositum de alienando feudum respicit præiuditium domini, & ei interesse tātū, nam ad eius fauorem inducta est prohibitio à lege, in tribus supra allegatis, ideo illa clausula licentiæ, & potestatis alienandi, & disponendi debet largè, & indistinctè intelligi, scilicet sine eius consensu, ita ait Afflic. in d. cap. 1. colum. 2. vers. habet ergo locum iste text. vbi loquitur iuxta terminos illius capituli, de verbis, & quibus dederit, quod intelligantur largè in præiuditium domini, & sic quòd sine eius consensu iuxta Bald. & Barto. in locis ibi relatis, eodem modo ergo dicendum est à fortiori in casu nostro, vbi pactum conceptum est amplioribus, & latioribus verbis, quia dicitur quod habeant potestatem vēdendi, commutandi, pro anima iudicandi, & quicquid eorum, decreuerit animus faciendi omnium hominū contradictione remota, quæ verba multum ponderant DD. de Collegio Bononiensi, & alij DD. supra in prima parte relati.

Sed benè vident prætati Senatores Lucenses, & Albrisius communem opinionem vrgere contra eos, ideo dicunt illam quidem verā esse, & procedere, & ita loquitur Iason secundum eos, quando scilicet verba licentiæ nihil operarentur tunc quidem intelligi debet talis licentia scilicet sine aliquo assensu domini, Sed quādo illa verba licentiæ possent aliquid operari, tunc communis sententia est potius pro Alexandro inquiunt, qui propterea in casu suo ostendit, quod illa clausula, quę concernit concessionē licentiæ aliquid operatur vltra interuentum consensus domini, vt per eū ibi colum. 2. vers. tamen quantum ad propositum, & vers. item etiam operatur illa clausula, In casu autem nostro verba licentiæ inquiunt dicta Senatores, non sunt superflua, sed possunt operari, quod ita ostendit, quia in feudis dominus non cogitur mutare vassallum cap. 1. de duobus fratrib. de nouo benefi. inuestit. quod secus est in emphyteoti, quia dominus cogitur mutare emphyteotā, & ita licentia data in feudo alienabili ex pacto operabitur, q̄ dominus requisitus tenebitur consensum præstare, & cogetur mutare vassallum inuitus, ita declarat secūdum eos clausulam illam, & quibus dederit Afflic. in cap. 1. §. feudum ea lege col. 3. nu. 31. si de feudo fuer. contr. int. dom. & agna. & in cap. 1. col. 1. de feudo non haben. propr. nat. feudi, declarando ita procedere dicta Speculatoris in tit. de locato §. nunc aliqua vers. 94.

Respondemus, quòd Afflic. si benè ponderetur loquitur in diuersis terminis, si quidem ponens notabile, quod quando illud quod est de iure communi deducitur in pactū per contrahentes, tunc illud pactū debet aliquid operari vltra ius commune, & adducit multa exēpla vt per eum ibi colum. 2. num. 9. & colum. 3. per totā, tandemq; ibi eadem colum. 3. vers. item feudum, descendit adhoc exemplum dicens, quòd feudum de iure communi cū consensu domini potest vendi, si ergo dominus in quit concedit feudum cum potestate alienandi cum cōsensu ipsius, quid operabitur pactū? quia hoc inerat de iure communi, Respondet, quòd vt tale pactum aliquid operetur, intelligitur, quòd virtute pacti dominus tenebitur consentire alienationi, si non habet iustam causam contradicendi, quod secus est, quando non fuisset dictum pactum, alias tale pactū tamquàm iuri communi conforme non valet l. sicut §. apud Pomponium ff. si seruit. vendit. respondetque ibi ad dictum Specula. in loco præallegato, volentis, quod data licentia alienandi, requiratur nihilominus consensus domini, dicit Afflict. quod contra Speculatorem multi tenent, allegat Io. de Imola Salicet. Paul. de Castro, & Roma. tenentes contrā, & ibi sub num. 10. vers. ic. istud dictum Speculatoris ait, se habere pro dubio illud dictum Speculatoris tandem conatur federe distinctionis concordare dictum Speculatoris cum suo. Vnde, vt ad rem veniamus Afflictus loquitur quando expresè per pactum dictum est quòd vassallus possit alienare cum consēsu domini, tunc enim verum est, quòd dominus tenebitur consentire, & cogitur mutare vassallum inuitus, & hoc vt pactū aliquid operetur, quod alias nihil operaretur. At in casu nostro aliud est, quia non fuit dictum in pacto quòd haberet potestatem alienandi cum consensu domini, ideo ab vno casu ad alium vti diuersos, non potest argui l. 4. §. nihil commune ff. de acquir possess. l. Papinianus exuli ff. de minor. Præterea ex verbis pacti cessat consideratio

ratio iſtorum dominorum, dum dicunt, pactũ operari, quòd dominus teneatur conſentire, & cogatur mutare vaſſallum inuitus, quia imò ex pacto reſultat, quòd vbi dominus ſciret alienationem, & impedire vellet non poſſet, quia dicitur omnium hominum cõtradictione remota, per quæ verba remouetur omne impedimentum, & contradictio, quæ fieri poſſet non ſolum a domino, ſed etiam ab agnatis, & alijs qui in inueſtitura ſunt vocati, nam qui omne dicit nihil excludit l. Iulianus ff. de leg. 3. & ideo verum non eſt, quòd pactum operetur aliquid vltra ius ex quo expreſsè vel ſaltẽ virtualiter eſt in pacto expreſſum: oporteret ergo inuenire, quod aliud operaretur, ad hoc vt ceſſet communis opinio, prout illi DD. volunt, ſed cùm non offendant quid poſſit operari, certè remanet firma communis ſententia & ratio docto. eam tenentium.

Et ex iis infero ad vnum, de quo latius infra dicetur ſuo loco, quòd ſtantibus illis verbis appoſitis in pacto, omnium hominum cõtradictione remota, non tenent nec fieri potuerunt reuocationes, & annullationes Imperatorum Sigiſmundi, Federici, & Maximiliani, dum annullant quaſcunq; alienationes & diſtractiones per Marchiones de hoc feudo factas, quia ſicut non potuiſſent impedire ipſas alienationes faciendas, & Marchionibus eas facientibus contradicere, multo minus potue-
12 runtiã factas annullare, & caſſare, † quia multa fieri quidem prohibentur, quæ facta tamen tenent l. patre furioſo ff. de ijs qui ſunt ſui vel alieni iur. cum alijs ſimilib. Et ſic ex prædictis patet quòd non militant reſponſiones datæ per prætatos Senatores ad clauſulam prædictam licentiæ alienãdi, Et eorum dicta omnia ex alio etiam tollũtur, nempè, quòd in omnibus alienationibus, & diſpoſitionib⁹ factis per Marchiones vtriuſque lineæ tam Aledrami, quàm Theodori, quæ multæ ſunt, nunquàm intertenit aliquis aſſenſus, imò nec reſeruatus legitur in illis aſſenſus Imperatorum, ex quibus ſatis declaratur, quòd licentia alienandi data per Ottonem erat libera ab omni conſenſu, & requiſitione domini, & agnatorum, & multominus requirebatur in pacto de quo agitur, cùm diſpoſitio feudi fuerit in perſonas vocatas ad feudum, & comprehenſas in inueſtitura, vt ſupra diximus.

Minus etiam obſtat, quod vltimo dicunt prætati ſcribentes eodem folio facie 2 verſic. vltimo poſito, quòd licentia alienandi adhoc referri potuiſſet, ita quod ſine alia licentia po-
13 tuiſſet feudum alienari attamen † adhuc erat neceſſarium reſeruare ius domini, aliàs pactũ non valet, vt voluit Curtius ſecundum eos, in prælud. feudor. car. 2. colum. 4. in fine, ſed in meo eſt carta 9. colum. 2. in principio. Nam reſponderur hoc verum non eſſe, eo quia data licentia alienandi feudum ſi fiat alienatio, licet non fiat reſeruatio iurium domini, tamẽ ius domini intelligitur ſemper exceptum, & reſeruatum, quia licentia alienandi intelligitur de eo quod vaſſallo conceditur, ideſt de vtili domi lo tantum, & nõ de alio iure, quòd ipſi non conceditur, ſed remanet pẽnes infeudantem. Ideo non poteſt vaſſallus de feudo diſponere niſi quatenus ius vtilis domini cõcernit, quantum autem ad ius directi domini, quod non eſt conceſſum, non dubium quòd de eo diſponere non poteſt, propterea non requiritur aliqua reſeruatio, ita nominatim tradit Aluarot. in c. Inſperialem in principio colum. 6. verſic. quero an licentia data per dominum vaſſallo, de prohib. feudi alienat. per Feder. nec inuenio aliquem doctorem dicentem, quod data licenna alienandi, ſi fiat alienatio abſq; reſeruatione iuris domini, quòd actus non valeat, & Curtius per præfatos doctores allegatus, hoc non dicit, ſed tantum ponit quæſtionem de feudo francho, an poſſit alienari per vaſſallum irrequiſito domino, & tenet cum Baldo, & Hoſtienſe quòd ſic, ſaluo tamen iure domini, non autem dicit, quòd facta alienatione ſine reſeruatione iuris domini, quòd non teneat quoad ius vaſſalli, ſi poterat alienari irrequiſito domino, ſed vult dicere Curtius, quòd talis alienatio feudi franchi intelligitur, ſaluo iure directi domunij, ne quis putaret fortè, quòd ex quo eſt francum, quod per alienationem præiudicetur iuri domini, quo fit, vt nec etiam iſta oppoſitio noceat.

Præterea omnes prædictæ oppoſitiones, & excepriones reſpicientes conſenſum domini, ſeu reſeruationem iuris ipſius in alienationibus feudi, ſunt, & dicuntur de iure tertij, nempè ipſius domini, nemo autem poteſt de iure
14 ipſius opponere niſi ſolus dominus, † quia, quod alienatio facta ſine conſenſu domini ſit nulla, intelligitur ipſo domino volente ita in terminis reſpondebat Oldrad. d. conſil. 139. colum. 3. verſi. ſexto cum iſta bona ſint feudalia, vbi in terminis talis pacti reſpondet, quòd huiuſmodi obiectio poſſet fieri per ipſum dominum, non autem per alium tertium, quia poſſeſſor non poteſt ſe iuuare de iure tertij, l. loci corpus §. competit ff. ſi ſeruit vendicetur l. ſi prior §. ſi ſimpliciter ff. qui potio. in pigñ. hab & alia iura, & Oldr. refert Dec. conſ. 247. num. 3. quibus addo glo. notab. in l. 2. ff. ſi agent vectig. vel emphyteo. peta. quam Bald. ibi valde notandam dicit, addo etiam Bartol. in l. 2. nn. 2. C. de iure emphyteo. plures alios adhoc refert, & ſequitur Alexan conſil. 166. num. 4. lib. 4. & multos refert etiam Iaſon in d. l. 2. in 3. nota. C. de iure emphyt. vbi hanc veram, & communem concluſionem dicit, quibus adhuc addo Signorol. de homod conſ. 10. incip. in quæſtione verten. inter Vgheum col. pen. verſ. item non obſtat quintum, in fin.

Et licet hoc præuidentes præfati Senatores d. fol. 37. facie 2. verſic. nec prædictis obſtat. ſi fortè diceretur, conentur multis modis reſpõdere, vt per eos ibi & folio ſequenti, attamen eorum dicta non obſtant, nam in ſumma hoc volunt quod alienatio rei feudalis ſine cõſenſu domini eſt nulla ipſo iure per text. clarũ ſecundum eos in c. Imperialem de prohib. feudi

alien.

alienat. per Federic. dum ait, hac præsenti constitutione cassamus, & in irritum de ducimus, & ita secundum eos contractus est nullus simpliciter non autem pendet à voluntate domini, quòd dicatur nullus scilicet, eo volente, & propterea potest tertius se iuuare.

Respondemus, quòd hoc dictum est cõtra communem doctorum sententiam, quæ habet, † quod imo alienato rei feudalis facta irrequisito domino est nulla, domino scilicet vocante, & declarante, & sic requiri declarationem, vt tenẽt omnes in d. l. 2. C. de iure emph. præcipuè Iason d. 5. notab. vbi multis iuribus, & autoritatibus hoc probat, & nu. 10. dicit hãc esse veram, & com. conclusionem, emphyteotam per cessationẽ solutionis canonis, vel alienationem factam irrequisito domino, non cadere ipso iure, & contractum non esse ipso iure nullum, sed tunc demum, si dominus velit, & consequenter tertius non potest opponere de caducitate, seu nullitate contractus, & latè Specul. de emphyth. §. nunc aliqua vers. 47. vbi ait, quod licet ius hoc faciat, & propterea dicatur, quòd ipso iure, attamen indiget ministerio hoc volentis, vel nolentis domini; sæpè enim in eo, quod ipso iure fit, facto hominis est necesse, & adducit exẽpla, vt ecce, dicit lex, quòd ipso iure fit compensatio vt C. de compensa. l. fin. & tamen obiectio hominis est necessaria, vt in instit. de actio. prope finem tit. est etiam necessaria approbatio iudicantis vt ff. de compẽsat. l. quod in diem §. 1. cùm aliis concordan. per eum relatis, item ex causa præteritionis fit irritum testamentum ipso iure, & tamen obiectio est necessaria, vt C. de lib. præter. vel ex hered. l. maximum §. scimus ff. de inuisto rup. testa. l. filio, & alia exempla adducit, vt per eum: In casu ergo nostro, cum Imperator non declarauerit suam volũtatem, certè non dicetur alienatio nulla ipso iure, Imò sequuta est declaratio voluntatis contrariæ, quia Imperator ex certa sciẽtia, & de potestatis Imperialis plenitudine confirmauit, & approbauit omnia iura Ducis Caroli, vt supra dicebamus, & licet non dicatur specificè de hoc pacto, prout enã præfati Senatores obijciunt, attamen satis est, quòd confirmentur omnia iura competentia eidem super Marchionatu, & cum huiusmodi declaratio, & approbatio seu cõfirmatio iurium fuerit cõcessa Duci Carolo aduersus inuestiturã de Marchionatu obtentam per Margaritam, & Federicum coniuges, verisimile est quod fuerint ostensa iura ipsi Imperatori, & præcipuè dictum pactum in contractu matrimonij initum, de quo nũc agimus, neq; enim censendum est Imperatorem approbasse, & confirmasse iura, nisi ea viderit.

Et sic pariter non obstat, dum per præfatos scribentes dicitur eodem fol. vers. sed posito, quòd cùm iste consensus Imperatoris non interuenerit viuente Theodoro, qui pactum fecit, & antequàm ius esset translatum in successores, licet postea accedat, nihil operatur, & dicitur inualidè accedere, nec validat precedentem contractum, secũdum Andream de Isernia ibi per eos relatum, Quia adhoc etiam respondetur, quod stante conclusione supra firmata pro uera, & communi, quod non dicatur vassallus cadere a feudo ipso iure, sed domino volente, & consequenter tertius non posse opponere de hoc iure domini, certè ante hanc declarationem voluntatis domini, nullum ius dicitur quæsitum alicui.

Quòd si adhuc dicatur, declaratio volũtatis præcessit in casu nostro, eo ipso quod Imperator inuestituram concessit prælatis Ducibus Mantuæ, cuius virtute possunt tamquam habẽtes ius ab Ipso Imperatore opponere de iure ipsius Imperatoris suis autoris, vt latè per eosdem scribentes ibi d. folio 38. vers. ex quib⁹ apparet, Quia respõdeo vnà cum Alexandro in terminis d. consilio 106. colum. 3. vers. neq; obstat si dicatur lib. 4. † quod inuestitura concessa per Imperatorem fuit facta ipsis Ducibus non tamquam de re, seu feudo deuoluto ad ipsum Imperatorem ex causa alienationis, sed est vti renouatio facta de Marchionatu, quem ipsa Margarita prætendebat sibi spectare in casum mortis Ioan. Georgij patrui, ex defectu omnis spei sobolis procreandæ, vt in ea legitur, vnde dicta inuestitura concessa ex illa causa non egreditur illam causam l. si de certa C. de transact. l. cùm quæritur, & l. sequen. ff. de excep. rei iud. & contractus non operatur vltra intentionem agentium l. non omnis ff. si cert. peta. l. si conuenerit ff. depositi, & alijs cõprobat idem Alexan. vbi supra vt per eum, & nominatim de hac inuestitura dicebat Socin. sen. d. cons. 77. num. 127. quod ea facta fuit per inuictiss. Imperatorem Carolũ V. tam de persona quæ ad feudum suo iure vocabatur vti allolet fieri de successionibus vassallorũ iux. cap. 1. quo temp. nul. & in cap. 1. in princ. quæ fu. prima cau. benef. amit. cum similib. & sic non tamquam de feudo quod fuerit apertum ipsi Imperatori. Vnde non posset pars vti exceptione iuris Imperatoris in hac parte, quia quantum ad illud ius, non dicitur Imperator esse author ipsorum Ducum, qui multominus censetur ius aliquod ex hac causa sibi competens concessisse, cùm illud ignoraret, nec vllã notitiam de hoc pacto haberet, imo cognito postea de pacto, & alijs iuribus ipsius Ducis Caroli, non modo declarauit feudum non deuolutum ob alienationem aliquam, sed quæcunque iura Ducis Caroli, & consequenter etiam pactum de quo agitur confirmauit, & approbauit in ampla forma, vt patet in litteris productis in actis causæ.

Minus etiam obstat, si dicatur apparere declaratione voluntatis domini ex eo, quòd Imperatores Sigismundus, Ferdinandus, & Maximilianus declararunt omnes alienationes de Marchionatu factas per Marchiones nullas, & inualidas, & licet non dicatur in specie de pacto, de quo nunc agitur attamen nõ refert, quia sufficit quod dicatur in genere de omnibus, & quibuscunq; alienationibus, & distractionibus, quæ verba respiciũt, & comprehendunt quacũq; speciem, quia qui omne dicit

Digitized by Google

cit nihil excludit vtsupra dicebamus. Respõdeo primò eas reuocationes,& annullationes prætatorum Imperatorũm, loqui de alienationibus, & distractionibus per vim forsan, metum,dolum, aut aliam sinistram machinationem, factis, vt in ipsis legitur, sed pactum de quo agitur non est huiusmodi,ideo in ipsis non comprehenditur. Secundò respondetur, quod reuocationes , & annullationes de quibus supra intelliguntur de alienationibus factis in extraneos non vocatos, nec comprehensos in inuestituris, sed Yolanda; & successores nõ erant extranei ipsi Theodoro, sed descendentes ex eo iuxta d. c. 1. de eo qui sibi, & hæredibus suis, & consequenter vocati ad feudũ, & comprehensi in inuestituris, vt probauimus supra in prima parte principali. Vnde pactum de quo agitur, nõ dicitur continere alienationem, seu distractionem feudi, sed potius declarationem ad quos, & quo ordine inter descẽdentes feudum peruenire deberet. Vel meliusvtsupra in primo fundamentõ huius articuli dicebamus, dicitur conseruatiuũ, seu continuatiuum iuris successionis in feudo ipsi Yolandæ , & posteris suis , quo fit vt alienatio dicti nõ posit iuxta ea quæ tradit Iacob. de Ardizon.de feudis rubr.agnatis potest fieri alienatio sine consensu domini, quem refert Bal.in c.1. colum.4. versic. item sciendum de
17 alienat.feudi vbi ait,† quod dicitur vasallum non posse alienare sine consensu domini,subaudiri debet, scilicet extraneis , quia agnatis potest etiam non consentiente domino, quia tunc non dicitur alienatio , vt in auth. de litigios.§.1. cum similibus ibi relatis, & licet prohibeatur alienatio extraneis , non tamen conjunctis C.de fideicommiss. l.voluntas de lega. 3.l.pater §.quindecim, & in auth.de non alienan. §. sanctimus in fine, nam & aliàs ratione cognationis conceditur, quòd aliàs non concederetur l.in personam ff. de pactis l. 1. ff de priuileg. credito. l. si domus §. qui pecuniam. ff.de leg. 1. cũ multis alijs ibi relatis: Et in summa quæcunq; opposita, & adducta per præfatos scribentes contra pactum,& conuentionẽ de qua agitur ex defectu consensus domini directi , cessant, nec locum habent in casu isto, in quo non requiritur licentia, nec consensus domini in alienationibus propter facultatem alienandi, & dispondi concessam per Ottonem vtsupra diximus , nam satis est,quod Imperator ab initio per pactum consentiat, qui consensus diffunditur in quascunq; alienationes futuras. Vnde vtsupra etiã retinimus prætensæ reuocationes,& annullationes Imperatorum alienationum ,& distractionum factarum de feudo Marchiæ,nullo modo subsistũt, eo quia stante facultate alienandi ipsis Marchionibus attributa , omnium hominum cõtradictione remota, sicut non potuissent Imperatores contradicere,& impedire alienationes faciendas , multo minus potuerunt iam factas reuocare, & annullare, ex reg.l.patre furioso ff.de ijs qui sunt sui vel alien.iur.& & sic cessant quæcunque opponuntur, adueniens clausulam facultatis alienandi.

Additur etiã prædictis quod ex multis alienationibus factis per Marchiones , vtsupra diximus, non modo inducta censetur interpretatio, seu declaratio clausulæ , prædictæ facultatis, & licentiæ alienandi, vt intelligatur sine aliquo assensu,domini, sed etiam inducta censetur consuetudo in hac familia Marchionũ vtriusq; lineæ alienandi sine vllo assensu Imperatorum etiam in extraneos , & in præiudi-
18 tium descendentium , & agnatorum † vallet autem talis consuetudo ; & est obseruanda vt per Martin. Laudensem, & Præposit.in c.1. in primo notabili qualiter olim feud. por. alien. quos cum multis alijs in terminis refert, & sequitur Brun.cons.137. colum.1. vers.secundo me mouet , & colum. 2. per totã , & ibi colum.3.versic.& dici posset ait,post Ang. Alex. Bald. Aluarot. & alios relatos, quòd etiam in vna familia habente merum , & mixtum Imperium potest induci consuetudo , & ideo ex frequẽtia alienationum, & cursu temporis inducta censebatur in casu suo consuetudo alienandi in illa familia , de qua ibi etiam in præiudicium agnatorum , & descendentium , & multa adducit in proposito , quæ non refero ad eum me remitto , & cùm constet in casu nostro de frequentia actuum satis dicitur probata consuetudo , vtsupra etiam dicebamus iuxta Bar.in l.de quibus in repetitio.colum.6. versic. secundo videamus , & colum. 8. & 10. ff.de legib. prout refert Bruu. vbi supra col.2.
19 in principio dicens , † quod frequens actus etiam extraiudicialis in contractibus inducit consuetũdinẽ contrahendi , & frequens actus expendendi monetam inducit consuetudinẽ de qua moneta intelligatur, & frequens actus ducendi aquam consuetudinem aquæ ducendæ sic in casu nostro, ex frequentibus dispositionibus,& alienationibus inducta dicitur cõsuetudo alienandi , & dispondi de feudo, quinimò cùm de multis alienationibus , seu dispositionib. Marchionum vtriusq; familiæ appareat de hoc feudo tam per contractus, quàm per vltimas voluntates sine aliquo as-
20 sensu Imperatorum, dici potest, † quod constitutio Lotharij Imperatoris, quæ superuenit post concessionem Ottonis factam Aledramo, quia hæc fuit de anno 967.illa verò anno 1127. vt patet in c. fin. in fin. de prohib. feudi alienat. per Lothar.non fuerit vsu recepta in dicta familia Marchionum Montisferrati, cũ non obstante ea fuerint factæ tot alienationes sine aliquo assensu domini directi, ita in terminis considerat idem Brun.d consil.137. colum.8.in fine , & colum. seq. vbi plura adhoc adducit. Imò huiusmodi consuetudo videtur esse vniuersalis ita tota Lõbardia , in qua omnes Duces , Comites , Marchiones liberè , & absq; consensu Imperatorum alienationes,& distractiones fecerunt de eorum terris, & dominijs in quoscunq; vt etiam ex actis probatur per multa instrumenta alienationum productа,& de hac cõsuetudine latius forte dicetur in petitione particulari , vbi cõmodius cadit hæc materia.

Nec

Nec obstant quæ aduersus hanc consuetudinem adducunt prætati scribentes Senatores in dictis eorum allegationibus folio 38. facie 2. vers. nec obstat si diceretur, vbi conantur de monstrare non dici probatam consuetudinẽ alienandi per testes examinatos parte Ducis Caroli, eo quòd non deponant de omnibus, quę necessariò requiruntur ad probandã consuetudinem iuxta tradita per Bart. & alios in l. de quibus ff. de legibus per Cyn. & alios in l. 1. C. quæ sit longa consuetudo, & per canonistas in cap. fin. de consuetud. & enumerant ibi multa requisita, vt per eos post Alexand. Dec. & alios in locis per eos relatis prout eodem modo latè contra nos respondet etiam Rol. à Valle consil. 2. num. 117. & sequen. relato in volumine consiliorum Mantuæ cons. 26. nu. 90. & sequen.

Nam respondetur quod ad probandam cõsuetudinem, non tam nitimur testibus, quàm instrumentis, & scripturis productis in actis etiam parte ipsorũmet Ducum Mantuę, maximè verò ex libro Cronicorum Beneuenuti, qui innumeras recitat dispositiones Marchionum vtriusq; linee de feudo Marchionatus. & in generali, & in particulari tam per contract', quàm per vltimas voluntates, † per cuius productionem necnon, & aliorum iurium resultat confessio partis omnium contentorum in eis iuxta l. cùm precum C. de liberali causa gl. & DD. in l. 1. §. editiones ff. de edendo, & probant contrà producentem in omnibus, etiam si dictum fuerit, quod producuntur in his partibus pro producẽte facientibus tantum, quia non obstante hac protestatione probant etiã contra producentem in alijs iuxta Bald. in l. 1. C. vt quę desunt aduoca. parti. iud. suppleat, quẽ refert, & sequitur Pau. de Castro ibi num. 5. cũ multis alijs ibi relatis in additio. ad eum dicens esse menti tenendũ, quia ipse pluries vidit hũc casum de facto, quod maximè procedit vbi p. ductio etiam fuit acceptata à parte, in partibus pro se facientibus, prout fuit in casu nostro, vt in processu apparet, ex prædictis ergo scriptu ris, & instrumẽtis probatur de frequẽtia actuũ alienationum, & longissimo curtu temporis, item etiam de scientia Imperatorum, per quæ resultat plenè probata consuetudo alienandi feudum, vt latè per ipsum Brun. d. consil. 137. colum. 2. versic. quia in proposito constat de frequentia, vbi ait, quod probata actuum pluralitate est probata frequentia, Et in casu nostro probatio facta per testes est adminiculatiua ad probationẽ per scripturas, & nulla melior fieri potest probatio in antiquis, quàm per scripturas. Imo ex eisdem scripturis productis constat, non tantum de consuetudine speciali patriæ Marchionatus Montisferrati, & familiæ horum Marchionum, sed etiam generali ferè omnium Principum, & dominorum Lõbardiæ, vt supra diximus, Nec per aliquos testes aut scripturas probatur contrarium, scilicet talem consuetudinem non extare prout prætati scribentes presupponunt, quandoquidem testes examinati parte Ducum Mantuæ deponũt non de alienationibus factis per Marchiones de terris locis, & castris Marchionatus nec in particulari, nec in vniuersio, prout deponũt testes Ducis Sabaudię, sed deponũt de alienationib. vassallorum tenentium feuda ab ipsis Marchionibus, quod in eis interuenerit licentia Marchionum de quorum directo dominio mouentur feuda, Attestationes verò de quibus in processu causæ factæ ad instantiam ipsorum Ducum Mantuę per Comites, & dominos Nouellariæ, Concordiæ, & nonnullos alios non probant, tum quia factæ sunt parte non vocata, quo casu non probant l. sũ quãdo C. de testib. cap. 2. extra eod. tit. tum etiam quia non loquuntur de feudo Marchionatus de quo agimus, sed generaliter, ideo debẽt intelligi de feudis quæ ipsũ tenent, in quorum alienationibus forte requiritur consensus Imperatoris, ideo ab illis ad feudum de quo agitur non infertur probatio l. nõ hoc C. vnde legit. l. neq; natales C. de proba. cum similibus. Et dum etiam dicunt prætati scribentes fol. 39. in principio quod quatenus fuisset probata consuetudo alienandi quantum ad quædam loca particularia, non tamen haberet locum, nec diceretur probata quantum ad Marchionatũ totum, vel partem, hoc quidem nõ etiam obstat, quia imo ex dictis scripturis, & iuribus p. ductis probatur Marchiones fuisse solitos alienare, & disponere pro libito non modo de locis, & castris particularib. Marchionatus, sed etiam de toto ipso Marchionatu, & partibus eiusdem prout plurimas exactè recenset D. Octauianus Cacheranus in suis allegationibus, ad quem me remitto, & susius Deo dante dicetur in peticione particulari.

SVMMARIVM

1 *Iura prohibentia alienationem feudi intelliguntur de alienatione in extraneos facta in descendentes ipsius qui feudum recepit.*

2 *Femina si per primam inuestituram fuerint vocatæ per posteriores inuestituras non potest eis præiudicari in feudo.*

3 *Feudum concessum pro se, & heredibus dicitur hereditarium.*

4 *Feudum hereditarium vassallus potest sine licentia domini alienare in personas ad quas feudum alias poterat transire.*

5 *Feudi primus acquisitor potest de feudo gratificare quos vult de descendentibus.*

6 *Hæres factum defuncti quando est nullum approbare non tenetur.*

7 *Feudo in hereditario succedere volens requiritur quòd sit hæres saltem primi media persona antecessorum.*

8 *Hæres heredis an possit impugnare factum primi defuncti.*

9 *Feudum conferri hereditarium etiamsi verbo heredibus adiuncta sint verba liberis vel masculis.*

10 *Inuestitura prima attendenda nec censetur immutata nisi expressè actum sit.*

11 *Feu-*

11 *Feudum si sit ex pacto, & prouidentia non valet in dispositio defuncti.*

12 *Marchionum Palæologorum dispositiones de feudo Marchiæ multæ recitantur.*

13 *Inuestituram intelligi concessam iuribus alicuius semper salutis.*

14 *Inuestitura per Carolum V. Ducibus Mantuæ uti de feudo devoluto ob defectum masculorum concessa ex falsa causa dicitur.*

15 *Inuestitura de re aliena non valet.*

16 *Inuestitura obrepitia, & subrepitia censetur si per fœminas, & instrumenta.*

17 *Inuestituram concedere de feudo vacante licet de iure permissum videatur id tamen fieri non debere.*

18 *Inuestitura concessa uti de feudo devoluto censetur conditionalis si & quatenus sit devolutum, & apertum domino.*

19 *Fœmina in feudo succedens intelligitur habilitata ut seruitia præstare possit per maritum.*

CONS. XIIII.

PRocedunt vltra prætati Senatores opponentes adhuc aduersus pactum in eisdem allegationibus fol. 19. versic. insuper non valuit, dicentes, quod huiusmodi pactū non tenet, nec fieri potuerit in in præiudicium successorum cap. 1 de aliena. feudi pater. cum alijs ibi per eos allegatis. Respondemus, quòd cùm Yolanda esset vocata, & eius posteri ad feudum, sintque ipsi de descendentibus, & successoribus Theodori, non dicitur pactum in præiudicū successorum, & ideo non habet locum dispositio §. donare quali olim feud. pot. alie. & alia iura in contrarium allegata, prohibentia alienationem feudi in præiudicium vocatorum,

1 † quia illa intelliguntur de alienationibus in personas extraneas, secus in descendentes illius, qui recepit feudum, & ad quos feudum transire poterat, cum itaq; fœminæ vocentur ad feudum, de quo agitur, siue ex forma primeuæ inuestituræ, siue ex consuetudine, illę

2 etiam sunt de successionibus in feudo, & † vbi in subsequentib. inuestituris reperitur aliquid in præiudicium ipsarum positum, nihilominus non esset ipsis fœminis præiudicatum, quominus ex primis concessionibus, seu ex consuetudine possent venire, & sic in præiudicium ipsarū vti successorum in feudo nihil fieri potuisset, iuxta Bald. consil. 82. incip. proponitur lib. 2. quem refert, & sequitur Brun. conf. 14 in facto proponitur colum. 2. vers. & posito, allegat Præpos. & Cardin. Florent. in locis ibi relatis, & pulchrè idem Bald. cons. 215. proponit quod inuestituræ antiquæ lib. 2. vbi consulit, quod quando fœminæ ex forma primæ inuesturę sūt vocatæ, si sequentes inuestiturę fuerint susceptæ pro masculis tantum, non nocent fœminis, nec censetur recessum ab antiqua inuestitura, quia inuestituræ vltimę videntur factæ per errorem, vel per impressionem, quæ quidem non nocent fœminis, vt not. secundū cum in cap. 1. de feudo guard. & Castald. & in dubio præsumitur error quoties quis facit, q facere non tenetur, nisi appareat de certa scientia, vt ff. si quis cautio. sed etsi quis §. fin. & ff. de probat. cum deinde, & dictum consilium Baldi refert, & plurib. exornat Ioan. Campez. inter consilia Bruni conf. 11. col. 2. vers. vnde pro confirmatione, &c. in eadem specie facti Curt. iun. conf. 1. col. 4. vers. etsi dicatur quod ab hac forma discessum est, & colum. seq. vbi etiā multa adducit, sed non expedit super hoc insistere, quia nulla hic extat inuestitura feudi, quæ sit diuersa vel cōtraria primæ, sed omnes concessiones, & inuestiturę a prima Ottonis vsq; ad vltimam sunt conformes, vocantes sū per fœminas, & ideo dici non potest pactū de quo agitur non tenere in præiudicium successorum, cùm inter ipsos successores, & descendentes sit, inter quos clarum est, quod Theodorus potuit de feudo disponere, & illud vni relinquere in præiudicium aliorum, vt mox dicemus.

Præterea certum est, & indubitatum quòd in casu nostro feudum sit, & est hæreditarium, si quidem omnes inuestiturę, & concessiones, & præcipuè prima Ottonis cantent pro te, &

3 hæredibus † quo casu feudum dicitur hæreditarium, vt tradunt omnes in prælud. feudor. & in cap. 1. an agnat. vel bl. & in d. cap. 1. de eo qui sibi, & hæred. suis. Andreas de Hernia in cap. 1 in principio, & in §. hoc quoque de success. feudi Afflictan cap. 1. nu. 74. ex quib. causis feudum amitt. vbi ait, quod hæc est com. opinio, quod vbi in inuestitura sit mētio de hæredibus feudum est hæreditarium, plures ad hoc refert Curt. de feudis in prima part. princip. quæst. 2. colum. 6. vers. quarto sub hac prima specie, & nouissimè multos etiam recēses Iul. Clar. de feudis quæst. 9. versū. quandoq; & tertio, vbi ait, hanc esse veriorem, & magis communem opinionem, & semper vidisse seruari in practica, addo Paris. conf. 2. num. 17. & pluribus sequen. & consil. 3. num. 8. & seq. lib. 1. & alibi pluries hāc tenet, & adhoc adducit, quòd etiam in dubio, si dictum non est de hęredibus neq; de filijs, aut liberis nihilominus feudum censeatur hæreditarium iuxta Bal. Raffaelem Cumā. Alex. Curtium, & Brun. per eum relatos, & multo fortius erit hæreditarium, quādo inuestitura est facta pro hæredibus, & successō, & in terminis nostris de hoc feudo in casu nostro quòd sit hęreditarium dicit Paris. conf. 23. num. 171. & pluribus sequ. lib. 1. & omnes alij scribentes pro Ducibus Mantuæ, quos longū esset referre, non tamen omitto, quod inter alios hanc tenet, & pluribus comprobat Cardinalis Simoneta d. conf. 30. sub num. 34. vers. quia vltra allegata, & nu. sequent. addo etiam Socin. iun. conf. 42. nu. 8. lib. 3. vbi consulit an Margarita Ducissa Mantuæ vti hæres Iom. Georgij vltimi Marchionis eius patrui cū beneficio tamen inuentarij, vt ibi asserunt, teneatur de hoc feudo, vel commoditate feudi hæreditarij satisfacere creditoribus defuncti. Quo

4 stante succedit conclusio, † quod in feudo hæreditario

reditario potest vassallus de eo disponere, etiam sine consensu domini, maximè quando ij ad quorum vtilitatem disponit sunt de personis ad quas feudum poterat transire, puta qua sunt de descendentibus primi vassalli, qui recepit feudum, & vt ajunt omnes, potest feudum vni prælegari in præiuditium aliorũ, eo quia, cum is qui succedere vult in feudo debeat esse hæres, ideo tenetur factum defuncti approbare, nec potest illi contrauenire, quod sine dubio est verum, quando dispositio est facta à primo inuestito, vt latè per plura tradit Paris. d. cons. 2. nu. 33. & pluribus sequentibus & consil. 4. num. 29. & sequen. lib. 1. addo eundem Brunum in cons. 121. col. 4. versi. quartò multum, vbi post Bald. And. de Isern. Alexan. Iason. Decium, & plures alios ait, quòd acquirens feudum potest vni filiorum suorum, vel descendentium, qui sit hæres prælegare feudũ & alios priuare, & est ratio inquir, quiã ad tale feudum non admittitur nisi quis sit hæres, & ex consequentia hæres tenetur stare facto defuncti. Et in specie in hoc feudo, quia sit hæreditarium, quod non possint successores cõtrauenire facto prædecessorum etiamsi consecerint inuentarium affirmat Cardinalis Simoneta d. cons. 39. num. 28. in fine post Alexandrum, & Decium in locis per eum relatis Gozad. d. cons. 8. num. 36. vers. etiam si factum sit inuentarium, post Alexan. per eum ibi relatũ, & hoc præcipuè est verum in casu nostro, vbi data est potestas disponendi de feudo, vt supra demonstrauimus, quo casu censeri simpliciter hereditarium affirmat Paris. inter eadem consilia d. cons. 9. num. 79. & 80. & posset disponi etiam in personas extraneas, ad quas feudum transire non poterat, ergo à fortiori potuit disponere relinquendo vni ex descendentibus, qui potuisset succedere in præiuditiũ aliorum, ita argumentatur idem Paris. d. cons. 2. & consil. 3. & alijs in locis supra adductis, & Crau. consil. 256. colum. 3. vers. sed hic dubitatur, & in specie, quod propter facultatem alienandi possit fieri præiudiciũ omnibus descendentibus, & agnatis in feudo de quo agimus affirmat Collegium Bononiense d. consil. 55. num. 51. vbi domini de Collegio ponderant adhoc verba dictæ clausulę facultatis concessę per Ottonem, dum dicitur, quòd habeant potestatem vendendi, alienandi, pro anima iudicandi, & quicquid eorum decreuerit animus faciendi, omnium contradictione remota, cõsiderant enim precipuè verbũ, quicquid quod secundum eos est præcisè vniuersale, vt supra etiam retulimus in primo articulo, Vnde ibidem præfati domini num. 59. in fin. & nu. 60. inferunt, quod per pactum factum quod decedente Bonifacio Marchione Montisferrati sine filijs, Marchiones Salutiarum succederent in Marchionatu fuit præiudicatum, non solũ paciscenti, sed etiam successoribus, quia feudum fuit acceptum pro se, & hæredibus, imo cum potestate alienandi argum. l. cum à matre C. de rei vendica, & quando feudum est hereditarium, inquiunt, non potest hæres venire contra factum eius, qui successit, quia in re hæreditaria non potest plus hæres quã defunctus si viueret. l. si ab eo. C. de liberali causa, & Par. inter eadem consilia cons. 9. num. 88. vbi ampliat, quòd licet seruetur, quòd in feudo solus primogenitus succedat, attamen si est hæreditarium etiã primogenitus succedens in tali feudo tenetur seruare gesta prædecessorum, allegat Francisc. Curt. Mart. Lauden. Alex. & plures alios in locis ibi relatis, & ibidem etiam num. 148. idem dicit, & multos allegat, & in specie huius pacti facti per Theodorum, de quo nunc agimus, tenet Nicolaus Aliprandus inter eadem consilia cons. 30. nu. 6. in fin. vers. & sic licet Theodorus, vbi expresse ait, quòd Theodorus potuit præiudicare descendentibus hęredibus per d. l. cum à matre, quia feudum erat hæreditarium, & licet ipse Aliprandus conetur defendere ex alio Margaritam, dicẽdo, quod non tamen potuit præiudicare domino directo, qui non est hæres, cuius cõsensus indistinctè semper requiritur, etiamsi feudum sit nouũ, quo casu dicit, non opus esse propterea distinguere, an feudũ sit hæreditarium, vel non hæreditarium, quantum sit respectu consensus domini, attamen hæc saluatio nõ est bona pro Margarita, quia cum supra ostenderimus, nõ requiri consensum domini, necesse est, quòd fiat distinctio, vtsi sit hæreditariũ, prout reuera est, certè factum Theodori præiudicauit descendentibus, vt ipsemet Aliprandus fatetur, & illi consilio Aliprandi se subscripsit Socin. inn. ibi, confirmans dicta Aliprandi, vt per eum, qui tamen nihil adducit pro confirmatione, sed sentiens argumentum valdè vrgere, se excusat, quòd ob varias occupationes, & etiam vt ait, quia non bene valebat, sola simplicique subscriptione contentus, dicta Aliprandi confirmauit, sed vereor ne excusatio sit, quòd non videbat posse defendi illa dicta Aliprandi, eo quia cum in inuestitura Theodori comprehenderetur etiam fœmina, & sic ipsa Yolanda, vt supra probauimus in prima parte, & feudum ex forma eiusdem inuesturæ esset improprium, & tanquam de feudo improprio fuerat inuestitus virtute clausulæ, ita quod à modo idem Theodorus Marchio, & sui hęredes dictum feudum habeat, & teneat, & sicut, & eo modo, & forma, &c. & sic cum facultate disponendi, prout habuerat, & tenuerat Aledramus, & alij, certè omnino corruit argumentũ Aliprandi, & consequenter locum nõ habet consideratio, quod respectu domini nõ potuerit Theodorus paciscì, vt per eum.

Accedat, quòd domini Senatores dicentes, pactum non potuisse fieri in præiudicium successorum, si intelligunt de masculis, nullum quoad masculos præiudicium oritur ex pacto, de quo agitur, quinimo quãtum ad eos dispositio censeri potius debet fauorabilis, quia per pactum non auferetur eis successio, nec ius in feudo, sed conseruatur potius, & ex tenore pacti ipsi semper fœminis præferuntur, adeo quod donec ipsi extabunt, fœminæ nunquam admit-

tentur

tentur iuxta tenorem inueſtituraturum, & iuxta diſpoſitionem iuris communis per cap. 1. in princip. & §. filia de ſucceſſ. feudi, & cap 1. de eo qui ſibi, & hæredibus ſuis maſc. & fœm. cũ aliis ſimilibus, Si verò intelligunt de fœminis ipſorum maſculorum Theodori, certè iuri, & æquitati magis conueniebat præferre Yolandam filiam iam natam, & magis dilectam, nec non deſcendentes ab ea, præcipuè maſculos, filiabus liberorum naſcituris, nam maſculi ex fœminis, excludunt fœminas, vt ſupra probauimus, & † poteſt vaſſallus præcipuè primus inueſtitus gratificare vnum ex deſcendentibus magis dilectum, relinquẽdo eidem feudũ vt ſupra dictum eſt, & dummodo alienatio nõ fiat in extraneas perſonas, non habent agnati iuſtam conquerendi cauſam, ita in terminis conſulendo tradit Ioan. Campez. inter conſ. Bruni conſil. 11. colum. 7. verſic. & pro ſupradicta concluſione, vbi recitat dicta Baldi in conſil. 394. incipiente, quòd conſentiente domino lib. 1. ſed eſt aliàs conſ. 198. lib. 3. prout corrigendo aduertit Craut. d. conſ. 256. col. 2. verſ. illud etiam voluit Bald. nam ait Baldus ſuper illo articulo, an valeat diſpoſitio vaſſalli de feudo facta ſine cõſenſu agnatorum, quod ſi alienatio facta per vaſſallum degeneraret à natura feudali, vt quia eſſet facta in extraneũ, etiam de voluntate domini, in feudo alienato potiores erunt agnati, Sed ſi non degeneraret à natura feudi inter ipſos agnatos, æquum eſt, quod ſi vnus agnatorum ſit remotior, & magis dilectus, ac magis meruit, vaſſallus poteſt cum honotare de parte ſua, additque rationẽ, quòd ſi pater qui recepit feudum, fuiſſet interrogatus, & fuiſſet homo rationabilis hoc concedere debuiſſet, argum. nota. in l. tale pactum §. fin. ff. de pactis, hæc ſunt verba Baldi, circa quæ aduertit idem Campezius ad contingentiam facti, ſuper quo Baldus loquebatur, quod in ea non exprimitur, quod feudum eſſet hæreditarium, quia ſi fuiſſet hæreditarium, nullum fuiſſet dubium, ſecundum Campez. & in caſu noſtro non omitto vnum exemplum ſeu caſum, quem refert Socin. iun. d. conſ. 76. nu. 49. verſic. nec fuit nouum lib. 1. gelanum in volumine conſiliorum Mantuæ conſ. 7. nu. 19. & illud exemplum adducit etiam Pariſ. inter eadem conſilia Mantuæ conſ. 9. nu. 30. verſic. & propter huiuſmodi facultatem, nam referunt iſti, quod Bonifacius Octauus Marchio Monisferrati auus Ioannis victimi de linea Aledrami cùm haberet Regnũ Teſſaliæ, & Marchionatum Monisferrati, teſtatus eſt, & reliquit Demetrio filio ſuo primogenito Regnũ Teſſaliæ Gulielmo autem filio ſecundogenito reliquit Marchionatum Mõtisferrati, & eius diſpoſitio habuit effectum vt teſtatur idem Socinus, & eſt verum prout etiam recitat Beneuenutus Præſes in ſua hiſtoria, ex quo patet quod Marchiones de feudo, de quo agitur, ſolebãt diſponere, & illud vni relinquere, in præiuditium aliorum, ideo non video cur non etiam pomerit Theodorus de eo diſponere, prout diſpoſuit, quo fit, vt exiſtente feudo hæreditario potuit ita pacifci, & conſequenter ſuccedit diſpoſitio leg. cum à matre C. de rei vendica. quod ſucceſſores quicunque fuerunt teneantur factum ipſius approbare, nec ei cõtrauenire poſſint, vt latè per Hieronimum Seurph. inter conſilia Bruni conſil. 136. per totum.

Nec obſtat, quod præfati Senatores Mantuani reſpondent in eorum allegationibus d. fol. 39. verſ. quibus nõ obſtat ſi dicatur, iuncto verſ. quia primo reſpondetur, dum aiunt, † q̃ data nullitate contractus, ſeu pacti ex defectu conſenſus domini, hæres non tenetur approbare factum defuncti, allegant Iſern. Aluarot. Curt. & Afflict. in locis ibi relatis, vndè cùm in caſu noſtro ſecundum eos, contractus ſit nullus duplici ex capite, nempè propter defectũ conſenſus domini, & quia ſit pactum de ſuccedendo, non tenetur ſucceſſor, etiam quod ſit hæres approbare factum defuncti nullum, ita etiam opponebat præfatus Aſiprandus d. conſil 30. num. 6. & ſequenti, & Ludouicus Maynoldus d. conſ. 33. num. 1. in fine, & nu. 7. dicens, Ducem Carolũ non poſſe petere bona virtute pacti ſeu conuentionis factæ per Theodorũ, quia eſt nulla propter defectum conſenſus domini.

His reſpondemus vnico verbo, negãdo antecedens, quòd ſcilicet contractus ſit nullus, quia ſupra demonſtrauimus, quòd neutro ex capite poteſt dici nullus, ſed eſt omni iure validus, ideo adhuc firma remanet diſpoſitio d. l. cum à matre.

Secundò reſpondent alio modo ibidem d. folio 39. verſ. ſecundo reſpondetur, dicentes, quòd adducta ſupra dubiũ facere poſſent forte, ſi Margarita Duciſſa Mantuæ vellet venire ad feudum, vt hæres Theodori, ſed in caſu noſtro, non venit vt hæres Theodori, ita quod ſibi obiici poſſit, quod habetur in d. l. cum à matre, quod autem nõ veniat vt hæres Theodori, apparet inquiũt, quia Gulielmus, qui fuit Marchio, & inueſtitus à Cæſare repudiauit hereditatem fratris, qui ante ipſum fuerat Marchio, & acceptauit ſtatum, & ſucceſſionem, & fuit inueſtitus, non vt hæres, ita aiunt iſti DD. hoc idem de repudiatione Gulielmi dicebat Aſipran. d. conſ. 30. num. 9. vbi ait quod inueſtitura Henrici Imperatoris conceſſa Theodoro nullius eſt conſiderationis, quo ad Margaritam Ducilſam, ſtante repudiatione facta per Gulielmum, & Bonifacium fratres.

Sed hæc reſponſio debilior eſt altera. Primo quia non apparet ex actis ſaltem legitimè de aliqua repudiatione Gulielmi facta de hæreditate fratris ſui Ioannis tunc prædefuncti, cui ſucceſſerat in feudo, quinimo omnia bona tam mobilia, quam immobilia, & feudalia ipſius acceptauit, adeo quod repudiatio, vbi de aliqua appareret, fuit verbalis, non realis, imò poſſidendo bona indiſtinctè nulla facta ſeparatione, cenſetur repudiationem reuocaſſe l. 1. & 2. C. de repud. vel abſtin hæredita. l. pro hærede §. Papinianus ff. de acquir. vel omit. hæred. cum ſimilib.

Secundò

Secundò dicimus, quod licet non fuerit hæres fratris sui, non tamen sequitur ergo feudũ habuit, vel potuit habere non vt hæres, vt dicitur, quia licet non fuerit hæres vltimi tunc defuncti, nempè fratris, à quo feudum vacabat, benè tamen oportuit ipsum esse heredem primi, nempè Theodori, qui fuit primus de linea Paleologorum inuestitus de hoc feudo, nam quantum ad ipsum non fuit in facultate Guilelmi hæreditatem repudiare, & feudum retinere, cùm potuerit vtrunq; habere iuxta tra-
7 dita in c. 1. an agn. vel filius † Si quidem in feudo hæreditario requiritur, quod succedere volens sit hæres saltem primi media persona antecessorum, prout hanc esse communem dicit Alexand. consil. 10. num. 8. lib. 3. quem cum pluribus aliis refert Brun. consil. 135. colum. 17. vers. quod comprobatur quia in feudo hæreditario, & Iul. Clar. de feudis quæst. 9. vers. sed quæro an opporteat, & ita aduersus Matchionem Salutiarum respondebat in hac causa Aliprandus inter eadem consilia Mantuæ consil. 13. num. 131 in 2. parte consultationis, vbi ait, quod etsi aliqui repudiauerint hæreditatem fratrum, tamen bene erant hæredes parentum, prout reuera fuerunt, satis ergo nobis est, quod Guilelmus fuerit hæres Theodori media persona Ioãnis Iacobi patris, & Theodori aui, & aliorum antecessorum vsque ad ipsum Theodorum primum, prout & ita præsumitur, postquam media persona antecessorum bona ad eum peruenerunt, etiam feudalia, quod fuisse censetur iuxta naturam feudi hæreditarij, & sic quod tamquàm hæres ea habuerit, & qui vult dicere, q̃ non vt hæres ea habuerit, sed alio iure, & titulo, id edoceri debet, quod tamen non fit, nihil ergo ad nos, quod Guilelmus repudiauerit, hæreditatem fratris, & non fuerit eius hæres, quia non agitur de facto Ioannis fratris Guilelmi, sed de contractu, & facto Theodori primi inuestiti, cuius necessario fuit hæres, & eius hæreditatem propterea non repudiauit, nec repudiare potuisset; ideo hoc respectu adhuc militat dispositio d. legis cùm à matre, Non etiam obstat si diceretur prout dicebat Salustius legum doctor inter consilia Pauli de Castro consil. 197. incip. visis dubijs de quibus nouiter colum. fi. lib. 2 cui
8 subscripsit Abbas Siculus ibi, † quod hæres hæredis non prohibetur impugnare factũ primi, mediatiq; defuncti, nã vt ille doctor ait ratio quare hæres facti defuncti non impugnat est, quia fingitur vna eademq; persona cum defuncto, vt in auth. de iureiur. à morien. præsitto in principio, hoc autem non potest trahi ad secundum, tertium, & alios hæredes, quia inducerentur duæ fictiones contra l. 1. C. de dot. promiss. facit secũdum eũ, quod dicitur in leg. qui liberis §. hæc verba ff. de vulga. & pupil. vbi hæres intelligitur de primo, & immediato, & Bal. in l. fin. C. de heredib. insti. vbi loquitur de præcepto pœnali facto hæredi, an porrigatur ad hæredẽ hæredis: Respondetur enim, q̃ hæc conclusio Salustij, & Abbatis nõ est vera, & eam expressè reprobat Sigismond. Neapolitanus post consilia feudalia Bruni cõsil. 1. num. 168. & sequen. addũcens iura, & rationes vt per eum.

Conantes autem prefati scribentes se extricare à laqueo d. l. cum à matre adhuc instant dicentes, quod licet forte tempore Theodori feudum esset hereditarium, & requireretur, quòd volens succedere in feudo esset hæres mediatè, vel immediatè, tamen ex inuestitura, inquiunt, concessa per Imperatorem Carolum IIII. Ioanni filio ipsius Theodori primi, fuit alterata natura feudi secundum eos, ita vt possent succedere descendentes, etiam quod non sint hæredes quod autem fuerit alteratum feudum probant, fuit enim inquiunt, facta inuestitura Ioanni prædicto pro se, heredibus, & successorib' masculis, & feminis, quæ verba, secundum eos, faciunt vt feudum dicatur concedi descendentibus, etiam quòd non sint hæredes, & dicitur feudum ex pacto, & prouidentia, non autem hæreditarium, vt declarat secundum eos Afflict. in prælud. feudorum folio 8. alias ex num. 90. versic. videamus ergo, & pluribus sequentibus, vbi transcribit consilium Baldi in hac materia, quod dicit haberi inter consilia impressa, allegant etiam Decium consil. 305. & consil. 185. quibus ego addo Soc. iun. consil. 72. num. 27. lib. 1.

Respondemus ad hæc, quod etiam ex tenore inuestituræ concessæ per Carolum IIII. Io-
9 anni † feudum censetur hæreditarium, non obstante quod verbo, hæredibus, adiuncta sint verba, masculis, & fœminis; & ad hoc possem plures adducere, Sed sufficiet pro nunc Sigismundum Neapol. consilio primo nu. 26. & pluribus sequentibus post consilia feudalia Bruni, vbi latissimè per plures columnas de hoc scribit, & defiendit feudum sub hac forma concessum censeri hæreditarium, non autem ex pacto, & prouidentia, & addo Paris. d. consil. 2. num. 21. & plurib. seq. post Alex. Dec. Iason alios in locis ibi relatis, & num. 22. versic. est bona decisio, allegat pro hac opinione Bald. Alexand. & Brun. & ibi pluribus medijs comprobat hanc opinionem, vt per eum, & tandè nominatim dicit, quòd opinio Decij d. consil. 185. & 305. contendentis dictionem masculis, esse dubiam, & non procedere, & quòd in cõtrarium est ipsa veritas, vt ipsemet Decius fatuit in pluribus consilijs per eum ibi relatis, & idem Paris. inter consilia Mantuæ consil. 9. num. 70. & sequen. vbi etiam plures ad hoc refert, dicens propterea ibi num. 75. dictum Decij in consilijs supra relatis esse dubitabile, & Cardinal. Simoneta inter eadẽ consilia cons. 39. nu. 24. versic. & ad propositum illud, refert Anto. Rub. Alexand. consil. 18. qui consulit, quod quando dicitur pro hæredibus masculis dato quod veniant tantum descendentes, tamen ita demum veniant si sint hæredes, & ait, quòd Decius qui contrarium consuluit, dixit contra cõmunem, & eundem Decium in hoc reprehendit quoq; Cranceta d. consil. 256. sub num. 2. versic. ex quibus apparet non bene dixisse Decium, & nouissimè hanc esse magis

communem opinionē dicit Iul. Clar. in §. feudum d. q. 9. in fin. vbi apertè dicit, decisionem Raynerij de Forliuio qui dictam opinionem tenebat in quadam disputatione, esse falsam, & aliàs ego ita in alio casu sustinui per tex. in c. 1. de eo qui sibi, & hæred. suis mase. & fem. & in specie huius feudi ex inuestitura Caroli IV. quòd censeatur hereditarium tenuit Collegiū Bononiense inter consilia Mantuæ cons. 13. nu 24. & Cardinalis Simoneta ibi d. cons. 11. nu. 32. & Soc. iun. cons. 42. nu. 8. lib. 3. consulens pro Margarita, an propterea vti hæres Io. Georgij patrui teneatur creditoribus hæreditarijs, nec expedit in hoc vltra insistere, quia hęc opinio sine dubio procedit in casu nostro, vbi feudū magis accedit ad naturam feudi hereditarij simpliciter, quàm aliter propter facultatem alienandi concessam, vt supra diximus. Vnde negatur, quòd per inuestituram Caroli IV. feudum fuerit alteratum, & de hæreditario prout erat tempore Theodori, fuerit effectum ex pacto, & prouidentia, quo fit † vt prima inuestitura debeat attendi, vt dicūt omnes, nec censetur immutata, nisi expressè dictum sit, ita in terminis dicebat Paris. d. cons. 2. sub nu. 23. vers. & licet secunda inuestitura, allegat Bal. Paul. de Castro, & alios, quibus addo Curt. iun. consil. 182. num. 3. & vt aliàs in proposito huius inuesturæ diceb mus, hæc posterior Caroli IV. quantum ad verba addita, masculis, & fœminis, stat declaratiuè ad antecedentem Henrici VII. factam Theodoro patri ipsius Ioannis, declarat enim quomodo verbum hæredibus positum etiam in antecedentibus intelligi debeat, scilicet masculis, & fœminis, non autem per illa verba censetur facta alteratio feudi, quia cùm illa Caroli IV. contineat ea quę Aledramo obuenerant, prout ibi specialiter dicitur, certè non potest quātum ad ea, dici noua inuestitura, sed renouatio veterum, & facta iuxta tenorem ipsarum, scilicet pro hæredibus masculis, & fœminis, ita in simili dicebat Curtius consil. 1. colum. 4. versic. ponderandum, & col. sequen. in princip. post tractat. feudorum, vbi multa adhoc adducit.

Sed quid opus est super hoc laborare? nonne vident præfati scribentes si quod post dictā inuestituram omnes Marchiones successores agnouerūt feudum vti hæreditarium, non autem ex pacto, & prouidentia, & inter cęteros hoc probatur in Gulielmo Marchione, quem ipsi dixerunt repudiasse hæreditatem fratris, repudiatio enim præsupponit hæreditatem prius delatam, quia priuatio præsupponit habitum l. decem ff. de verbor. obligat. & apertè fatentur Marchiones ipsi tam de linea Aledrami, quàm Theodori, quòd feudum semper, & omni tempore fuerit hæreditarium, dum ferè omnes per testamenta sua de hoc feudo disposuerunt, etiam ipsemet Ioannes inuestitus à præfato Carolo IV. feudum vni tantum ex pluribus filijs relinquentes, quod quidem facere non potuissent, si feudum fuisset ex pacto, & prouidentia, † quia in eo non valet dispositio defuncti vt in c. 1. in principio de success. feud. ibi, nulla ordinatione defuncti in feudo manente vbi omnes DD. nor. & hæc est communis regula, vt ait Iul. Clar. d. §. feudum q. 40. in principio, minus potuisset feudū vni tantū relinqui nempè primogenito, prout factum, & obseruatum fuit per multos Marchiones in eorum testamentis, si fuisset ex pacto, & prouidentia, sed in eo omnes æqualiter successissent d. c. 1. de success. feudi, & cap. 1. de natura successi. feudi, secus autem est quando feudum est hæreditarium, quia potest tunc de eo disponi, & vni tantum relinqui, vt supra demonstratum est.

Er ne discurramus per singulos Marchiones, omissis ijs, qui fuerunt de linea Aledrami
12 † aliquas tantum Paleologorum Marchionū dispositiones, & testamenta referemus, incohando à Ioanne vltimo de linea prædicti Aledrami: Is enim anno 1405. suum condidit testamentum in actis productum per partem, in quo instituit, seu substituit Yolandam sororem, & suos, quæ erat vxor Andronici Paleologi Græcorum Imperatoris, & cuius dispositionis virtute Theodorus filius ipsius Yolandæ vti hæres Ioannis Marchionatum habuit, quod probatur ex instrumento mandati producto in actis facti per congregationem generalem siue parlamentum hominū totius Marchionatus sub ipsi morte Ioannis, & illi parlamento præerat Marchio Salutiarum, & alij relicti gubernatores status, & Marchionatus per ipsum Ioannē in eius testamento. In quo quidem parlamento electi fuerunt nuntij, & procuratores, & transmissi in Græciam ad Yolandam sororem dicti Ioannis Marchionis, ad eidem denunciandum obitum, & dispositionem ipsius Ioannis fratris, & rogandum, vt iuxta dispositionem, & voluntatem fraternam veniret, aut vnum ex filijs transmitteret ad adeundum hæreditatem, & capiendum terram Marchionatus, vt in ipso instrumento mandati continetur, prout idem nuntij iuerunt, & cùm Yolanda venire non posset, forè maritum, & alios filios relinquere nolens, misit Theodorum suum, & Andronici Imperatoris filium secundogenitum, qui vti hæres substitutus ex testamento prędicto vniuersam hæreditatem Ioannis, & Marchionatum apprehendit, prout ipsemet Theodorus fatētur, & recitat Benecuentus in sua Cronica Montisferrati in vita ipsius Theodori, qui quòd iure hereditario successerit in Marchionatu dicit etiam Collegium Bononiense d. cōsil. 15. sub num. 33. versic. nam Theodorus: Successiuè idem Theodorus primus Paleologus inuestitus per Henricum VII. vt supra retulimus, moriens anno 1336. suum cōdidit testamentū, quod refert idem Benecuentus in dicta historia, in quo hæredem vniuersalē sibi instituit, nominatim in dicto Marchionatu Ioannem filium suum primogenitum, & eidem substituit primogenitum ipsius Ioannis, & successiuè alios seruato ordine genituræ, Ioannes autem vti hæres ex testamēto Theodori

dori patris succedens in Marchionatu, de eo inuestitur à Carolo IIII. Imperatore anno 1355. pro se heredibus, & successoribus masculis, & fœminis, per quam inuestituram dicunt aduersantes feudum mutasse naturam, & de hæreditario factũ fuisse ex pacto, & prouidentia, & tamen ipsemet Ioannes fatetur cõtrarium, dum, & ipse condit testamentũ anno 1372. & habens tres filios Secundotum, Ioannem, & Theodorum omnes pupillos, relicto eis tutore Ottone Duce Bronsuicense cum ampla protestate, & facultate, vt in eodem testamento, hæredem sibi vniuersalem instituit, nominatim in Marchionatu Secundotum filium suum primogenitum, & ei substituit Ioannem secundogenitum, & Ioanni Theodorum tertiogenitum, qui casus euenerunt, quia mortuo Secundoto primogenito, qui iuxta dispositionem paternã fuit solus Marchio nullis relictis liberis, successit Ioannes frater secũdogenitus, & fuit Marchio, qui anno 1379. approbauit testamentum patris concedendo eidem Ottoni Bronsuicensi tutori dato per patrem potestatem, & facultatem amplam administrandi, & disponendi de Marchionatu prout in testamento patris fuerat ordinatum, confirmatque, & ratum habet legatum eidem tutori factum in eodem testamento per dictum Iohannem patrem de multis terris, & castris Marchionatus, ibi enumeratis, prout recitat idem Benecuenutus in dicta historia producta. Ioanni autem pariter morienti sine liberis, successit Theodorus tertiogenitus, qui moritur anno 1418. & ei succesit Ioanni Iacobus vnicus filius, & hæres ab intestato; Is donationem fecit Amedeo Duci Sabaudiæ anno 1435. de omnibus terris, castris, & villis ipsius Marchionatus existentibus citra Padum fluuium, & vltra Tanagrum, quæ est alia petitio particularis Ducis Caroli. Decessit autem Ioan. Iacobus anno 1445. relictis Ioanne primogenito, necnon Gulielmo, & Bonifacio & successit in Marchionatu Ioannes primogenitus, eidẽ Ioanni sine liberis defuncto successit Gulielmus secundogenitus, quem prefati scribentes debent noluisse esse heredem fratris, sed eius hæreditatẽ repudiasse, sed tamen vt supra diximus, Marchionatum habuit vt hæres patris, necnon aui, & aliorum antecessorum, & deniq; Theodori primi, Posteà verò eidem Gulielmo sine filijs masculis defuncto successit in Marchionatu Bonifacius frater tertiogenitus, ij enim feudum habuisse censentur, vt hæredes, & sicut eo iure ad eorum antecessores peruenerat, ita eodẽ iure ex natura feudi hereditarij ad eos peruenisse censetur, & qui vult dicere, quod non iure hæreditario successerint, sed alio iure, & titulo, id ostendere debet, quia pro nobis stant inuestituræ per quas feudum iudicatur hæreditariũ, & etiã iuris præsumptio, ꝙ in dubio præsumitur hæreditariũ, Bonifacius aũt Marchio frater dicti Gulielmi duos habens filios Gulielmum II. & Ioan. Georgium moritur anno 1491. cõdito testamento, quod in actis productum est

parte Ducum Mantuæ, & in eo sibi hæredem vniuersalem instituit nominatim in Marchionatu Gulielmum primogenitum, & sic successit Gulielmus solus primogenitus hæres ex testamento patris, qui & ipse habens filium nomine Bonifacium, & Margaritam, cum qua nunc est contentio, moritur anno 1518. cõdito pariter testamento, etiam producto in actis in quo hæredem vniuersalem reliquit præcipuè in Marchionatu Bonifacium filium pupillum, qui moritur superstite Ioan. Georgio patruo & Margarita sorore ipsius pupilli, succedit patruus in feudo exclusa nepte, seu sorore respectiuè, quę non poterat admitti existentibus masculis, quia feudum erat pro masculis, & fœminis, & etiam quia iam fuerat exclusa à fratre, & licet Ioan. Georgis non esset hæres Bonifacij nepotis prædefuncti, quia aderat soror defuncti, quæ eum excludebat, attamen in feudo succesit vt hæres patris, & aliorum antecessorum. Ecce quomodo manifestè patet feudum fuisse semper hæreditariu, & nunquam sumpsisse naturã feudi ex pacto, & prouidentia, prout præsupponunt præfati Senatores, non videntes, vel videre nolẽtes prædicta testamenta Marchionum quę ob oculos habent, quę idem scribentes dicũt eodem folio 39. facie 2. ver. nec dicatur, dũ respõdẽt tacitè obiectioni, quatenus diceretur, non potuisse alterari naturam feudi in præiuditium Yolandæ, & consequenter Ducis Caroli, quibus erat promissa successio, vt aiunt, Nã offenso, quòd non fuerit alteratum feudum, non opus est nobis vti ea obiectione, ex abundanti tamen dicimus, quod per aliquam alterationẽ feudi, vbi diceretur alteratũ, non tolli ius quæsitum ipsi Duci Carolo in tal. fin. in fin. ff. de pactis; nam licet Ioannes ꝺictus, filius Theodori pacticentis vti hæres ipsius Theodori, vt supra demonstrauimus, non potuisset directo venire contra factum Theodori patris, ita nec per indirectum alterando feudum ex reg. l. oratio ff. de sponsal. vbi glos. concordan. allegat.

Dicunt propterea ijdem doctores adhuc respondentes ibidem folio 39. facie 2. versic. tertio hæc exceptio, quod huiusmodi exceptio, tu non poteras habere feudum, quia non hęres, non pertinet ad tertium, nec potest per alium opponi, sed per Cæsarem, qui inuestiuit. Vnde satis est inquiunt, quod fuerint inuestiti, & dicere poterant, quod te liberas ædes habeo, hæc sunt verba illorum D.D. quos aut ego nõ intelligo, aut ipsi ambulant in tenebris palpitantes. Si quidam non dicimus non excipiendo tu non poteras habere feudum, quia non hæres, sed dicimus quòd quicunque vult succedere in feudo, oportet quòd sit hæres, & sic descendentes omnes Theodori primi non potuerunt feudum habere, nisi vti hæredes, vel vltimi, vel primi, & ideo vti hæredes non potuisse, sicut nec ipsa Margarita nunc si vult habere feudum impugnare factũ defuncti, hoc est quod dicim. Dum autẽ aiũt, hanc exceptionem ad tertium non pertinere,

nec per alium posse opponi, nisi per Cæsarē, hoc non meretur responsum, & cum nihil allegent sufficit obijcere eis de l.illa C.de colla.

Postremò verò ex alio adhuc conantur demonstrare, quod Margarita Ducissa Mantuæ non vt hæres antecessorum feudum habeat, & consequenter non teneatur approbare factū Theodori, nam ibidem d.folio 30.facie 2.ver sic.præterea, aiunt, quòd Illustrissimi Duces Federicus, & Margarita nituntur ex inuestitura Cæsaris sibi concessa, non vt hæredibus Theodori', sed simpliciter, vnde vtuntur inquiunt, iure Cæsaris, ad quem feudum defficientibus masculis, & existente fœmina exclusa, erat recasurum, & sicut illud pactum non potuit Cæsari præiudicare, ita nec habentibus causam à sua Maiestate, quia successor vtitur iure sui authoris reali allegant l.forma §.quaquàm de censibus l.actionum genera §.1. ff. de actio,& obligat.l.frater à fratre ff.de conditio.indeb. Vnde nihil ad ipsos hæreditas Theodori, & hoc, secundum eos est clarissimum, hæc sunt verba illorum Doct.quę pro eorum propria responsione ad vltimum retulerunt, prout, & ita etiam respondebat vltra eos Nicolaus Alipran inter prædicta consilia Mantuæ d.consil. 30 nu.8. vbi ait, hoc esse clarum, & nihil posse in contrarium adduci, sed mox apparebit, quòd fallitur iste, & alij, dum tantum præsidij, & tutelæ in hac inuestitura collocant.

Respondetur itaque. Primò eam inuestituram concessam Ducibus Mantuę non obesse Duci Carolo, quia vtiupra in prima parte di-13 cebamus,de ea loquentes,vltra † quòd inuestitura semper intelligitur iuribus alienis semper saluis iuxta Andr.de Isernia Afflict. & Socin.ibi relatos argum. l.in concedendo ff. de aqu. plu.arcēda cum similibus, & Imperator in dubio non censetur velle tertio præiudicare, vtiupra etiam dicebamus ex l.2. §. si quis à Principe, & §. merito ff. ne quid in loco pub, & in eo quamuis de rescript in 6. ibi, intelligitur iseri sine iuris præiudicio alieni Imperator hic inuestiens expresse declarauit mentem, & intentionem sui,in quod per dictam inuestituram concessam Ducibus Mantuæ nullo mo, do fuerit præiudicatū iuribus Ducibus Sabaudię,sed illa voluit illesa, & intacta remanere, nō obstante dicta inuestitura,quo fit vt iuribus Ducis Sabaudię non noceat dicta inuestitura, sed illa remanent salua,prout hoc fatētur scribentes pro ipsis Ducibus Mantuæ super hac ipsa declaratoria loquentes, nempè Nicolaus Aliprandus consi.24. Gozad. consi.27. & Cardinal.Simoneta consil,28.qui omnes ad amouendum timorem, ne per hanc declarationē aliquod ius nouum concederetur Duci Sabaudiæ in prædicium iurium, & inuestiturę concessę Ducibus Mantuæ, eò omnes tradunt, vt demonstrent, per illam conseruari ius Duci Sabaudiæ, si quod sibi competat,nō verò nouum aliquod ius tribui nec Ducibus Mantuæ ius suum auferri,adeo quod, vt dicit idem Cardinalis Simoneta ibi in fine sui cōsilij, omnium iura quæ alijs erant ante declarationem huiusmodi emanatam, intacta, & illesa remanent Si itaq; ex mente aperta Imperatoris fuit, non præiudicare aliquo modo iuribus Ducis Sabaudię per eam inuestituram, imò vt ait Aliprādus in principio sui consilij, id fuit præter opinionem Ducum Mantuæ inuestitorū quòd præiudicaretur iuribus Ducis Sabaudiæ, cur hic & alibi de hac inuestitura obijciunt aduersus iura Ducis Caroli? cur non potius ergo circonscribitur, & pro non concessa habetur? Dicere prout dicunt ipsi scribentes, præcipuè Aliprandus d. consi. 24. nu.10. & nu. 12. vers. suprascripta autem sunt respectu iurium, & Gozad. d. consil.27. nu.9. & Cardinal.num.26. quòd cum Dux Sabaudiæ nullum habeat ius in Marchionatu, illa concessio, seu declaratio nihil tribuit eidem, nec dicitur conferiare ius, quod non est, quia non entis nullæ sunt qualitates. Leius qui in prouincia ff.si cert.pet. Respondemus, quòd imò optimum ius habere apparet ex supradictis, cum & ex inuestitura, & pacto competat sibi ius in Marchionatu, vtiupra ostendimus, & potiora iura habet, quàm ipsa Margarita, quæ excluſa iam erat in totum ex rigore iuris feudorum, & dispositione hominis, nempè virtute pacti, & cōtractus Theodori, nec ipsorum scribētium est iudicare,quod nullum habeat ius, sed aliorum erit iudicium, interim tamen stante declaratoria non possunt se iuuare dicta inuestitura constituentes in ea fundamentum peremptorium aduersus Ducem Carolum, & hæc responsio sufficere debet.

Sed respondemus etiam secundò, prout in terminis respondebat Socin.iun.d consil.110. num. 12. lib.2. & Paul.de Castro consil. 279. visa petitione sub num. 1.versiſiū dicamus lib. 14 2.† quòd si inuestitura fuit concessa vti de fœ do ad Cæsarem recasuro ex defectu masculorum, certè fuit ex falsa causa, & consequenter inuestitura redditur inualida,quia licet nō extarent masculi ex masculis, supererant tamen masculi ex fœminis, nempè ipse Dux Carolus,qui erat de descendentibus ex Theodoro primo, qui propterea ad feuduni vocabatur ex natura ipsius feudi concessi pro masculis, & fœminis, iuncta maximè dispositione ne ipsius Theodori, seu potius declaratione quòd defficientibus liberis masculis feudū ad Yolandam, & successores perueniret, vnde existēte ipsa Margarita excluſa per fratrem, & patruum, vt fatentur ipsi Doctores, & supra probatum est,feudum non erat recasurum ad Cæsarem per mortem Io.Georgij sine liberis, sed ad successores Yolandæ, præcipuè masculos descendentes Theodori spectabat, ad quod facit quod tradit Afflict post fœrniā in d.§. moribus num. 2. & in d.titulo qui succeſſ. teneantur, sub nu.4. versic.quid autem si rex, refert, & sequitur Dec. consil. 144. nu. 2. versic. secundo principaliter, vbi quærit, si Rex concedat mihi feudum Titij quem credebat esse mortuum sine hærede, & ille Titius erat viuus, an si postea eueniat casus, quòd

Titius

Titius moriatur sine hærede, valeat talis inuestitura, & debeatur nihil feudũ virtute illius, & respondet cum Isernia ibi, quod non, eo, quia Rex donauerat ex vna causa, quæ non erat vera, & ideo nõ poterat dici, quod intenerit eõ sensus ipsius Regis, quia vbi est error, ibi deficit consensus, vt l. si per errorem ff. de iurisd. omn. iud. nam Rex volebat inuestiturã valere, si Titius erat mortuus, cùm ergo ipse Titius viueret, non debet valere inuestitura, quia cessante causa cessat effectus capit. cum cessante de appellat. cap. omnis de pœniten. & remiss. & ibi multis comprobat idem Afflict. vt per eum, quod si non valet eo casu inuestitura, vbi verè feudum postea ad dominũ deuoluitur, licet tempore inuestituræ nundum erat deuolutum, sed credebat deuolutũ, quanrò magis nõ debet valere huiusmodi inuestitura in casu nostro, vbi feudum post mortem Io. Georgij, non fuit reuersum ad Imperatorem, quia aderant personæ, quæ in feudo successuræ erant, tàm ex tenore inuestiturarum, quàm ex dispositione speciali primi inuestiti, ita in terminis Decius cons. 208, nu. 13. Quapropter non debuit Imperator, nec potuit de iure ipsos Duces Mantuæ de hoc feudo tan-
15 quàm deuoluto inuestire, quia fuisset † inuestitura de re aliena, quæ non valet ad trãdita in cap. 1. de inuestitura de re aliena facta, & in cap. 1. qui succeff. teneantur ibi, non valet habita inuestitura, Pau. de Cast. in terminis cons. 290. visa suprascripta facti narratione colu. 1. lib. 2. allegat cap. 1. de clerico, qui inuesti. acce-
16 pit, & propterea † censetur talis inuestitura subreptitia, & obreptitia Calderin. cons. 1. tit. de feudis, vbi loquitur quando in concessione, & inuestitura feudi tacetur de persona, & iure tertij, Rom. cons. 298. incip circa præmissa vbi ait, quod si Princeps donat tibi feudum alteri spectans, præsumitur talis donatio facta a Principe circonuento, sequitur Fely. in cap. olim colu. 5. de re iud. & secundum Andr. de Isernia in d. cap. 1. qui succesſo. teneantur, vbi etiã Martin. Lauden. in 3. col. & Præposit. propé finem, istæ inordinatæ concessiones castrorum, seu feudorum sunt reuocabiles, quia cẽsentur factæ per importunitatẽ, & quòd donatio facta de iure alterius præsumatur subreptitia voluit Ang. in l. 2. C. de fundis, & saltib. rei dom. lib. 11. & Alex. cõs. 3. col. 8. circa medium lib. 5. cum, vt dicit Bald. in l. 1. col. 2. ff. de constit. Princip. Princeps velit omnes suos actus regulari à iure poli, & fori; Vnde iure meritò Imperator inuestiens ifformatus postea de iuribus Ducis Caroli super feudo competentibus, tàm ex inuesturis antiquis, quàm ex pacto, declarationem fecit, quòd per eam inuestituram non censeretur derrogatum, nec mẽtis suæ fuisse derrogare, iuribus ipsius Ducis, quinimò omnia eius iura confirmauit, ità vt de effectu clausularũ inuestituræ inquirere non sit necesse, nec de certa scientia, nec de plenitudine potestatis, & alijs, quo fit, vt nullum ius nouũ in feudo ex ea inuestitura quæsitum dici possit Ducibus Mantuæ ad præiudicium Ducis Sabaudiæ, & ideo aliquo iure sui authoris aduersus ipsum Ducẽ ic iuuare, & vti non possunt prælati Duces Mantuæ, vt eorum scribentes aiunt.

Tertiò respondetur, quod imò ex tenore eiusdem inuestituræ Caroli V. concessæ ipsis Ducibus in vita Io. Georgij apparet, quod Imperator non inuestiebat prælatos Duces tanquàm de feudo recasuro per mortem Io. Georgij sine liberis mixta §. moribus, si de feudo fuer. controuer. int. dom. & agnat. dum dicitur, quod post mortem ad dominum reuerti sperabatur, & §. si quis inuestierit de feudo dato in vicem legis commissariæ, quia hoc non dicit inuestitura, sed concessisse censetur Imperator inuestituram de hoc feudo Margaritæ quatenus eidem deberetur tanquàm proximiori Io. Georgij, & vocatæ nullis existentibus masculis, prout eo iure sibi deberi prætendebat virtute, & ex forma, vt aiunt prælati scribentes, inuestituræ Caroli IIII. concessæ Ioanni, de qua supra diximus, quod patet, quia illius tenor inscritur in dicta inuestitura Caroli V. vnde ex hac causa censetur Imperator inuestiturã concessisse prout ex ea causa cõcessam fuisse affirmat Socin. iun. d. cons. 77. vt supra retulimus, & ità præsumendum est, quod ex hac causa concesserit, quia non ita odiosum censeatur, sicut quando conceditur feudum viuentis, quod post mortem ad domi-
17 num reuerti speratur † quia licet hoc permitti videatur de iure, vt in d. §. moribus, & d. §. si quis inuestierit, attamen dispositio istorum, & similium iurium, est odiosa, vt ait Andr. de Isernia in cap. 1. sub nu. 2. vers. quia odiosum, tit. qui succeff. teneant. quem refert Afflict. dec. 292. sint supplicatum nu. 3. & idem Afflict. in d. cap. 1. §. moribus col. 2. vers. an ista inuestitura, vbi ait, huiusmodi inuestiturã non esse laudabilẽ, & quod ipse consuleret Regi, quod abstineret, quia inducit votũ captandæ mortis alterius, vt in cap. 2. de concess. præbendæ, & cap. 2. eod. tit. in 6. quatenus autem fuisset concessa inuestitura prælatis Ducibus, vti de feudo quod per mortem vassalli ad dominũ
18 reuerti speraretur, adhuc tamen † intelligeretur, si & quatenus verè ad dominũ fuisset reuersurum, & ad eum reuerti speraretur, & sic conditionaliter, ita probat text. in d. §. moribus, ibi de feudo, quod post mortem suam reuerti sperabatur, & in d. cap. 1. in fin. qui succeff. teneant, & secundo ibi, & hoc intelligendum est in vassallis, qui feudi successionẽ non habent vbi Martin. Lauden. expressè not. col. 2. vers. ista limitatio, & Afflict. in 5. notabili num. 21. dicentes, quod illa iura, quæ dicunt valere inuestituram de feudo vassalli viuentis recasuro ad dominum post mortem vassalli, loqui, & intelligi debere, quãdo spes est cõsiderabilis, & probabilis, quod ob mortẽ vassalli feudum sit ad dominũ recasurũ, sed si nõ sit spes presumpta, seu considerabilis, tunc non valet talis inuestitura: Vnde cùm in casu nostro non esset spes certa, nec probabilis, q̃ feudum fuisset recasurum ad Imperatorem, eo quia

aderant personæ, quæ tam ex tenore inuestiturarum, quàm ex pacto, & speciali conuentione succedere debebant in feudo, certè inuestitura huiusmodi nihil tribuit inuestito argumentorum quæ tradit Dyn. Bart. & communiter alij in l. si sic ff. de leg. 1.

Quartò respondemus, quod imò Margarita Ducissa coram DD. delegatis Cæsareis egit ad successionem Marchionatus ob mortem Ioannis Georgij patrui sine liberis defuncti, vti proximior, & hæres ab intestato, narrando eundem Ioannem Georgium Marchionem decessisse nullis relictis liberis, & ab intestato relicta ipsa Margarita nepte proximiore in gradu succedendi, vt patet in libello, & petitione de qua in actis causæ, producitque inuestituras, præcipuè verò inuestituram Caroli IIII. concessam Ioanni Marchioni pro se hæredibus, & successoribus masculis, & fœminis, & sic vti hæres agit ad successionem feudi, & sententia Imperatoris de cuius reuisione agitur, dum eisdem Ducibus adiudicat Marchiam non expressa causa, intelligitur ex iure, & causa deducta in libello, seu petitione, quia sententia debet esse conformis libello l. vt fundus ff. com. diuidun. & licet Hely de simonia, & in l. fin C. de fideicõmiss. & vbiq; glo. & DD. not. & ita passim omnes scribentes pro ea dicunt, ipsam agere, vti hæredem Ioannis Georgij patrui, & comprehensam in inuestituris, quos breuitatis gratia non refero. Et licet hæc causa siue ius non conueniat marito, qui etiam legitur inuestitus cum Margarita vxore, attamen hoc nihil facit, quia si non poterat inuestiri vxor quę ius succedendi prætendebat, & quoad eam non tenet inuestitura in præiudicium Ducis Sabaudię, multo minus tenet quo ad maritum, qui nullum pen tus ius prætendere poterat in feudo, sed quantum ad eum censetur facta inuestitura ad effectum, quòd
19 vxor seruire posset per ipsum maritum, † nam fœmina succedens in feudo intelligitur habilitata, vt possit seruitia præstare per maritum, vt per Andr. de Isern. in tit. ex quib. caus. feud. amitt. & in tit. de cap. qui cur. vendidit §. similiter, quem cum pluribus alijs refert, & sequitur Paris. cons. 21. nu. 21. lib. 1. & consil. 4. nu. 26. eodem libro, ita de ea loquens tradit Cardinalis Simoneta inter consilia Mantuæ cons. 35. num. 9. & Senatores Lucensis, & Alipran. de ipsis Ducibus loquentes consil. 1. num. 20. versic. quia quando fœminæ. Vnde cum ipso marito non est nobis disceptatio, sed cũ Margarita vxore, quæ vt ex prædictis patet, vti hæres nullo modo potest impugnare factum antecessorum, maximè Theodori primi. Et sic ex prædictis concluditur non obstare exceptiones respicientes defectum potestatis, quæ adducuntur aduersus pactum prædictum.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio conditionalis si sine liberis decesserit cõprehendit non solum natos, sed etiam nascituros. Amplia etiãsi dictum sit si sine filijs decesserit ibidẽ.*

2 *Verbum liberi, est collectiuum plurium personarũ, & graduum descendentium in infinitum.*

3 *Verbum contingerit est futurum subiunctiui, ex tenore dispositionem in futurum extendit.*

4 *Infinitiui verbi natura est complectis omne tempus etiam futurum.*

5 *Bartoli doctrina in l. si ita ff. de auro, & argen. legato declaratur.*

6 *Verba quoquo tempore, quandocunq; vel quocunq; tempore denotant perpetuitatem.*

7 *Yolanda filia Theodori primi Paleologi tempore matrimonij initi cum Aymone Comite Sabaudiæ erat comprehensa in inuestiturie, & vocata ad feudum Marchiæ.*

8 *Argumentum ab euitando absurdo deductum validum esse in iure.*

9 *Absurdum ex absurdo accitur, & dato vno incommenienti multa sequuntur.*

10 *Absurdi euitandi gratia dispositio, seu lex generaliter loquens, debet generaliter intelligi, etiamsi simus inodiosis, & correctorius.*

11 *Expressum dicitur etiam illud, quod à contrahentibus fuisset dictum si de eo interrogati verisimiliter ita respondissent.*

12 *Instrumenti, & dispositionis vna pars secundum aliam intelligitur, & vna alteram declarat.*

13 *Assue correspectiui dicuntur quando incoeuntes simul vnus post alium.*

14 *Correspectiuorum quando vnum cessat, & aliud.*

15 *Argumentum à verisimili ad coactè intrandum voluntatem disponentium valet.*

16 *Velle quis non præsumitur quod non loquitur.*

17 *Participium procreatos, resolutur etiam in futurũ ideò qui procreati erunt quando ponitur in oratione conditionali futurum tempus respicien.*

18 *Verbum præteriti temporis quando ad futurum trahatur.*

19 *Bartoli doctrina in d. l. si ita ff. de auro, & argento legato quòd verbum præteriti temporis protrahatur ab homine ad trahitur ad futurum, quando intelligatur.*

20 *Verbum potest, dicitur extensiuum, & per illud verba præsentis, vel præteriti temporis trahantur ad futurum.*

21 *Verbum nunc, & verba illo casu paria sunt, & idẽ important.*

22 *Iurare seruare statuta edita non tenetur seruare statuto edendo.*

23 *Participia procreatoe, & procreatis apposita in pacto inito inter Theodorum Paleologum, & Aymonem Comitem Sabaudiæ qualiter intelligantur.*

24 *Infinitatis consideratio non attenditur, sed illa admittitur, vbi voluntas disponentis concurrit.*

25 *Descendentes omnes à primo inuestito dicuntur nasci ex corpore dicti primi inuestiti.*

26 *Nondum nati nec concepti, quod non dicantur agnati vel cognati quomodo intelligatur, & quomodo procedat.*

27 *Descendentes omnes & nascituri veniunt in feudo, vel emphyteosi tamquàm agnati eius qui fenditur, vel emphyteosim recepit.*

28 *Dictio, ex, non semper causam proximam denotat, sed aliquando denotat etiam remotam.*

29 *Clausula sequens quando nõ referatur, neque ex ea sum-*

sumat declaratio, seu determinatio ad secundum.

30 *Clausula precedens maioris censetur efficacia ad determinationem, & declarationem sequentium, quàm econtra.*

31 *Clausula sequens non refertur nec declarat precedentia, nec econtra quando per relationem, seu declarationem resultaret absurdum.*

32 *Clausula sequens quando continet extranea, & diuersa à precedentibus tunc per eam non datur declaratio ad precedentia.*

33 *Clausula sequens quando fiat accessorie ad precedentem, tunc non declarat nec determinat precedentem principalem.*

34 *Pater disponens circa filios masculos non prouidisse filiabus censetur quantum ad eas velinquere dispositioni iuris communis.*

35 *Fideicommissum iniunctum familiæ non extenditur vltra quartum gradum.*

36 *Fideicommissum iniunctum descendentibus, seu liberis, vel successoribus extenditur in infinitum.*

37 *Fideicommissum, vel prohibitionem de non alienando non extendi vltra quartum gradum, quomodo intelligatur.*

38 *Notarij stipulatione acquiritur ius absenti irrenocabiliter.*

39 *Ratificatio actus ex temporis diuturnitate subsequuta præsumitur.*

40 *Ratificare facto, vel verbis patria esse.*

41 *Successorum appellatione veniunt etiam omnes descendentes in infinitum.*

42 *Ratio eadem seu æquitas vbi militat, ibi idem ius esse debet.*

43 *Copula de natura est copulare æquè principaliter.*

44 *Copula, & quando cadit inter res quarum vna non accedit alteri tunc copulat æquè principaliter.*

45 *Copula posita inter personas inducit repetitionem precedentis qualitatis, & conditionis.*

46 *Oldradi consilium 177. & aliorum sequentium opinio reprobatur.*

47 *Dotis in augmentum quod fit, sequitur naturam principalis, & idem indicatur de eo quod de dote principali.*

48 *Dispositio conditionalis purificata conditione indicatur tanquam pura, & perinde ac si conditio nunquam fuisse adiecta.*

CONS. XV.

NVnc descendo ad secundam partem huius secundæ partis principalis, in qua videndum est de altera exceptione, quæ deducit ex defectu voluntatis Theodori pacisscentis, ad quam fuit etiã parte Ducis Caroli abũdè responsũ per præfatos DD. Purpuratum, Ozascum, Gulielmum à portis, & Menochium in eorũ allegationibus, adeo vt in hac quoq; parte reliquum mihi sit post optimorum vindemiatorũ terga racemos tantum colligere. Aduersus itaq; pactum de quo agitur, excipiunt scribentes Mantuani, & quatenus de eo constet, potuerit que fieri, attamen voluntatem, & intentionem Theodori fuisse intelligere de liberis tantũ primi gradus tunc natis, & existentibus tempore pacti, & sic de Ioanne, qui tunc natus erat, non autem de vlterioribus nascituris, & descendentibus in infinitum, & cùm conditio in pacto apposita defecerit, quia ipse Theodorus; & Ioannes decesserunt relictis liberis, ideo locum non habet pactum, & dispositio Theodori, & ad probandum suam exceptionem multa adducunt, quæ non hic referrè conueniens videtur, sed infra referenda melius existimo, vbi ad illa respondebimus, ne sæpius eadem repetamus; iis ergo non obstantibus dicimus ex infrascriptis clarè patere voluntatem Theodori fuisse in pacto comprehendere omnes etiam nascituros, & descendentes in infinitũ, non autem voluisse restringere dispositionẽ ad iam natos tantum.

Primò, quia dispositio tota est collata in futurum tempus & in euentum futurum incertum, quod patet, quia est conditionalis dum dicitur, si contingeret Theodorũ, dictio enim si, importat conditionẽ iuxta tradita per Bart. & alios in l. 1. in princ. ff. de condit. & demõst. vbi definit, quod cõditio est quidam futurus euentus in quem dispositio suspenditur & est propriè conditio, quãdo dispositionem suspẽdit in futurum euentum, vt per eum, & alios ibi; & tunc † dispositio condinonalis, si sine 1
liberis decesserit, comprehendit non solum natos, & existentes tempore dispositionis, sed etiam nascituros, etiam quod dictũ sit de filijs tantum, hoc probat tex. in l. Lucius la secunda, ff. de hæredibus instit. vbi est apposita conditio, si Titius hæres esse noluerit, aut prius moriatur quam meam hæreditatem adierit, aut filium, filiamue ex se natum nataue habuerit, & sic in conditione sunt positi filij, & tamen veniunt etiã nepotes, & vlteriores nascituri, ita illum tex. considerat adhoc Socin. cons. 45. viso testamento col. 3. vers. ad hoc tex. notabilis, & vers. præsertim, quia est dispositio collata in futurum euentum lib. 3. Curt. iun. cons. 111. nu. 19. allegat Io. And. in addit. Specul. tit. de testamentis in rubr. col. 4. vers. item Lãbertinus, & Io. Andreæ refert quoq;, & sequitur Alex. cons. 26. videtur fortasse col. 2. & col. fin. lib. 3.

Secundò probatur ex verbo, liberis, & liberos geminatè posito in conditione, quod quidem est † collectiuum, seu comprehensiuum 2
plurimum personarum, & graduum descendentiũ in infinitũ, & sub quo cõprehendũtur non solũ nati, sed etiã nascituri descendentes, vt in l. liberorum. ff. de verbor. signif. l. cognoscere. §. liberorum eod. tit. sed si hac lege. §. liberos. ff. de in ius vocando, siquidem vt habetur in d. l. liberorũ, vbi ad certas personas, & gradus descendentiũ volumus prouidere, vt solemus propriis nominibus, puta filijs, nepotibus, pronepotibus, & alijs vsque ad trinepotem, sed vbi vltra progredi volumus, & in infinitũ dispositionẽ extendere, nempè vltra trinepotem, tunc, quia cotienentia nomina non habemus, ideo vtimur verbo, liberis, vel

descenden tibus, aut alio collectiuo plurium personarum, & graduum ita dicit iurisconsultus in d. l. liberorum, & ibi Doct. not. In casu ergo nostro, quia Theodorus non respexit solum ad liberos natos, & primi gradus tantũ, aut nepotes, sed etiam ad alios vltra tunepotem, omnes descendentes in infinitum, ideo cum mysterio vsus est verbo liberos, & verbo liberis, vt denoraret infinitatem personarum descendentium ex se.

Tertiò, ponderandum est verbum, contingeret † quod est futurum subiunctiui, extendens etiam dispositionem in futurum euentũ iuxta Bart. in d. l. 1. num. 34. dicens, quod simum significat cum quadam præteritione, & tradunt Doct. in l. solemus. ff. eod. tit. de condit. & demonstr. vbi verbum, quod reperitur in præterito, & futuro subiunctiui, intelligitur in futuro, & licet illa lex loquatur in vltimis voluntatibus, attamen idem etiam est in contractibus, secundum Imolam Cum. & Socin. ibi, & in casu nostro, vt magis denotaret futuros casus, & euentus adiunxit verbum, decedere in finitiui modi † cuius natura est cõplecti omne tempus etiam futurum, iuxta glo. in l. 5. §. stipulatio autem in verbo daturum. ff. de verbor. obligat. quæ ait, quod ideo dicuntur infinita, quia omne tempus respiciunt, & ibi Bart. & alij notant Alex. cons. 28. num. 5. lib. 1. Vnde non sine causa dictũ est, si contingeret Theodorum, vel eius liberos decedere, & nõ dixit, si Theodorus, vel eius liberi decesserint sine liberis, quia voluit vti verbis illis, si contingeret decedere, vt denotaret omnem contingẽtiam, seu euentum mortis, & de effectum liberorum in infinitum quocunque tempore eueniret casus, & quicũque essent liberi, quos contingeret decedere sine liberis masculis.

Nec obstat, quod ad illud verbum contingeret conatur respondere Alexandrus inter eadem consilia Mantuæ cons. 29. num. 27. vbi fatetur quidem esse futuri temporis, sed respõdet, quod illud verbum in casu nostro est positum taxatiuè tantummodo ad verbum decedere, non autem ad personam Theodori, & filiorum natorũ, cum Theodorus tunc esset natus, & contraheret, vnde nihil futurum inquit, potest considerari eius personę respectu, sed decessus tantum, allegat Bart. ita declarantem in l. si ita colum. 2. vers. quidã aduocatus, ff. de auro, & arg. legato. Nam respondetur, quod hæc intelligentia, seu interpretatio est falsa, quoniam negari non potest, quin etiam respiciat personas Theodori, & liberorum, & decessum ipsorum sine liberis, imò Principaliter videtur positũ taxatiuè ad personas prædictas, quia ipse personæ immediatè ponuntur post verbũ contingeret, & ab ipso regunt, dum dicitur, si contingeret Theodorum, vel eius liberos masculos decedere, non autẽ dicitur, si contingeret decedere, Theodorum, vel eius liberos, quod factum est ad denotandum, quòd tempus futurum principaliter apponitur respectu personarum, & respicit omnem casum, seu euentum, & contingentiam decessus liberorum sine liberis masculis, & hoc patet ad sensum, nec eget probatione, doctrina autem Bartoli in d. l. si ita, non obstat, quia loquitur de verbo, potest, imò in infinitiuo, quæritur enim Bart. pone quòd testator dixit, lego omnes res meas, quæ sunt, & reperiri possunt Petrũ deinde testator superuixit, & multa alia acquisiuit, quæritur an futura veniant, dicit Bar. & de facto respondisse quod non veniunt futura, quia licet verbũ, possunt, sit extensiuũ, attamen hoc est verum respectu eius ad quod refertur, hic verò refertur ad verbum reperiri, non ad verbum res. Vnde est sensus inquit, lego omnes res meas, quæ sunt in præsenti, vel possunt reperiri, nunc, siue in futurum, non autem refertur ad existentiam rerum, & sic extendit actum reperiendi, non actum habendi allegat ad hoc glosin simili in l. fin. §. 1. ff. de leg. 2. super verbo, communes sunt, & pro hoc facit secundum eum, quia verbum debet declarare illud ad quod refertur, & non aliud l. à filio §. fin. ff. de alimen. & cibar. legat. & l. si quis legauerit ff. eo tit. de auro, & argen. legat. ecce quod Bart. loquitur qñ dispositio est concepta per verba denotantia tempus præsens dum ait, quæ sunt, & reperiri possunt, in casu autẽ nostro dispositio est cõcepta per verbum futuri temporis, & inquantum Bartolus dicit, quòd verbum possunt, nõ refertur ad res, sed ad actum reperiendi, hoc ideo est, quia testator legat tantummodo res, quæ tunc erant in existentia, & quæ poterant reperiri, sed ex hoc non negat, quin etiam respiciat res tunc existentes, quia esse non potest, quin si refertur ad actum reperiendi referatur quoq; ad res, quæ reperiuntur, sed vult dicere Bar. q nõ refertur ad res alias acquisitas, post legatum per testatorem, at diuersum est in casu nostro, quia verbum contingeret, refertur ad actum decessus in futurum, non solum Theodori, sed etiam liberorum eius, non tantum natorum, sed etiam nascenturorũ.

Quarto, non contentus Theodorus verbis prædictis, addidit etiam verba geminata quoquo tempore † quæ denotant tẽpus sine præfinitione, licut dicimus de verbo, quandocunque vel quocunq; tempore, quæ idem sonãt, & perpetuitatem denotãt iuxta cumulata per Tiraquell. de retractu conuentionali §. 1. glo. 2. num. 17. & sequenti, & vt dicit Bald in d. l. si quis ad declinandum colum. 3. vertic. restat dubium C. de Episcop. & clericis aduerbium, quandocunque est multiplicatiuum, vel cõprehensiuum plurium temporum vniformiter, & pondero, quòd Theodorus vsus est verbis geminatis, quoquo tempore, quæ magis apta videntur denotare perpetuitatem, & extensionem ad omne tempus, quam aduerbiũ, quandocunque, & hoc ideo, vt declararet dispositionem suam non restringi ad liberos iã natos tantum, sed etiam futuros comprehenderet, quocunq; tempore essent, vt sit sensus, quocunque tempore contingerit casus, quo liberi Theodori decesserint sine liberis masculis, siue id contigerit tempore existentium

libe-

liberorum primi gradus, siue secundi, aut tertij, vel vlterioris, quoquo tempore id fuerit, & istè casus euenerit, tunc Marchionatus sit, & esse debeat Yolandæ, & suorũ successorũ hinc enim est verus sensus illorum verborũ.

Nec obstant, quæ ad illud verbũ, quoquo tempore, respondent præfati scribentes præcipuè Lucensis, & Albrisius in dictis eorum allegationibus fol. 42. versic. nec supradictis obstat, dicentes, quod illud aduerbium quandocunque, est extensiuum temporum, non autem personarum, vt habetur inquiunt, in l. Centurio ff. de vulga. & pupill. Vnde non facit, aiunt, comprehendi plures personas, sed respectu personarum, comprehendit varia tẽpora, puta impubertatis, vel pubertatis, hæreditatis aditæ, vel non aditæ, & de hoc dicunt esse text. in l. neminem C. de decurionibus lib. 10. cum glo. in verbo, quandocunq;

Quia respondetur, quod in casu nostro nõ dictum est, quandocunque, sed quoquo tempore, quæ verba magis sunt apta denotare infinitatem, seu perpetuitatem, quàm verbum, quandocunq; vtiupra dicebamus; & quatenus idem esset dicere, quoquo tempore, & quandocunque, respondemus, quòd secundũ Bal. in d. l. si quis ad declinandam colum. 3. dictio quandocunque, non est diuersorum tẽporum distinctiua, sed est plurium temporũ vniformiter comprehensiua, & negari non potest quin illa verba, quoquo tempore, vel quandocunque, adiecta verbo liberorum, cõprehensiuo plurium personarum, non etiam respiciat personas, vnà cum tempore, quia nõ est dare separationem inter personas, & tempus, cùm non possit cõsiderari decessus quoquo tempore sine personis, nec reperio aliquem doctorem, qui dicat in l. Centurio, q dictio quandocunque, sit extensiua temporis tantum, non autem personarum, eo quia, si pluribus personis institutis fiat substitutio eis quandocunque decedẽtibus, certè illa dictio quandocunque, est etiam cõprehensiua personarum sicut temporum, nec obstat glo. in l. neminem C. de decurio. lib. 10. quia non dicit id ad quod allegatur, sed tantum quod dictio, quandocunque, aliquando strictius sumitur, quàm sonat, & illud est ibi propter subiectam materiam, sed vbi materia subiecta patitur, prout in casu nostro, certè non video, cur nõ largè, & generaliter debeat sumi, vnde verum non est, quod respectu personarum dicatur comprehensiua diuersorum temporum, scilicet impubertatis, & pubertatis, hæreditatis aditæ, vel non aditæ, eo quia non agitur hic de substitutione, seu effectibus resultantibus propter substitutionem, si decessus sit intra, vel extra pubertatem, seu ante aditam hæreditatem, vel post, prout considerant DD. in l. Centurio ff. de vulg. & pupillar. in l. precibus C. de impub. & aliis substitutio. & alij in locis, nam respectu personæ Theodori aptari non potest ista consideratio, & illa verba, quoquo tempore, quantum ad eum non possunt intelligi posita, vt denotent tempora impubertatis, vel pubertatis, hæreditatis aditæ, vel non aditæ, vnde, vt aliquid operentur, & non superfluo apposita censeantur, contra l. non aliter ff. de leg. 3. c. si Papa de priuileg. in 6. necessariò intelligi debent, siue decesserit tempore existentium liberorum primi gradus; siue tempore nepotum, vel proneponum, aliàs quantum ad eum nihil operabuntur dicta verba, quæ cùm æquè respiciant ipsum Theodorum, ac eius liberos, & conditionem vtriusq; appositam eodẽ modo intelligi debent, quoad omnes personas, ex regula, quod vna determinatio respiciens plura determinabilia pariformiter determinare debeat vulgata l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupil. quo fit, vt quoad omnes debeat eandem habere determinationem, vt sit sensus, quòd quandocunque, seu quoquo tempore decedere cõtingeret Theodorum, vel eius liberos, sine liberis, vel tempore liberorum primi gradus, vel nepotum, vel aliorum vlteriorũ gradus, quoquo tempore descendentium liberorum euenerit casus decessus liberorum sine liberis masculis, Marchionatus sit Yolandæ, & successorum, suorum, & hic est verus sensus, & vera intentio Theodori vt etiam dicebamus supra, non verò ea, quam præfati scribentes Mantuani comentus suis considerationibus contingũt & candidam voluntatem, & intentionem ipsius Theodori obtenebrare conantur.

Quintò, cum verbis prædictis, quæ clara sunt, & tergiuersari non possunt, concurrit
7 etiam ratio. † Nam clarum est, vtsupra satis demonstrauimus, quòd Yolanda tempore pacti, & conuentionis comprehensa erat in ineshaturis, & consequenter vocata ad feudum Marchionatus, non minus ipsa, quàm Yolanda eius auia, & Thodorus pater tempore Ioannis vltimi, cui successerunt, & æquè habebat ius succedendi non solum Theodoro, & Ioanni filio, si decessissent sine liberis, sed etiã si casus dedisset, quod præmortuis Theodoro, & Ioanne relictis nepotibus, qui postea decessissent sine liberis, profectò æquè potuisset succedere in feudo, sicut si omnes ipso decessisset sine liberis. Vnde mens, & intentio Theodori fuit, conseruare ipsi Yolandæ, & suis ius successionis, & prouidere eis tam respectu liberorum tunc natorum, quàm nepotum, & aliorum vlteriorũ gradus, ne scilicet per aliquem ex masculis descendentibus excluderetur, quin masculis semper, seu quoquo tempore decedentibus admitti posset, sed si dispositio fuisset restricta ad filios procreatos tempore pacti, & non ad alios, certè pactum, qđ ad conseruationem, & augmentum iuris successionis, & sic fauore ipsius Yolandæ, & suorum fiebat, contrarium effectum attulisset, nempè diminutionem contra l. legata inutiliter ff. de adim. legat. l. legata inutiliter ff. de leg. 1. & l. si mancipia ff. de fundo instruct. & quod eius fauore factum erat, in eius odium rẽdũ daret contra l. quod fauore C. de legib. cum similibus, quo fit vt mens Theodori fuerit, cõ seruare eidem Yolandæ, & suis ius successionis,

nis, non tantum quo ad liberos primi gradus, & iam natos, sed etiam quo ad alios vlterioris gradus, & quoad omnes descendentes in infinitum.

Sextò, etiam probatur arguendo ab absurdo, & inconuenienti euitando, † quod argumentum validum est in iure l. nam absurdum iuncta l. præcedenti ff. de bon. liber. l. 1. §. vnde quæritur ff. de publica. & leg. obseruare §. fin. ff. de off. proconf. & lega. cum alijs similibus adductis per Nicol. Euerar. in locis argumentorum legal. loco ab absurdo, nam non est asserendum vel dicendum id, vel fumendus intellectus, ex quo sequi posset absurditas, quæ vitanda est iuribus supra allegatis. At in casu nostro, si diceremus dispositionem Theodori restringi ad liberos tunc natos, & existentes tempore pacti, non vnum, sed multa sequerentur absurda, & inconuenientia.

Primò enim sequeretur, q si Ioannes prædeceßisset ante Theodorum patrem, relicto filio masculo, deinde deceßisset Theodorus superstite nepote, talis nepos non succeßisset, sed Yolanda, quia verum fuisset dicere Theodorum deceßisse sine liberis natis tempore pacti, quod est absurdißimum, imò contra expreßam mentem, & intentionem Theodori, vt probat adurtens adhoc absurdũ D. Octauianus in suis allegationibus num. 113. versic. nec enim vesimile, & Purpuratus, nu. 91. versi. sed aduertendum.

Secundò, vltra eos aliud sequeretur absurdum nam fingamus retento eodem themate, quòd post Theodorum deceßisset nepos nullis relictis liberis masculis, certè Yolanda, quæ ex dispositione iuris vti proximi vel succedere debuisset, fuisset tamen exclusa à successione nepotis, eo quia dispositio Theodori erat restricta secundum præfatos scribentes ad liberos primi gradus natos, & existentes tempore pacti tantum, non autem ad vlteriores absurdum autem videretur quod debuisset, & potuisset succedere Ioanni fratri, cuius autem filijs non.

Addo, & tertiò aliud absurdum, Nam fingamus Ioannem præmori Theodori patri relicto filio, & filia, deinde q mortuo Theodoro deceßisset nepos, superstite sorore, & Yolanda amita, certè soror, ademq; neptis respectiuè succeßisset in feudo, exclusa Yolanda amita, quod tamen fuisset contra expreßam mentem Theodori, qui voluit ipsam iam natam, & magis dilectam præferri in succeßione feudi filiabus suis, & liberorum ipsius Theodori naßcituris, vnde Yolanda magis dilecta, & cui Theodorus per pactum specialiter voluit prouidere, minus consequuta fuisset, imò deterioris fuisset conditionis, quam neptis minus dilecta contra l. publius §. fin. ff. de conditio. & demonstratio. & l. cùm à matre C. de bonis maternis ibi deteriores esse filij nepotibus non signantur.

Quartò, aliud addo inconueniens, qua si Theodorus aliam filiam suscepißet vltra Yolandam, & Ioannes prædeceßisset relicto masculo, & post eum Theodorus relictis filiabus, & nepote, qui deinde mortuus fuisset sine liberis, certè Yolanda quam Theodorus voluit præferri alijs filiabus suis in succeßione feudi, eiq; prouidere, ne per masculos excluderetur, non tamen potuisset succedere, quia pactum secundum eosdem scribentes erat restrictum ad casum, & euentum deceßus liberorum natorum tempore pacti, nec etiam soror potuisset succedere, eo quia fuisset à feudo exclusa per nepotem, adeo vt eo mortuo amplius non fuisset admißa ex d. §. quinetiã Episcop. vel Abba. & per conclusionem supra firmatam, & sic feudum fuisset deuolutum Imperatori, fuit ne intentio Theodori hæc? certe non nam eius mens, & intentio fuit conseruare ius succeßionis in posteros suos, & prouidere ne extingueretur, fed conseruaretur potius, quod tamen non fuisset, si diceremus pactum esse restrictum ad filios tunc natos.

Septimò † ex absurdo absurdum sequitur, vt dicit glo. in l. diuortio super verbo alioquin ff. solut. matrim. & in l. a testatore circa fin. ff. de cond. & demonst. dato enim vno inconuenienti multa sequuntur l. ratas C. de rescind. venditio. vbi Bal. Salic. Pau. de Cast. & alij notant, aliud etiam ex prædictis sequeretur absurdum nẽpe, quod Yolanda, cui pater in contractu matrimonij cum Aymone Comite ob quam causam Marchionatum in augmentũ, & ex causam dotis peruenire volebat, pœne indotata remãßisset adeo, quòd pactum quod in augmentum, & ad conseruationem iuris factum erat in diminutionem imò amißionem iuris conuerteretur, vt supra in proximo argumento dicebamus? Similiter Comes Aymo, cum quo contrahebatur, & qui contemplatione matrimonij conueniebat cũ Theodoro, quod Yolanda, & sui succedere deberent in Marchionatu, deceptus remanßet, nam eius quoq; mens, & intentio spectanda est, non solius Theodori, quia pactum non vnius, sed diuorum consensu, & placito firmatur, iuxta l. 1. ff. de pactis. Vnde non est verisimile, q magnus Dux, & Comes voluißet filiã parui Marchionis ducere in vxorem cum parua, & ferè nulla dote, nisi etiam interuenißet pactum cõseruatiuum succeßionis in Marchionatu pro ipsa Yolanda, & suis in perpetuum quocunque tempore cueniret conditio seu euentus mortis liberorum sine liberis masculis illud enim præcipuè causam dabat contractui matrimonij, vt sepè diximus, ex qua quidem ratione sequitur, quòd pactum generaliter loquens de liberis Theodori, & liberorum liberis, nullo modo debeat restringi, sed ampliari potius, & generaliter intelligi l. 1. §. generaliter ff. de leg. præstan. cap. solitæ de maior. & obedien. & cum pacißentes non distinguant, nec nos distinguere debemus vulg. l. de pretio ff. de publicia. in rem actio. maxime cum non subsit ratio distinguendi, nec restringendi, quinimò potius subest ratio ampliandi, & dilatandi; † quo casu etiam in correctorijs, & odiosis ad euitãdam absurditatẽ, debet dispo-

sitio,

sitio, seu lex generaliter loquens, generaliter intelligi, iux ta glo. singul. in clem. fin. de rescript. & per plura tradit Nicolaus Euerard. d. loco ab absurdo euitando col. 5. vers. & quomodo etiam intelligitur, multo ergo magis in casu nostro, vbi non in odiosis sumus, sed potius in fauorabilibus, & nulla est ratio valida restringendi, sed potius e contrario, omnis ratio vult, vt verbum liberos, & liberis, iuxta, proprium significatum stet, & intelligatur, non autem, quod restringatur, nam hic non agitur de extensione, seu ampliatione verborum, sed quod verba remaneant in suo proprio significatu, vt cuitentur absurda, nam si, vt illa euitentur debet fieri extensio strictæ significationis ad largam, quanto magis, vbi non fit aliqua extensio, sed agitur, quod verba remaneant in suo proprio significatu, imo vero econtra per restrictionem, quæ fieret, inducuntur multa absurda, & inconuenientia, vt supra demonstrauimus. Itaq; eadem ratio, & mens paciscentium fuit, quod Yolanda æquè ius successionis in feudo haberet, si nepotes, & alij vlteriores gradus decederent sine liberis, sicut si ipse Ioannes tunc natus decessisset sine liberis, Imò si voluit ipsam succedere Ioanni filio iam nato & magis dilecto, multo magis nepoti, & alijs vlterioribus nascituris minus dilectis, prout ita ipsi ambo contrahentes, & præcipuè ipse Theodorus, si fuisset interrogatus, peulddubio ita respôdisset, iuxta glo. & Doct.

11 in l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis, † nam illud habetur pro expresso, quod à contrahentibus fuisset dictum, si de eo fuissent interrogati d. l. tale pactum. §. fin. & in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posthum. cũ alijs cumulatis per Doct. maximè Iasonẽ in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. & per Barbat. cõs. 51. incipiente circa hanc, relato inter consilia Alexandri volu. 1. & per Socin. cons. 40. quos refert Paris. cons. 51. num 24. lib. 2. Ias. cons. 4. colu. 2. lib. 1. vbi ait, quod illud debet haberi, acsi fuisset à testatore, seu a cõtrahentibus ordinatum argum. d. l. tale pactum, & facit benè text. secundum eum in l. fin. secundum intellectum Bart. Baldi, & Angeli. C. de liber. & posthum. & text. in d. l. Titius. §. Lucius, & ibi Bart. & alij. ff. de liber. & posthum. vbi prouisio facta in vnum casum porrigitur ad alium, in quem testator similiter prouidisset, si de eo fuisset interrogatus, sed in casu nostro non est arguendum à verisimili mente, cùm habeamus verba clara, vt supra demonstrauimus, vnde multo magis ergo concurrente etiã verisimili mente, adeo, vt mentem, & verba habeamus, & propterea cessat omnis disputatio.

Octauò, quod pactum de quo agimus nullo modo dicatur restrictũ ad liberos iam natos, sed debeat intelligi etiam de procreandis, tam per Theodorum, quàm alios descendentes, probatur, nam verba illa, ex legitimis matrimonijs procreatis æquè respiciunt Ioannẽ filium, ac Theodorum patrem, quia conditio si decesserit sine liberis masculis ex legitimo matrimonio procreatis æquè, & pariformiter apponitur Ioanni, sicut Theodoro patri, ergo pariformis debet fieri determinatio. d. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. Sed si diceremus pactum esse restrictum ad iam natos tantum, & existentes tempore pacti, & sic ad Ioannẽ, non pariformis fieret determinatio, sed dissormis, eo quia quantum ad Ioannem, qui erat natus tẽpore pacti, nullo modo illa verba poterant intelligi de filijs iam natis, cùm nullos haberet filios, quia contraxit matrimonium ex post de anno 1337. cum Cecilia de Comingis, vt refert Beneuenutus in sua historia, imò nec ex illa habuit aliquos filios, sed defuncta prima vxore, contraxit postea secundùm matrimonium de anno 1358. cum Elisabeth filia Petri Regis Aragonum, & Barchinonis, vt idem Beneuenutus scribit, ex qua suscepit tres filios Secũdotum, Ioannem, & Theodorum; Vnde esse non potest, quod dicit Aliprandus d. cons. 29. præsentibus hoc fundamentum, dum ait, quod fortè etiam nunc tempore pacti Ioannes habebat prædictos filios ex dicta Cecilia prima vxore, quia impossibile est, quod eos habuisset tunc cùm nundum esset contractum matrimonium, imò cùm ex eo nullos habuerit, sed ex secundo matrimonio longè post cõtracto, quo stante sequitur necessario, quod verba prædicta, si decesserint sine liberis, ex legitimo matrimonio procreatis, debeant intelligi etiam de procreandis, & sic de his, qui in futurum erunt procreati tempore existentis conditionis, non autem de procreatis tunc tantum, & existentibus tempore pacti, maximè, cùm nulla ratio diuersa cõsideretur, vt illa verba debeant intelligi, & determinare vno modo quantum ad Theodorum, & alio quantum ad Ioannem, & alios, sed potius eadem ratio pariformis determinationis militet in vtrisque, & sic idem quoque ius esse debeat vulg. l. à Titio, ff. de fur. l. à Titio. ff. de verbor. obligat. cum sim. ibi.

Nonò, etiam probatur, nam in præcedentibus per aliud pactum dicitur, quod si contingeret Yolandam decedere superstitibus ex ipsa liberis masculis, ex dicto D. Comite, pereatis, quod iura quæ habebat Comites vltra data in dotem per dictum D. Marchionẽ in castris prædictis Lanei, Ciriaci, & Casellarum, peruenirẽt ad dictos liberos, cece quod licet illud participium procreatis, sonet in præteritum, tamen nullo modo potest intelligi de procreatis tempore pacti, cùm nulli extarent adhuc procreati, quia tunc tantũ contrahebatur matrimonium, & ideo necessariò intelligitur de procreandis in futurum, maximè cùm sit iunctum verbis respicientibus futurum tempus, si contingere, decedere, quæ sunt extensiua dispositionis in futurum tempus, vt diximus supra, quem admodum ergo ibi verbum præteriti temporis, procreatis, trahitur ad futurum tempus, & illud respicit, ita in pacto subsequẽti, de quo agitur, debet illud participium, procreatos, intelligi etiam de procreandis, cũ ibi quoq; sit iunctum verbis respicientibus futurum tempus, & trahat dispositionem in futurũ

12 euen-

12 euentum, † nã vna pars instrumenti, & dispositionis secundum aliam intelligitur, & vna alteram declarat l. qui filiabus l. ti seruus plurifi. §. fin. ff. de leg. 1. l. vtrum ff. de petitio. hereditat. cum similibus.

Decimò, additur prædictis, quod vt in eodem instrumento conuentionis continetur, præfatus Comes Aymo contrahens, multa iura, actiones, & inuestituras habebat acquisitas, & acquisita, tam per eum, quàm per antecessores suos Amedeum, & Eduardum Comites super castris, & oppidis Clauasij, Verolengi, Montisbelli, & alijs partibus Marchionatus vltra iura, quæ etiam acquisiuerat ipse, & prefati Comites, necnon etiam Margarita de Sabaudia super dictis Castris Lancei, Cinaci, & Cassellarum, quæ omnia iura præter hæc super dictis tribus castris, de quibus conuenerat, quod essent filiorum masculorum qui nascerentur ex dicto matrimonio, prætatus Comes Aymo cedebat, donabat, & remittebat, in perpetuum ipsi Marchioni, quę quidem donatio, cessio, ac remissio intrinm fuit correspectiua ad ius successionis, quod per pactum ipsi Yolandæ, & suis reseruabatur, & acquirebatur, quod
13 patet, quia vnum fit incontinenti post aliud † nam dicuntur actus correspectiui, ideſt vnus gratia seu respectu alterius, quando incontinenti facti fuerũt vnus post alium iuxta Bald. in l. petens C. de pactis, late & pulchrè Corneus consil. vltimo lib. 1. & alijs in locis relatis per Cruetam consil. 152. num. 8. vbi post Ancharan. ait, etiam dici actus correspectiuos, licet non incontinenti, sed breui interuallo facti sunt vnus post alterum, idem Crueta consil. 246. sub num 3. versic. item cùm ista conuentio, plura ad hoc adducit Io. Iacobus Leonardus inter consilia Bruni consil. 118. & quod hęc pacta sint correspectiua probatur etiam, dum dicitur, contẽplatione dicti matrimonij, nam ea pacta, & præcipuè pactum successionis, de quo agitur, dabat causam matrimonio, Sicut itaque remissio, & donatio iurium Aymonis erat perpetua, & non temporalis restricta ad aliquas certas personas, ita econtra acquisitio, seu, vt melius loquamur conseruatio iuris successionis in Marchionatu debet censeri perpetua, & non temporalis restricta ad vnã certam personam tantum, nempè ad Ioannem tunc natum, nam nisi ius successionis fuisset perpetuum quoad omnes descendentes masculos Theodori, verisimiliter ipse Comes Aymo iura sua non cessisset, & donasset imp-
14 petuum, † nam in correspectiuis quãdo vnũ cessat, cessat, & aliud. l. filio. §. matr. l. alumnæ. § Seia. ff. de adim. lega. cũ alijs adductis per Do. Cruetam d. consil. 246. nu. 4. & consil. 230 nu. 2. Non enim est credibile, nec verisimile, quod Comes Aymo voluerit cedere, & remittere iura, quæ habebat de præsenti, & sibi competebant in re, seu ad rem, pro iure successionis in spe tantum restrictum, & limitatum ad vnã
15 personam tantum, nempè Ioannem † valet autem argumentum à verisimili ad coniecturandam voluntatem contrahentium. l. in obscuris ff. de reg. iur. regula inspicim° extra eod. tit. in 6. cum vtrobiq; nota. per glo. & D. & per Euerard. in locis legalib. loco à verisimili colum. 1. vers. secundo valet, adducit text. quẽ dicit adhoc singulariter in l. si vnquam, iuncta glo. C. de reuocan. dona. cùm alijs, vt per eum nemo enim præsumitur velle iactare suũ vulga. l. cùm de indebito ff. de proba. & donatio. non præsumitur l. Campanus ff. de ope. liberto. & multis alijs comprobare possem, sed non expedit, quia satis clarum est.

Vndecimo addo etiam, quòd cùm tempore pacti Theodorus haberet Ioannem filium, vt fatentur scribentes prætati, & probatur dicto instrumento conuentionis inhitæ anno 1325. producto in actis, si mens Theodori fuisse, prout asseritur, restringere dispositionem ad iam natos, expressè dixisset, si Theodorus, & Ioannes eius filius decederent sine liberis, nã hoc facere potuisset, & verisimiliter fecisset, si voluisset, prout ita fecerat in conuentione prędicta inhita cum præfato Filippo Principe Achaiæ dicto anno 1325. sed cùm non fecerit censetur noluisse, quod dispositio ad eum restringeretur argumen. leg. vn. §. sinautem ad defficientis C. de caduc. tollend. vbi DD. not.
16 præcipuè Bald. in principio dicens, † quod si quis non loquitur, nec velle præsumitur, allegat Arist. & Boetium dicentes, quod voces sunt notæ opinionum, & voluntarum, ergo econtrario non voces non sunt notæ alicuius intentionis animæ, ad idem facit tex. in cap. inter corporalia de transl. Episcop. ibi, dum dicit, vnde si circa translationem idem fieri voluisset, qđe cessione dixerat, de translatione poterat expressisse, & in cap. ad audientiam de decimis, ibi, nam si intelligeremus, &c. vbi glo. not. arg. quod à forma verborum sine certa scientia non est recedendum, prædicta iura ad hoc citat Alex. consil. 155. sub num. 4. vers. dedit ergo nobis intelligere lib. 2. quia ergo Theodorus, non ad iam natos tantum restringere voluit dispositionem suam prout facere potuisset, si voluisset, ideo vius est verbo collectiuo seu comprehensiuo plurium personarum, & gradum, apto comprehendere omnes descendentes in infinitum, vt ex hoc ostenderet, voluntatem, & intentionem suam fuisse, qđ pactum ad vlteriores quam ad iam natos porrigebatur, & propterea vius est etiam plurali numero, qui nõ vno solo contentus est, sed in pluribus debet verificari l. vbi numerus ff. de testib. & sic cum iam vnum haberet natum, & nihilominus de pluribus loquut' est, certe voluit intelligere etiam de nascituris, & de alijs quàm de Ioanne iam nato, & existente in rerũ natura, in quo nullo modo potest procedere consideratio, quòd de aliquibus natis dispositio intelligatur, cùm nullos haberet, vt supra dicebamus. Vnde Aliprandus sentiens hoc fundamentum de pluritate, quæ non potest in vno tantum verificari, vt euitaret obiectum dicebat, quòd fortè etiam Ioãnes habebat & ipse filios ex Cecilia prima vxore, quod verum non esse probauimus supra, quo sit, vt necessario sit

rio sit dicendum, verba illa debere etiam referri ad nascituros, non autem restringi ad iam natos tantum & pactum comprehendere omnes descendentes in infinitum, & hoc est clarum, nec opus est vltra comprobare.

Et licet ex prædictis sublata remaneant quæcunque adducta per præfatos scribentes pro Ducibus Mantuæ, nihilominus singulis respondere visum est vt magis, atq; magis elucescat veritas, & cædida appareat intentio, & voluntas Theodori, ad quam obtenebrandam, & veritatem occultandam scribentes ex aduerso multa excogitarunt, sed veritas non quærit angulos, nuda enim, & aperta est, quæ vti mater iustitiæ amanda, & colenda est iuxta Bald. in l. libertini ff. de statu hom. & in tracta. scisinatis colum. 1. & in l. cum ita ff. de condit. & demonstrat. Et singula eorum fundamenta referre decreui, prout scripta leguntur per eos, vt qui eorum scripta non habent, certò sciat quo modo loquantur, qui verò habent, non grauentur toties eorum scripta adire, & etiam quia relato fundamento eorum, per responsionem nostram, quæ statim subiicitur, magis appareat qualia sunt eorum dicta, vt sicut aurum igne probatur, sic eorum considerationes, & argumenta probentur, an veritatem contineant,

Adducunt itaque præfati DD. nempè Aliprandus d. consil. 29. num. 11. & 12. & Lucenfis, & Albrisius in eorum allegationibus folio 40. versic. & secundo fortius, quòd pactum de quo agitur locum habere non potest, eo quia loquitur de Theodoro, & eius liberis procreatis, inquantum ipse Theodorus, & eius Theodori liberi, procreati de legitimo matrimonio decederent sine filiis, & sic cùm verba sint prolata in tempore præterito, videlicet procreatos, nulla ratio sua inquit Aliprandus, quod intelligatur de aliis filiis post cōtractum procreandis, & sic dispositio ipsa respiciebat tantum personam Theodori, ac etiam Ioannis eius Theodori filij tūc nati, quinetiam Ioannes tunc fortè habebat filios ex Cecilia eius prima vxore, vel etiam quod est plus dicamus inquit, quòd tunc fortè nati fuerint ex Ioanne antedicto Secundotus, & alter Ioannes, & Theodorus II. omnes filij dicti Ioānis, in quos vt potè tunc natos, possit dispositio verificari, clarum est tamen illos omnes non decessisse sine liberis, cùm Theodorus II. habuerit Ioannem Iacobum, qui decessit cum altero Ioanne, Gulielmo, Bonifacio, Theodoro Cardinale, & qui Ioannes immediatus decessit relicto Gulielmo, & Gulielmus relicto Bonifacio & sic non est verum, imò falsissimum aiunt, natos ex legitimo matrimonio tēpore instrumēti, decessisse sine filijs masculis ex legitimo matrimonio procreatis, cùm imo nati sint, vt supra dictum est, & ista est clarissima responsio dicit Aliprandus, inquantum tamen probatur quod verba suprascripta, quæ proculdubio sunt præteriti temporis, videlicet procreatos, non trahuntur ad futurum tempus, quod autem verba præsentis, & multo magis præteriti temporis non trahantur ad futurum, hoc clarissimè constat inquiunt, per tex. in l. si ita vbi Bart. hoc clarè notat ff. de auro, & arg. legat. vbi si testator dicit, lego vestem meam argenteam meum, non venit nisi illud, quod habebat tempore testamenti, vnde idem Bartol. dicit, quòd vbi tempus præsens, vel futurum profertur ab homine, prout profertur in proposito nostro, & non adest verbum potest, quod est extensiuum, prout non adest in proposito inquiunt, & non continet illud quod pendet à mera voluntate defuncti, prout non pendet habere filios, & alios liberos, & variatio contingit circa diuersas res, prout est filius, & reliqui, quia vnus non est alius, & tractetur de magno præiudicio, prout tractatur inquiunt, in proposito nostro, his concurrentibus, tempus præsens aiunt, vel tempus præteritum, nunquam trahitur ad futura, & sic appellatione liberorum procreatorum, non possunt venire procreandi, & si Bar. hoc vult aiunt, loquens in vltimis voluntatibus, quæ sunt fauorabiliores, quanto magis in contractibus, in quib⁹ fit stricta interpretatio l. quicquid astringeudæ ff. de verborum obliga. hæc sunt verba doctorum præfatorum.

Ad hæc fuit responsum, & benè per Mo-17 nochium in suo cons. 1 num. 194. † quod verbum, seu participium procreatos, quod præfati scribentes valdè ponderant, resoluitur etiā in futurum, idest qui procreati erunt, iuxta Bart. in l. 1. num. 34. ff. de conditio. & demonstrat. & cùm agatur de actu de futuro, resoluitur in relatiuum, & verbum, idest qui procreabuntur, allegant glos. communiter receptam in clement. 1. de præben. necnon Galiaulam Parpal. Ripam, Iasonem, & Ruinum in locis per eum relatis, & ibi nu. 195. respondet etiam 18 † quod verbum præteriti temporis ad futurū trahitur, quando est significatiuum actus, qui futurum respicit, allegat Rom. qui elleganter declarat in consil. 334. sed est aliàs 333. per tex. in l. talis scriptura §. vlt. ff. de leg. 1. præcipuè verò hoc procedere declarat idem Roma. quòd verba comprehendentiam præteritum, & futurum tempus exponantur in præteritum vel futurum secundum, quod magis euitatur absurditas, quod maximè casui nostro, quòd scilicet exponatur in futurum, quia hoc modo euitatur absurditas, quę sequeretur, si exponeretur in præteritum prout sonat. Addo ego non obstare doctrinam Bartoli in d. l. si ita ff. de auro, & argen. legato dicentis, quod verbū præteriti temporis prolatum ab homine non 19 trahitur ad futurum, † quod illud intelligitur, vt procedat iuxta terminos d. l. si ita super qua scribit, scilicet, quando sermo non est per verba extensiua in futurum & dispositio non cōtinet aliqua verba respicientia actum in futurum, sed de præsenti, tunc enim procedūt tradita per Bartolum, secus autem, vbi dispositio continet verba denotantia tempus futurum, ex quibus appareat de voluntate disponentis, tunc præteritum trahitur ad futurum, hoc expresse probat text. in d. l. si ita, dum dicit, quia

præsens

præsens semper intelligitur, si aliud comprehensum non est, ergo arguendo à contrario sensu, quod argumentum validum est l. 1. §. huius rei. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. qui testamento. ff. de testam. si aliud sit comprehensum in dispositione, tunc præsens, vel præteritum tempus ad futurum extenderur, vnde idem Bar. ibi num. 3. ait, † quod quãdo est appositum verbum potest, tunc licet sit præsentis temporis, attamen quia est extensiuum, per illud verba præsentis temporis, vel præteriti trahuntur ad futurum, per tex. in l. si ita quis. ff. de leg. 2. vbi glo. in verbo, potest, & ibi idem Bart. & alij notant Alex. cons. 59. col. fin. vers. nota verbũ possint, lib. 5. si ergo tempus præteritum trahitur, & extenditur ad futurũ, propter verbum potest quod est rẽporis præsentis, eo quod extensionem contineat ad futurum, quanto magis in casu nostro id erit, vbi sunt expressa verba futuri temporis? Imò, vbi tota oratio, seu dispositio continet verba denotantia actum, & extensionem in futurum, vt supra ponderauimus, quo fit, vt locum hic non habeat doctrina Bartoli, & propterea, dum præfati Doctores dicunt, nullũ hic esse verbum extensiuũ, non bene ponderant verba pacti, quia non vnũ tantum, sed nulla sunt verba extensiua in futurum, vt supra probauimus.

Et ideo dum ijdem scribentes dicto fol. 40. fac. 2. vers. nec obstat si dicatur, respondent tacitæ obiectioni, si diceretur, quod dictio procreatos, debeat intelligi, & referri ad tempus, quo decederent sine liberis, quod adhoc, vt possent referri ad illud tempus, inquiunt, fuisset dicendum tunc procreatos, iuxta doctrinam Bart. in l. utoribus. ff. de testam. tut. quem ad hoc etiam adducit præfatus Aliprand. d. cons. 29. num. 17. Respondemus, quod licet nõ adsit dictio tunc, attamen adsunt alia verba, quæ idem sonant, quod dictio tunc, tempè verba, illo casu, † nã idem est dicere, illo casu, ac dicerotunc, vt Memmet Bart. tradit in d. l. utoribus, dicens, quod pronomen illo, est demõstratiuum de longinquo, vt supra etiam dicebamus. Itaque vbicunq; oratio, seu dispositio continet verba extensiua, tunc doctrina Bartoli non procedit, vt ipsemet, declarat ibi in d. l. si ita num. 3. & vers. fallit propter dictionem tunc, & per Vincentium Hercula. in disputatione incip. Peruisinus quidam, vbi de materia dictæ doctrinæ Bartoli tractat, nam ibi col. 21. seu fol. 7 col. 1. vers. & primò, ponit post eundem Bart. primam limitationem ad iura, quæ dicunt, dispositionem non trahi ad futurum, vt non procedant, vbi in dispositione apponitur verbũ potest, vel aliud verbum extensiuũ ad futura, tunc enim secundum eum, dispositio, quantumcunque loquatur per verba præsentis, vel præteriti temporis, extenditur tunc ad futura d. l. si ita quis de leg. 2. ibidem etiam colu. 23 quæ est fol. 7. col. 2. vers. quinto fallit, idem esse dicit quando in dispositio est apposita dictio tunc, quę denotat extremitatẽ temporis, vt in l. 4. ff. de condit. & demonstr. Nam talis dictio facit trahi dispositionem etiam ad futurum d. l. utorib. ff. de testam. tut.

Et ex prædictis cessãt, quæcunque in consequentiam adducuntur ad confirmationem per præfatos scribentes, videlicet text. in l. si stipulatus fuerim. 8. cum stipulamur. ff. de verbor. oblig. & illatio Bartoli ibi, & in d. l. si ita num. 6. dum ait, quod si dicatur, si non valet iure testamenti, hæc clausula non saluat testamentum, quod rumpitur agnatione posthumi, quia nõ trahitur ad futurum, sed oportet, quod dicatur, si nõ valet, vel valebit iure testamenti, nam ista procedunt, eo quia dispositio est concepta per verba præsentis temporis, seu autem si dispositio contineat verba futuri temporis, prout exemplificat idem Bart. de dicta clausula codicillari quòd dicatur, vel valebit, & probat text. in d. l. si stipulatus fuerim. 8. cum stipulamur, dum dicit, quòd stipulatio facta per verbum præsens, quicquid te dare, facere oportet, id quod præsenti die debetur tantum, continet, non verò futurum, sed si dicatur quicquid te dare, facere oportet, oportebitue tunc equidem stipulatio extenditur ad futurum, vt dicit text. & hoc quia verbũ oportebit, tàm præsens quã futurum tempus significat l. verbum oportebit ff. de verbor. signif. & sic apertè vult, quod vbi sunt apposita verba futuri temporis, sine dubio dispositio trahitur ad futurum, & consequenter cessat aliud dictum Bartoli, & aliorum, vbi supra.

Pariter cessat dictum Abbatis in cap. penul. in 2. notab. de iureiur. relatum per eosdem Senatores d. fol. 40. vers. ad hoc facit, & per Cardinalem Simonetam d. cons. 32. num. 2. quòd si quis simpliciter iuraret seruare statuta, non solum teneretur seruare præterita, sed etiam futura, & tamen secus est si iuraret seruare statuta, edita, quia tunc non teneretur seruare edenda in futurum, sic in casu nostro aiunt, licet si dicatur, si decesserint sine liberis possint comprehendi liberi futuri, tamen cum addita fuerit dicto procreatis, quæ est præteriti temporis, non comprehendit procreandos.

Ad hoc respondemus, quòd si quis simpliciter iurando seruare statuta, tenetur etiam ad statuta edenda in futurũ, & sic dispositio per verba præsentis temporis portigitur ad futurum, quanto magis in casu nostro erit, vbi dispositio continet verba futuri temporis, nec obstat, quòd si iurẽt seruare statuta edita non teneatur ad edenda, † quia illud ideo est, quia iurans se restrinxit ad edita, nec fuit cogitatũ, nisi de præsentibus & editis, de edendis autem in futurum non censetur veri similiter cogitatum, ideo nimirum si ad illa iuramentum nõ extenditur, ita glosa in d. cap. pen. & Abbas, & Hostiensis, qui prout refert idem Abbas num. 2. ait, quòd ideo hoc casu iuramentum non extenditur ad statuta edẽda, quia est stricti iuris, vnde non debet inquiunt, de facili extendi, propter periculum periurij. At in casu nostro nõ potest dici veri similiter non cogitatum fuisse de procreandis in futurum, quia imò, vt ex supradictis probauimus, manifestè apparet fuisse

fuisse cogitatum, & viterius non subest timor alicuius periurij, prout in casu d.cap.penul.& quæstionis ibi formatę per Abbatē, nec potest dici, quod ex quo Theodorus vsus est participio præteriti temporis, procreatos, quod non censeatur cogitasse de procreandis, quia contrarium probatur, nam in eademmet oratione, & in secunda parte illius ibi, sine liberis ex legitimo matrimonio procreatis, verbum procreatis, non potest intelligi de procreatis in præteritum, sed necessariò debet intelligi de procreandis in futurum, vt dicebamus supra in septimo fundamento, quia quantū ad Ioānē, & ex eo nascituros, non potest dici, quod illud participium procreatis, intelligatur de procreatis in præteritū, cùm fieri non posset, quod haberet iam filios ex legitimo matrimonio procreatos, si longè post contraxit matrimonium, vnde multo minus potest hoc considerari in aliis liberis nondū natis, sicut itaq; in hac secunda parte orationis verbum procreatis, licet sonet in præteritum, attamen ex clara, & manifestamente intelligitur de procreandis ita etiam verbū procreatos in prima parte orationis, licet possit verificari in Ioanne iam nato, seu procreato, attamē debet etiā intelligi de procreandis in futurū, sicut aliud simile verbū in secunda parte orationis, aliàs esset absurdum, quod in eadem oratione hæc duo verba, seu participia, eiusdem temporis, & significationis, diuersa tempora comprehenderent, quia vnum præteritum tantum reci-
23 peret, aliud verò futurū, quo fit,† vt dicamus, illa participia fuissēt apposita, non ad restringēdam dispositionem, seu pactum Theodori ad iam natos, & quod de illis tantum cogitauerit, sed apposita sunt, vt stent demonstratiuè ad qualitatem liberorum positorum in conditione, quod scilicet liberi, qui excludere haberent Yolandam, & suos essent ex legitimo matrimonio procreati, & sic ad exclusionem naturalium, vel legitimorum, seu adoptiuorū, quos noluit Theodorus posse excludere Yolandam, sed tantū procreatos ex legitimo matrimonio. & hic est verus sensus illorum verborum, & hæc vera mens, & intentio Theodori, & Aymonis contrahentium, quo fit, vt satis mirari non possim, quomodo præfati scribentes tātopere innitantur super illo verbo procreatos.

Sed pergamus ad solutionem aliorum cōtrariorum, ne videamur etiam circa ea carere responsione: Cessat pariter quod adducunt, dum aiunt, eorum intelligentiam, & interpretationē debere amplecti, vt euitetur infinitas, quæ vitiosa, vt aiunt, solet reputari. l. si quis vina. §. si aduersione ibi, infinitam custodiam. ff. de periculo, & comod. rei vend. & per Alber. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. adducunt, & Calcan. cons. 20. ista quæstio habet tria dubia colu. 1. ita arguebat Aliprand. d. cons. 29. nn. 29. & præfati Senatores in eorum allegationibus fol. 40. facie 2. vers. confirmatur talis intelligentia, addentes etiā, quòd alio modo intelligendo, non esset verisimili pactū, nec enim, vt aiunt, verisimile est Theodorum voluisse priuare filias descendentium suorum sibi succedentium, cùm quisque præsumatur velle sibi succedi secundum iuris ordinem.

Respondetur ad hæc vna cum Vincentio Herculano in dicta disputatione, Perusinus quidam colu. 32. & aliàs folio 9. colu. 4. vers. non obstat octauum de infinitate, vbi in terminis respondens ad hoc argumentum, de in-
24 finitate ait,† quod vbi apparet de mente non attenditur consideratio infinitatis, nam vbi concurrit voluntas disponentis, tolleratur infinitas, l. si finita in princip. ff. de dam. infect. l. continuus. §. illud. ff. de verbor. obligat. multa ad hoc congerit Tiraquell. de retract. cōuentionali. §. 1. vers. à tel temps glo. 2. num. 18. dicens, quod vbi verba contrahentium apta sunt significare, seu importare infinitatem, tunc infinitas admittitur. l. cùm quidam. ff. de vsur & l. si ita stipulatus à Scio fuero, vbi Bart. & alij. ff. de fideiusso. cū aliis ibi relatis, & per Afflict. in §. & quia vidimus sub num. 28. vers. in glos. fin. de ijs, qui feudum dare poss. vbi ait, quòd regulariter euitatur infinitas, si ex infinitate sequatur absurdum, vel inconueniens, aliàs non, allegat Iacob. de Beluis. Dyn. & Bal. At in casu nostro nullum sequitur absurdum, seu inconueniens admittendo infinitatem, quinimò potius absurda sequerentur si non admitteretur, vt supra docuimus in tē to, & septimo argūmento, & ibi idem Afflict. ait, quod etiam admittitur infinitas ex legis permissione, vt ff. de in litem iur. l. videamus. §. iurare, item admittitur propter consensum partium. ff. de verbor. oblig. l. & ideo, & l. si finita. ff. de dam infect. item admittitur inquit, propter generalitatem verborum, vt in l. ii ita. ff. de fideiussoribus. At in casu nostro per multa generalia verba importāta infinitatem apparet de mente contrahentiū, quod voluerint pactum extendi ad omnes masculos descendentes in infinitum, ergo cessat argumentū de infinitate, quod benè posset procedere, vbi essemus in dubio, sed hic sumus in claris, in quibus nō opus est coniecturis. l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de verbor. oblig.

Neque verum est, quod pactum esset inuerisimile, si extenderetur ad futurum, quia imò magis verisimile est, quod si Yolandam filiā iam natā, & magis dilectam prætulit aliis filiabus suis, & Ioannis filij sui, quod multo magis voluerit eam præferre filiabus aliorū descendentium, quo stante, cessat quod etiam dicunt interpretationē debere fieri contra se fundātem in verbis pacti ex. l. veteribus. ff. de pactis, quia hoc verum esset, vbi essemus in dubijs, & obscuris, sed hic sumus in claris, & verba non possunt dici ambigua, aut obscura, sed clara, & vbi verba aliquo modo dici possent ambigua & non admittitur interpretatio sit semper potius secundū id, & est magis verisimile l. semp in stipulationib. & in l obscuris. ff. de reg. iur. Dyn. in reg. inspicimus eod. tit. in 6. ita tradit Bar. in d. l. veteribus circa finē, & post eū alij.

Simi-

Similiter cessant quę dicuntur per Allpran. num. 18. & Senatores Lucensem, & Albrisiũ d. folio 40. facie a. versic. quæ tamen fortius, dum aiunt, quòd tanto fortius dicta per eos procedunt, eo quòd simus in pacto de succedendo, quod est odiosum, & contra bonos mores, & iumus, inquiunt, in exorbitantibus a regulis iuris communis, & ideo strictissimè est intelligendum. Nam supra responsum est, verum non esse, quòd in casu isto agatur simpliciter de pacto, seu de successione conferenda, seu obuenienda, sed de successione conseruanda, vel continuanda, quo casu, negatur, quòd sit odiosum, quia est potius fauorabile, vt diximus supra, maximè cùm sit factum ex honestissima causa, nempè matrimonij, quo fit, vt lata potius, & plena interpretatio fieri debeat, non autem stricta, & vt diximus supra, cùm ex verbis, & mente Theodori appareat quòd voluerit pactum extendi, & trahi ad futuros liberos, non est tractandum de aliqua interpretatione.

Non etiam obstat, quòd præfati Senatores aiunt fol. 41. vers. accedat ad prædicta, & Aliprand. num. 34. ponderantes genitiuum, eius, cuius natura est aiunt, saltem generaliter, dominium vel aliqualem possessionem, aut detentionem importare, iuxta ea, quæ habentur in rubr. de oper. noui nuntiat. vbi Bart. & alij tradunt, præcipuè Iason, vnde intelligi debet inquiunt, de illis liberis, qui aliquo modo possiderentur, vel ratione patriæ potestatis, vel quasi possessionis filiationis, vnde impossibile est aiunt, intelligere de his, qui multa post secula erãt nasciturí, qui nullo modo possent dici eius, cùm adhuc animal nõ essent, & ideo, dicit idem Aliprandus, non potuit intelligere de Bonifacio vltimo, seu de Ioan. Georgio, qui nullo modo erant eius, quocunq; respectu, cùm adhuc animal non esset, & sic neuter erat eius agnatus, nec cognatus, nec aliquo modo attinens l. 1. §. sed vbi natus ff. vnde cognati ibi, quia nec fuit proximus cognatus ei, quo viuo nondum animal fuerit, ad idem est text. in l. Titius ff. de suis & legit. hæred & in §. cùm autem in fin. de hæredit. quę ab intest. defer. ita arguunt præfati DD.

Respondetur, quòd huiusmodi consideratio, & ponderatio genitiui est nimia subtilitas, nam negari non potest, quin etiam nasciturí, & sic Bonifacius, & Ioann. Georgius dici possint eius, quia ex corpore Theodori dicuntur
25 nasci, siquidem † omnes descendentes dicuntur nasci ex corpore primi inuestiti, vt tradũt omnes in d. cap. 1. de eo qui sibi, & hæredibus suis mascul. & fœmin. & non tantum descendẽtes masculi ex Ioanne filio Theodori, sed etiã ex Yolanda filia dicuntur nasci ex ipso Theodoro, vt habetur in d.c. 1. & tradunt Bald. & Paul. de Castro in l. 1. C. de condito. infert. & diximus supra in prima parte, vnde negari nõ potest quin isti omnes dicerentur eius liberi, Quod verò dicitur propter genitiuũ eius denotari, & intelligi de illis qui possiderentur, vel quasi ratione patriæ potestatis, vel filiationis, hoc nihil est, quia cùm dispositio respiciat futurum tempus, cõsiderauit Theodorus etiã nascituros, tam ex se, quàm ex Ioanne filio, qui vtiq; fuissent in eius potestate, nam in patris potestate non tantum filij sunt, sed nepotes, pronepotes; & deinceps cęteri vt in §. fin. Instit. de patria potesta. & in l. nepotes ff. de iis qui sunt sui, vel alieni iuris, sed Theodorus nõ vsus est genitiuo eius, ad denotãdum aliquod dominium, vel possessionem, seu quasi, vt dicitur, quia in patre non consideratur dominum, aut possessio, seu quasi in filios, sicut domini in seruos, sed illa patria potestas quæ est ius, sumitur potius pro quadam subiectione reuerentiali, vt dicit glos. in l. nam ciuium. ff. de iis qui sunt sui, vel alien. iur. in verbo potestate, & habetur in l. potestatis ff. de verbor. signific. Sed ille genitiuus, eius, stat in casu isto demonstratiuè ad nascentiam, seu existentiã liberorum descendentium ab ipso Theddoro, tamquam à communi parente, & primo stipite omnium, præcipuè verò ad demonstrãdum, quòd illi tantum excluderent Yolandã, qui verè, & naturaliter dicerentur, & essent eius, scilicet Theodori nascendo, & descendendo ex corpore ipsius, & hoc ad excludendum adoptiuos, & legitimatos, qui non possent dici verè, & naturaliter descendere ex eo, quod probatur ex verbis sequentibus pacti, dum dicitur; eius liberos ex legitimo matrimonio procreatos, quæ verba non ad aliud posita censentur, nisi ad exclusionem eorum, qui verè, & naturaliter non dicerentur nasci, & descendere ex ipso Theodoro.

Vnde, nec etiam obstat dum dicitur filios nascituros, & præcipuè Bonifacium, & Ioan. Georgium vltimos, non posse dici eius, cùm nondum nati essent nec concepti, quo casu nec agnati, nec cognati dici possent, cum nõdum animal essent ex d. l. Titius ff. de suis, & legit. cũ alijs per eos adductis. Quia respõdetur,
26 † ꝙ prædicta iura, quæ dicunt, ꝙ nondũ nati, nec cõcepti nõ dicuntur agnati nec cognati loquuntur, & intelliguntur respectu successionis legitimæ, seu ab intestato, hoc enim casu, & eo respectu nondum nati nec concepti non dicuntur quidem agnati, vel cognati ei, de cuius legitima successione agitur, secus autem in alijs dispositionibus, quia in eis non procedit dicta iura, ita notabiliter declarat Bart. in l. item Prætor ff. eod. tit. de suis. & legit. per text. quem dicit adhoc notabilem, in l. Paulus ff. de bon. libertor. & Bartol. refert, & sequitur Ang. Aretin §. posthumorum, colum. 2 vers. nota quòd ille demum instituit. de exhæredat. liber. Dec. in rubr. C. de successi. edic. nu. 2. Rubeus Alexand. in l. Gallus §. quidam recte colum. 44. vers. quarta sit conclusio ff. de liber. & posthum. allegant Roman. singulari 295. sed est singulari 299. incipiente, conceptus, & ibi Gabriel Saraina in additio. Alex. consil. 26. videretur fortasse colum. fin. circa fin. lib. 3. quẽ refert Decius consil. 217. in fine. Vnde infe-
27 runt præfati DD. † quòd in emphyteosi, vel feudo descendentes omnes veniunt, & succe-

dunt

dunt tamquam agnati illius qui primus feudū, vel emphyteosim recepit, licet eo tempore nundum essent nati, nec concepti, ita Bartol. in d.l. item prætor, & in l.quod dicitur circa finem ff.de verbor. obligat. & ibi Alexan. Iason & communiter alij, & Baldus in l.si in persona colum. 1. versic. & nota quòd lex item Prætor. C. de fideicommiss. quem refert Decius in d.rubr.nu. 2. ait, quòd lex item Prætor, & aliæ similes loquuntur in successorio edicto legis, secus autem in successil. edicto conuentionis, & ponit exemplum de Titio recipiente feudum pro se, & liberis suis, & quærit, si filius, & nepos repudiauerint, vtrum pronepos qui fuit conceptus dudum post mortem Titij recipientis succedat in feudo, vel emphyteosi, & videtur inquit, quòd non, per dicta iura, cōtrarium tamen est verum, inquit, quia ex natura feudi veniunt descendentes in infinitum, cui naturæ cooperatur pactum, & antiqua inuestitura, vt not. in c.1. §. hoc autem qui feud. dare possi. & sic veniunt descendentes longè post concepti, eo quia sunt ex semine, & sanguine seu genere primi recipientis, ideo admittuntur vnus post alium, ita etiā tradit Andreas de Isernia in cap.1. §. hoc quoq; col.7. versic.item an filij nascituri, & agnati, de succeff.feudi; Itaque negari non potest quin descendentes omnes ex Theodoro nati, & concepti longè possit eius mortem, dicantur eius liberi conlequenter agnati, & cognati respectiuè, cùm agatur de successione ex conuentione, & sic non habent locum l. Titius, & alia iura exadverso allegata quo sit, vt præfati scribentes pro Dom. Margarita extra terminos loquantur, & miror quomodo aliquādo cause potius inseruientes, quàm veritati, impertinenter iura adaptant ad casum suum, quę nō conueniunt, vnde solebat dicere Curtius iun. legendo, prout ipse refert cons. 96.nu.4. quòd maior difficultas, quæ sit in iure nostro, est benè intelligere in quibus terminis loquātur leges, glosæ, & doctores, & hinc est, quod tales sunt iudicantibus aliquando causa erroris.

Ad rem itaque deueniendo vanum est, cōstituere fundamentum in casu nostro super genitiuo eius vtsupra demonstratum est, prout non minus vana est consideratio, quæ fit per eosdem scribentes super dictione, ex, quæ vt aiunt, denotat causam proximā, & immediatam, ad quod responsum fuit abundè per Purpuratum, necnon Octauianum, & alias, nempè, † illam dictionem non semper significare causam proximā, & immediatam, sed denotare etiam causam remotam iuribus per eos relatis, & addo ego optimè, pbari ex textu in terminis in d.cap.1. de eo qui sibi, & hæredibus suis masc. & fem. ibi dum ait, donec supereſt masculus ex eo, qui primus inuestiturā de feudo accepit, nam omnes descendentes à primo inuestito, etiam ex fœmina, dicuntur nati ex corpore primi inuestiti, & sic patet, quòd Aliprandus, qui dicebat Bonifacium, & Ioan. Georgium vltimos Marchiones nullo modo, seu respectu posse dici eius, scilicet Theodori, qua nundum nati, nec concepti erant, tempore pacti, fallitur multum, quia verè, & propriè dicebantur eius, & ex eo d. scendere, & nasci per d.c.1. de eo qui sibi, & hæredib. suis, vnde satis patet, quòd per nimiam subtilitatē conantur præfati Doctores veritatem subuertere, & claram mentem Theodori tenebris, & argutiis inuoluere.

Adhuc tamen vltra procedunt, & ex alio conantur demonstrare, quòd Theodorus intellexit de filijs tantum primi gradus, non autem de alijs vlteriorisgradus, idque apparere aiunt, ex eo quòd in clausula immediatè sequē ti, ibi, hoc pacto apposito &c. Theodorus volens prouidere fœmmis in casum euenientis conditionis dicit, & conuenit, quòd si ex ipso Theodoro, & eius filijs remanerent, & extarent aliquæ filiæ, quòd eis prouideatur secundum dignitatem Marchionatus per dictā Dominam Violandam hæredes, & successores eius, de congrua, & sufficienti dote pro matrimonijs copulandis, vel per aliam viam castitatis, seu religionis, si ipsam magis eligerēt, & sic Theodorus inquiunt, solum prouidet fœminis natis ex se, & ex filijs suis, ex quo ostēditur secundum eos, quòd dispositio solum intelligitur, si filij decederent sine filijs, & nō vlteriorisgradus liberi, quorum fœminis si fuissent excludendæ, prouidisset, hæc ergo pars præcedentē declarat inquiunt, nam vna pars dispositionis aliam declarat, & sequentia declarant præcedentia l.qui filiabus l.si seruus plurium in fin.ff.de legat.1. & actus subsequēs præcedentem voluntatem declarat l. Iulianus §.proinde ff.ad Macedon. allegant ad hoc Socin & Rom in locis per eos relatis, non enim est putandum inquiunt voluisse excludi filias descendentes à se per masculos, quibus nullo modo prouidit, licet ergo appellatione liberorum veniant liberi in infinitum l. liberorum in princip. vbi Bart ff.de verbor.signific. cum concord.attamen, secus est inquiunt, in verbo filijs, quorum appellatione veniunt tantum filij primi gradus d.l.liberorum vbi idem Bartol.& l.quod si nepotes ff.de testam. tutel. l.si quis ita §.si quis filio eo titāta arguunt præfati Senatores Lucenſis, & Albrisius in dictis eorum allegationibus fol. 39. facie 2. in fine versic. quod autem de filijs, & Aliprandus d. cons.29.num.31.

Ad hæc respondetur pluribus modis, prio mò quòd † clausula sequens non refertur neque ex ea sumitur declaratio, aut determinatio ad præcedentia, quando præcedentia habent propriam, & specialem determinationē de per se ita Bart.in l talis scriptura ff.de leg.1. & ibi Iason nu.37.& in l.1.vbi etiam alij communiter C.de liber.& posthum.per tex quem dicunt solemnem adhoc in c.cùm dilecti vbi etiam doct.not.de donatio.idem Iason in l.eo hæredi §.qui discretas in fin. ff.de vulg. & pupill.vbi multa adhoc adducit, Alex. cons.110. num.4. lib.4. & plures etiam refert Parisi.consil.36.num.13.lib.1 At in casu nostro capitulum præcedens habet, ac continet propriam,

& specialem determinationem de per se, dum in eo specialiter prouidetur, & determinatur inter contrahentes circa successionem Violandæ, & suorum in Marchionatu in casum mortis liberorum Theodori sine liberis masculis, & similiter sequens clausula habet quoque certam, & determinatam prouisionem de per se, circa dotationem filiarum, ergo hæc sequens nō refertur, nec dat declarationē, vel determinationem ad præcedentem per iura supra adducta.

Secundo respondetur, quòd sequens clausula de qua agitur loquens quod filiæ filiorū dotentur, potius debet ipsa recipere declarationem, & determinationem à præcedenti, & secundum eam intelligi, quam econtra, eo
30 quia † maioris virtutis, & efficaciæ est clausula præcedens, ad determinandum, & declarandum sequentia, quàm sit sequens ad determinandum præcedentia. Lauia ff. de conditio. & demonstr. vbi Bart. ponit hanc regulam, & in l. quisquis post glo. ibi ff. de legat. 3. Paul. de Castro in d. l. 1. C. de liber. præter. & ibi Iason, qui multòs refert num. 5. dicens ibidem nu. 6. quòd hæc regula procedit, etiam si materia sit odiosa per eum text. prædictis addo Roman. singulari 672. incip. scis, quòd condimo, in fin. & Mathesilan. singul. 150. nota singulare dictum, vbi plures concordantes adducuntur in additionibus, addo eundem Iasonem consil. 12. colum. 1. versic. sed præmissis nō obstantibus, & consil. 69. colum. 1. versic. secundo facit lib. 3. dicens ibi colum. sequens in principio post Bald. ibi relatum, quod præcedentium quadruplex est virtus, scilicet declarandi, supplendi, ampliandi, & restringendi, iuribus per eundem Baldum adductis, accedit Gozadin. inter consilia Mantuæ consil. 27. num. 12. & sequē. Vide dicendum est in casu nostro, quòd clausula sequens, quæ loquitur de dotandis filiabus Theodori, & filiorum debeat declarari iuxta præcedentem, idest de filiabus liberorū in infinitum, & sic verbum filius in hac parte debeat intelligi, & declarari iuxta significationem verbi liberis, de quo in præcedenti capitulo maximè, quia eadē militat ratio in filiabus aliorum descendentium, quòd pariter dotentur, quæ in filiabus ipsius Theodori, & filiorum primi gradus, & ideo idem ius, & ita Theodorus si fuisset interrogatus verisimiliter idem respondisset argum. nota. in l. tale pactum ff. de pactis.

Tertiò respōdetur, quòd multominus clausula sequens potest dare declarationem ad præcedens pactum, & capitulum, quòd intelligatur de filijs primi gradus tantum, eo quia per talem relationem, & declarationem inducerentur, & sequerentur absurda, quæ supra tetulimus in septimo fundamento, quo stante
31 vera etiam est conclusio, quòd † sequēs clausula non refertur nec declarat præcedentia, nec econtra, quando per talem relationem, & declarationem resultaret absurdum, ita Iason in d. l. talis scriptura num. 40. limita. 5. & in d. l. 1. colum. fin. versic. decimò limita C. de liber. præter. Felyn. in cap. causam quę colum. 5. in 5. limitatione de rescript. allegant Abbatem ita dicētem in cap. ecclesia vestra de electio. per illum text. quem omnes dicunt adhoc meliorem de toto corpore iuris canonici, & idem Abbas in c. pen. ad finem de iure patron. Oldrad consil. 52. nu. 8. plures alios refert adhoc Corset. inter singularia in verbo clausula, singulari incipiente, clausula in fine posita, quo fit vt ad euitandum absurda, & inconuenientia dicendum est, quòd nullo modo præcedens pactum debeat intelligi, seu declarari, quòd loquatur de filijs primi gradus, & ad illos restringatur, sed de omnibus in infinitum, eo maximè quia aliàs dum in præcedenti loquutus fuerat de liberis, & sic de omnibus in infinitum, loquendo postea in sequenti de filijs, sequeretur quòd voluisset seipsum incontinenti corrigere, quod dicendum non est, ita in terminis ait Paris. consil. 36. nu. 18. & 19. lib. 1. post Alex. Iasonem, & alios ibi relatos.

32 Quartò etiam respondetur, quòd † quando sequens clausula continet extranea, & diuersa à præcedentibus, tunc per eam non datur declaratio ad præcedentia, ita Iason in d. l. 1. colum. fin. versic. duodecimo limita C. de liber. præter. post Bald. quem refert in l. in actionibus in 2. notab. ff. de infam. Paris. d. consil. 36. num. 22. versic. præterea siue consideremus, & num. sequen. vbi ait, certum esse, quòd clausula, & qualitas posita in vna diuersa oratione continente diuersa, quamuis veniat contumatiuè ad præcedentia, minimè tamen potest referri ad præcedentia, & illa declarare secundū Bartol. in l. Seiæ §. Caio ff. de fundo instruct. qui citat adhoc textum in l. qui fundum ff. de contrah. emptio. allegat etiam Decium Alex. & Socin. in locis ibi relatis. At in casu nostro certum est, quòd contenta in clausula sequenti sunt diuersa, & extranea à contentis in præcedenti capitulo, vt se patet, nam quæ connexa est materia de dotatione filiarum cum materia de succedendo in Marchionatu certe hęc sunt penitus diuersa, & separata ideo de vno ad aliud non potest inferri l. inter stipulantem §. sacram ff. de verbor. oblig. ibi, sed hęc dissimillia sunt l. 4. §. nihil commune ff. de de acquir. possess. cum similibus, imo dici potest, quòd hæc clausula sequens, seu dispositio de dotandis filiabus veniat accessoriè ad præcedentem principalem dispositionem de succedendo, nam voluerunt contrahentes quòd euenīte casu successionis in Marchionatu, filiæ dotentur, & sic huiusmodi prouisio circa dotationem venit accessoriè ad præ-
33 cedentem de successione, † quando autem clausula sequens stat accessoriè ad præcedentem, nunc non declarat, nec determinat præcedentem principalem, vt per Iasonem in d. l. 1. col. fin. versi. quarto notabiliter limita C. de liber. præter. post Bartol. Alexan. in locis per eum relatis, quos etiam refert, & sequitur Paris. d. consil. 36. nu. 21. & sequent. libr. 1. regulatur enim accessorium, & recepit potius declarationem à principali, quàm econtra, quia

sequi-

sequitur naturam principalis reg. accessorium de reg. itur in 6. l. cum principalis ff. de reg. iur.

Et per prædicta cessat pariter, quod dicunt prefati Senatores scilicet, quòd si intētio Theodori fuisset, quòd eius dispositio extenderetur ad liberos vltterioris gradus, certè prouidisset etiam fœminis ipsorum liberorum, & non est putandum inquiunt, voluisse eas excludi, quibus nullo modo prouidit, alioquin indotatæ remanerent; Quia vtsupra dicebamus in secunda responsione, imò à verisimili mente, & ex identitate rationis, ita censetur intelexisse de filiabus liberorum vltterioris gradus quòd dotentur, sicut de filiabus suis, & filiorum primi gradus, nec sequitur, Theodorus non prouidit filiabus liberorum vlterioris gradus, ergo eius dispositio, seu pactum restringitur ad liberos primi gradus, sicut nec valet consequentia, non prouidit filiabus liberorū vlterioris gradus, ergo noluit quòd excluderentur, sed quòd succederent in Marchionatu, quia sicut voluit excludi filias proprias, & filias Ioannis, quæ erant magis dilectæ ipsi Theodoro, multo magis voluit excludi filias liberorum vlterioris gradus minus dilectas, vtsupra dicebamus, & licet eis non prouiderit expresse, quod dotentur, ex hoc tamen non sequitur, neque resultat, quòd intentio ipsius Theodori fuerit restringere dispositionem ad
34 liberos primi gradus, † nam eis non prouidit expresse, quia voluit hoc relinquere dispositioni iuris communis, cogitans quòd officio iudicis prouideretur arg. l. prosectitia in principio ff. de iure dotium, & eorum quæ tradit in simili Bart. in l. cùm auus num. 4. ff. de conditio. & demonstratio & ibi. Imol in fin. & Socin. num. 76. ait enim Bart. quòd si pater rogat filium restringere hæreditatem si decesserit sine filijs masculis, an in hac conditione subintelligatur, & fœminis, videtur quòd sic inquit, per dictam l. cùm auus, contrarium tamen determinat, quia ex eo quòd voluit masculos excludere substitutos, videtur voluisse, quòd fœminæ excluderentur, & licet non fuerit prouisum ipsis fœminis quòd dotentur, tamen debebunt competēter dotari à filio per authen. res quæ C. comm deleg. & si filius non dotabit, dotabuntur officio iudicis arg. d. l. prosectitia, ita in simili per hanc doctrinam Bart. respondebat Curtius iun. consil. 211. nu. 17. versic. præterea etiam, & ad hoc facit, quod licet statutum simpliciter excludens fillas à successione, non alirer disponat, quòd sint dotatæ imò excluduntur, ac si essent dotatæ, poterunt tamen agere quod competenter dotentur per l. fin. vbi Bal. ita notat C. de dot. promiss. facit l. qui liberos ff. de ritu nuptia. filia ergo licet excludatur à successione, non tamen excluditur à dote vt dicebat Guliel. Benedic. in repetitio. c. Raynutius in verbo, duas habens filias, nu. 186. post eundem Bald. necnon Ang. & Imolam in locis ibi relatis, & ideo non benè infertur, quòd si non fuit prouisum filiabus de dote, non censeantur exclusæ.

Addunt, & aliud fundamentum præfati Senatores Lucensis, & Albrisius in dictis allegationibus fol. 41. versi. tertio illud pactum, dicētes, quòd pactum de quo agitur, non potest intelligi de liberis Theodori vltra quartum
35 gradum sicuti videmus inquiunt, † quod sideicommissum iniunctum familiæ non extenditur vltra quartū gradum, ita Ang. & Iacob. de Beluiso in authen. de restitut. fideicōmissi §. nos igitur collat. 9. refert Socin. consil. 43. col. 1. vol. 3. & tamen familiæ appellatio, inquiunt descendentes comprehendit, licet appellatio liberorum l. fin. C. de verb. significe. l. pronunciatio §. item appellatione familiæ, & §. contra iuris ff. eod tit. & in fideicommisso liberorum, quòd non excedat quartum gradum voluit secundum eos Claudius de aquis in l. Gallus in §. nunc videndum ff. de liber. & posthum, dicens, quòd si quis substituit fratrem & eius liberos, non veniunt vlteriores, quàm in quartum gradu, quòd si procedit in fideicommisso, aiunt, fortius procedere debet in casu nostro, in quo pactum est strictissimè intelligendum hæc inquiunt præfati doctores.

Respondemus primò, quòd restringere nomen liberorum ad quartum gradum, est contra text. in d. l. liberorum, & alia iura supra allegata. quæ expresse dicunt omnes in infinitū comprehendi.

Secundò respondemus, quòd text. in authen. de restitutio. fideicommissi, & DD. supra relati loquuntur in nomine familiæ quando scilicet facta est proh bitio de alienando extra familiam, quia tunc talis prohibitio non extenditur vltra quartum gradum, vel quartam generationē post prohibitū, quod procedit etiāsi testator rationem adiecerit, quia voluit rem
36 perpetuò in familia remanere, sed † aliud est in fideicommisso facto descendentibus, seu liberis, vel succcessoribus, quia tunc tale fideicōmissum non limitatur ad quartum gradū, sed extenditur in infinitum, ita notabiliter limitat idem Iacob. de Beluiso in d. authen. de restitu. fideicommissi in fin. vbi ait, quòd si testator prohibuit liberos vel hæredes alienare, volens ad descendentes suos peruenire perpetuò, tunc talis prohibitio extenditur vltra quartum gradum, & in infinitum, quia descendentium nomen ad omnes in infinitum extenditur, allegat l. fin. C. de suis, & legit. & text. in auth. de hæred. ab intest. venien. §. 1. & ff. de verbor. significē. l. liberorum, & l. cognoscero §. fin. licet aliud sit inquit, in nomine familiæ, vt in d. authen. §. nos igitur versic. codicillum, ecce quomodo apertè Iacob. de Beluiso distinguit, vtrū siat prohibitio alienandi extra familiam, an verò extra descendentes, & Iacobum sequitur ibi Angel. nec non Bart. nu. 3. si modò illa est lectura Bartoli, quia aliqui dubitant non esse ipsius, & Iacobum, & Angel. refert, & sequitur Alex. consil. 56. sub nu. 2. vers. & ita est mente Iacobi de Beluiso lib. 1. & consil. 59. num. 4. lib. 3. Iason in l. filius familias §. diui in prima lectura, num. 113. & in 2. lectura num. 155. de legat. 1. & ibi Ioan. de Montefer ratio colum. 42. versic. confirmatur, & secundo,

idem Iason consil.4.nu.3. lib.1.eosdem quoq; refert, & sequitur Soc. per præfatos Senatores allegatus d. consil.43.nu.4.& licet in casu suo consulat, quòd prohibitio non excedat quartum gradum, tamen illud ideo est, quia testator prohibuit illo casu alienationem fieri extra familiam, & sic iuxta terminos d.auth.de restitut.fideicommissi, quo fit, vt non benè arguant præfati Doctores à nomine familiæ, ad nomen liberorum, quia horum appellatio comprehendit omnes descendentes in infinitum d.l. liberorum, sed nomen familiæ non extenditur in infinitum, sed limitatur in quarto gradu per d.auth.de restitut.fideicommissi, & multominus procedit argumentum in casu nostro, cùm non agatur de prohibitione alienationis extra familiam, aut extra liberos, seu descendentes, sed agitur de conseruanda successione inter liberos, & descendentes, quod non est odiosum, sed potius fauorabile, vt supra diximus.

Præterea respondetur, dato citra veri præiudicium, quòd verbum liberos in casu nostro non deberet in intelligi in infinitum, sed vsq; ad quartum gradum tantum, certè cùm Ioan. Georgius vltimus Marchio in quo purificata fuit cõditio, sit Ioanni filio Theodori in quarto gradu, haberemus intentum ex confessione scribentium, quod sit comprehensus in dispositione Theodori, & falluntur Senatores præfati dum cẽputant quatuor gradus, a Theodoro tantum, quia cùm pactum fuerit factum sub duplici cõditione, vna quæ respicit Theodorum, dum dicitur, si Theodorus decesserit sine liberis masculis, altera quæ respicit liberos ipsius Theodori, dum dicitur, vel eius liberi sine liberis masculis, inspecta conditione apposita liberis Theodori, & sic Ioanni, præfatus Ioã. Georgius est in quarto gradu, quod patet, quia Ioannes Theodori filius habuit Theodorum II. Theodorus autem habuit Ioann. Iacobum qui genuit Bonifacium, ex quo natus est Ioan. Georgius vltimus, qui decessit nullis relictis liberis, & consequenter in eo extitit conditio, & ideo cùm exissat in quar
37 to gradu, vtique dicitur comprehensus in pacto, & dispositione Theodori. Et† quod dicitur fideicommissum, seu prohibitionem de alienando extra familias non extendi vltra quartum gradum, intelligitur vltra quartum gradum post prohibitum, & sic computatio graduum fieri, debet vltra primam personam prohibitam, ita notant præfati DD.in d.auth. de restitut.fideicommissi, & ita expressè dicit Alexan.d.consil.56. & Iason d.consil.4. & Soc. d.consil.43. dicentes, quod extensio non fit vltra quartũ gradũ post prohibitũ prædictis, addo Præpositũ in §.& quia vidimus col.18. vers. & ideo cum omnino primus gradus, de ijs qui feudum dare possunt, vnde in casu nostro, siue computemus quatuor gradus, seu quatuor generationes, à Theodoro, siue à Ioanne, cum dicta computatio intelligatur, & fieri debeat post personam prohibitam & sic exclusa prima persona, semper Ioan. Georgius erit in quarto gradu; & ideo comprehensus in pacto, & consequenter etiam iuxta fundamentum quod sit pro parte Margaritæ, habet locum dispositio Theodori.

Sed adhuc opponunt præfati Lucensis, & Albrisius dicto folio 42. versic. præterea posito, & in epitome suarum allegationum folio 47.facie 2.versic.dicebatur etiam. Aiunt enim posito quòd conditio extitisset, attamen Dux Sabaudiæ non potest se fundare super hoc pacto, eo quia non fuerit huiusmodi pactum ratificatum per Violandam, cuius nomine Comes Aymo pactum recepit, quo casu res potuit in alium transferri, nec ex tali pacto agi potest inquiunt, vt in l.si ego fi.de negot.gest. declarat Dec.consil.432 in fin.& multa alia adducunt, vt per eos, & latè etiam circa hoc fundamentum insistit Ludouicus Maynoldus d. consil.33. num.10. & sequen. vbi nititur demonstrare, quod per Aymonem maritũ nullum ius per pactum, de quo agitur, potuit acquiri, nec fuit acquisitum Violãdæ vxori per nota.in l. stipulatio ista §. alteri ff. de verborũ obligatio.& per multa alia iura, vt per eum.

Respondemus pariter ad hoc, quod in casu nostro cũ stipulatione patris, & mariti con-
38 currit etiam stipulatio notarii, † per quam quæritur ius absenti irreuocabiliter, vnde nõ solum ipsi Violandæ fuit quæsitum ius ex pacto, & stipulatione, sed etiam descendentibus ipsius nascituris, etiam nulla sequuta ratificatione, prout hanc pluribus probat, & communem esse ostendit Octauianus in suo Responso in hac causa nu. 186. & sequen. Addo ego
39 pro responsione, quod in casu nostro† ex tẽporis diuturnitate ratificatio subsequuta præsumitur. ita nominatim dicit Socin. consil.46. num.4. lib.3. per text. in l. filiusfamilias C.de petitio.hæredit.allegat ita tenere Ang & Alex.nd.in l.fetendum ff.de verbor.obligat.eosdẽ etiam adhoc refert, & sequitur Gozadin. consil.11.nu.16. dicens, quod etsi ex longissimo temporis cursu non præsumatur mandatum, tamen ex longitudine temporis præsumitur ratificatio, per d.l. si filiusfamilias C. de petitio.hæredita.adducit adhoc Dec. consil.297. vbi num.3. versic. & prædicta, ac num.4. adducit rationem diuersitatis. cur præsumatur ratificatio ex longitudine temporis, & non mandatum, vt per eum, & Gozad. refert etiã, sequitur Soc.iun. consil.139. num.14. & consil.146. num.14. lib.3. & hoc sine dubio procedit in casu nostro ex eo,quòd iuxta conuentionem factam inter Theodorum, & Aymonem subsequutũ est matrimonium, cuius cõtemplatione factum est pactum prædictum, de quo agitur, & iuxta ipsam conuentionẽ Violanda tenuit, & possedit loca, & castra Lanci, Citriaci, & Casellarum cum eorum mandamentis, ex quibus censetur ipso facto inducta
40 ratificatio, † & paria sunt facto vel verbis ratificare l.Paulus respondit ff.rem rat. haber.c. dilecti filij de appellat.cũ similibus, & rationẽ adducit Ang.in d.l.Paulus, qa solo animo expenditur inquit, qui declarari potest verbis,

factis,

factis, & non factis, & etiam ex scriptura, multa enim signa sunt indicatiua intentionis nostræ l. pro hærede §. Papinianus ff. de acquir. hæredit. l. Fulcinius §. quid sit latitare ff. ex quibus caus. in possess. ead. quo fit vt per omnia signa inquit, voluntatis nostræ indicatiua dicitur quis ratum habere in dubio, sufficit ergo ipso facto inductam ratificationem in casu nostro, imò facto magis quam verbis animus, & intentio declaratur, vt expresse not. Dec. in d. edilecti filij in 2. nota. & adhoc plura adducit Soc. iun. consil. 98. num. 13. lib. 1. & consil. 42. num. 14. lib. 2. quo fit, vt ex matrimonio subsequuto, & possessione castrorum relictæ in casu nostro manifesta declaratio intentionis Violandæ, quòd censeatur habuisse rata conuento inter Theodorum eius patrem, Aymonem maritum, si enim ratũ habuit ipsum cõtractum matrimonij, ratum quoq; habuisse censetur pactum, de quo agitur, quod in consequentiam ipsius matrimonij, imò ex causa, & contemplatione ipsius factum fuit, & tanto magis censetur ratificasse eandem Violanda cùm omnia, & singula cõtenta in dicta contentione ad eius commodum, & vtilitatẽ tenderent ita in simili de ratificatione dicebat Paris. consil. 33. num. 59. & sequent. lib. 1. Vnde cessat, quod dicunt præfati Senatores in dictis allegationibus folio 48 versic. nec obstat si dicatur, dum aiunt, & demonstrare conantur, quòd ex actu subsequuti matrimonij non dicatur inducta ratificatio, eo quòd contrahere matrimonium sit actus libere voluntatis, & matrimonia debent esse libera, vnde cùm matrimonium contrahere sit actus indifferens, qui potuit fieri ex libera voluntate, & etiam ex promissione patris, ex eo nihil probatur inquiunt l. non hoc C. vnde legit. c. in præsentia de probat. Nam hæc responsio nihil obstat, quandoquidem conuentio inter Theodorũ, & Aymonem super matrimonio Violandæ non facit quòd matrimonium dicatur contractum ex necessitate, sed ex mera, & libera voluntate, quia antequam ad tractatum, & cõuentionem peruenirent censentur habuisse exploratam liberam voluntatem Violandæ de matrimonio contrahendo cum dicto Aymone, & ideo ex actu deinde subsequuto consummationis, perfectionis matrimonij dicitur inducta ratificatio quorumcumq; gestorum per patrem, & maritum, præcipuè etiam ex tenuta, & possessione castrorum datorum in dotem, quod fuisse non potest, nisi virtute cõuentionis præambulæ argum l. quædam mulier ff de rei vendic. quo fit, vt negari non possit, quin ex his dicatur inducta ipso facto, & re ipsa ratificatio, maximè iuncta antiquitate tẽporis, vt diximus supra.

Cessat pariter, quod etiam aiunt, Ducem Carolum nõ posse agere ex eo pacto, eo quia non probet se hæredem Violandæ, vt per eosdem in dictis allegationibus folio 42. facie 2. versic. tertio non fundatur. Nam imò Dux Carolus est hæres Violandæ media persona antecessorum, quia hæres hæredis primi est hæres l. fin. C. de hæred instit. quod autem sit hæres probatur ex eo, quod tenuit, & possedit, & adhuc hodie tenentur, & possidentur dicta loca, & castra Lancei, Ciriaci, & Casellarum data in dotem eidem Violandæ, vt ex actis probatur, quòd quidem hæreditario iure cẽsetur iuxta tradita in l. gerit, & in l. pro hærede ff. de acquir. hæredit. nisi probetur quòd alio iure, & titulo possiderint.

Alio etiam fundamento præfati scribentes pro Margharita conantur adhuc demonstrare, quòd pactum, seu dispositio Theodori nõ comprehendat liberos in infinitum, sed primi gradus tantum, dicunt enim Lucenses, & Albrisius in dictis allegationibus fol 41. facie 1. versic. quarto tale pactum, & facie 2. per totam, ac fol. 47. facie 2. versic. non potuit etiam, & Aliprandus d. consil. 29 num. 36. & pluribus sequentibus, quod contrahentes noluerunt quod pactum excederet vitam Violãdæ, sed tunc demum haberet locum, si conditio extitisset viua Violanda, non autem ea decedente ante conditionis euentum, & probant nam verba pacti dicunt, si Theodorus, vel eius liberi decesserint sine liberis masculis, Marchionatus sit, & esse debeat Violãdæ, & successiuè suorum, ex quibus verbis inductus est ordo inquiunt, quod primò sit Violandæ, & deinde suorum, vt ergo successiuus ordo locum habeat, requiritur aiunt, quòd sit prius Violandæ, & per eam deinde successorum suorum, dato ergo hoc ordine, vt sit prius Violandæ, & deinde suorum, si non habet locum prius, nec etiam habet locum secundus, ita secundum eos voluit Oldrad. consil. 177. incipien. testator in vltimo suo testamento vbi si instituto hæredi substituitur, & substituto similiter fiat substitutio, si secundus gradus non habuit effectum, cessat etiam tertius, rationem allegat Oldradus, quia prima substitutio fuit omnino inutilis, & alijs rationibus comprobat, & cum Oldrado per easdem rationes tenuit Ioann. Andr. in addition. ad Speculat. titulo de testamen. §. imprimis quos refert, & sequitur Alexand. consil. 1. vbi diffusè libro primo non conuenit igitur in proposito aiunt, nec verba quadrant, quod sui successiuè consequãtur, quod ipsa Violanda nunquàm habuit, quia istud non esset successiuè habere iuxta l. 1. de successorio edicto, vbi ille dicitur habere bonorum possessionem per edictum successorum, quãdo primo loco competit vni, quo recusante ex edicto prædicto successiuè venit alius, pro quo faciunt secundum eos illa multa, quòd cessante principali, cessat & accessorium regula accessorium de regul. iuris in sexto cum alijs allegatis per eos, ita inquiunt præfati scribentes vbi supra inter quos idem Aliprandus ait, istud esse æquè principale fundamentum.

Ad quod priusquam respõdeamus, aduertendum est ad vsum, quod præfati scribentes inquantum in instrumento, & pacto prædicto legitur abreuiatè verbum succeff. dicunt

debere legi succeſſiuè hoc modo, ſit, & eſſe de beat ipſius Dominæ Yolandæ, & ſucceſſiuè ſuorum, falluntur admodum, quia imò debet legi, & ſucceſſorum, non autem ſucceſſiuè, eo quia is erat ſtylus notarij, ita abreuiatè ſcribere verbum ſucceſſorum, vel ſucceſſores, vt patet in multis aliis partibus inſtrumenti, maximè in clauſula ſubſequenti, vbi dicitur, quod ſi aliquæ filiæ remanerent ex Theodoro, & filijs ſuis, quod eis prouideatur de dote per ipſam Yolandam, & ſucceſſores ſuos, vnde ſicut dictum verbum ſucceſſ. abreuiatè ſcriptum in alia parte, ſonat in extenſum ſucceſſores, ſeu ſucceſſorum, & non ſucceſſiuè, ita intelligi debet etiam in pacto, de quo agitur, quia vnum verbum ambiguum in vna parte inſtrumenti declaratur ſecundum aliud ſimile in alia parte diſpoſitionis, ita Bart. in l. vtrum. ff de petitio. hæred. per illum tex. & per tex. in l. quem admodũ. §. fin. ff. ad leg. Aquil. & in §. ex hoc tamen capite inſtit. eod. tit.

Deueniendo nunc ad reſponſiones ad dictum fundamentum dicimus. Primò, quod ex deductis ſupra, probatum extitit mentem, & intentionem Theodori fuiſſe comprehendere in pacto liberos in infinitum, quòd ſi hoc eſt ex parte liberorum Theodori, vt omnes in infinitum cõprehendantur, ſequitur, quod ex oppoſito etiam voluerit, non ſo um ipſam Yolandam, ſed etiam omnes eius deſcendentes, & ſucceſſores in infinitũ vocare, quoquo tempore caſus cueniret deceſſus liberorum Theodori ſine liberis etiam poſt mortẽ ipſius Violandæ, nam liberi maſculi Theodori ſtant correllatiuè ad Violandã, & ſucceſſores ſuos, tanquam grauati ad perſonas honoratas, & ſicut in liberis ſuis maſculis Theodorus conſiderauit in infinitatem, ita etiam in deſcendentibus, & ſucceſſoribus Violandæ vocatis ad ſucceſſionem, quod probatur, quia circa deſcendentes maſculos Theodorus ad demonſtrandum, quòd intelligebat de omnibus in infinitum, vtus eſt verbo liberos, quorum appellatione veniunt omnes deſcẽdentes in infinitum d. l. liberorum. ff. de verborum ſignific. cum aliis concordan. ſic ex parte vocatorum, ſeu honoratorũ, & ſuccedere debentium, vſus
41 eſt verbo, ſucceſſorum, † quorũappellatione veniunt etiam omnes in infinitum, quemadmodum, & verbum, hæredum, vt habetur in l. ſciendum. ff. de verbor. ſignif. l. hæredis appellatione eod. tit. l. in annalibus. C. de legatis, & per Pariſ. conſ. 20 num. 7. & 8. lib. 1. Vbi ait, quod appellatione ſucceſſorum, & hæredum, nedum veniunt primi, ſed omnes in infinitũ, per dicta iura, † legat tradita per Bart & alios in l. Gallus, §. etiam ſi parente num. 5. & 7. ff. de liber. & poſthumis. Vnde, vt correllatiuorum eadem ſit diſpoſitio, & idem iudicium prout debet, l. 1. C. de cupreſſ. ex luco Daphnes lib. 11. l. fin. ff. de acceptila. cum ſimilibus, ſicut ex parte liberorum maſculorum Theodori deceſſentium conſideratur infinitas, & deceſſus ipſorum quoquo tẽpore in infinitum, ita etiã ex parte Violandæ, & ſucceſſorum ſuorum vocatorum, ſeu ſuccedere debentium cenſetur idem diſpoſitum, vt omnes in infinitum vocentur, & ſuccedere debeant, quocunque tempore in quolibet ex liberis Theodori euenire conditio, & facti ratio, nam ſi Theodorus voluiſſet ſuam diſpoſitionem ex parte vocatorum reſtringere ad Violandam, & pactũ habere locum tantum, ſi in vita Violandæ cõditio euenire, & foret purincata, nulla eſſet proportio vocatorum ad perſonas grauatas, nam non eſt proportio vitæ vnius tantum, nẽpe dictæ Violandæ, ad omnes liberos Theodori in infinitum, quia finiti ad infinitum non datur proportio, non enim cogitauit, quod Violandæ vita pertingere poſſet vſque ad ſextum gradum liberorum Theodori, aut vltra: vt ergo congrua ſit proportio vocatorum, ſeu ſuccedere debentium, ad grauatos, dicendum eſt, vt ſicut in his conſideratur infinitas, ita & in aliis proportionabiliter, valet autem argumentum à proportione, & eſt probabile iuxta Euarard. in locis legalibus à proportione, per text. quem dicit notabilẽ in §. 1. inſtit. quod cum eo, gni id aliena poteſtat. eſt in principio, iuncto. quæ diximus eod tit. & bonus text. cum gloſ. in l. ſufficit. ff. de condino. indeb. & in l. ſi filius familias, vbi glo. & Bald. ff. ſi cert. pet. cum pluribus aliis per eum adductis.

Secundò reſpondetur, quòd ſucceſſores Violandæ, ita vocabantur ad feudum, ſicut ipſa Violanda, & eodem modo in inueſtituris erant comprehenſi deſcendentes ipſius Violandæ, ſicut ipſa, quia vbi fœmina admittitur ad feudum, etiam nati ex ea admittuntur, præcipuè maſculi cap. 1. de beneficio fœmin. cum ſimilibus, vnde ſicut pactum fuit conſeruatuum ſucceſſionis feudi ipſi Violandæ, vt ſupra, demonſtrauimus in ſecunda parte principali, ita etiam fuit conſeruatuum ſucceſſionis, quoad ſuccellores, & deſcendentes ipſius
42 Violandæ, † & eadem eſt in omnibus ratio, & æquitas, ideo idem ius, & diſpoſitio vulg. l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio. ff. de verbor. oblig. cum concordan. adductis per Euerard. in loco à ſimili, vbi ait, quòd illa, quæ in ratione, & cauſa conueniunt, conueniut etiam in effectu. l. de quibus, & ibi Angel. & alij ff. de legibus, & caſus quos nectit paritas æquitatis, & paritas identitatis rationis non ſunt quoad iuris rationem ſeparandi. d. 1 illud. At in caſu noſtro eadem eſt æquitas cõſeruandi ius ſucceſſionis in Marchionatu filiis, & deſcendentibus Violandæ, ſicut filiæ Violandæ, ideo æquè ad ipſos debet extendi diſpoſitio pacti, & non reſtringi ad Violandam tantum, cùm & ipſi ſint expreſsè vocati, & ſic non quòd Marchionatum habeant tantum, ſi Violanda in vita haberet, ſed etiam ſi ipſa non haberit, & cõditio poſt ipſius mortem cueniret, quod nihilominus ſucceſſores haberent.

Tertiò ex prædictis reſultat alia reſponſio, quia alias ſequeretur abſurdum, & inconueniens, nã pone, quòd Violanda deceſſiſſet relicto Amedeo filio, ſuſtitte Theodoro patre,

&

& Ioanne fratre eiusdem Yolandæ qui deinde mortui fuissent nullis aliis relictis liberis superstite dicto Amedeo filio Yolandæ, certè ipse Amedeus nepos qui ad feudum vocabatur ea inuestituris, & iure pacti, imò etiam ex dispositione iuris communis, quique eodem modo fuisset successurus, prout successerat ipse Theodorus per mortē Ioannis vltimi Marchionis, non tamen fuisset admissus, quia cōditio non fuisset verificata in vita Yolandæ, & quia ipsa non habuisset Marchionatum dum viueret, nec etiam eius filius eo in casu potuisset habere, & sic feudum fuisset deuolutum Imperatori; quod tamen est prorsus remotū ab omni verisimili mente Theodori, qui hoc casu si fuisset interrogatus proculdubio, ita respondisset ratguni. d. l. tale pactum ff. de pactis, vnde pactum quod ad fauorem, & ad inducendum augmentum iuris factum fuisset, induxisset diminutionem, & odium, & omnino contrarium effectum, quod dicendum nō est, iuribus vulgaribus.

Quārò etiam facit, quia copula, & posita inter personas Yolandæ, & successorum debet æqualiter copulare iuribus vulgaribus, vnde sicut quantum ad Yolandam, Theodorus voluit quòd si conditio ea viuente fuisset verificata, succederet, & Marchionatum teneret, ita etiam quantum ad successores ipsius voluit eosdem habere Marchionatum, si in vita ipsorum eueniret conditio, alias copula non copularet æqualiter, sed inæqualiter, & tamē

43 † de natura copulæ est copulare æquè principaliter l. 1. & ibi Bart. ff. de pecul. legat. & in l. si cui ff. de fundo instruct. refert Iason in l. 1. num. 5. ff. de iustitia, & iure nam, vt dicit idem

44 Bartol. vbi supra, † quando copula, & cadit inter res, quarum vna non accedi alteri, puta inter homines, siue inter personas, quia persona non accedit alteri l. iustissimè ff. de edil. edict. tunc de natura copulę est copulare æquè principaliter, non autem accessorię, & Bart. refert Euerard. in loco à natura copulæ colum. 4. circa medium, quo sit, vt conditio precedens censeatur etiam repetita in successoribus Yolandæ, ex vi copulæ, per ea quæ notabiliter tradit idem Bartol. in l. Seiæ §. Caio ff. de fundo instruct. vbi loquendo in materia copulæ ait, quòd si testator dixerit, Titio si nauis ex Assia venerit Sempronio, lego domum eadem cōditio apposita in persona Titij, censetur repetita in persona Sempronij, per text iuncta glo. in l. auia ff. de conditio. & demonstratio. & in d. l. Seiæ §. Caio, & Bartol. refert, & sequitur Iason in d. l. 1. num. 3. ff. de

45 iustit & iure, dicens, † quòd per copulam positam, inter personas inducitur repetitio precedentis qualitatis, & conditionis, & eos refert, & sequitur Euerard. d. loco à natura copulæ colum. 2. versic. copula reperit, vbi ait, copulam repetere præcedentem qualitatem, & latè per Aretin. consil. 1. imò copula, & in casu isto non stat copulariuè simpliciter, sed augmentatiuè, seu ampliatiue iuxta Bartol. in l. ea tamen adiectio ff. de legat. 3. quem refert Crau. consil. 9. num. 25. & consilio 105 sub num. 4. versic. quarto pondero copulam. In casu ergo nostro dicendum est, quod conditio apposita in pacto quantum ad Yolandam, dum dicitur, si Theodorus, vel eius liberi decesserint sine liberis, cēsetur etiam apposita, & repetita quantum ad successores, ipsius Yolandæ, vt sit sensus, si Theodorus, vel eius liberi decesserint sine liberis masculis; Marchionatus sit, & esse debeat Yolandæ & similiter idem Marchionatus sit, & esse debeat successorum ipsius Yolandæ sub eadem conditione si Theodorus, vel eius liberi decesserint sine liberis, & hæc est vera intelligentia, & verus sensus illorum verborum, sit & esse debeat Yolandæ, & successorum suorum hæcq; est mēs, & voluntas Theodori, & etiam Aymonis patescentum, & ste est ordo successiuus, qui inductus censetur per Theodorum, non autem prout præfati scribentes dicunt quod Marchionatu sit successorum, si fuit antea Yolandæ,

Quintò additur, quòd nisi diceremus successores Yolandæ debere, & ipsos succedere in Marchionatu, etiam quod conditio in vita Yolandæ nō fuisset purificata, certè illa vocatio seu additio successorum Yolandæ in pacto pœnè fuisset superflua, nam cui dubium, quòd si Marchionatus fuisset Yolandæ dum viueret, & semel eidem fuisset aperta via ad successionem, quod deinde fuisset successorum eiusdem? non opus ergo fuisset exprimere de successoribus, quia penè superflua essent illa verba, & successorum suorū, vnde vt aliquod operentur dicendum est, quòd ex quo nominatim successores vocant, censeatur eos vocasse æquè principaliter, non autē in consequentiam seu ordine successiuo.

Sexto, etiam probatur ex clausula, seu capitulo sequenti, dum dicitur, quod eueniente conditione, si remanerent, seu extarent filiæ ex ipso Theodoro, & filijs, quòd illæ debeant competenter dotari per Yolandam, & successores suos, ecce quòd æquè principaliter grauat successores ad dotādū filias si superessent, sicut grauat Yolādam, si ergo grauat successores dotare filias eueniente cōditione, certè in necessariū antecedens censetur eos honorare, alias non potuissent grauari de dotando filias, quia, quem non honoro grauare non possum Lab. eo C. de fideicommiss. l. 1. §. sciendum, & l. sed etsi lic §. 1 ff. de leg 3. tradunt Bart. & alij in l. Centurio nu 37 ff. de vulg. & pupill.

Nec obstant doctores adducti in contrariū per præfatos scribentes nempè Oldrad. consil. 177. nec non Ioann. Andreæ, & Alexand.

46 in locis relatis, quia respondetur primò, quòd contrarium determinat Bartolus in l. quandiù la 3. colum. fin. vers. quæro iuxta prædicta ff. de acquir. hæredit. quem sequuntur ibi Bald. & Angelus dicēs secundum opinionem Bartoli consuluisse Florentiæ cum alijs Doctoribus, & Paul. de Castro pariter consuluisse ait, sequitur eandem ibi Imol. & Bartoli opinionem communem esse cōtra Oldr.

& Ioan. Andr. dicit ibi Aretinus, sequitur eandem Socin. consil. 52. vt veram testatricis intentionem colum. penult. vertic. sed posito lib. 1. Dec. cons. 427. num. 7. & seq. & cons. 318. num. 3. vers. cùm ergo agatur, vbi decisionem Bartol. communiter approbatam ait, sequitur Rubeus Alexandri cons. 104. & communem dicit Iason consil. 148. libro 2. vbi plures alios refer tenentes opinionem Bart. dicens ibi colum. 4. circa fin. se semper consulendo tenuisse opinionem Bartoli, & communem contra Oldrad. & Ioan. Andr. quam veriorem, & magis communem asserit, & ibidem colum. 4. vers. non obstat, ait pariter, quòd authoritas Oldradi, & Ioan. And. debet sucumbere, ex quo contrarium tenent communiter alij omnes DD. & ideo ab ista opinione cum sit magis communis temerarium esset inquit, in sententiâ do recedere, quo fit vt in casu nostro fundamentum fieri non possit super dictis Oldrad. & Io Andreæ.

Secundò etiam respondetur, dato quòd eorum opinio esset vera, adhuc tamen non obstaret, eo quia loquuntur ipsi quando substitutio secunda pẽdet, & habet subsistentiam à prima, & substitutus secundus debet capere à primo, tunc quidẽ iuxta opinionem Oldrad. si non habet locum prima substitutio, necetiã potest habere locum secunda, quia vt ipse ait, absonum videtur substitutum substituti plus capere posse, quàm nunquàm potuerit is cui substitutus fuit, vt ff. de condit. & demonstrat. l. Publius §. Titia, & leg. qui fundum §. qui filios, & sic, si non habet primus substitutus, nec etiam potest habere secundus, sed in casu nostro successores Yolandæ non dicuntur substituti ipsi Yolandæ, adeo, vt si ipsa non habeat, nec successores eius possint habere, sed æquè principaliter debentur, & sunt vocati successores seu, vt ita dicam substituti, sub eadem eõditione si Theodorus, vel eius liberi decederent sine liberis, adeo quòd eorum vocatio non pendeat, nec veniat consequutiuè à vocatione, seu admissione Yolandę, si ipsa Marchionatum habeat, teneatur illis restituere, sed potius, quòd ipsi succedant, ex persona eorum propria, & habeant, si ipsa Yolanda non habuerit, & ea viuente conditio non euenerit, & iste est ordo successiuus videlicet si viuẽte Yolanda Theodorus vel eius liberi decederent sine liberis, Marchionatus sit, & esse debeat Yolãdæ, successiuè autem sit, & esse debeat descendentium Yolandæ, si post eius mortem Theodorus, vel eius liberi decederent sine liberis, nam si in Yolanda primo vocata, & substituta dispositio locum non habet, remanent liberi Theodori eueniète conditione cum onere restituendi successoribus Yolandæ secundo loco vocatis, vt dicit Bart. in d. l. quandiu in fin. per leg. 1. §. pro secundo C. de cad. tollend. quem sequuntur omnes DD. legendo, & consulendo, vt supra probauimus, quo fit vt decisio Oldr. & Io. Andrea non faciat ad casum nostrum.

Et ex prædictis cessat pariter, quod aiunt iidem scribentes, considerantes copulam, &, dum dicitur, sit Yolandæ, & successorum suorum, ad veritatem autem copulatiuæ requiri vtranq; partem esse veram, vt habetur in l. si is qui ducenta §. vtrum ff. de rebus dub. vnde non satisfieret dispositioni inquiunt, si soli successores haberent, quia Yolanda non habuisset, si enim voluisset aiunt quòd sufficeret esse successorum, alternatiuè dixisset sit Yolãdæ, vel successorum suorum, nec posuisset ordinem successiuum.

Nam respondemus, quod copula, &, in casu isto, vt supra dicebamus, non coniungit nec copulat Yolandam, & successores per cõcursum, vt omnes copulati Marchionatum habeant, & prius Yolanda deinde successores ordine successiuo, & sic q̃ hoc respectu requiratur concursus vtriusq; copulati, sed copulat, & eõiungit alio respectu, nempè qualitatis, & conditionis appositæ in pacto, scilicet, q̃ ipsi successores, æquè principaliter vocentur, & habeant Marchionatũ ex persona eorum propria sub conditione si Theodorus, vel eius liberi decesserint sine liberis, ex doctrina, Bart. supra allegata in d. l. Scię §. Cato cũ aliis supra adductis in quarto fundamento, addo quod tradit notabiliter idem Bartoli in leg. si is qui ducenta §. vtrum num. 4 in fin. & num. 5. vers. tertio casu ff. de reb. dubijs dicens, quod quãdo plures res seu orationes ponuntur principaliter per se, &, non respectiuè ad aliud, tũc copula, & non stat simpliciter copulatiuè, sed potius stat cõtinuatiuè quàm copulatiuè, quo casu non est necessarius concursus, sed in quolibet procedit dispositio allegat leg. 1. ff. de in fin. vbi idem Bart. tradit in fine, & hanc Bartoli doctrinam bonam, & approbatam dicit Iason in l. scire debemus num. 2. ff. de verbor. oblig. at hic successores ponuntur principaliter per se non autem respectiuè ad Yolandam ideo non requiritur concursus, sed in quolibet procedit dispositio continuatiuè æquè principaliter, quod etiam probatur ex verbo geminato quoquo tempore denotante casum, seu euentum conditionis, continuatiuè siue euenerit in vita Yolandæ, siue post eius mortem, vt supra etiam dicebamus, alioquin illa dictio parum operaretur, si intelligeretur quod condnio deberet impleri in vita Yolandæ tantũ, sensus ergo verus ille est, quod quoquo tempore Theodorus, vel eius liberi decesserint sine liberis masculis, siue in vita Yolandæ, siue post eius mortem, Marchionatus sit, & esse debeat Yolandæ, & successorũ pro tempore existentium post eius mortem, euenìente conditione prædicta, & hæc est verisimilis mens contrahentium, vt supra dicebamus, & si fuissent interrogati verisimiliter ita respondissent ad notat. in d. l. tale pactum.

Non etiam obstat dum considerant etiam illa pacti, in augmentum, & ex causa dotis, vt per eosdem Lucensem, & Albrisium folio 41. facie 2. vers. hoc confirmatur, & Alios prãdum d consil. 29. num. 8. vers. item ad idem & num. seq. dicentes, quod cùm dos sit pro-

prie

priè durante matrimonio.l.3.ff.de iure dot. & ordinetur propter onerâ matrimonij.l. si seruo in fin.ff.de iure dot.Itẽ cùm dos inquiunt, non sit propriè dos in personis hæredum, in quos non transeunt omnia priuilegia dotis,vt per Bart.& alios in l.1. ff. sol. matr. Sequitur, quod talia verba non conueniunt hæredibus dominæ Yolandæ, limitata enim causâ,aiunt, parit limitatum effectum,& declarat mentem disponentium.Leum pater. §. dulcissimis, vbi glo.Bart.& alij ff.de leg.2. Et ratio adiunctæ, vt aiunt, facit quod recedamus à ꝓpria significatione verborum præcedentium, quod dictum dicit pulchrum,& notandum Iason in l. planè.§ si eadem num.5.ff.de leg.1. & sic apparet, inquiunt, quod Theodorus non intellexit pactum sortiri debere effectum, nisi cõditio purificaretur Yolanda,& ideo paciscendo,nec etiam intellexit de liberis in infinitum, cùm hoc sit impossibile propter limitatam vitam Yolandæ.

Respondemus prædictis,negãdo,quod illa verba, in augmentum, & ex causâ dotis, sint causa limitata dispositionis ad vitã Yolandæ, quandoquidem dos nõ fuit causa principalis, & finalis pacti, sed fuit matrimonium, & per quod coniunctio, seu affinitas contrahebatur inter illos Principes, item etiam conseruatio successionis in feudo,quæ rationes etiam perdurabant post mortem Yolandæ inter descẽdentes, vnde licet nõ militaret ratio,siue causa dotis,attamen militabant aliæ, & ideo militabit, & dispositio. §. affinitatis, & §. socrum, instit.de nupt.pulcher text.in l.si non lex ælia-
scen tia,vbi Bald. & Imol. not. ff. de hæredib. instit.cũ multis similibus adductis per Euetar. loco à cessatione rationis in fin. expressio ergo dotis, dicitur potius causa secundaria, seu impulsiua, prout potius Impulsiua prælimitur,quàm finalis, vt per eundẽ Euerard. loco prædicto col.2. vers. si autẽ vis scire post Bart. Bald. & alios in locis ibi relatis, & ideo licet talis causa cesset, non tamen silet dispositio. l. 1.§.sextum.ff.de postulando,& l.2.§.fin.ff de donatio. tradunt omnes in cap. post translationem de renuncia.

Præterea, ꝙ non dicantur posita dicta verba ad limitandam dispositionem ad vitam Yolandæ, sed quod imò dispositio respiciat, & transeat ad successores probatur ex eo, quod sicut alia iura, quæ eidem Yolandæ dabantur in dotẽ super castris Lancei, Ciraici, & Caselarum non limitantur ad vitam Yolandæ,sed dabantur, vt transirent ad successores, ita etiã hoc ius in spe succedendi in Marchionatu ex pacto,& contractu conditionali,similiter cõstitutum in augmentum,& ex causâ dotis, cẽsetur pariter concessum,vt ad hæredes,& successores Yolandæ transiret, etiam ex eadem causa dotis, quia tale ius succedendi in Marchionatu erat in augmentũ dotis, & accessio ad dotem Yolandę, ideo debet inditari eiusdẽ naturæ, & non diuersæ arg.l.eum, qui edes.ff.
47 de vsucap.nam † augmentum,seu accessoriũ debet sequi naturam principali, seu eius, cui adiungitur, iuribus vulgaribus, text. not. ad hoc in l. inter socerum. §. cùm inter.ff.de pactis dotalibus.ibi dũ ait, nec separabitur portio additamenti causâ data, si postea nihil conueniat, vbi glo.in verbo separabitur, expresè not. & concordan. allegat, facit, & l.4.ff. de iure dotium ibi,incrementum videtur dotis,non alia dos,& in l.etiam.C.eod.tit.ibi,cui consequens est, vt etiam id quod additamenti causâ in dotem datum est,eadem actione repetatur, & vbique Doct. not. Vnde licet post mortem Yolandæ non sit matrimoniũ,non tamen cessat causa dotis, quin hæredes. & successores Yolandæ possit agere, & consequi ius constitutum in causa dotis Yolandæ, quia licet sit ius in spe, attamen etiam ius in spe ex contractu conditionali transmittitur ad hæredes §. ex conditionali Instit. de verbor. obligat. & l. si quis si Titius. ff.eod tit. vbi Doct.not.& per Bart.in l.si decem cùm petiero in fin. eod.tit. Vnde eueniente conditione etiam post mortem Yolandæ retrotrahitur dispositio ad tẽpus pacti, & perinde est, acsi in vita Yolandæ quantum ad causam dotis, purificata fuisset
48 conditio,& † purificata cõditione,dispositio iudicatur perinde acsi conditio nunquã fuisset adiecta,sed fuisset ab ipso initio pura,& nõ conditionalis.l.pecuniã ff. si cert.pet l.cedere diem.ff.de verbor.significata in terminis huiusmodi pacti dicebat Bruns d.cons.135. col.5. vers.& licet ista promissio Marchionatus, & in terminis etiam Socin.iun.cons.65.num.68. lib.1.dicens,quod dispositio pura,& conditionalis si sit cõditio impleta,equiparantur.l. potior in pignore.§.1.ff.qui pot. in pign. hab. & l.fin. §. Titus vers. sed si extiterit, vbi Bald. & alij notant.ff.de vulg.& pupill. tradit Ias.in l. quoties in diem colu.3. ff. de verbor. obligat. Postquam enim, inquit Socinus, est impleta conditio,& sic oritur obligatio iuxta l.cedere diem.ff.de verbor.signif.trahitur retro ad tempus contractus, perindeq; habetur,acsi ab initio inducta fuisset l.necessario §. quod si pendente.ff.de periculo, & commodo rei vend.l. filius familias in princip.ff de verbor.obligat. & d.l.potior. §. 1. ita etiam in terminis similis pacti tradunt Oldr.& Albericus aliàs allegati. Cùm itaque in casu nostro conditio sit purificata post mortẽ Yolandæ,eo quia Io.Georgius vltimus ex liberis masculis Theodori decessit sine liberis,certè perinde est, acsi dispositio fuisset ab initio pura,& Marchionatus ab ipso initio fuisset constitutus in dotem,& ideo per successores Yolandæ ad quos ius ex contractu conditionali fuit transmissum, peti potest, etiam in augmentum, & ex causâ dotis Yolandæ, perinde acsi conditio eueniset viuente adhuc Yolanda,vel dispositio fuisset ab initio pura,& non conditionalis,& licet mortua Yolanda dicatur solutum matrimonium, attamen non dicitur proptereà cessare causa dotis,quia purificata conditione petitur Marchionatus per successores ex causâ de præterito nempè dotis constitutæ sub conditione,& eodẽ iure,& actione qua dos ipsa peteretur si Yolanda viueret.

Con-

Concluditur itaque non obstantibus quibuscunque adductis per scribentes pro Margarita, Pactum, de quo agitur esse omni iure validum, & comprehendere omnes descendentes in infinitum, & consequenter virtute dispositionis, & pacti Theodori Palcologi Marchionatum vniuersim spectare, & pertinere Duci Carolo successori Yolandæ, & propterea eidem esse adiudicandum, & reformãdam sententiam Cæsaris, de cuius reuisione agitur.

SVMMARIVM.

1 *Marchionatum Montisferrati fuisse feudum Imperij, maximè durante tinea Marchionũ Palcologorum.*

2 *Feudum vassallus alienare nõ potest absque consensu domini, & ibi ratio assertur.*

3 *Feudum vassallus pignorare non potest in totum, nec in partem, aliàs cadit à iure suo.*

4 *Compromissum de feudo fieri non potest in arbitratorem sine consensu domini.*

5 *Compromissum de feudo non posse fieri in arbitrium sine consensu domini communis est opinio.*

6 *Marchio Montisferrati an fuerit feudum ante Theodorum primum Palcologum, & aliqui quod non.*

7 *Marchiam prædictam fuisse feudum ante præfatum Theodorum, & durante tinea Marchionum Saxonum, probatur.*

8 *Marchiam Montisferrati fuisse, & esse feudum proprium aliqui asserant.*

9 *Feudum, vt dicatur, & sit francum necesse est expressè, & specificè dici in investitura.*

10 *Feudum francum alienari non posse sine consensu domini verior est opinio.*

11 *Marchiam Montisferrati fuisse semper feudum improprium, seu alienabile verius esse probatur.*

12 *Marchionte Saxoni dispositiones de feudo Marchiæ, & ibi plures dispositiones recensentur.*

13 *Feudum ex vna familia transit in aliam, ad quam denolvitur, cum primeua sua natura.*

14 *Vassallus de feudo testari non potest.*

15 *Vassallus feudum antiquum vel filiorum relinquere, seu prælegare non potest in totum, nec in parte.*

16 *Marchiæ Montisferrati alienationes feudi dispositiones inter vivos per Marchiones factæ rectè censentur.*

17 *Vassallus feudum hypothecare non potest sine consensu domini licet olim posset vsque ad dimidiam.*

18 *Declaratio, & interpretatio inducitur, ex eo, quod ita consuetum est fieri.*

19 *Feudum eius in generali dispositione non venit, nisi expressè dicatur.*

20 *Feudum alienari potest sine sit concessum pro hæredibus, & quibus dare voluerit, sine pro hæredibus quibuscunque.*

21 *Feudi data licentia alienandi in concessione, an intelligatur accedente assensu domini, & ibi quod non.*

22 *Feudum Marchiæ Montisferrati ex eo, quod sit concessum cum facultate alienandi, censetur improprium feudum.*

23 *Feudum ex eo quod dicitur nobile non censetur francum, & sic improprium, sicus nec censetur per hoc etiam proprium feudum.*

24 *Feudum nobile dicitur, quod datur ab Imperatore, vel Rege.*

25 *Feudum nobile dicitur quando est antiquum.*

26 *Fœmina in feudo proprio non succedit, neque descendentes ex ea etiam masculi.*

27 *Verbum, rectum in investitura appositum non facit proprie, nec dat tas proprietatem feudi, sed veritè sumitur per qualitates adiectas.*

28 *Feudum quando est concessum ad seruitium indeterminatum dicitur rectum, quãto autem ad certum, seu determinatum seruitium tunc dicitur non rectum, seu conditionatum.*

29 *Compromissum de feudo quare fieri non possit ratio adducitur.*

30 *Marchiones Montisferrati solitos fuisse compromittere de bonis feudalibus Marchiæ.*

CONS. XVI.

TSI per ius vniuersale, & Serenissimus Dux Sabaudiæ habet ad totam Marchiam, vt in precedentibus demonstrauimus, superfluum videatur de iure, & petitione particulari agere. Nihilominus, vt appareat de multiplici iure ipsius Ducis in hac causa, vtile etiã est super particulari petitione aliqua scribere post præfatos DD. Octauianum Cacheranum, Gulielmum a Portis Menochium, & alios; Sed quia ex facto ius oritur, & facto ins est implicitum, vt in l. si ex plagis §. in cluo ff. ad l. Aquil. & propterea scribentes pro præfata Margarita iuxta speciem facti sibi propositam responderunt, vt patet in volumine consiliorũ Mantuæ ante consilium Socin. sen. 36. folio 159. facie 2. vbi ponitur factum, cuius inscriptio est hæc, casus in terminis contra Ducem Sabaudiæ mutatis nominibus, & incipit Magnifici Comites Montuelli, & ante consiliũ alterius Doctoris in eodem volumine folio 164. facie secunda, sub simili inscriptione, & incipit. Illustris. Marchiones Montisferrari, & pariter enarratur factum ante consilium Socini iun. eodem volumine, & suo lib. 1. ante consil. 77. & incipit, & cùm vigeret bellum inter Illustriss. Duces, &c. & per Senatores Hyeronimũ Lucensem, & Ioan. Baptistam Albrisium in alio volumine impresso circa medium sub simili inscriptione, casus Ducis Sabaudiæ, cum remissionibus super donatione, & infeudatione, in quibus quidem facti speciebus multa à vero aliena referuntur, & aliqua reticentur, quæ exprimenda fuerunt, ideo operè pretium putaui ego factum proponere iuxta veritatem & prout ex instrumentis, & scripturis in actis huius causæ productis resultat, quòd a nullo ex scribentibus pro Duce Sabaudiæ factum extitit actenus quod viderim.

Præsupponitur itaq; in facto verum, quod de anno 1431. Sigismundus Romanorum Imperator plures litteras scripsit, ac oratores trãsmisit ad Amedeum Ducem Sabaudiæ, eidẽ nonsciendo, notorium esse, & manifestum vt

in suis

in ſuis litteris aſſeritur, qualiter Veneti ipſius Imperatoris, & Imperij Sacri antiqui hoſtes, & rebelles innumera Sacro Imperio contra Deum, & iuſtitiam abſtulerunt, & præſertim terras, & ciuitates inquit, eius & ſacri Imperij, Paduæ, Vincentiæ, Veronæ, Brixiæ, Pergami, pluresq; alias terras, & alia dominia ad Imperium prædictum ſpectantia indebitè vſurparunt, propterea cupiens ſanguinis Chriſtiani effuſionem euitare, eos ſepenumero beniuole moneri fecit, & cum eorū oratoribus ad ipsū tranſmiſſis ſe tractaſſe ait, quòd prædictas terras, & dominia ad Imperium Sacrum ſpectantia, eidem vti Romanorum Regi reſtituere, & expedire vellent, Sed Veneti non tantum recuſarunt, ſed potius vt ait, mala malis cumulando terras alias ciuitates, & dominia ad ipſum Imperium ſpectantia, & in Lombardia exiſtentia, per vim, tractatuſq;, & alijs multiphariis modis vſurpare, & ſibi appropria re conati ſunt, propterea diſpoſitus erat, prout eidem Amedeo prius crebrò ſcripſiſſe refert, indubiè inconnnenti perſonaliter intrare Italiam, & omni potentia fidelium ſuorum adhoc peragere, vt abſtracta, & ſupreſſa de manibus eorum Deo adiuuante recuperare valeret: Idcirco, eidem Amedeo firmiſſimè præcipiendo mandat, & cum authoritate Regia monet, & requirit, ſub ea fide, qua ipſi, & Sacro Imperio obnoxius exiſtebat, quatenus nō obſtantibus quibuſcunq; confederationibus cum prefatis Venetis, & eorum colligatis fortaſsè initis, & nedum abſq; ſcitu, & conſenſu ſuo tamquàm Romanorum Regis domini veri, & ordinarij ipſius Ducis, verùm etiam in diſpendium & damnum Sacri Rom. Imperij factis, quæ de iure inquit, nullatenus ſubſiſtere poſſunt ab ipſorum Venetorum adhærentia mox diſcedat, & primogenitorum ſuorum qui apud Imperium Sacrum inquit, multa gloriosè fecerunt, & proinde ſibi non modicos honores, & commoda cumularunt. ſectando vethigia, tamquàm fideljs vaſſallus, & Princeps Imperij, ſe incontinenti paret, & diſponat, actualiterq; procedas cum qua maiori, potentia, vt ait, poterit, ad ſeruiēdum Maieſtati ſuæ in recuperationem iurium Imperij, & ſuorum fidelium tuitionem, vnà cum alijs, Principibus, & fidelibus eiuſdem Imperij, qui ad hoc per eum fuerant ordinati, ſecus non facturus ſub pœna indignationjs ſuæ grauiſſima, & priuatione, inquit, quorumcunque iurium, libertatum, gratiarum & bonorū de quibus ipſi, & Imperio variis reſpectibus obligatus exiſtit, quam quidem priuationem ex nunc, prout ex tunc, cum incurriſem minatur, ſi ſtatim receptis litteris, eas executioni non mandabat, eundem vlterius monendo, quod ſi eum in hoc voto eiuſdem Imperatoris cognoſceret inobedientem, ad exterminiū ſuum, tamquàm rebellem Imperij, & vti in eum, qui crimen leſæ maieſtatis incurriſſet ſic efficaciter procederet, quòd alijs meritò poſſet cædere ad exemplum. Hic eſt tenor litterarum Sigiſmundi Imperatoris ad Amedeū quas ad eum ſcripſit, Dat. Nurembergæ anno prędicto 1411. die 20. menſis Aprilis quarum tenorē referre placuit, ſicuti etiam aliarum ſcripturarum ad narrationem hanc facti pertinentium pro maiori veritatis expreſſione, & ipſius facti fida relatione,

Idem Imperator alias litteras, ſeu aliud præceptum eidem Amedeo tranſmiſſit, Dat. Bambergæ ſub die 2. Iunij eiuſdem anni, denuo ſignificans, quòd licet ſuam Maieſtatem fatis commouiſſet liga, & cōfederatio, vt ibi dicitur, quas cum Venetis, & Florentinis ipſe Amedeus tempore litis præteritæ iniuerat, cū illæ, vt ait, non mediocriter contra eum, & Sacrum Rom. Imperium tenderent, tamen illud manſuetudine Regia tranſeundo, pro eo ſibi illucuſq; nihil mali intulerat, quin potius requiſiuerat, vt huiuſmodi adhærentijs prætermiſſis, ſecum contra præfatos Venetos rebelles ſuos inſurgeret, prout tam ex ſcriptis, quàm nuntijs (vt ibi dicitur) ad ipſum Amedeum creberrime miſſis clarius colligere poterat, & iam ſingulis negotijs diſpoſitis, & familia curiæ ſuæ ad Mediolanum præmiſſa in procinctū erat familiarium veſtigia quantocius ſubſequi, ſed ab hæreticis Boemiæ, & pro conuentu habendo de ipſis, & pacis, ac concordiæ cum eis conciliandæ retentus fuit, ſed cum tractatus cum Boemis effectum habere non potuiſſet requiſitis denuo Principibus, nobilibus, & communitatibus Sacri Imperij, vt cum exercitu ſuo iuxta determinationem in Nuremberga factam ad Boemiam accederent, Bambergam applicuit, vt ſine interniſſione, omni qua poſſet feſtinātia, die, noctuq; ad Italiam continuaret, inquit, & à quibuſcunque fidelibus Imperij procedi facere armata manu contra Venetos antiquos hoſtes, & rebelles Imperij, qui multa detinent ex bonis Maieſtatis ſuæ, & Imperio Sacro tam extra Italia to, quam etiam in Italia ſpectantibus, & ita per Dei gratiam procedendo, & procedi faciēdo, vt occupata, & abſtracta recuperentur, & ipſi Venet debite competantus. Et quemadmodum eidem Amedeo pletiſque vicibus mandauerit, inquit, vt cum potentia ſua cum ipſo Imperatore inſurgeret, illud idem etiam nouiſſimè per Magnificum Conradum de Vvemſperg camerarium ſuū, & fidelem, nunciando. Ita denuo ex ſuperabundanti eidem Amedeo firmiſſimè præcipiendo mandat, requirit, & monet autoritate Regia, ſub ea fide, quia ipſi Imperatori, & Sacro Imperio obnoxius exiſtebat, quatenus non obſtantibus inquit, huiuſmodi illicitis, & indebitis confederationibus, cùm præfatis Venetis, & eorum colligatis initis, ab ipſorum Venetorum adhærentia mox diſcedat, & reſipiſcat, & ſtatum aduerſus dictos Venetos, eorumq; colligatos, vndecunq; & quomodocunque validius, & fortius poſſet, inſurgeret, guerram eis, & colligatis ſuis faciendo, ac ad omnes offenſiones eorum, velut hoſtium, & rebellium Imperij, totis viribus intendendo, quemadmodum eidē per prædictum Conradum de Vvemſperg ſa-

tis

tis clarè ſignificaſſe ait, & hoc ſub eiſdem pœnis, & comminationibus in aliis literis, & præcepto antecedenti contentis, & in omnibus, & per omnia vt in eiſdem litteris habetur, quę in actis cauſæ exhibitæ fuerunt.

Præſupponitur quoque verum, quod iam tunc bellum ingens gerebatur inter Filippum Mariam Ducem Mediolani vaſſallum Imperij ex vna parte, & Venetos, ac Florentinos ab alia, quòdq; Io. Iacobus Marchio tunc Montiſferrati, cognatus præfati Amedei Ducis Sabaudiæ, erat confederatus Venetorum, & eorum partes ſequebatur contra præfatum Filippum Mariam, qui propterea iam miſſo exercitu multa oppida, & caſtra eidem Marchioni p vim ceperat, vt recitât hiſtorici præcipuè Beneuenutus præſes Senatus Montiſferrati in ſua hiſtoria, & enumerant oppida capta: Rogabat Marchio Amedeum Ducem, vt ſibi ſuccurreret, ipſumq; vxorem, liberos, & ſtatum commendatos haberet; vt patet pluribus literis eiuſdem Marchionis in actis productis: Præfatus autem Amedeus Dux licet ex præceptis Imperatoris vrgeretur, contra Venetos, & eorum confederatos arma ſumere, idq; etiã inſtaret Filippus Maria Dux Mediolani, attamen ob affini tatem, qua præfato Marchioni iungebatur, aduerſus eum arma ſumere differebat, & in eum inſurgere, quinimo potius ſtudebat totis viribus, vt præfatus Marchio ab omni adhærentia Venetorum diſcederet; Tandem verò de eodem anno, & die 18 Decembris litteris, & præceptis Imperialibus impulſus, fœdus ſeu adhærentiam contraxit cũ præfato Filippo Maria Duce Mediolani aduerſus præfatos Venetos, necnõ eũdem Marchionem Ioan. Iacobum vti eorum adhærentem, & confederatum, vt patet inſtrumento eiuſdem fœderis producto in actis cauſæ parte Margaritæ, & Federici Ducum Mantuæ coniugum, in quo quidem inſtrumento legũtur verba narratiua infrà ſcripta.

Quòd cùm Illuſtriſs. Ioan. Iacobus Marchio Montiſferrati, præter, & contra voluntatem Sereniſſimi Principis, & domini noſtri Dom. Sigiſmundi Dei gratia Romanorũ Regis ſemper Auguſti, inhibitioneſq; & mãdata eidem per litteras, & ſolemnes ambaſciatores authoritate Regia ſepiſſimè factas, inhærendo voluntati dominij Venetorum manifeſtorum rebellium Sacri Rom. Imperij, cum ipſis conſpirationem, & ligam fecerit, & in guerrã proruperit aduerſus ipſius Sacri Rom. Imperij terras, feuda, & vaſſallos, ſignanter cõtra Illuſtriſs. Principem, & Excellentiſſimũ DD. Filippum Mariam Anglum Ducem Mediolani, & Papiæ, Angleriæq; Comitem, ac Ianuæ Dominum Sereniſſimi D. D. noſtri Romanorum Regis filium, & fidelem, temptando tam vi armorũ, quàm diuerſarum ſeditionum tractatibus operam præſtans, & auxiliũ dicto Venetorum dominio, ſtarum ipſius Illuſtriſs. D.D. Ducis Mediolani ſubuertere, terrasq; , oppida, quæ ab Imperiali Maieſtate in feudum poſſidet, vſurpare, fueritq; neceſſarium, & expediens ipſi D. Duci Mediolani, tam pro defenſione ſui ſtatus, quàm etiam propter requiſitiones, & mandata Sereniſſimi D. noſtri D. Romanorum Regis, non ſolum ipſi D. Marchioni reſiſtere, ſed etiam ſibi tamquam colligato ipſius Dominij Venetorum Sacri Imperij rebellium, & inimicorum, guerram inferre, vt ita eſſe, & fuiſſe veritatem dixit, & proteſtatus fuit præhabatus Dom. Dux Mediolani per medium perſonæ Egregij vtriuſq; iuris doctoris D. Nicolai de Arcimboldis de Parma nuntij & procuratoris ſui in præſentia noſtrum notariorũ infraſcriptorum. Cumq; Illuſtr. Princeps, & D. Amedeus Dux Sabaudiæ Chiablayſij, & Auguſtæ &c. ſimiliter Imperialis feudatarius, & fidelis tam per ipſum Sereniſſimum D. noſtrum Regem Romanorum, quàm dictum D. Ducem Mediolani, velut fidelem Imperialem multipliciter, & inſtantiſſimè requiſitus fuerit, & debitè interpellatus, imò etiam per ipſum Sereniſs. D. noſtrũ Romanorum Regem ſub grauiſſimis pœnarum arctationibus, & ſub vinculo fidelitatis cominatus, vt ad defenſionem fidelium Imperij, & maximè ipſius D. Ducis Mediolani, ciuitatumq; villarum, caſtrorum, & aliorum territorium, quæ ſub Imperiali feudo poſſidebat necnon populationem, & offenſam ſibi guerram inferentem cum toto ſuo exercitu profiliret, Ipſeq; Illuſtriſs. D. Dux attendens affinitatem, quã tam ipſe D. Dux Mediolani, quàm dictus D. Marchio Montiſferrati erga eum coniunctã ſunt, mitius agere volens, præfatum D. Marchionem per litteras, & ſolemnes ambaſciatores fraternè requiſiuerit, vt præfati D. noſtri Romanorum Regis ſuſſibus obtemperaret, & ab vterioribus offenſis vaſſallorum, & feudorum Imperialium ſe vellet abſtinere, quod tamen minimè facere curauit imò q; deterius eſt, multos Capitaneos, & alios ſtrenuos per magnarum rerum pollicitationes aduerſus ipſum D. Ducem Sabaudiæ incitauit, propter quod ipſe Dom. Dux Sabaudiæ, videns rerum notorietate euidente ipſum D. Marchionem in contemptum Imperialis Maieſtatis manſuetire nolle, ſed toris conatibus peiora prioribus irrefrenabiliter tam contra dictum D. Ducem Mediolani, quàm etiã ipſum D. Ducem Sabaudiæ palàm, & clandeſtinè conſpirare, non valens etiam ipſe D. Dux Sabaudiæ debitò ſuæ fidelitatis exigentę, vlterius differre, prædictis Imperialibus mandatis continuè ſupereemergentibus pro poſſe ob temperare, nec etiam dicto Illuſtriſs. D. Duci Mediolani eius genero, & proximiori ſubuentionem denegare, imò nec preterm ittere ſui ipſius propriæ D. Ducis Sabaudiæ ſaluti prouidere, & conſpiratis verſutiis ipſius Marchionis obuiare, vt ita eſſe, & fuiſſe veritatem in præſentia noſtrorum infraſcriptorum notariorum dixerunt, & proteſtati fuerunt Illuſtriſs. D. Manfredus Marchio Saluti arum Marẽſcallus Sabaudiæ, & ſpectabilis miles, & doctor D. Petrus Marchiandi præſidens conſilij præfati D. Ducis Sabaudiæ citra montes reſidentis

dentis oratores, nuntij, & procuratores præfati Illustriss. & Excellentis. D. Ducis Sabaudiæ, Spontè, & ex certa animi scientia deliberauerũt præfati D. Duces contra & aduersus ipsum D. Marchionem vnionem, ligam, & confederationem facere, &c. Hæc narrantur in dicto fœderis instrumento, Et deinde deueniunt ad pacta, declarationes, & conuentiones in eodem instrumento contentas, quas prætereo, quia ibi videri possunt, Conuentum autem inter cętera extitit, quòd ex tunc in antea non liceret cuiquam ipsorum Dominorum Ducum Sabaudiæ, & Mediolani, aut alias interpositas personas, pacem neq; treguam cum dicto Domino Marchione, terris, aut subditis suis facere, nec a liquo modo ipsam pacem cõcludere, sine expressis scitu pariter, & consensu vtriusq; ipsorum Dominorum Ducum, liceat tamen per vtrunq; ipsorum dominorum, aut suos ipsam pacem tractare, aut tractari facere, absq; tamen aliqua conclusione fienda, nisi de communi cõsensu, vtriusq; dominorum Ducum prædictorum.

Huiusmodi fœdere sic inito inter præfatos Duces, Videns Marchio Ioan. Iacobus, quòd male secum ageretur, eo quia Dux Mediolani multa oppida, & præcipuè insignè oppidum Catalis Sancti Euasij iam expugnauerat, & quotidie ad reliquorum expugnationem proderet, nullum auxilium a Venetis, longè ab eo distantibus, habere posset, cõsiderans deterius res cessuras, si etiam Amedeus Dux contra eum arma sumeret, sibi, & rebus sui consultum in exitum mauit, si ad præfatum Amedeũ se uerteret, & per eum, ac eius operum efficeret, ne ad vlteriorem sui status occupationem Dux Mediolani procederet, seu pacem cum eo haberet, confisus, quod ob eam, quę inter ipsos Amedeum, & Filippum Mariam intercedebat, coniũctionem, idem Filippus Maria ad pacis conditiones, & ablatorum restitutionẽ flecteretur, propter, missis ad ipsũ Amedeum Ducem oratoribus, sponte in eius manibus reliqua oppida, terras, & castra Marchionatus, quæ a Duce Mediolani occupata non fuerant, remisit, custodienda, retentis tamen Clauazio, & nonnullis alijs citra Padum existentibus, quam remissionem fecit sub pactis, & conuentionibus infrascriptis, quoq; interim dum pax tractaretur, ea retineret, & custodiret, præcipiens quibuscunq; vassallis, & hominibus suis vt eidem Amedeo parerent, & ita per sindicos, & homines locorum, & terrarum fuit promissum, vt patet instrumentis promissionum, & iuramentorum dictorũ sindicorum, & hominum factorum sub diuersis dieb' mẽsis Ianuarij anni 1432. Dux Amedeus in prędictis oppidis, & castris prędicta collocat, eaq; in suam recipit tuitionem, & custodiam, donec sequeretur pax, prouinciamq; suscipit conciliandæ pacis cum Filippo Maria Duce Mediolani, & pro executione conuentorum idem Ioan. Iacobus Marchio de mense Februarij anni prædicti 1432. personaliter cum Ioanne eius filio primogenito, se transtulit in Sabaudiam, ad locum Tononi, vbi præfatus Dux Amedeus tũc erat & ibi sub die 13. dicti mensis Februarij redacta fuerunt in scriptis pacta, conuentiones, & capitula antea tractata, & concluta ministerio oratorum, fueruntq; ibi firmata manu propria ipsius Ioan. Iacobi, & Ioannis eius filij primogeniti, nec non præfati Amedei, & Ludouici eius filij primogeniti Principis Pedemontium, & eorum sigillis respectiue sigillata, per quæ inter cætera conuentum exti it inter eos, & ita præfatus Ioan. Iacob. Marchio promisit, sub fide corporis sui, quòd facta dicta pace cum præfato Duce Mediolani donabit, donatione libera, ita qnòd insinuatione non indigeat præfato Duci Amedeo pro se, & suis hæredibus, & successoribus quibuscunq; in bona, & valida forma terras, loca, & castra, & oppida in dictis capitulis, & pactis enũciata, & conuenta, Et successiuè, quòd idẽ Amedeus Dux post ipsam donationem infeudabit, & per beneficium infeudationis dabit, & remittit Illustr. Ioanni de Mõteferrato filio primogenito dicti Ioan. Iacobi dicta loca, castra, terras, & oppida donata, eidemq; inuestituram concedet pro se, & suis ascendẽtibus, descendentibus, & collateralibus agnatis Montisferrati Marchionibus in feudum ligium, nobile, antiqnum, & paternum, cum alijs conditionibus, & pactis ibi contentis, pluraq; alia inierunt pacta, quæ videri possunt, non refero.

His ita peractis, prefatus Amedeus Oratores misit ad Ducem Mediolani, cum oratoribus etiam ipsius Marchionis pro tractanda pace, & eidem Duci denuntiandum, & rogandum, quòd interim vlterius eidem Marchioni offensas, & molestias non inferret, & terras eius non occuparet, attenta remissione eidem Amedeo facta dictorum locorum, & terrarũ, verùm pacem oblatã acceptare vellet, & ablata eidem Marchioni per ipsum Ducem restituere Filippus Maria aequiescere noluit, quinimo indies maiores molestias, ac grauia dãna hominibus, & terris ipsius Marchionis inferebat, vt patet ex multis litteris oratorum eiusdem Amedei Ducis, necnon aliorum, & præcipuè Marchionissæ Mõtisferrati ad Marchionem eius maritum, quas longum esset referre quinimò ea de causa deuentum fuit ad arma cõtra ipsum Ducem Mediolani, qui per litteras suas ad ipsum Amedeum scriptas sub 29. dicti mensis Februarij eiusdem anni huius qui sequitur tenoris conqueritur, vt in eis continetur videlicet.

Illustrissime Princeps, & Excellentiss. domine ac pater mi charissime quemadmodum aliàs dixi, & sepius replicaui ego filialem erga vos dispositionem habeo, & semper habebo, nec minus res vestras caripendo, quàm meas, potiusq; in meipsum agerem, quàm aduersus aliqua loca vestra sed non habet celsitudo vestra admirationis, aut querellæ causam, si ad acquirẽda loca procedo Marchionis Montisferrati hostis mei ex conuentionibus quas simul habuimus mihi spectantia, non ago rem

nouam

nouam pater Illustris,sed prosequor quod inceperam nec scio,aut video qua debeã ratione desistere ab acquirendis locis ex ipsis conuentionibus mihi spectantibus, non intelligo etiã quare pacificè mihi viuendũ sit cum illo Marchione inimico meo,quandoquidem nullam adhuc pacem cum illo firmaui , & inter eum, ac me publicum bellum est , non proceditur contra loca Marchionis paternitati vestræ ex factis conuentionib.pertinentia, sed ad acquisitionem tantum eorum,quæ debitè mihi spectant , esset à me potius de officialibus vestris habenda querella, qui ea ceperunt, & detinet loca,quæ vigore conuentionum in simul initarum mihi dari debuissent,requisiui tamen illa,sed hucusq; nullus est secutus effectus, neq; possum credere,quod ex mente vestra procedat, vt per vestros occupentur quouis colore, vel modo,aliqua mihi spectantia,& quamquã ego legitimam conquerendi occasionem habeam,nihil tamen conqueror, & mihi sufficit prosequi iura mea,in quo siquidem pactiones factas nõ excedo,nec puto excellentiæ vestræ displicere , imò ea spe, & fiducia viuo , vt paternitati vestræ gratum nõ esse habeam,quod officiales vestri occupauerint,& occupata detineant loca mihi spectantia,adsunt cõuentiones , adsunt ratificationes earum authenticæ , quarum fides diligentissimè obseruanda , est videatur subtiliter quicquid continet,& clarè patebit, quòd ego indebitè non procedo, sicq; reperiatur oppositum emendationi debitæ stare offero,sed certus reddor,quod officiales vestri iudicabuntur debitum excessisse,quamquã paternitati vestræ forsan aliter persuadeant,vt errorem suum pallient, transferant q; in alios. Non admiretur igitur celsitudo vestra,si a prosequutione iuris mei non desisto,quia desistẽdo viderer ab ipso iure decidere, Venientibus tamen oratorib.vestris , sicut scribitis paratus ero facere quicquid debeo, certum habens q; etiam erga me fieri debeat illud idẽ sicut meritõ fieri debet inter patrem, & filium, Dat. Mediolani die 29 Februarij 1432

Die primo Maij præfatus Ioan. Iacobus adhuc existens in partibus Sabaudiæ, discessurus illinc, potestatem , & authoritatem concessit præfato Amedeo Duci tractandi , decidendi, & terminandi omnes differentias, quæstiones guerras, & debata,vt ibi dicitur, existentes, & existentia inter ipsum Ioan. Iacobum,& præfatum Ducem Mediolani,vt patet litteris eiusdem Marchionis, Dati Tononi die primo dicti mensis Maij anni prædicti 1432. Discedens autem prefatus Marchio fingens se reuertisse in patriam suam Montisferrati,iter vertens per partes Germaniæ , Venetias contendit prout ita refert Galleotus in sua historia , & pariter Beneuentus in scio tamen ipso Amedeo , & dum in itinere esset,& ad ciuitatem Bernæ applicuisset, ad eundem Amedeum scripsit sub die quarta Maij prædicti in hunc,qui sequitur tenorem .

Illustris.& Excellentis.Dominæ frater honorandæ,Molestũ nobis foret cum vlla mũdi persona genere aliquo disceptationis, & litæ contendere naturaliter etenim pacem appetimus,semperq; nobis cura fuit, omnia agere, & pati,quibus omnis obiurgãdi materia amoueri deberet; Verum longè molestius nobis est, semperq; fuit voluntati nostræ permaximè contrarium armis, & bello decertare cum Illustriss.fraternitate vestra , & Illustriss. & Excellẽtiss.Domino Duce Mediolani,cùm sanguine , & affinitate mutuo iungamur; Cùm autem satis laxantibus nequaquam adimplere potuerimus hoc tam ardens votum nostrũ imò, deuentum fuerit ad ea, de quibus excellentia vestra plenarie informata est,omne nostrum studium conuertimus ad ea quærenda, & facienda, quæ illa omnino sedare possent, ea ex re personaliter ad conspectũ vestræ Excellentiæ venimus, nuiisimus, & in super oratores nostros Mediolanum , vt vnà cũ oratoribus vestris,& deputandis per præfatum Ducem Mediolani,ea quæ pacis sunt quærerent; Consideratis autem singulis expraticatis hinc inde resultantibus, ac confederationibus quibus colligamur Illustriss. Ducali dominio Venetiarum, & Magnificę communitati Florentię,opus,& necessarium est,vt super huiusmodi rebus aliqua dari possit forma, & cõclusio, quod personaliter nos transferamus ad dictã Ciuitatem Venetiarum,melius enim, & celerius nos ipsi agendis, & incumbentibus nobis cum præfato Illust. Dominio Venetiarum,& Magnifica communitate Florentiæ formam dare poterimus,saluo honore,& indemnitate nostris, quàm valeat nomine nostro alia quæque persona; Gressus itaque nostros ob hæc ad partes illas dirigimus,quæ nunciare decreuimus iam dictæ vestræ fraternitati , ne admirationem vllam capiat de huiusmodi accessu nostro,nec opinetur,quòd ob hoc ab inceptis praticis concordiæ , & pacis resilire velimus ; Dispositi etenim sumus in eis firmiter intendere,ordinauimusq; quòd oratores nostri prædicti ad omne vestri beneplacitum materiam hanc prosequantur , Et nos hoc medio omni diligentia agemus,& perquiremus, quæ nobis necessaria sunt pro dicta conclusione honorifice firmanda,costãter namq; tenemus, quòd gratissimũ vobis erit, & præfato D Duci Mediolani,vt potius illeso honore nostro,& cum beneplacito horum,quorum conscij sumus, hæc firmemus,quàm quod cum vlla honoris nostri macula prædicta concludamus , adhæc etenim tota nostra laborat intẽtio,hac de causa hunc laborem initeris sustinemus.Non itaque,& facta nostra iam dictæ vestræ Illustriss. fraternitati ex corde recommittimus , præcamurq; eam,quatenus practicam prædictam reconciliationis prosequatur , nec vllatenus illã rompi permittat, Nos verò de ijs , quæ egerimus , curabimus confestim eam reddere certiorem , ad cuius beneplacita quęque parati semper sumus, Dat. Bernæ die quarta Maij 1432.

Filippus Maria instante Amedeo contentabatur pacem inire cum Ioan. Iacobo Marchione,

chionæ, & ideo oratorem iam constituerat Candidum Decembris eius Secretarium, & procuratorem specialem ad practicandū, tractandum, concludendum, & firmandum nomine suo quamcunque pacem, compositionem, & concordiam cum Marchione Montisferrati, vt patet litteris patentibus ipsius Ducis, Dat. Mediolani die octauo dicti mensis Maij. Sed deliberatio March onis supra facta de accedendo ad Venetos, & de non concludendo pacem sine consensu Venetorum, fuit in causa, quominus tractatus pacis ad effectū perductus fuerit, quandoquidem Veneti, & Florentini qui hostes erant, verisimiliter non consensissent, nec permisissent, Io. Iacobum Marchionem eorum colligatum, & confederatū pacem separatim inire cum Filippo Maria eorum hoste, nisi, & cum eis sieret.

Properabat Marchio Venetias, & ex itinere pluries ad Amedeum scripsit, antequam Venetias applicuisset, præcipuè ex Treuisio, & illinc transmisit D. Secundinum Nattam consiliarium suum, oratorem, seu nuncium ad ipsum Ducem Amedeum, vt patet litteris eiusdem Marchionis, Dat. ex Treuisio die primo Iulij 1432. & ex eodem loco alias scripsit litteras eidem Amedeo sub die vltimo Iunij. quibus rogat eūdem, vt ipsum Marchionem, eius vxorem, filios, & statū comendatos habere velit, quia in eum maiorem spem collocat, quā in quemuis hominem mundi: Et alijs litteris sub 29. Augusti eiusdem anni idem repetit: Eidem pariter scripsit pluries ex ciuitate Venetiarum, postquàm ad eam applicuit, & per suas litteras sub die 2. Iunij nunciat Amedeo aduētum suum ad ipsam ciuitatem Venetiarum, & qualiter honorificè fuerat à Venetis exceptus seipsum pariter eidem Amedeo comendans, necnon coniugem, liberos, & statum, & obnixius hoc idem facit per alias litteras ex eadem ciuitate scriptas sub decimā Decembris, per quas etiam significat sicuti in ciuitate Ferrariæ tractabatur pax, & concordium, & quod ibi aderant oratores ligæ, nec non & Ducis Mediolani, sed dicit ignorare quidnam futurū foret, Plures alias scripsit, quas referre per singulas nimis longum esset, in quibus omnibus ex toto corde comendat semper se vxorē liberos, & statum suum, magnam confidentiā ostendens in ipsum Amedeum Ducem.

Marchione Venetijs, & illis in partib. agente, Amedeus Dux interim terras, & oppida, & castra sibi remissa custodiebat, & Ducem Mediolani semper coibuit, vt nulla oppida ceperit, neque vllam postmodum offensam Marchioni, & cius subditis, hominibus, & vassallis intulerit, quo sit vt Marchio Venetijs in vtranque aurem dormiret.

Tandem verò tractatu Nicolai Estēsis Marchionis Ferrariæ, & Ludouici Marchionis Saluti arum arbitrorum electorum, Pax in dicta ciuitate Ferrariæ concluſa extitit inter præfatos Venetos cum Florentinis eorum colligatis ab vna parte, & præfatum Filippum Mariā Ducem Mediolani ex altera, & per præfatos electos prolata fuit sententia arbitramentalis seu laudum pacis, & concordiæ anno 1433. die 26. Aprilis, in quo inter cætera capitula, quod attinet ad Marchionem Montisferrati, fuit dictum, & declaratum in hunc, qui sequitur, modum.

Item, quod præfatus Illust. Dux Mediolani teneatur, & debeat infra terminum vnius mēsis a die latæ præsentis nostræ sententiæ computandi, liberè, & expeditè restituere, & relaxare, ac relaxari, & restitui facere Illust. D Marchioni Montisferrati omnes terras, castra, fortalitia, & loca, quæ per eum seu eius colligatos adhærentes, recomendatos, complices, & sequaces, ac gentes, & subditos suos fuerunt prefato D. Marchioni aharentibus, recomendatis, feudatarijs, complicibus, & subditis suis ablatæ, & ablata à principio huius guerræ citra vsq; in diem præsentis latæ nostræ sententiæ. Pro terris autem, & locis eiusdem D. Marchionis Montisferrati, quæ tenentur per Illustriss. Ducē Sabaudiæ, vel subditos feudatarios, aut complices suos, prædictus Illustr. D. Dux Mediolani ad earū restitutionem minimè teneatur, sed teneatur, & obligatus sit omni possibili prece, & affectione idem D. Dux Mediolani intercedere, & rogare prædictum Illustr. Ducem Sabaudiæ, vt debeat restituere, & liberè relaxare ipsi Dom. Marchioni Montisferrati omnes ipsas terras, & loca eiusdem D. Marchionis Montisferrati, & quæ olim per eum possidebantur, seu eius adhærentes, recomēdatos, feudatarios, complices, & subditos suos à principio huius guerræ citra, remanente ipso D. Marchione Montisferrati colligato ligę, & in aliquo non obligato D. Duci Mediolani aliqua ratione vel causa.

Hinc apparet, quòd Io. Iacobus Marchio tentabat, vt hac via per Ducem Mediolani, & eius opera sibi fieret remissio, & restitutio terrarum, & oppidorum, quæ Duci Sabaudiæ remisserat, absq; eo, quod cogeretur ad obseruationem eorum, quæ eidem Duci Sabaudiæ promisserat Tononi, & sic iam in animum induxisse videtur, nolle conuenta, & promissa obseruare, si fieri posset, Vnde hoc idem tentauit per DD. Venetos, & propterea missi fuerunt oratores hinc inde hac de causa, & rogabant Veneti Amedeum Ducem ad restituendum Marchioni loca prædicta, ad quos Amedeus missit oratores offerens se paratum restituere, dum tamen Ioan. Iacobus Marchio adimpleret prius, & obseruaret promissa, & conuenta, Rogabant Veneti, quod Amedeus restitueret, & deinde, quod attinet ad promissa per Marchionem darent operā, quod adimpleret promissa, vt patet litteris ipsorum Venetorum scriptis eidem Amedeo Duci sub die 3. Augusti, & vltima eiusdē prædicti anni 1433. Et idem Marchio adhuc ibi existens, scripsit etiam eidem Amedeo sub eisdem diebus dicens intellexisse quæ per Guillielmum Rigaudi consiliarium, & Andream Malleti Secretarium oratores missos illuc per præfatū Amedeum dicta eius nomine fuerant, & ipsius respondisse,

ſpondiſſe, prout eidem poterunt referre, & eum de ſincera diſpoſitione ipſius Marchionis plenius informare, paratum autem ſe eſſe aiebat, ad ſingula ſuæ Excellentiæ grata, Et per alias ſub vltima Auguſti ait, ſe intellexiſſe quicquid ipſe Amedeus ſcripſerat Illuſt. D. Duci Venetiarum, pro quo eidem gratiàs agit certum ſe reddens, quod ipſe Amedeus ſemper paternè atque fraternè ſecum ageret debitumque plenariè, vt ipſe enarrant litteræ, erga ipſum Marchionem faceret, deinde ſubijcit hęc verba, Nos verò reciprocè diſpoſiti ſumus, erga eandem debitum adimplere, ſolita filiali, & fraterna dilectione, & prout ipſe veſtræ litteræ continent nullatenus hæſitandum eſt; Vnde offerebat quidem ipſe Marchio ſe obſeruaturum promiſſa, & conuenta, ſed tamen cupiebat in primis reſtitutionem ſibi fieri, ſed quia hoc erat contra formam capitulorum, & pactorum Tononi, quæ aliter diſponunt, ideo Amedeus volebat prius adimpleri conuenta.

Reuerſus Marchio in patriam, erga præfatum Amedeum vſus eſt etiam opera Nicolai Eſtenſis Marchionis Ferrariæ, Ad eum, dum Vercellis eſſet, Amedeus Dux miſit Franciſcum de Tomatis iuris vtriuſq; doctorẽ, oratorem, & qui Marchio Eſtenſis præfato Amedeo ſcripſit ſub die 9. Iulij dicti anni 1434. litteras tenoris qui ſequitur.

Illuſt. & Excelſe domine maior frater noſter honorandiſſimè, libenter intelleximus, quæ ſub litteris credentialibus Excell. V. nobis in Vercellis expoſuit vir egregius D. Franciſcus de Tomatis iuris vtriuſq; doctor ſuper factis concernentibus Illuſtr. fratrem noſtrum chariſſimum dominum Marchionem Monisferrati, quæ effectu continent, quod dũmodo ipſe Illuſt. D. Marchio Excel. V. remittat to tũ territorium ſuum, quod eſt citra Padum, & illud ab ea in feudum recipiat Ioannes eiuſdem D. Marchionis primogenitus, & ipſe D. Marchio de reſſiduo totius ſui territorij faciat adhærentiam, contenta eſt liberaliter ei reſtituere omnia bona, & loca per eum in manibus Excell. V. repoſita, Miſiit ad nos ſpectabilem legum doctorẽ D. Henricum Natam, cui prædicta notificamus, vt ea referat præfato D. Marchioni; Conſiderata autem perfecta diſpoſitione Excell. V. erga eum, quam ex prædictis, & ex colloquio quod in Gebennis cum ea habuimus, perfectè percepimus, ac etiam ſincera beneuolentia, & reuerentia, quam ipſe reciprocè gerit ad eam, cuius teſtes ſumus, firmiter ſperamus, quod his auditis, ipſe nullatenus diſcedet ab hac veſtra intentione, precamur itaque, & obnixè oramus eam, quatenus ad hanc concluſionem cum eo deuenire velit manu liberali, & ipſum tum reſpectu conſanguinitatis, & affinitatis, & amoris fraterni mutui, quo inuicem iungimini, tum etiam noſtri contemplatione dignetur habere comendatũ recipiens in hoc ab eadem veſtra Excel. complacentiam ſingularem, nos paratos inueniet ad eius quæq; beneplacita, Dat. Mediolani die 9. Iulij 1434.

Iuxta tenorem prædictarum litterarũ Marchionis Eſtenſis, ipſe quoq; Io. Iacobus Marchio ſcribit præfato Amedeo litteras ſub 12. Julij prædicti ſequentis tenoris.

Illuſtriſs. Princeps, & Excelſe domine frater honorande ex Vercellis nos requiſiuit Illuſtr. frater noſter chariſſimus Marchio Eſtenſis, quatenus ad eum vnum ex noſtris in Mediolanum mitteremus, cui non nulla explicare poſſet, Miſimus itaq; ad eum ſpectabilem legum doctorem dominum Henricum Natã chariſſimum cõſiliarum noſtrum, qui heriſero ad nos rediens, nobis retulit parte præfati Illuſtriſs. D. Marchionis, quòd ſpectabilis iuris vtriuſque doctor D. Franciſcus de Tomatis nomine Excellentiæ veſtræ ipſi Illuſtriſs. Do. Marchioni expoſuit in ſumma, quòd ſi veſtræ Excellentiæ remiſſionem faciemus de territorio noſtro vltra Padum, & nos aut Illuſtr. Ioannes primogenitus noſter illud ab ea recipiamus in feudum, &c. & nos de reſſiduo territorij noſtri Illuſt. veſtræ fraternitati faciamus perpetuam adhærentiam, de nobis contenta reſtabit ſuper his, quæ inuicem habemus agere, ac nobis reſtituet, quæ in eius manibus repoſuimus, multaque alia retulit ſignificantia fraternam beneuolentiam, & paternum amorẽ, quem Excel. veſtra erga nos gerit, quib. cõſideratis Illuſt. frater, ac etiam quæ nobis retulerunt oratores noſtri, qui ab ea ad nos redierunt, Excellentiæ veſtræ, quas poſſumus, & debemus, pro huiuſmodi ſingulari dilectione ſua erga nos ingentes agimus gratias, quamquàm ex his nil noui nunc accepimus, cùm ſemper etiam in teneris annis noſtris de ea sẽper, & benemerito hæc, & poñora ſeparauimus, quamuis autem per oratores noſtros cũ Illuſt veſtra fraternitate aliqua tẽptari, & trãctari fecerimus, noſtra tamen sẽper fuit, & eſt opinio idem velle quod ſe velle ipſa finaliter profiteretur, neq; vllatenus ab ipſius beneplacito reſilire. Illari itaq; animo hanc ſuam oblationem, & concluſionem recipimus, & amplectimur, paratiq; ſumus ſupraſcripta cum ea firmare, pro quorũ celeriori executione, confidenter rogamus eam, quatenus bailiam neceſſariam in his, & ab eis dependentibus, largam, & amplam concedere dignetur, quibus ex ſuis, qui ad nos veniant, cum quibus præmiſſa firmare poſſimus, adeo enim noſtra diſpoſitio perfecta, ſinceraq; eſt erga Excellentiam veſtram, quòd non ambigimus, quod huiuſmodi concluſio autore Deo inter nos ipſos firmabitur, omnemenim ordinem, quę pro præmiſſis adimplendis ſtatuerit veſtra Illuſtriſs. fraternitas, ſequemur indillatè, ſuper quibus per harum latorem eius reſponſum expectamus, parati ad ipſius quæq; beneplacita, facimuſq; ei ſolita fraterna, & filiali deuotione nos recomiſſos. Dat. Caſalis die 12. Iulij 1434.

Sub eadem die ſcripſit etiam domino Caſtri veteris eidem ſignificans prædictam concluſionem, & reſolutionem. Sed non permanſit Marchio in ſententia prædicta, quoniã

Cla-

Clauasium, & aliqua alia oppida territorij citra Padum non remittebat, prout conuenerat, & scribebat Marchio Estensis, imò adhuc alia viam tentauit confugiens ad Eugenium Papam pro hac eadem re, & tacitis pactis, & cõuentionibus, rogauit eundem Eugenium, pro restitutione prædicta, qui eidem Amedeo pariter scripsit litteras, Dat. Florentiæ anno 1434. quintodecimo Calendas Septembris. Monitus autem Amedeus per oratorem suum, quẽ ibi ordinarie habebat apud eũdem Eugenium de huiusmodi recursu, & querella Marchionis, vt patet litteris eiusdem oratoris, missit nuntium ad ipsum Eugentium Papam, vt eũ de veritate facti informaret, & qui superuenit antequam Eugenius suas litteras destinasset, quas deinde misit, sed non fuerunt traditæ, quoniam Marchio eas retinuit, nec tradidit, aut tradi fecit Amedeo Duci, quod patet, quia originale dictarum litterarum remansit apud ipsos Marchiones, & patre Ducum Mantuæ productum fuit in hac causa tenoris huiusmodi.

Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio nobili viro Amedeo Duci Sabaudiæ salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex iniuncta nobis pastorali solicitudine, quæ pacem, & quietem totius populi christiani procuratore obnoxij sumus, si quando à nobis postulantur iusta præsertim, & honesta, pacem, & vnitatem christianorum concernentia, libenter interponimus partes nostras, & illa ad effectum perducere totis charitatis visceribus procuramus. Dudum siquidem pro parte dilecti filij nobilis viri Marchionis Montisferrati nobis extitit enarratum, quod cum olim vrgente bello inter ipsum, ac Ducẽ Mediolani, ipseq; Marchio se longè potentia ipso Duce inferiorem videret, de nobilitate tua, quæ illi affinitatis vinculo est coniuncta, specialem fiduciam gerens, quasdã terras tuas quas ipse deffendere posse dubitabat, præsertim cùm esset illis temporibus Venetias accessurus, tuæ nobilitati comendauit. Demum verò pace inter Dominium Venetorum, ipsumque Ducem Mediolani, & Marchionem prædictos contracta, cũ Dux Mediolani terras, omnes, quas ab eodem Marchione abstulerat, diligentissimè restituisset, eidẽ terras, & loca tuę fidei commissa nunquàm a te repetita nundũ sibi esse restituta affirmat, quę si vera essent, nõ possent absq; detrimento tuæ actenus integrę, & illesæ opinionis, & famæ contingere, de quibus, si vera sint, tua nobilitas proculdubio informata extitit, Imq; nobilitatem eandem in domino exortamur, quatenus respectum habens ad honorem fidei, Euangelij obseruantiam, & integritatem, omnem querellarum discensionisq; inter te, ac præfatum Marchionẽ materiam auferre, & amputare velis, in quo complacentiam singularem facies nobis. Postea verò quã præsentes litteras scribi mandauimus, venit ad nos dilectus filius nuncius nobilitatis tuæ, nobisq; tuam bonam erga præfatum Marchionem cognatum tuum voluntatem, & intentionem enarrauit, quo speramus, quod bene ad inuicem concordes critis, ad quod te diligenter dare operam efficaciter exhortamur. Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ millesimo quadrigentissimo trigesimo quarto, quintodecimo calendas Septembris, Pontificatus nostri anno quarto.

Eodem tempore Marchio præfatus iterum cõfugit ad Venetos, qui etiam iterato scripserunt præfato Amedeo Duci pro ipso Marchione, vtentes verbis ferè minatorijs in Amedeum, nisi restituere, dicentes, quod si præfato D. Marchioni Montisferrati non fieret restitutio, dubitamus, inquiunt, ne scandala, & inconuenientia oriantur, quæ, & vobis, & nobis fortasse displicere possent, & esse molesta, quæ verba Amedeus ad iniuriam, & honoris offensionem, ac in malam partem prolata accipiens, missis oratoribus, cõquestus est valde de huiusmodi verbis, non solum apud ipsos Venetos, verum & apud Florentinos, qui propterea misserunt ad Venetos, vt eorum mentem intelligerent super eiusmodi verbis, eidẽque Amedeo nunciarent. Respondet Venetis Florentinis, & præfato Amedeo, ac declarant se dicta verba non scripsisse ad iniuriam, vel displicentiam, vt aiunt, ipsius Ducis sed potius fraterna intentione inquiunt, quoniã sciebant oriri posse aliqua scandala, & non quidem pro ipsis, vt aiunt, nec eorum causa, sed aliundè inquiunt, quæ ipsis displicuissent, Vnde hortantur, & rogant Amedeum, vt de illis verbis sua Excellentia sincera remaneat, vt patet eorum litteris Dat. Venetijs, in Ducali palatio, die octauo Octobris 1434. illud idẽ declarant etiam Florentinis, prout ipsi Florentini scribunt præfato Amedeo, & patet eorum litteris Dat. Florentiæ die 19. Octobris 1434.

Postremò autem præfatus Marchio Ioan, Iacobus ad vltimum reseruauit Filippum Mariam Ducem Mediolani, vtpotè qui virtute capitulorum pacis initæ Ferrariæ, vtsupra vidimus, tenebatur, & obligatus erat omni possibili præce, & affectione intercedere, & rogare Ducem Sabaudiæ, vt debeat restituere, & liberè relaxare ipsi Dom. Marchioni Montisferrati omnes terras, & loca eiusdem Marchionis Montisferrati, vt in capitulo Laudi, siue sententiæ habetur, Eius itaq; opera, iuxta formã dictæ pacis, restitutionem obtinere tentauit. Quapropter præfatus Filippus Maria viros nobiles, ellegit, Guidonem Torrellum Comitem Guastallæ, & Montisclarieuili eius Capitaneum: Guarnerium de Castilliono iuris vtriusq; doctorem, & Emanuelem de Siccis militẽ, quos destinauit oratores ad Ludouicũ de Sabaudia filium primogenitũ præfati Amedei Ducis, Principem Pedemontium, & eius locumtenentem generalem, citra mõtes, nunc Taurini existentem, quem rogarunt, nomine eiusdem Filippi Mariæ, vt desiderantias, & lites existẽtes inter eum, seu Amedeum eius patrem, & Io. Iacobum marchionem, eorum decisioni remitteret, prout remisit præfa-

tus Ludouicus', qui deinde accesserunt ad Io. Iacobum Marchionem, cum quo, ac Ioanne eius primogenito, multisq; eius cõsiliarijs re, uersi ad dictam ciuitatẽ Taurini, auditis hinc inde partibus, & visis capitulis, & pactis initis Tononi inter præfatos Io. Iacobũ Marchionem, & Amedeum Ducem, signatis per ipsos Marchionem, & Ducem, nec non per Ioannem primogenitũ ipsius Marchionis, & per Ludouicum Principem prædictum. Videntes, Marchionem nulla legitima exceptione, nec defensione se tueri posse, quin conuenta, & promissa de iure obseruare teneretur, dixerunt, pronunciarũt, & declararunt prout in eorum sententia, & laudo cõtinetur, publicato anno 1435. die 27. Ianuarij. Videlicet, quòd Io. Iacob. statim, & sine mora teneretur, & deberet facere donationẽ validam, & irreuocabilem in forma solemni secundum tenorem, & formam pactorum in scriptis cõuentorum, de & pro omnibus castris, & locis, de quibus in dictis pactis mentio habetur, & pariter Ludouicus Princeps teneretur facere solemnem inuestituram per feudum antiquũ, autum, & paternum similiter secundum tenorem pactorum, de omnibus terris, in pactis comprehensis, in Illustr. Ioannem primogenitum dicti Marchionis cum iuramento, & fidelitate secundum feudorum, & pactorũ prædictorum formam, exceptis tamen Clauaxio, Septimo, & Ouzenia, & nonnullis alijs ibi expressis. Similiter, quòd idẽ Marchio post prædicta sine interuallo teneatur facere adhærẽtiam de, & pro omnibus terris in pactis comprehensis, & expressis, & generaliter omnia tã in hoc, quam alijs secundum tenorem, & formam pactorum scriptorum, adimplerentur, & secundum naturam contractuum extenderentur in omnibus, & per omnia, & prout pacta sonant. Et præterea, quia culpa, & facto ipsius Marchionis, qui illucusq; distulerat ad effectum perducere conuenta, & promissa Ludouicus, seu Amedeus eius pater multas expensas fecerant, & quia, vt dici solet, ratio præteriti nosce futura facit, viderat Amedeus, q; Io. Iacobus Marchio difficilem se reddiderat obseruare promissa, imo toto posse effecerat, ne obseruaret, & adimpleret Ideo petijt Ludouicus taliter prouideri, & declarari per præfatos electos, vt in futurum Io. Iacobus Marchio nec sui resilire possent à cõuentis, & promissis, sed illa perpetuò obseruarent. Propterea præfati electi dixerunt, & declararunt, q; Illust. D. Marchio habita promissione fide, securitate ipsius Ludouici de restituendo eidẽ Marchioni omnia castra, & oppida in manibus ejusdem Ducis repositi, teretur dare, tradere, et assignare eidem Ludouico Principi terram, et locum Clauaxij cum fortalitijs suis, iuribus, iurisdictionibus, et pertinentijs liberè, irreuocabiliter, et expeditè, ac etiã terram, et locum Septimi, cum suis fortalitijs, iuribus, iurisdictionibus, et pertinentij pro omnibus expensis peritis, aut quę peti possent, et pro securitate, et obseruanda concordij, compositionis, et conuentorum, necnon adhærẽtiã, & omnem obligationem Abbatis sancti Benigni cum omnibus suis, et dictę Abbatię terris. Imò pro maiori securitate actum etiam fuit, quòd idem Marchio facere, operari, et curare teneretur, quòd ad eius instantiam Dux Mediolani litteras scriberet, promittendo obseruantiam conuentorum pro D. Marchione, et suis, et quòd aliter contra ipsum insurgeret, et inquantum D. Dux Mediolani prędictas litteras scribere noller, in fide sui corporis promisit idẽ Marchio præfato Comiti Guidoni Torello reponere in eius manib. duo fortalitia videlicet Põtisturiæ, et Montiscalui, remittenda in manibus, et potestate D. Principis pro securitate, et obseruantia prædictorum omnium.

Latum, et publicatum fuit prædictum laudum, seu amicabilis compositio dicta die 27. Ianuarij anni 1435. presentibus præfatis Ioan. Iacobo Marchione, Ioanne eius filio primogenito, ac quinque consiliarijs eiusdem Do. Marchionis, & quod statim per præfatos Marchionem, et Ioannem eius primogenitum ac eundem Ludouicum Principem fuit approbatum, emologatum, et ratificatũ sponte, et ex certa eorum scientia cum iuramentis per eos respectiuè præstitis, tactis scripturis, renunciationibus, et clausulis opportunis.

Eodem die, et incontinenti post factam publicationem dictæ compositionis, et laudi, et sequutam acceptationem; præfatus Io Iacobus Marchio in executionem conuentorum donationem fecit de terris, locis, et castris existentibus citra Padũ, necnõ de ciuitate Aquis, et omnibus terris eiusdem Marchionis existẽtibus vltra Tanagrum, Amedeo Duci, licet absenti, præsente, Ludouico Principe eius filio primogenito; et notario stipulantibus, et recipientibus cum constituto, et alijs clausulis in ampla, et valida forma. Ibidem quoque, et incontinenti idem Ludouicus Princeps nomine prædicti Amedei patris, dictas terras, et oppida vtiupra donata per Io. Iacobum Marchionem, exceptis tamẽ oppidis Clauaxij, Septimi, Brandicij, et Eugeniæ, ac adhærentia Abbatis sancti Benigni, quæ remanebant ipsi Duci, dat, tradit, et concedit in feudum Ioanni filio primogenito dicti Ioann. Iacobi Marchionis iuxta moduln, et formam, et sub conditionibus, ac declarationibus cõtentis, et descriptis in pactis, et capitulis Tononi. Ipseq; Ioãnes iurauit eidem Amedeo Duci fidelitatem ligiam. Similiter in executionem conuentorum idem Marchio Ioan. Iacobus necnon Ioannes eius primogenitus adhærẽtiam perpetuam fecerunt cum prætatus Amedeo Duce, et Ludouico eius primogenito pro omnibus terris, locis, et oppidis, ac reliqua parte Marchionatus existentibus intra flumina Padi, et Tanagri. Item etiam pro Ciuitate Albæ, et locis, et castris Diani, Rodi, et Rodelli existentibus vltra flumen Tanagri, pro quibus iuxta formam dictorum capitulorum Tononi conuentum est, q; veniant, et intelligantur comprehensa in prędicta adherentia durante

vita

vita tantummodo ipſius Ioann. Iacobi Marchionis, ſequuta autem morte ipſius cedant, & includantur in infeudatione facta eidem Ioanni primogenito, & ſucceſſoribus, ipſaq; idem Ioannes, & ſucceſſores tenerentur recognoſcere in feudum ab ipſo Amedeo Duce, & ſucceſſoribus, quemadmodum tenētur, & recognoſcuntur aliæ terræ, loca, & oppida in eodem territorio vltra Tanagrum exiſtentia. Conuentumq; pariter fuit, quod dictam adhærentiā teneantur ratificare, & approbare omnes vaſſalli, communitates, & homines dicti Marchionis, & promittere, & iurare, quòd idem Marchio, & eius ſucceſſores obſeruabūt dictam adhærentiam, & omnia conuenta, et non contrafacient, et latius vt in eodem inſtrumento continetur, confecto pariter dicta die 27. Ianuarij 1425. & omnia prædicta facta, et celebrata leguntur preſentibus ſemper multis conſiliarijs præfati Ioan. Iacobi Marchionis, videlicet Marco de Carreto ex Marchionibus Saonæ, Henrieto, et Secundino de Nattis, Ludouico de Titionib. eius primario Secretario, et Reuerendo fratre Bartholomeo de Prouanis Præceptore ſancti Antonij loci Clauaxij.

His peractis die ſequēti 28. Ianuarijs, Marchio Ioan. Iacobus conſtituit procuratorem ſpecialem D. Ludouicum Titionum D. Decianæ ſuum primarium Secretariū ad tradendum, et relaxādum nomine ipſius Marchionis loca, et caſtra Clauaxij, et Septimi Amedeo Duci Sabaudiæ, ſeu agentibus pro eo, et ad inducendum in realem, et actualem poſſeſſionem dictorum locorum, et Præfatus Ludouicus Titionus procurator die penultima eiuſdem remiſit, tradidit dicta loca Manfredo Marchioni Salutiarū Mareſcallo Sabaudiæ acceptāti nomine præfati Amedei Ducis illum inducendo in poſſeſſionem dictorū locorum per remiſſionem clauium portarum, vt in inſtro apprehenſionis prædictæ apparet.

Similiter eadem die 28. Ianuarij Ludouicus Princeps, et locumtenens præceptum facit omnibus Capitancis, Gubernatoribus, Caſtellanis, ſtipendiarijs, cęteriſq; cuſtodibus caſtrorum, villarum, et locorum Montis ferrati tam citra quàm vltra Padum, et Tanagrū per Amedeum Ducem vbilibet cōſtitutis quatenus eis viſis, et ſub pęna indignationis perpetuæ dicti Ducis conſignare, et remittere deberent, et relaxare caſtra, villas, et loca, quæ ipſi tenebant, et in cuſtodiam fuerant ſibi remiſſa, et hoc vnà cum mobilibus, artigliarijs, victualibus, et alijs quibuſcunq; in dictis caſtris exiſtentibus, et ad eum effectum conſtituit, et deputauit Commiſſarios pro executione dictarum litterarum, et remiſſione facienda Iacobum de Turre legum doctorem conſiliarium, et Ioannem Mutia ſecretarium, et receptorem computorum, et latius vt in litteris præcepti prædicti.

Cuius præcepti virtute, remiſſio facta fuit Marco de Carreto ex Marchionibus Saonæ de prædictis omnibus locis, et terris cum mobilibus, vti commiſſario per ipſum Marchionem deputato, vt conſtat confeſſione remiſſionis, & quitatione ab eo facta in Montecalo ſub die 6 Februarij dicti anni 1435. & ratificatione, ac confeſſione, & quitatione eiusdē Marchionis ſub dicta die 6. in ciuitate Caſalis.

Et in eorundem conuentorum executionem apprehenſa fuit poſſeſſio parte præfati Ludouici Principis, & facta remiſſio eidem omnium locorum, & terrarum citra Padum, & incontinenti facta retraditio, & remiſſio eidem Ioannis virtute inſeudationis, exceptis locis prædictis Clauaxij, & Septimi, ac Branditij, vt conſtat inſtrumentis apprehenſionis poſſeſſionis, & remiſſionis prædictæ factis ſub diuerſis diebus, & menſibus maximè Ianuarij, & Februarij dicti anni.

Ioannes primogenitus prædictus ſcribit literas Amedeo Duci ſub nona Februarij tenoris infraſcripti.

Illuſtriſs. Princeps, & Excelſe D. D. Metuen. præuia humili, & deuota recomendatione. De concluſione Deo laudes firmata pridie in Taurino inter Illuſtriſs. & Excel. Dominum genitorem meum honorandum Dominum Marchionem, ac Illuſtr. & Excel. D. & conſanguineum meum honorandum D. Principem Pedemontiū, aliter pro nunc ſcribere non expedit, quia Excellentia veſtra vti ſum certus, plenè informata eſt, niſi, quod dicta concluſio præfato domino genitori meo gratiſſima fuit, & eſt, ex ea reſtat contentiſſimus. Ego itaq; celſitudinem veſtram certam reddo ſicuti omnia promiſſa benè, & fideliter adimplebo, & ſeruabo, totoq; animo ſtudebo circa omnia, quæ augmentum veſtri ſtatus, & honoris concernunt, conſtantiſſimè tenēs, quòd Illuſt. D. veſtra me tanquā fidelem ſuū, & filium paterno dulcore tractabit. Verūm Illuſtr. D. Metuen. deuotiſſimè ſupplico, vt locum Mazadij in feudū mihi conferre dignetur, nec aliam perſonam anteponere pro loco prædicto, quia profectò alium feudatariū meliorem me habere non poteſt, nec qui ita de ipſo feudo fideliter ſeruiat, ſicut ego faciā, hoc enim pro honore meo, & ex ſingulariſſima gratia deuotiſſimè peto à præfibata Excellentia veſtra, quam authore Deo viſitare diſpono, quàm primum commoditas temporis affuerit, prout meo incombit debito, pronus omni tempore ad quæq; eiuſdem veſtræ celſitudinis præcolenda mandata. Dat. Caſalis die 9. Februarij 1435. ſubſcripta fidelis, & humilis nepos veſter Ioannes de Montefe rato.

Marchio Ioan. Iacobus ex eadem ciuitate Caſalis præceptum facit omnibus vaſſallis ibidem deſcriptis, locorum, & terrarū citra Padum, & Canapicij, quitenus in obſeruantiam conuentorum inter ipſum Marchionem, & Ludouicum Principem Pedemontium locumtenentem generalem Dom. Sabaudiæ Ducis iuramentum, & promiſſionem iuxta formam conuentionum facere, & præſtare deberent ſine vlla exceptione, & latius vt

in litteris eiusdem Marchionis. Dat. Casalis die 12. Februarij 1435. simile etiam præceptū, & sub eadem die, & in dicta ciuitate Casalis eisdem nobilibus, & vassallis facit etiam Ioannes eius filius primogenitus, & in executionem dictorum præceptorum nobiles, & vassalli locorum Sanct Georgij, Rochæ, & Corij, Candiæ, Orij, & Castilluoni iurauerūt, & promiserunt in manibus Mathei de Coconato nuntij, & commissarij ad id specialiter deputati per præfatos Marchionem, & Ioannem primogenitum, vt constat instrumento dictæ promissionis, & iuramenti sub 24. Februarij dicti anni 1435.

Simile præceptum factum legitur in eadem ciuitate Casalis per præfatum Marchionem omnibus vassallis, & communitatibus vltra Tanagrum, vt patet litteris eiusdem Marchionis Dat. Casalis die 20. Martij 1435. & ad eū effectum constituti fuerunt commissarij, & procuratores Ioānes de Medicis, & Matheus de Coconato per præfatos Ioann. Iacobum Marchionem, & Ioannem eius filium primogenitum, vt patet instrumento rogato in castro Casalis Sancti Euasij sub 22 dicti Martij eiusdem anni, prout dictæ communitates, & vassalli similiter præstiterunt, vt patet instrumentis iuramentorum, & promissionum sub diebus, & mensibus in eisdem contentis.

Similitet factum extitit de cōmunitatibus, et vassallis locorum, & terrarum dicti Marchionatus existentium inter flumina Padi, & Tanagri, & de executione omnium pro obseruantia, & implemento conuentorum præfati Ioann. Iacobus Marchio, & Ioannes primogenitus, scribunt ad Amedeum Ducem, & notificant fuisse omnia adimpleta, vt patet eorum litteris Dat. Casallis die 14. mēsis Aprilis dicti anni 1435.

Prædictas donationem, infeudationem, & adhærentiam, & omnia, & singula conuenta, & promissa ratificauit, & approbauit Gulielmus filius secundogenitus præfati Dom. Marchionis cum præsentia, authoritate, & consensu dicti Marchionis eius patris, & vnà etiam ipse Marchio pater cum iuramēto. Renunciationibus, & clausulis opportunis, vt patet litteris signatis manu ipsius Marchionis, & Gulielmi filij, & per Secretarium ipsius Marchionis subscriptis debitè sigillat. Dat. Casalis die vltima Nouembris dicti anni 1435.

Anno sequenti 1436. Ioannes de Montisferrato primogenitus dicti Ioan. Iacobi Marchionis personaliter se trāstulit in Sabaudiam, ad locum Tononi, & ibi quædam pacta, & seu confederationem fecit cū Ludouico Principe Pedemontium ratione status Mediolani, & ad prouidendum in casum mortis Filippi Marię Ducis Mediolani sine liberis, quid agēdum esset ratione dicti status Mediolani, in qua quidem cōfederatione, & concordio dictum fuit expressè, quòd omnia ibi tunc conuenta essent, & intelligerentur sine præiudicio, & citra recessum à conuentionibus factis in ciuitate Taurini anno prædicto 1435. die 27. Ianuarij, quibus nullatenus censeatur derogatum, & latius, vt patet instrumento confœderationis prædictæ rogato, & facto in dicto loco Tonoui sub die 12. mensis Iunij dicti anni 1436.

Hanc confederationem, & conuentionem præfatus Ioann. Iacobus Marchio vnà etiam Gulielmus, Bonifacius, & Theodorus filij sui ratificarūt, & approbarunt in ciuitate Casalis sub die 11. Decembris eiusdem anni.

Moritur Amedeus Dux Sabaudiæ, ob cuius mortem præfatus Ioan. Iacobus Marchio constituit procuratores speciales ad renouandum, & confirmandum adhærentiam perpetuam, & colligationem indissolubilem cum præfato Ludouico filio successore in Ducatu ipsius Ducis Amedei, ad formam adhærentię alias contractæ inter ipsum Marchionem, & præfatum Ludouicum Principem, & locumtenentem generalem dicti Amedei Ducis in ciuitate Taurini anno 1435. die 27. Ianuarij, vt de huiusmodi mandatu Marchionis constat instrumento rogato in ciuitate Casalis die 26. Nouembris 1440.

Similiter dictus Ioannes primogenitus insequendo formam pactorum, & infeudationis sibi factæ per præfatum Ludouicum Principem, quòd in mutatione cuiuslibet domini, & vassalli fieret renouatio inuestiturę pro prędictis terris, & oppidis citra Padum, & vltra Tanagrum, procuratores speciales constituit eodem anno 1440. die 4. Decembris ad transferendū se ad Ludouicum filiū præfati Amedei, & successorem in Ducatu, & ab eo petendum, & obtinendum nomine ipsius Ioannis inuestituram locorum, & terrarum prædictarum citra Padum, & vltra Tanagrum, & iurandum nomine prædicto fidelitatem ligiā ad formam inuestiturę aliàs obtentę.

Præfati procuratores virtute potestatis sibi attributæ transferentes se ad præfatum Ludouicum Ducem in Ciuitatem Gebennarū obtinent inuestituram nomine præfati Ioannis, & iurant fidelitatem, vt patet instrumento inuestiturę rogato sub die 19. Ianuarij anni sequentis 1441. & eis reuersis præfatus Ioannes in eadē ciuitate Casalis ratificat denuo, & approbat dictam inuestituram nomine suo obtentam, & fidelitatem præstitam, vt patet instrumēto ratificationis sub die 12. Aprilis eiusdem anni 1441.

Moritur Io. Iacobus Marchio anno 1445. 12. Martij, ob cuius mortē præfatus Ioannes eius filius primogenitus, et successor in Marchionatu iuxta conuenta in initio adhærentię factę cū eius patre dicto anno 1435. 27. Ianuarij videlicet, & in morte cuiuslibet dñi dicta adhærentia deberet inter successores renouari, misit procuratores suos speciales Secundinū Natam, & Gasparinum ex Marchionibus Inciśe ad præfatum Ludouicum Ducē Sabaudiæ pro refirmanda dicta adhærentia cū ipso Duce pro terris, et oppidis eiusdem Marchionatus existētibus intra flumina Padi, et Tanagri, prout præfati procuratores nomine dicti

Ioannis Marchionis renouarunt dictam adhærentiam, vt constat instrumẽto recepto per Franciscum Fabri de Yenna Bellicen. diocesis Secretarium præfati Ludouici Ducis sub dicto anno 1445. & die 11. Octobris, vbi autem in priori adhærentia inita cum Ioan. Iacobo patre dicto anno 1435. 27. Ianuarij conuentum fuerat, vt ciuitas Albæ, necnon oppida Diani, Rodi, & Rodelli essent, & comprehenderentur in adhærentia durante tantummodo vita ipsius Ioann. Iacobi, eo autem de medio sublato, deberent venire, & cõprehendi in infeudatione facta dicto Ioanni, & per ipsum, & eius successores tenerentur in feudum, & pro eis deberet præstari fidelitas Duci Sabaudiæ; in hac renouatiua adhærentia actum adhuc fuit, & conuentum inter præfatum Ludouicum Ducem, & dictos procuratores, quòd dicta ciuitas, & oppida prædicta remanerent adhuc in dicta adhærentia durante vita dicti Ioannis Marchionis, eo autem mortuo, deberent recipi in feudum per successores ipsius Marchionis, ab ipso Duce Sabaudiæ, & successoribus suis, & pro eis præstari fidelitas quemadmodum pro alij terris, & oppidis vltra Tanagrum. Et dictam adhærentiam, seu colligationem, vt supra per præfatos procuratores contractam idem Ioannes Marchio ratificauit, & approbauit, vt constat instrumento ipsius ratificationis facto in Castro Montiscalui anno prædicto 1445. & die 28. dicti mensis Octobris.

De anno 1451. præfatus Ludouicus Dux, & Ioannes Marchio ligam, & confœderationem contraxerunt cum Alfonso Rege Siciliæ, & cum Dominio Venetorum, vt patet literis procuræ, & mandati ipsius Alfonsi Regis in oratores suos ad concludendum, & firmandum dictam ligam cum Venetis, & acceptandum, & concludendum in ea præfatos Ludouicum Ducem, & Ioannem Marchionem sub anno 1451. die decimoquinto Februarij, & instrumento ipsius receptionis in ligam, & confœderationem Venetijs confecto dicto anno 1451. die decimosexto Aprilis.

Subsequenter, anno 1454. præfatus Ioannes Marchio Montisferrati matrimoniũ contraxit cum Margarita filia præfati Ludouici Ducis Sabaudiæ, vt pater instrumento matrimonij rogato dicto anno 1454. die secundo Iulij.

Moritur Ioannes Marchio de anno 1464. die 19. Ianuarij, nullis relictis liberis, cui succeſſit Gulielmus frater secundogenitus. Legitur autem obtenta inuestitura nomine ipsius Ioannis à Federico Imperatore, per quendam Martinum Pauli de Nibia de Nouaria anno prædicto 1464. die octaua dicti mensis Ianuarij, & sic per vndecima dies antequàm moreretur, & de cuius procuratoris mandato non apparet, per quam quidem inuestituram legitur inuestitus dictus Ioannes in personam dicti procuratoris de omnibus feudis ab ipso Imperatore, & Sacro Imperio quouis modo pertinentibus, signanter, vt ibi dicitur, de terris, locis Sancti Damiani, Diani, Insulæ, Albę, Rodi, Rodelli cum suis pertinentijs, & cum clausula huiusmodi tenoris: Alienationibus, siue distractionibus regalium feudorum, feudalium, & temporaliũ prædictorum, & pertinentiarum ab eodem per vim forsan, dolum, metum, siue aliam sinistram machinationem, aut aliàs quouismodo indebitè exactas, & extortas per quoscunque, & præsertim per Illustriss. Ludouicum Ducem Sabaudiæ nostrum, & Imperij Sacri Principem fidelem dilectum, ipsiusque progenitores, & prædecessores quosuis, vt accepimus, obtentas, & factas, quas omnes, & singulas non ad alicuius pro hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed motu proprio, dictaque authoritate, scientia, & plenitudine potestatis cassamus, irritamus; & annullamus.

Anno verò sequenti obijt, & Ludouicus Dux, cui succeſſit Amedeus filius eius nominis VIII. Gulielmus Marchio licet de aliqua interpellatione sibi facta de præstando fidelitatem, & recognitionem dicti feudi non appareat, nihilominus statim in animum induxit nolle promissa per Ioann. Iacobum patrẽ, & Ioannem fratrem obseruare, sed illis contrauenire, & ideo, eodem die quo obijt Ioannes Marchio, idem Gulielmus fecit coram testibus, actum repudiationis hæreditatis fraternæ, in quo dicitur, quòd ipse Dom. Gulielmus tã ex sanguinis necessitudine, & Imperialibus indultis, quàm ex vi & potestate consuetudinis vetustissimæ Marchionatus Montisferrati, cuius initij memoria non existit, Baroniam, & Marchiam Montisferrati cum vniuersis eius dominijs, ciuitatibus, castris, oppidis, & territorijs iure successorio feudorum regalium ad ipsum Illustrissimum, & Excellentissimum Dominum Gulielmũ prærogatiua genitaræ, cum se nunc reperiat primogenitum viuentem Illustris nunquàm delendæ memoriæ Domini Ioann. Iacobi Marchionis Montisferrati, ad ipsum solum, & insolidum esse deuolutum, & apertum. Hinc est, quòd idem Dom. Gulielmus consultè, & ex eius certa scientia, dictam Baroniam, & Marchiam cum vniuersis suis dominijs, ciuitatibus, oppidis, villis, territorijs, regalibus, & generaliter cum omnibus, & singulis iuribus ad ipsam Marchiam, & Baroniam, aut ipsius causa, & occasione Illustribus D. Marchionibus, qui per tempora fuerunt in ipsa Marchia spectantibus, & pertinentibus, atq; competentibus, acceptat, & admittit cum protestatione semper ita integram, optimamq; cum vniuersis suis iuribus, supra, ac ita liberam, & firmã ab omni specie seruitutis tam quoad personam ipsius Domini Gulielmi moderni Marchionis Montisferrati, saluo semper iure sacratiss. Rom. Imperij, quã quoad ipsam Marchiam, sicut vnquàm fuerit persona Illustriss. (quondam Domini Theodori Marchionis Montisferrati eius aui paterni, & cæterorum

ascendentium eius proauorum & ipsa Marchia apud eosdem, vel aliquem ipsorum, & ita continuò protestatur, quòd nunc, & in futurũ ita, & tactur, vt supra acceptanit, & supra scripta acceptata sint, prout sunt diuersum corpus, & separatum nihil penitus attingens ab hæreditate Illustriss. Dom Ioannis Matchionis Montisferrati eius germani nouissimè viã vniuersæ carnis ingressi, quamquidem hæreditatem, & omnia, & singula prouenientia, & connexa dicto titulo hæreditario in allodialibus, prædictus Princeps Marchio modernus D. Gulielmus repudiat, & à se repellit, & abdicat omnino, & per omnia.

Bonifacius quoque eius frater similẽ actũ repudiationis hæreditatis fraternæ fecit, eodẽ loco, & tempore, in quo dicitur, quòd cùm hæreditas Ioannis Marchionis fratris sui tunc defuncti sine liberis, & ab intestato fuerit eidẽ Bonifacio delata pro virili in allodialibus ipsius quondam Domini Ioannis Marchionis, cùm nunc ipsa hæreditas sit in statu, vt possit adiri, vel repudiari per eos, ad quos est delata, citra semper omne præiudicium sibi generãdum ad feudum Marchiæ, & Baroniæ Montisferrati, sibi in spe competens ad dictã Marchiam, cum vniuersis iuribus, dominijs, ciuitatibus, castris, oppidis, territorijs, & titulis beneficio Sacratissimi Rom. Imperij, & prouidentia Illustriss. Dom suorum aui, & proauorum dictam hæreditatem prædicti Illustr. D. Marchionis eius germani repellit, abdicat, & a se repudiat.

Idem Gulielmus Marchio inuestiturã obtinuit à Federico III. Imperatore eodẽ anno 1464. die quarta Maij cum hac clausula irritatiua, seu annullatiua, videlicet. Alienatione, seu distractione regalium feudorum, feudaliũ & temporalium prædictorum, aut pertinentiarum ad eandem per vim forsan, dolum, metum, siue aliam sinistram machinationem, aut aliàs quouismodo indebitè exactas, aut extortas per quoscunque, & præsertim per Illustr. Ludouicum Sabaudiæ Ducem, &c. nostrum, & Imperij Sacri Principem fidelem dilectum ipsius progenitores, & prædecessores quosuis, vt accepimus obtentas, & factas, eas omnes, & singulas non ad alicuius pro hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed motu proprio, dictisque authoritate, scientia, & plenitudine potestatis cassamus, irritamus, & annullamus, nullasq;, & inanes, ac nullius existere roboris, vel momenti decernimus, cæteriscq; in contrariũ factis, habitis, & obtentis, comissis, & omissis non obstantibus quibuscunque.

Præterea, quotiescunq; eidem contigit alloqui eum oratoribus Ducis Sabaudiæ ad eum transmissis, prout pluries euenit, & ab eis recipere litteras ipsius Ducis, semper antea protestabatur, quòd si fortè sibi parte Ducis Sabaudiæ aliquæ litteræ præsentarentur, vel orator, seu ambasciator aliqua referret, vel exponeret in quib fortè appareret contineri, vel dici aliqua sonantia superioritatẽ dicti D. Ducis in dictũ D. Marchionẽ, prædictus Gulielmus Marchio ex eius certa scientia, & matura præuia deliberatione, & consultatione dicebat, & protestabatur expressè, & recipiẽdo litteras, vel scripturas, si quas sibi dictus orator præsentaret vice prædicti Domini Ducis Sabaudiæ, aut audiendo quæ sibi per oratorem, aut per alium quemuis tunc, & in futurum dicti D. Ducis nuntium, oratorem, vel tabellarium proponerentur, dicerentur, præsentarentur, & narrarentur nomine quo supra, aut per aliqua, quæ tunc & in futurum quocunque nomine prælibatus Domin. Marchio eum ipsis nuntijs, oratoribus, vel tabellarijs dicet, aut faciet personaliter, vel per submissam personam, aut per aliqua, quæ vnquàm ipse Dom. Marchio vnquàm scriberet, aut scribi faceret prædicto Dom. Duci Sabaudiæ, vel eius consilio, aut officialibus, non intendit consentire, neque consentit, vel consentiet, neque recipiet, dicet, aut scribet, vel dici, aut scribi faciet, tamquàm prædicti Dom. Ducis Sabaudiæ suorumque successorum vassallus, aut adhærens, vel aliqua ratione, seu causa subditus, submissus, aut obligatus Excellentiæ ipsius Dom. Ducis pro ciuitatibus, castris, terris, & bonis, quæ tunc tenebat, vel eius nomine tenebantur, aut ipsi D. Marchioni spectabant, vel pertinere poterant, aut sui antecessores tenuerant, & possederant, aut ad ipsos pertinebant, vel prætendebant ad se spectare, prætendens se vt Marchionem Montisferrati, & seu ipsum Marchionatum nullatenus in aliquo teneri, seu obligari ratione feudi, adhærentiæ, seu alterius submissionis eidem D. Ducis, & suis, &c. & latius vt in protestationibus pluries factis sub diuersis annis, & diebus prout se se offerebat occasio protestandi.

Consuluit quoque doctores super dictis conuentionibus, & pactis, & oratores misit ad Imperatorem pro illum informando, & ad demonstrandum, quòd non deberent huiusmodi pacta, & conuentiones per eum approbari, nec confirmari, quatenus per Ducem Sabaudiæ Imperator de hoc requireretur. Et sic iste Marchio Gulielmus nullã præstitit fidelitatem, nec prædictas conuentiones obseruauit, sed potius animum contraueniendi ostendit in multis, donec vixit, non tamen apparet, quòd vnquàm fuerit aliquo tempore requisitus aut interpellatus de recognoscendo feudum, & præstando fidelitatem. Moritur autem Gulielmus Marchio anno 1483. nullis relictis liberis masculis, sed vnica filia Blanca impubere. Et eo adhuc viuente decessit Amedeus Dux Sabaudiæ anno 1472. relictis Philiberto, & Carolo filijs minoribus sub tutella, & cura Violadæ matris, & successit Philibertus primogenitus, q decessit ann. 1482 adhuc minor, cui successit Carolus frater pariter adhuc minori ætate cõstitutus.

Gulielmo Marchioni successit Bonifacius frater, qui pariter nullã præstitit fidelitatẽ prædictis terris, & feudis, neq; adhærentiam eõfirmauit, quinimo, & ipse de anno 1487. fuit inuestitus à Federico III. Imperatore de to-

ta

ta Marchia, & de omnibus, & singulis, quę præ decessores sui Montisferrati Marchiones tenuerunt, & ipse Bonifacius Marchio tunc tenebat, & possidebat, ac de aliis quæ per alios quoscunque quacunq; dignitate etiam Ducali fulgentes iniustè, & indebitè occupantur, & detinentur, & cum clausula irritatiua omniũ alienationum in ampliori forma quàm fuerat concessum Gulielmo per eundem Federicum sub his verbis. Alienationibus, siue distractionibus, seu renuntiationibus, & quibuscunque illicitis occupationibus regalium feudorum, feudalium, & temporalium prædictorum, aut pertinentiarum ad eadem per vim forsan, dolum, metum, siue aliam siniſtrã machinationem, aut alias quomodolibet indebitè exactas, aut extortas per quoscunq; etiam Ducali prærogatiua fulgentes, & præsertim per Illustr. quondam Ludouicum Sabaudiæ Ducem, &c. Ipsiusq; progenitores, & prædecessores quoslibet, vt accepimus, obtentas, & obtenta, quas omnes, & singulas non ad aliculus pro hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed motu proprio dicimus: authoritate, scientia, & plenitudine potestatis cassamus, irritamus, & annullamus, nullasque, & inanes, ac nullius existere roboris, vel momenti decernimus, ceterisq; in contrarium factis habitis, & obtentis comissis, & omissis non obstantibus quibuscunq; nulla quoq; præscriptione, vel cursu temporis præteritovel futuro etiam tanti cuius in contrarium nõ existat memoria obstante, vllo etiam consensu tacito, vel expresso prædictorum Marchionum quo metus purgatus, dolus sublatus, ius aut quæuis siniſtra machinatio quæ ãn talibus alienationibus, renunciationibus, seu distractionibus interuenisset, ad diminutionem præfati Marchionatus, & feudi à nobis, & antecessoribus nostris Rom Imperatoribus, & Regibus sibi, & suis prædecessoribus concessi subiata dici posset, & allegari, non obstante, quibus per præsentes derogamus, & derogatum esse volumus ex certa nostra sciẽtia, & de plenitudine potestatis, legibus quibuscunq; statutis, & consuetudinibus, aliisq; quibuscunq; in contrarium disponentibus nõ obstantibus, Declaramus ea intentione nos id disponere pro conseruatione iurium, dominij, priuilegiorum, & gratiarũ dictæ Marchiæ, seu Illustr. Marchionibus concessorum, & eo libentius, quod eorum fides, & deuotio versus Sacrum Rom. Imperium in hunc vsq; diem extitit inuiolata, eritq; in futurum, vt nobis ipsis facilè persuademus. Et sic ex prædicta concessione satis etiam patet de intentione, & animo istius Marchionis Bonifacij non obseruãdi conucta cum patre suo, & fratre, sed potius contraueniendi, & illa impugnandi.

Idem Bonifacius Marchio de anno 1485. vltimo Martij, conuenit cum Carolo Duce Sabaudiæ de nuptui tradendo Blancam eius neptem, filiam præfati Gulielmi Marchionis, præfato Carolo Duci, sub his pactis, & cõuentionibus, quòd casu quo idem Bonifacius Marchio ab hac vita migraret relictis post se filijs masculis legitimis, & naturalibus, vno vel pluribus, præfata D. Blanca neptis sua in dotem, & nomine dotis haberet, & dictus Marchio ex tunc eidem cõstituit Ducatos Octuagintamille soluendos in terminis ibi descriptis, obligando pro cautione solutionis dictæ dotis terras, & loca vltra Padum existentes, & existentia.

Item conuenerũt, quod casu quo prędictus D. Marchio diem suum claudat extremam, nullis post se relictis filijs masculis legitimis, & naturalibus ex nunc constituit pro dote, & nomine dotis prædictæ Blancæ, omnes terras loca, iurisdictiones, homaggia, superioritates, & iura quæ habet vltra Paduni, faciendo eo in casu, q; vassalli, & castellani presentes, & qui in futurum erunt, pariter, & homines dictarum terrarum promitteur, & iurabunt obseruare sine strepitu, & aliqua contradictione suprascriptam promissionem, & dicto casu vt supra eueniente, remissionem facient dictorum castrorum, & locorum liberè, & sine vlla exceptione, & contradictione. Item conuenerunt & pepigerunt, quòd reliquum dominij Marchionatus, videlicet ciuitates, castra, terras, loca, iurisdictiones, vltra, & dominia mediata, & immediata existentes, & existentia citra Padũ, vbicunq;, & tam in Monteferrato, quàm in partibus vltra Tanagrum, & in quibuscunq; alijs partib prælibatus D. Marchio in se, eiusq; meta, & libera voluntate, & dispositione reseruauit, & reseruatas, & reseruata esse voluit, & expresse pepigit, & conuenit.

Decessit Carolus Dux Sabaudiæ de anno 1490. relicto Carolo Ioanne Amedeo infante qui anno prędedenti 1489. natus erat ex Blanca prædicta quæ fuit eius tutrix.

Præfatus autem Bonifacius Marchio decessit anno 1491. relictis Gulielmo, & Io. Georgio filijs suis, & cui succeſſit in Marchionatu Gulielmus primogenitus.

Decessit, & Carolus Ioannes Amedeus Dux Sabaudiæ de anno 1496. adhuc existens impubes, cui succeſſit in Ducatu Filippus de Sabaudia eius patruus magnus, qui anno sequenti 1497. moritur relictis Filiberto, & Carolo filijs suis, & ei succeſſit in Ducatu Filibertus primogenitus, q; de anno 1504. obtinuit à Maximiliano primo Imperatore approbationem & confirmationem dictorum contractuum donationis inter dantionis, & adhærentiæ, necnon fuit ab eodem Imperatore inuestitus de dictis terris, & oppidis donatis, & qui Dux Filibertus decessit anno prędicto 1504. cui succeſſit Carolus eius frater.

Gulielmus autem Marchio nullam etiam ipse fidelitatem præstitit præfatis Ducibus, dũ vixerunt, sed & ipse inuestituram obtinuit à Maximiliano primo anno 1494. cum clausula annullatiua omnium alienationum, seu distractionum, prout prædecessoribus Marchionibus per Federicum Imperatorem prædecessorem fuerat concessum, & declaratum.

Decessit Gulielmus de anno 1518. relictis

Bonifacio, & Margarita filijs suis, & superstite dicto Georgio fratre, Bonifacius filius succedens in Marchionatu fuit pariter inuestitus de feudo Marchiæ per Carolum V. Imperatorem de anno 1522. qui, & decessit nullis relictis liberis, superstitibus Margarita sorore, & Io. Georgio patruo, qui solus successit in Marchionatu, Margarita autem prædicta nupsit Federico Gonzaghæ Duci Mantuæ; Coniuges præfati Duces Mantuæ viuente adhuc dicto Io. Georgio Marchione, supplicarunt eidem Imperatori Carolo V. quod ex quo Bonifacius frater dictæ Margaritæ Marchio Montisferrati decesserat nullis filijs seu descendentibus relictis, neque spes sit Io. Georgium, qui Marchionatum tunc tenebat, liberos legitimos procreaturum esse, vt ipsos coniuges Duces Mantuæ, & eorum quemliber in casu quo prænominatus Io. Georgius sine liberis masculis legitimis decederet, & nunc, prout ex tunc, de ipso Marchionatu cum omnibus feudis, & iuribus, gratiose inuestire, & in feudum nobile antiquum, paternum, & autum conferre pro se, & eorum descendentibus legitimis masculis, & illis quomodocunque deficientibus pro feminis, ita tamen, quod femine semel, vel pluries excluse etiam admitti valeant; Quorum supplicationi annuens Imperator, eosdem coniuges prout supplicatum extitit, inuestiuit, de dicta Marchia in cuentum scilicet prænarratum quo Io. Georgius Marchio sine hæredibus legitimis masculis decederet, & latius, vt inuestitura ipsius Imperatoris cõcessa anno 1532. die vltimo mensis Decembris.

Anno sequenti 1533. decessit præfatus Io Georgius nullis relictis liberis legitimis, superstite dicta Margarita nepte, & dicto Carolo Duce Sabaudiæ, præfatus Imperator ad instantiam præfati Ducis Caroli de anno sequẽti 1534. die 7. Maij declarauit, per concessionem inuestituræ factam præfatis Ducibus Mantuæ non fuisse mentis suæ voluisse, nec velle derrogare iuribus dicti Ducis Sabaudiæ quomodolibet sibi competentibus, & spectantibus, super dicta Marchia, quæ salua, illesa, & intacta esse, & remanere vult, & declarat non obstante dicta concessione, & inuestitura, quinimo, ea omnia iura, ex certa scientia, motu proprio, & de Imperialis potestatis plenitudine confirmat, & approbat.

Institutio autem iudicio coram dellegatis præfati Imperatoris Caroli V. per competitores, & prætendentes ius super Marchia prædicta, præfatus Carolus Dux Sabaudiæ petijt sibi adiudicari dictam partem Marchionatus existentem citra Padum, & vltra Tanagrum vti sibi spectantem, & pertinẽtẽ virtute dictorum contractuum, quam petitionẽ præfatus Imperator indecisam reliquit, eam autem decidendam, & terminandam distulit, intra annum tunc proximè sequuturũ, vt in eius sententia continetur, quod ob eius impedimenta facere non potuit.

Quare præmissis sic stantibus, quæritur, an dicta pacta, & conuentiones initæ inter Amedeum Ducem Sab udiæ, & Io. Iacobum Marchionem Montisferrati de anno 1432. nec nõ laudum prædictum latum per oratores Ducis Mediolani anno 1435. & donatio subsequita de terris, & oppidis citra Padum; & vltra Tanagrum, nec non intendatio de dictis terris, & oppidis facta Ioanni primogenito, & adhærẽtia etiam per eundem Io. Iacobum Marchionem cum præfato Amedeo valeant, & teneant, & consequenter an dicta loca, & oppida concessa in feudum præfato Ioanni primogenito censeantur deuoluta ipsi Duci Carolo, & ipsi adiudicari debeant.

Facti narratione præmissa, videdum est an Serenissimus Dux Sabaudiæ ius habeat in hac particulari petitione terrarum, & locorum Marchionatus Montisferrati existentiã citra Padum, & vltra Tanagrum; Nam multi, & vereres, & recentiores super eo cõsulti copiosè admodum, & diffusè contra Ducem Sabaudiæ responderunt, aperto orè omnes contradicũs, conuentiones, & pacta, de quibus in themate, de iure non subsistere, & consequenter ipsum Ducem in sua petitione non audiendũ & iam olim pro Marchione Guielmo Paleologo, filio secundogenito Io. Iacobi pacisentes consuluit Aret. cons. 14. qui, vt aliàs diximus licet mutatis nominibus loquatur de Ducibus Austriæ, & Bauariæ, supponendo ea nomina pro Ducibus Sabaudiæ, & Mediolani, nihilominus casus est is, de quo agitur, quia explicitè loquitur de Marchione Montisserrati, prout etiam eisdem temporibus suppositis prædictis nominibus scripsit, quoq; Maria, Socin. sen. cuius consilium est in volumine cõsiliorum Mantuæ cons. 36. & etiam alius doctor cuius consilium tacito nomine est in eodem volumine cons. 38. & ex recentioribus pro Margarita Ducissa Mantuæ in hac causa scripsit Collegium Doctorũ Bononiæ inter eadem consilia Mantuæ cons. 16. & ibi etiam Augustinus Bero. cons. 17. in 2. quæst. nu. 32 vsque ad nu. 50. quod est libr. 1. suorum consiliorum cons. 67. vbi in fine concludit quòd Margarita Ducissa dicto Marchionatu, & feudo Montisserrati habet longè potiora, & firmiora iure, quàm habeat Dux Sabaudiæ, cui nullam ius competere inquit. Late etiam scribit Nicolaus Aliprandus in eodem volumine cons. 18. & cons. 19. & cui se subscripsit Dec. vt ibi in fine consilij hb betur. Copiosè etiam præceteris Soc. iun. in eodem volumine cons. 20. quod est libro 1. suorum consiliorũ cons. 77. & Ludouicus Gozadinus inter eadem consilia Mantuæ cons. 21. quod est in volumine suorũ consiliorum cons. 9. apertè dicens nu. 11. vers. quibus tamẽ, quod nullo modo potest de iure iudicari, nisi in fauorem Ducum Mantuæ cõtra Ducem Sabaudiæ, & in fine, consilij concludit Ducẽ Sabaudiæ nullo modo audiendũ contra clara, vt ait, iusta, honesta, & sancta iura Ducum Mantuæ, cũ prædictis consuluit pariter Alciatus in eodem volumine cons. 22. Iacobus Simoneta Cardinalis ibid. cõl. 23. Rol.

à Valle etiam inter eadem consilia consil. 26. quod est lib. 1 fuorum consiliorum consil. 2. & pro eadem Margarita diffuse etiam simul scripsere Hieronimus Medices Lucensis, & Ioan. Baptista Albrisius Senatores Mantuani, vt in eorum allegationibus in alio volumine etiam impresso folio 14. facie prima versic. secundo nituntur fundamento, vsq; ad folium 23. Cùm his ergo erit nobis collectatio: Vnde vt dicebat idem Socin. senio consil. 36. in principio, præsens consultatio grauem materiam continet, ideo cautius in ea est procedendum, vt in cap. vbi periculum, de electio lib. 6. & de tanta re non est segnius agendum 7. quæst 2. cap. fin. sed diligenter facienda est inquisitio 42. distinct. cap. quiescamus 61. distinct. c. miramur, & maiori cura consuleudum, vt dicit text. in l. 1. §. 2. de Carbon. edic. & diligentius res examinanda, vt C. de appellat. l. adicto, & C. de Episcop. audien. l. addictos, & l. fin. C. de probatio.

Ad rem itaque deueniendo, quia intentio Ducis Sabaudiæ fundata est in dictis pactis, & conuentionibus, ac contractibus, de quibus constat publicis, & authenticis scripturis in actis productis, & de quibus in themate, ideo videndum est de exceptionibus, & oppositionibus, quæ adducuntur per præfatos scribentes. Sex autem principaliter adducuntur exceptiones, seu oppositiones.

Primò obijcitur defectus potestatis pacisc entium ex qualitate bonorum, nempè quòd de eis vti feudalibus non potuerit ita pacisci inter Ioan. Iacobum March onem, & Amedeum Ducem, nec eundem Marchionem de dictis bonis disponere sine Imperatoris consensu potuisse.

Secundò, excipitur de defectu liberæ voluntatis Ioan. Iacobi pacisc entis, & donantis, quòd omnia, vt aiunt, per dolum, vim, & metum Ducis Sabaudiæ, nec non & Ducis Mediolani gesta sint.

Tertiò, quòd omnia gesta inter eosdem Marchionem Ioan. Iacobum, & Amedeum Ducem, seu Ludouicum eius filium per Imperatorem superiorem dominum fuerunt cassata, & annullata.

Quartò, quod Gulielmus, & Bonifacius, & successiuè alij non fuerunt hæredes Ioan. Iacobi pacisc entis, & donantis, nec Ioannis eius primogeniti, cùm hereditatem expressè repudiauerint, ideo non tenentur stare pactis, & conuentionibus, sed illis contraeuenire potuerunt.

Quintò, quòd Dux Sabaudiæ ex sui parte non obseruauerit conuenta, & promissa, quinimò contraeuenerit.

Sextò, & vltimò, quòd contra Ducem Sabaudiæ fuerit præscriptū. Et vt ordinatè procedamus, quo magis liqueat de veritate, & iustitia huius causæ, vnamquamq; exceptionē separatim, & diligenter examinabimus, & præmissis fundamentis scribentium subijcimus responsionem, vt moris est nostri in hac causa facere.

Redeo ad primam exceptionem, circa quā præfati omnes scribentes constanter affirmāt pacta prædicta, tam primo loco inita Tononi inter Ioan. Iacobum Marchionem, & Amedeum Ducem anno 1432 quàm compromissum, & laudum oratorum Ducis Mediolani latum de anno 1433. & donationem inde facta m per Ioann. Iacobum in executionem ipsius laudi de terris, & oppidis citra Padum, & vltra Tanagrum, & inteudationem de eisdem factam per ipsum Amedeum Ducem Ioanni primogenito ipsius Ioan. Iacobi, fuisse omnino nulla, & de iure non subsistere, quandoquidem clarum est, aiunt, † Marchionatum Montisferrati fuisse feudum Imperii, quod maximè est verum durante linea Marchionum Paleologorum, quia vt dicit præfatum collegium Bononiense d. consil. 16. num 7. Theodorus primus, & successiuè alij omnes Marchiones Palcologi ab Imperatoribus acceperunt inuestituras de toto Marchionatu in feudum, & ab illo tempore vsque ad tempus donationis, de qua agitur, elapsum est tēpus centum annorum, ideo dicitur esse feudum arg. not. per Bart. in l. fo ent §. l. ff. de off. proconsulis, & legati, & in Institus. C. de agricol. & censit. lib. 10. not in l. sciendum. ff. de verbor. obligat. & in cap. sicut, de re iudic. nā qui per xxx. annos tamquàm vasallus præstitit seruitia domino, præscribit ius feudi, vt in cap. 1 vbi Bal. ſi de feudo fuer. controu. in §. fi quis per xxx. annos, & in cap. fin. de feudo dato in vicem lig. commiſſo. cū aliis ibi per eosdem allegatis, vbi multis confirmant, idem dicit Nicolaus Aliprandus, qui latius cęteris circa hoc iusſitit. d. consil. 18 sub num. 12. versic. dico quod Theodorus primus, & num. sequen. Socin. d. consil. 29. num. 100. Gozadin. d. consil. 21. num. 12. vbi ait, non esse dubitandum. quòd ista dicantur feudalia. Quia Theodorus primus, & demum alij successores acceperunt inuestituram de toto Marchionatu Montisferrati, & eo maximè hoc claurum, esse aiunt, & cessare circa hoc omnem difficultatem, stante, quòd Dux Sabaudiæ in actis fatetur esse feudum, prout ad hanc confessionē adtuertunt præfati DD. de collegio d. consil. 16. num. 13. versic. præterea ipsemet Dux Sabaudiæ fatetur esse feudum, & Nicolaus Aliprand. d. consil. 18 num. 21. Socin. Iun. d. consil. 20. sub nu. 100. versic. & etiam Illustriſs. Dux Sabaudiæ, Ludouicus Gozadin. d. consil. 21. sub nu. 99. versic. & ex confessione facta per Ducem Sabaudiæ, & Cardinalis, Simoneta d. consil. 23. num. 24. versic. quia vltra confessionem, Roland. à Valle d. consil. 26. nu. 88. vers. quòd autē fuerit facta de bonis feudalibus ipsemet Dux asserit, & præfati Senatores Lucensis, & Albrisius in eorum allegationibus impressis d. folio 14. facie 2. versic. item ex confessione aduersantium, & confessionem resultare ex pluribus docent.

Primò ex libello porrectio coram delegatis Cæsaris, ibi, dum dicitur. Sacri Rom. Imperij superioritate reseruata, & ibi, dominio

supre-

supremo Imperiali semper saluo, prout considerat inter alios Rol. loco supra allegato.

Secundo ex productione partę eiusdę Ducis Sabaudiæ confirmationis factæ per Maximilianum Imperatorem Philiberto Duci Sabaudiæ dictæ donationis, & aliorum contractuum inter prędictum Ioannem Iacobū Marchionem, & Amedeum.

Tertiò ex inuestitura, seu infeudatione facta post donationem per Amedeum Ducem, siue Ludouicum eius filium primogenitum Ioanni primogenito dicti Ioanni Iacobi Marchionis donatoris de dictis, locis, & oppidis donatis, vbi postquàm voluit, quòd bona donata. de quibus inuestiebat dictum Ioannem primogenitum, & suos descendentes, essent vnita perpetuò Marchionatui, fuit expressè reseruatum, quòd idem Ioannes, & sui dum ad dignitatem Marchionatus aduenerint, primò & principaliter ad homagium ligium Roman. Imperatoribus ante omnes astringantur, & sic ex illo verbo ad homagium ligium arguitur Marchionatum esse feudum, prout ita considerant Aliprand. d.consil. 18.nu. 24. & Cardinalis Simoneta d.consil. 23.nu. 25.

Stante itaque quòd Marchionatus Montisferrati, & consequenter loca, & oppida, de quibus agitur, vti pars ipsius Marchionatus, essent feudum Imperatoris, succedit conclusio secundum prætatos scribentes, quòd non potuerint fieri dicta pacta, & conuentiones absque consensu Imperatoris, & ideo sint nulla. Est enim regula tritissima, & omnibus nota, vt vtar verbis Socin. iun. loco prædallegato
2 num. 94. † quòd vassallus feudum absque cōsensu domini alienare non potest, iuxta cap. 1. de prohib. feudi alienat. per Lothar. & de prohib. feudi alienat. per Federic cap. 1. & hoc ex ratione, ne ex tali alienatione præiudicium aliquod generetur domino directo, vt per doctor. in locis prædictis. Vnde considerando singulos actus, seu contractus non tenent; Nam si quidem consideremus pacta, & conuentiones primo loco facta Tononi, & ibi firmata, & remissionem factam tunc per Ioā. Iacobum Marchionem prefato Amedeo Duci de terris, & locis ipsius Marchionatus pro obseruatione pacis declarandæ per eum, quæ in effectu fuit pignus, vt considerat Aretin. dicto consilio 14. colum. 3. versic. sed concludo, non valent dicta pacta, nec remissio, seu pignoratio dicti feudi, quia, vt ait idem Are-
3 tin. ibi, † vassallus non potest rem feudalem pignorare, nec in totum, nec in partem, & si pignorat cadit à iure suo, saltem respectu partis, quam tradit pignori, vt est casus clarus secundum eum in d. c. Imperialem, in principio, de prohib. feudi alienat. per Federic. & ibi per gl. & tenet Bald. in c. 1. de aliena. feudi paterni quicquid ibi dixerit Pileus, quem refert glo. qui voluit, quòd etiam hodiæ licet vassallo pignorare vsq; ad dimidiā feudi, sicut olim fieri poterat per cap. 1. §. aut libellario, quib. mod. feud. amitt. quę opinio, vt ait Aret. est falsa, & contra text. in loco prædallegato, & ibi idē Aret. tractat, vtrum per pignorationē, seu alienationem partis feudi perdatur totum feudū, an verò solum pars alienata, dicens esse magnam dubitationem, idem ergò dicēdum est de remissione facta de loco Clauaxij, & Septimi pro securitate, & obseruantia pacis, & conuentorum, vt in laudo habetur, quòd nō valent secundum prætatum Aret. qui ibi col. 4. circa principium, in effectu concludit, quòd in casu nostro, nec prima pignoratio, quam fecit prætatus dominus Marchio in manibus Ducis Sabaudiæ, neq; obligatio quælibet bonorum feudalium per ipsum facta, & multominus alienatio postea sequuta, siue virtute compromissi in oratores Ducis Mediolani, siue virtute ratificationis laudi, siue virtute trālationis factæ per ipsum Marchionem in Ducem Mediolani, ex quacunq; causa nō valuit, inquit ipso iure, quinimò per tales pignorationes, & alienationes cecidit prætatus Marchio à iure suo ipso iure, secundum gl. & Bal. in c. 1. §. si quis miles de feudo sine culpa non amitt. cum multis alijs ibi per eundem Aretin. adductis ad quem me remitto.

Sed magis in specie deueniendo ad compromissum, & laudum factū in prætatos oratores Ducis Mediolani, quòd non teneant, latè ostendit Aliprandus d. cons. 19. à num. 13. vsq; ad nu. 39. & Soc. d. consil. 20. à num. 102. vsque ad num. 113. & Cardinalis d. consil. 23. à num. 1. vsq; ad nu. 12. Nam si fuit factum cōpromissum in prætato oratores tamquam in arbitratores, & ipsi processerunt, & laudarunt
4 vti tales, clarum est, † quod non potest de feudo compromitti in arbitratores sine consensu domini, vt per Aluar. in cap. 1. §. si inter col. 3. versic. nunc verò declaremus de arbitrore, tit. de lege Conradi. & in hoc conueniunt omnes attestatur Iul. Clar. § feudum quæst. 39 in principio, & vt ait Aliprandus vbi supra num. 14. eo maximè quia per tale laudum bona fuerunt ablata à feudatario, & data alij, qui respectu istarum rerum non erat feudatarius, imò fuerunt inquit, data non tamquam in feudatarium, sed data fuerunt iure proprio, vt patet in instrumentis secundum eum, & hoc modo istam opinionem clarè tenuit secundum eum Curt. in tract. de feudis cur. 42. col. 4. vers. succedit alia noua dubitatio, & quia hoc non habet, vt ait, difficultatem, ob id non insistit, quia conclusio est clara, quod de feudo non potest fieri cōpromissum in arbitratorem, vbi maximè feudum aufertur à possessore eiusdē, ita inquit Aliprandus, addens se credere processum fuisse tāquā per arbitratores, q̄a Dux Mediolani erat arbiter, & arbitratus ei medio suorū ambasciatorum, quòd non licet iudicibus, qui debent personaliter iudicare l. non distinguemus §. quæsitum l. in compromissis ff. de recep. arbitris gl. in d. l. in compromissis, quæ distinguit inter arbitrium, & bonum virum, secundū eum, & ex pluribus ostendit ibi nu. 16. 17. 18. & 19. quòd magis vla arbitratorum, quàm arbitrorum processerūt oratores Ducis Mediolani, qui laudum protulerunt.

Si

Si verò compromissum fuit in oratores tãquam in arbitros, & ipsi processerunt vti arbitri. nec etiam valet, inquit idem Aliprandus d. consilio 19 num. 20. versic. contrariam partem, & num. sequen. & Socin. d. consil. 20. num. 105. & sequẽn. quia, licèt quæstio sit inter doctos, † an de feudo possit compromitti in arbitrum sine consensu domini, adeò quod dicatur quæstio multum dubia, vt ait Curtius de feudis car. 42. colum. 3. & multi teneant partẽ affirmatiuam, prout eam latè defendit Aluarot. in d. §. si inter. adducens, quod hanc partẽ tenent Iacob. Columbus, Iacobus de Beluis. Nicola. de Neapoli, Iacob. Ardizo & nonnulli alij, attamen contrariam partem magis communiter tenent DD. prout eam veriorem, & magis communem asserunt præfati Aliprandus, & Socin. in locis citatis, nam eam tenuere. Hostien. Ioan. Andr. Ant. de Butr. Imol. & Abbas in cap. cùm tempore in fi. vt ibi etiam Cardinalis Zabarella de arbitr. Martin. de laude in tract. de Principibus, conclusione 261. Iason in l. fin nu. 120. C. de iure emphy. Alex. cons. 1. colum. fin. versic. nec adhoc obstat volum. 5. Dec. cons. 445. in casu ad me transmisso colum. 8. & hanc conclusionem sequutum est consilium Neapolita. vt refert Afflic. decisio. 285. colum. antepen. & tutiorem ac magis cõmunem dicit Iul. Clar. d. quæstio. 39. colum. fin. ex quibus coneludunt, nullo modo potuisse compromitti, & consequenter non valere laudum latum per oratores Ducis Mediolani siue tamquam arbitri pronunciauerint, siue tamquam arbitratores.

Sed præmissis, & alijs, quæ per præfatos scribentes adducuntur non obstantibus, contrarium proculdubio est tenendum, & iudicandum, & vt clarius veritas habeatur, de duobus
6 imprimis est videndum. Primò † an Marchia fuerit feudum ante Theodorum primũ Paleologum, an verò ab ipso Theodoro cœperit esse feudum. Secundò quale, seu cuius naturæ fuerit, & sit. Circa primum scribentes pro Margarita asserũt Marchiam fuisse feudum tempore tantum Paleologorum Marchionum, & qualitatem feudi fuisse inductam, & cœpisse tẽpore Theodori primi Paleologi, ita tenet præfatum collegium Bononiense, vt supra retulimus d. consi. 16. num. 7. vers. nam Theodorus primus, & Socin. d. consil. 20. num. 109. vbi ait, quòd quidquid fuerit tempore Aledrami, & antequam Marchiones Paleologi fuissent de dicto Marchionatu inuestiti, postea apud ipsos Paleologos inquit, cœpit esse feudũ, & Ludouic. Gozad. cons. 21. nu. 12. Bero. d. cons. 17. num. 7. versi. præmissis tamen, & num. sequen. ac nu. 29. quod est lib. 1. suorum consiliorum consil. 67. sub num. 30. versi. nam respondetur, vbi ait, quod Theodorus, & alij descendentes potuerunt sibi præiudicare in recognoscendo dictum Marchionatum in feudum ab Imperatore iuxta ea, quæ habentur in l. si aliquam rem ff. de acquir. possessio. Rolan. à Valle d. consil. 26. num. 86. versic. tamen postea effecta fuerunt feudalia, idem aiunt præfati Senatores Lucensis, & Albritius in dictis allegationibus folio primo, in principio, & folio 14. facie prima circa finem vers. nam Theodorus.

Sed præfati doctores falsum præsupponunt
7 † quia imò etiam ante Theodorum, & durante linea Marchionum Saxonum, & ab ipso Aledramo primo Marchione fuit feudum, vt latè supra probauimus in petitione vniuersali allegatione secunda, vbi præcipuè consideratiuimus, probationem resultantem est inuestitura facta ab Henrico VII. eidẽ Theodoro primo Paleologo, in qua Theodorus corã Imperatore palàm fatetur, & publicè recognoscit, quòd Marchionatus Montisferrati fuerat, & tunc erat feudum nobile, & antiquum Sacri Rom. Imperij, quam quidem inuestituram Duces Mantuæ produxerunt ideo non modo non possunt confessionem Theodori impugnare, sed producendo fatentur omnia contenta in ipsa vera esse iuxta l. cùm precum. C. de liberali causa, tradit Felyn. in cap. si cautio, de instrum. cum aliis, quæ in proposito loquẽdo de simili confessione Ducis Sabaudiæ, adducit Aliprandus d. consil. 18. nu. 26. & 27. tradit Dec. in l. 2. in 3. nota. C. de edendo, & nulla probatio clarior ea, quæ resultat ex propria cõfessione, vt dicit in proposito Rolan. à Valle de confessione Ducis Sabaudiæ loquens d. cons. 26. sub num. 89. & dicta confessio Theodori probatur vera ex testibus tunc pauló ante examinatis super hoc ad ęternam rei memoriam parte Manfredi tunc Marchionis Salutiarum, quorum dicta fuerunt producta in actis huius causæ parte Francisci Marchionis Salutiarum competitoris in hac causa, vt supra etiam dicebamus d. allegatio. 2. & ibi multis alijs comprobauimus, & ostendimus Marchionatum fuisse feudum ante Theodorum, ad ibi dicta me remitto, nec vlterius insisto quia hoc est clarum, addo tamen adhuc, quod ex eadẽ inuestitura Theodori probatur Marchiam fuisse antea feudum, nempè per remissionem omnis causæ, per quam feudum potuisset dici deperditum, dum dicit Imperator Remittentes sibi gratiosè omnes causas, propter quas feudum prædictum nobis foret apertum, hoc enim arguit præexistentiam feudi, aliàs vanum fuerat, & superfluum causas priuationis feudi remittere, & condonare, quia vbi non est feudum, ibi non considerantur causæ priuationis, nec tunc cadit priuatio, quia non entis nullę sunt qualitates l. eius qui in prouincia, in princip. ff. si cert. peta. & non potest sequi priuatio, nisi præcedat habitus l. Iulianus ff. de diuortijs l. decem stipulatus ff. de verbor. obligatio. cum alijs concordan. ibi adductis per Iasonem in quinto nota. Sed quia antea erat feudum Sacri Rom. Imperij, vt ibi dicitur, non ociosa, & superflua fuit remissio omnis causę, ob quam feudum potuisset dici apertum domino, & inter cæteras ea forte fuberat, quòd cũ primnio iam tunc elapso Theodorus ob mortem Ioannis Saxoni vltimi Marchionis feudi Marchionatus possessionem adeptus fuerat, nec dum tamen inuestituram petierat

infra

infra annum, & diem, ideo probabiliter feudū ex hac causa poterat dici apertum iuxta cap. 1. in princip. quæ fuit prima cau. benef. amitt. c. 1. de cap. Corradi cap. Imperialem §. præterea de prohib. feudi alien. per Fedor, & cap. 1. quo temp. mil. inuesti. pet. deb. cum similib. quo fit vt etiam ex hoc probetur, feudum antea fuisse, non autem inchoari tunc in Theodoro, & verè mirabar aliquādo quomodo præfati scribentes asserant Marchionatū cepisse esse feudum tempore Theodori, sed existimo eos nō vidisse dictam inuestituram factam Theodoro, quia si vidissent, vtiq; ex tenore ipsius apertissimè cognouissent, quod Theodorus, non vti de re propria inuestiebatur, quæ ante non fuisset feudum, sed de Marchionatu tunc existente, & qui antea fuerat feudum antiquum, prout ita antecessores fuerant inuestiti: Vnde superfluò laborat præfatus Aliprandus d. consil. 18. & etiam alij præcipuè Rolan. à Valle consil. 26. num. 86. quod est lib. 1. suorum consiliorum consi. 2. num. 109. dicentes, inuestituram prædictam, seu recognitionem Theodori factam vti de re propria valere, quia non vti de re propria fuit facta inuestitura, sed vti de re, quæ antea, & antiquissimis temporib. apud antecessores fuerat feudum; prout ita tenent, & argumentantur ex dicta confessione Theodori præfati Lucensis; & Albrisius in eorum allegationibus fol. 27. facie 2. versic. secundò igitur apparet, vbi aiunt, apparere Marchionatum fuisse feudum ante Theodorum ex inuestitura ipsi Theodoro concessa per Henricum Imperatorem anno 1310. in qua vt inquiunt, Theodorus confitetur esse feudum antiquum, & fuisse apud maiores suos, vnde cum per supra dicta, vt aiunt, appareat maiores suos tenuisse Marchionatum Montisferrati, & ipsi confitentur fuisse tentum in feudum antiquum, suæ confessioni inquiunt, est standum, allegant Curt. Dec. Afflict. & alios, vt per eos, & multis probant, vnde ibidem folio sequenti facie prima, aiunt, stante quod ex confessione, & inuestitura prædicta apparet, & probatur quod erat feudum antiquum, superfluò quæritur, aiunt, an si quis accipiat feudum nouum, vt antiquum, assumat naturam antiqui & similiter superfluò, quæritur an accipiens rem suam in feudum faciat rem feudalem, idē quoq; firmant, & comprobant folio 41. facie prima vers. & quia, & facie secunda, & idē Aliprandus consi. 30. num. 10. & pluribus sequentibus ostendit, quod inuestitura Henrici fuit tamquàm de feudo verè antiquo, auito, & paterno, non autem vti de feudo nouo, quod habere deberet naturam antiqui, quo fit vt sint varij dicti scribentes, & propterea idem Aliprandus d. consil. 18. sub num. 12. versic. sed omnia complectendo, sub dubio loquitur dicens, quod fortè etiam aliqui ex prædecessoribus lineæ Saxone acceperant inuestituram de toto Marchionatu in feudum. Verùm ergo est, nec habet dubium, quod Marchionatus erat, & fuerat feudū antiquū apud antecessores Theodori, & durante linea Marchionum Saxonum, non autem ceperat habere qualitatē feudi ipso Theodoro, & hoc referre scire, & effectus huius indagationis apparebit infra in quæstione seq.

8 Circa secundum quæsitum, † quale, seu cuius naturæ fuerit, & sit dictum feudum Matchiæ, idem Aliprandus d. consil. 19. colum. 1. 2. & 3. late insistit, & pluribus conantur ostendere, quod esset feudum proprium, & ad hoc considerat præcipuè, quod Henricus Imperator inuestiuit Theodorum Marchionem primum Paleologum de toto Marchionatu in feudum nobile, rectum, gētile, antiquum, &c. quod etiam fecit inquit, Carolus IIII. in eius inuestitura, qua inuestiuit Ioannem tamquā de feudo recto, & nobili, & Federicus inuestiuit Gulielmum tamquàm de feudo nobili antiquorum, quod etiam fecit idem Federicus Bonifacio, & demum eę teris Marchionibus, & vbiq; in omnibus inuestituris dicitur, inquit hoc esse feudum nobile, & nullibi dicitur esse feudum liberum, & francum, ratio nobilitatis patet de se inquit, quia confertur ab Imperatore, & confertur cum dignitate Marchionatus, quo fit, inquit, vt meritò dicatur feudum nobile, & potest etiam dici regale, ex quo habet dignitatem regalem annexam, iuxta cap. 1. de feudo Matchiæ, prout volunt Alvarot. in procem feudo. colum. 11. versic. prima enim diuisio, & quod feudum dicatur nobile respectibus antedictis, declarat secundum eum Io. Andr. ad Specula. rubr. de præscriptio. super illis verbis nobili, libero, & franco, ex appositione enim solius nobilitatis nulla apposita franchisiā vt ait, non relinitur aliqua libertas, vel improprietas feudi, allegat etiam Iacob. de Belvis. Alvarot. Bald. & Iasonem in locis per eum relatis, & in effectu concludit, & plurib. probat, quod feudum ex eo quòd sit nobile,
9 non dicitur francum, & sic improprium † quia ad hoc vt dicatur francum necesse est, quod expresse, & specifice dicatur in inuestitura, & fiat determinata mentio secūdum Bal. in cap. inter dilectos colum. 6. de fide instrum. & in cap. 1. colum. vlt. de cap. qui cur. vend. & per Oldrad. consil. 232. factum tale est, quos refert, & sequitur Alexand. consil. 30. colum. vlt. versic. & quod feudum lib. 1. Tenet itaq; Aliprandus, & concludit, quod Marchionatus ex quo est feudum nobile, non sit nec censeatur improprium feudum, sed proprium, vt per eum ibi num. 6. & num. 9. versic. maximè cum feudum nobile sit proprium, & num. 12. vbi ait, quod stante, quòd hoc fuerit feudum nobile, & sic feudum proprium sequitur, quòd nullo pacto potuit alienari per Ioan. Iacobum Marchionem, quia obstat regula prohibitiua alienationis, de qua in cap. Imperialem de prohib. feudi alien. per Federic. in cap. 1. de vassallo qui cont. constitut. Lotharij, & in cap. 1. de prohib. feudi alien. per Lothar. & in cap. 1. §. donare quasi olim. feud. pot. aliena. cum similibus, eōdem modo cum Aliprando arguit etiam Socin. iun. d. consi. 20 num. 98. & sequen. vbi ait non posse dici Ioan. Iacobum potuis-

alie-

alienare ex eo, quòd haberet dictas res, & Marchionatum in feudū francum, quod sine consensu domini posset alienari secundum Hostien. Bald. & Curt per eum relatos, quia respondet duob, modis primò, † quòd imò nec etiam feudum francum potest alienari sine consensu domini, prout hanc opinionem secundum eum asserit meliorem, & bonis rationibus probat Iason in vsibus feudorum in octaua diuisione. Secundò respondet, quòd posito quòd alia opinio procedat, attamen in casu nostro inquit, non est verum quod feudum sit francum, vt ex inuestitura ipsius Ioan. Iacobi, & aliorum Palcologorum præcedentium, & sequentium constat, in quibus inquit, appellatur feudum nobile, antiquum, paternum, & auitum, nullum autem verbum ponitur quod sit feudum francum, ergo non potest hic appellari, cùm vera, vt ait, sit conclusio, quod inter ce tera, vt feudum sit francum, requiritur ꝙ expresse de hoc in inuestitura fiat mentio, iuxta Bald. Alexand. Iasonem, & Curtium in locis per eum relatis, & esse feudum proprium, præsupponit etiam Ludouic. Goz. d. consil. 21. num. 12. & 17. & Cardinal. Simoneta consil. 23. in principio, & num. 13. & 21. vbi pariter respōdet ad obiectum, quòd Marchionatus fuerat datus in feudum francum, & liberum, vt per eum, prout etiam latè respondet Rolan. à Valle d. consil. 26. num. 105. dicens communem opinionem esse, quòd imò feudum francum non possit alienari irrequisito domino.

Sed prædictis non obstantibus contrarium
11 est verius, † quòd imò fuerit semper feudū impropriū, quantum ad facultatem alienandi, quòd ostenditur. Nam supposito, quòd ante Theodorum, & durante linea Aledrami, fuerit feudum prout in veritate fuit, vtsupra probauimus, clarum est, ꝙ fuerat feudum impropriū, vt patet ex concessione Ottonis facta Aledramo, quam fuisse in feudum latè supra probauimus in prima parte principali, allegatione secunda, nam per Ottonem fuit expresse concessa facultas ipsi Aledramo, & suis vendendi, donandi, alienandi, permutādi, pro anima iudicandi, & quicquid eorum decreuerit animus faciendi, omnium hominum contradictione remota: huiusmodi enim potestas denotat Marchionatum concessum fuisse in feudum alienabile, & impropriū iuxta cap. 1. de feudo non habente popr. nat. feudi, & in cap. 1. §. feudum ea lege, si de feudo fuer. contro. inter dom. & agna. alloquin. superflua penè, & omnino ociosa fuissent illa verba, & tota illa oratio contra l. si quando de leg. 1. cap. si Papa de priuileg. in 6. vt dicebamus supra dicta allegatione secunda, prout ita, quòd ex huiusmodi clausula, seu facultate alienādi censetur feudum impropriū, considerant Paris. consil. 22. num. 20. & consilio 23. nu. 38. & 39. lib. 1. & in volumine consiliorum Mantuæ dicto cons. 4. num. 53. ac consil. 9. num. 20. & sequen. vbi pluribus ostendit esse impropriū ita etiam affirmant Senatores Lucenses, & Albrissius in eorum allegationibus impressis folio 15. facie 2. versū. præterea si aliquo modo, & Gozad. consil. 8. nu. 36. & sequen. præcipuè nu. 38. vbi ponderat illa verba præcitā, & quicquid eorum decreuerit animus faciēdi, & nu-
12 21. & 42. Vnde, † virtute huius facultatis Marchiones Saxoni dispōsuerunt liberè de feudo sine licentia Imperatoris, præcipuè verò duo vltimi de dicta linea Aledrami, nempè Guliel mus, & Ioannes pater, & filius. Nam ipse Gulielmus, vtsupra etiam commemoratimus in secunda parte princip. allegatione 7. pactum fecit; seu conuentionem cum Alfonso Rege Castellæ X. in contractu matrimonij tunc initi inter Margaritam filiam ipsius Gulielmi, & Ioannem filium præfati Regis Alfonsi, quod si contingeret prædictum Marchionem sine filijs masculis decedere, totus Marchionatus Montisferrati cum honoribus, iurisdictionib. vassallis, & omnibus, iuribus, pertuēpire deberet ad ipsum Ioannem pro dote, & nomine dotis dictæ Margaritæ filiæ suæ, & vxoris futuræ dicti Ioannis, de qua conuentione meminit Beneuentanus in sua historia producta in hac causa parte ipsorum Ducum Mantuæ, & Aliprand. d. consil. 13. num. 26. & num. 78. Per vltimam quoq; voluntatem dispōsuit instituēdo hæredem vniuersalem præcipuè in Marchionatu Ioannem filium suum, & ipsi decedenti sine liberis substituebat, Yolandam filiam suam, & eiusdem Ioannis sororem, vxorē Andronici Imperatoris Grecorum, vt scribit idem Beneuentus. Similiter Ioannes de eo dispōsuit, vt patet eius testamento facto de anno 1305. producto pariter in actis huius causæ parte eorundem Ducū Mantuæ, in quo similiter instituit, seu substituit ipsam Yolandā sororem suā, & eius filios cuius virtute Theodorus eius filius fuit primus inuestitus, vtsupra sæpè diximus, de qua dispositione meminit quoque Cardinal Simoneta inter cōsilia prædicta consil. 11. num. 15. 16. & 17. vbi ait, quòd vigore facultatis concessæ ab Ottone Imperatore Aledramo primo Marchioni potuit Ioannes vltimus de linea Aledrami testari, & agnatos remouere, etiam irrequisito domino, & idem Simoneta cons. 39. num. 5 & 6. & collegium Bononiense consil. 15. num. 51. & 52. & num. 59. & 60. dicens, quòd quando est data potestas dispōnendi de feudo, tunc potest fieri præiudicii omnibus descendentibus, & agnatis, siue per viam contractus, siue vltimæ voluntatis, vt not. in cap. 1. de feud. non hab. propr. nat. feudi, & in cap. 1. si de feud. fuer. contr. inter dom. & agnat. & propterea, infert præfatum collegium, quòd Ioannes vltimus de domo Aledrami potuit dispōnere in testamēto, & vocare Yolantidem sororem suam, seu Theodorum ex ea nepotem, idem affirmat Berous inter eadem consilia cons. 17. num. 13. & 14. & ibi Rolan. consil. 26. num. 70. in 2. parte consilij, vbi nominatim ait, Ioannem, vltimum de linea Aledrami potuisse instituere hæredem Yolandam sororem, & dispōnere de Marchionatu, ex dispositione legis, vigore

facul-

facultatis cõcessæ ab inuictissimo Ottone Imperatore Aledramo,& eius hæredibus alienãdi, &c. Si itaque ij Marchiones de huiusmodi feudo disposuerunt, certè necessario dicẽdum est, q̃ esset apud eos improprium feudum,qui aliàs nõ potuissent de eo disponere,si fuisset p̃ priũ feudum c. 1.de suc.feu.ibi,nulla ordinatione defuncti in feudo manente,vel valente, & in cap.1.de prohib.feudi aliena.per Federic.& de prohib.feudi aliena. per Lothar. cum similib. Si enim apud dictos Marchionem fuisset feudum proprium,certè per mortem Ioannis prędicti vltimi Marchionis fuisset deuolutum Imperatori,& in eo Yolanda soror,aut Theodorus eius filius non successissent Et eam facultatem disponendi de Marchionibus ex cõcessionibus Imperatorum fatetur idem Theodorus primus Palcologus, vt scribit præfatus Beneuenutus in d.sua historia,quam ipse scripsit de vita sua, quam Beneuenutus transcribit,recitat,quòd Gulielmus Mater Ioannis vltimi disposuit per suum testamentum de Marchionatu substituendo ipsi Ioanni Yolandam prædictam,quod quidem,vt idem Theodorus ait,præfatus D. Marchio de iure facere poterat,& debuit iustè,& secundum priuilegia antiqua,& gratias veteres concessa antiquitus,& concessas ab Imperatoribus retroactis, ita ait Theodorus,vt recitat idem Beneuenutus in libro suæ Historiæ producto per prefactos Duces Mantuæ, & idem Beneuenutus etiam refert eundem Theodorum dicentem in suo testamento, quod ab antiquo apparent priuilegia dominorum Imperatorem diuersis temporib. concessa antecessoribus dominis Marchionibus in similibus casibus sic fieri,de quibus omnibus ego Theodorus præsens Marchio plenam inquit, confirmationem, & inuestituram habuit à quondã bonæ memorię D.Henrico Romanorum Imperatore, à quo dictus Marchionatus tenetur in feudum,& sic patet quòd cùm habeamus confessionem Theodori non modo, quòd Marchionatus fuerat apud suos antecessores feudum antiquum, auitum, & paternum; sed etiam quod fuerat apud ipsos cum facultate alienandi, & disponendi ex priuilegio Imperatorum,clarè apparet quod ante Theodorum Marchionatus erat feudum improprium, scilicet cum facultate alienandi, & Marchione de eo disposuere virtute dictæ facultatis.

Stante autem quòd durante linea Aledrami, & apud antecessores Theodori Marchionatus fuerit feudum alienabile,sequitur quòd tale transiuerit in familiam Marchionum Paleologorum, & sic quòd Theodorus primus Paleologus fuit inuestitus de feudo cum eisdẽ qualitatibus, & conditionibus † quia feudum transit de vna familia in aliam, ad quam deuoluitur cum primęua sua natura cap.1. de beneficio fœminæ cap.1.§.præterea,per quos fiat inuestitura cap.1.de eo qui sibi & hæredibus suis masc.& fœm.& vt notabiliter aut Paul. de Castro cons.156.incip. quòd illud feudum colum.1.versic.in dubio autem, quem refert, & sequitur Ioan. Baptist. Ferretus Vicentius consil.87.num. 19.vnus de vna familia admissus à domino,& inuestitus de feudo quod erat alterius familiæ, in qua erat fœmineum censetur inuestitus cum eadem qualitate, vnde idem Paul.consi.44.circa præsentem casũ notandum est,colum.2. vers.in dubio autem lib. 2. relatus etiam per eundem Ferretum vbi supra ait, quod in dubio, postquàm constat de inuestitura antiqua, præsumuntur sequentes factæ secundum conditiones, & pacta contenta in prima, per text. in cap. 1. de eo qui finem fecit agna,& quia sequens dispositio censetur in dubio facta secundũ tenorẽ,& naturam præcedentis factæ super eodem argum.l.si stipulatus.ff.de vsur.& l.1.§. bellissimè ff. vt lega.nos. cauca.cuius dicta recitat,& commendat Ioannes Campezius inter consilia Bruni cons.78. colum.2.in fine: prædictis addo Alexan.consil.18.num.13.& consil.29.num.22.& 23.lib.5. vbi ait, quod sequens inuestitura feudi debet intelligi secundum anteriorem naturam, & conditionem argum.. l. item quæritur §. qui implet.ff.loca.l.pen.§.vxor ff.solut. matrimo. capit.1.de vassallo decrep. etat.not. Bart.in l.si mihi,& Titio ad fin.ff.de verbo.obligat.& ibidem ex Bald.quem refert ait, quòd huiusmodi innouationes feudi factę descendentibus intelliguntur factæ ad confirmationem non ad derrogationem, & hoc sine dubio est verum, quando sequentes inuestiturę fiunt sub commemoratione antiquorũ, & habita relatione ad eas,& antecessores fuerant inuestit, vt per eundem Alex.d.consil.29. num.22.post Bart. & multa iura ibi per eum allegata, & in casu nostro expresè Theodorus voluit, & petijt ab Imperatore in vestri de Marchionatu, eis modo,& forma,& prout,quemadmodum antecessores Marchiones Montisferrati tenuerunt, & possederunt, & sic eum eadem facultate disponendi,& alienandi quam Imperatores concesserant antecessoribus, prout ita expresè, se fuisse ita inuestitum cum eadem facultate declarat ipse idem Theodorus, vt supra diximus,& hoc magis fuit per eum declaratum facto,dum de ipso Marchionatu vniuersaliter disposuit per conuentionem initam de anno 1325.cum Filippo de Sabandia Principe Achaiæ Comite Pedemontium vassallo Comitis Sabaudiæ, & deinde cum Aymone Comite Sabaudiæ anno 1330.de quibus conuentionibus diximus supra circa petitionem vniuersalem,in secunda parte principali, allegatione septima, & ibi plurimas alias dispositiones etiam aliorum Marchionum commemorauimus, in quibus nulla vnquam interuenit licentia Imperatoris. Nunc vltra ibi narrata adhuc aliquas recensere decreui dispositiones Marchionum Paleologorum, quas fecerunt de Marchionatu,non modò particulariter,sed vniuersaliter tam per vltimas voluntates, quã inter viuos, dispositiones testamentarias recensuimus supra licet ad aliud propositum scribendo circa petitionem vniuersalem,in secunda parte principali allegatione nona, vbi proba-

probauimus, ferè omnes Marchiones diſp. ſuiſſe per teſtamenta ſua de feudo Marchiæ, quod quidem facere non potuiſſent, etiam inter filios, ſi feudum fuiſſet proprium, † quia de eo vaſſallus teſtari non poteſt, d. cap. 1. in fin. de ſucceſſ. feudi ibi, nulla ordinatione detinctis in feudo manente, vel valente, vbi omnes DD. notant, & in cap. 1. §. donare qual. olim. feud. pot. alienari, Iacob. à S. Georgio in verbo & cum pacto quod poſſit ipſi vaſſalli inueſtiti de feudo teſtari, colum. 1. in principio. Curtius de feudis part. 4. quæſtio. penul. Vnde dicebat Martin. Lauden. in cap. 1. in princip. colum. 1. verſic. vlterius qui feud. dare poſſ. quem refert Iaſon in l. de quibus num 65. ff. de legib. quòd dum eſſet in via accedendi Papiam, & deceſſiſſet Illuſtris Marchio Mantuæ, fuit ab eo quæſitum, an valuerit teſtamentum dicti Marchionis, in quo primogenitum hæredem vniuerſalem inſtituerat, & dicit ſe reſpondiſſe, quòd non, quia in bonis feudalibus non licet facere teſtamentum, in d. cap. 1. de ſucceſſ. feudi, & ideo non potuiſſent Marchiones in caſu noſtro teſtando, feudum in totum relinquere primogenito, prout multi fecerunt, & aliqui etiã ſecundogenito, vt fecit Bonifacius VIII. Marchio Montiſferrati, auus Ioannis vltimi Saxoni qui teſtando reliquit Demetrio filio ſuo primogenito Regnum Theſſaliæ, Gulielmo autem filio ſecundogenito reliquit Marchionatum Montiſferrati, de quo teſtatur Beneuenutus, & de eo ſcribit Socin. iun. conſil. 76. num. 49. verſic. nec fuit nouum, prout ſupra etiam retulimus in petitione vniuerſali d. allegatione 9. quia † non poteſt vaſſallus feudum antiquum vni filiorum relinquere ſeu prælegare in totum, nec in parte, quia lex feudalis diſponit, quod feudum vadat ad omnes filios æqualiter cap. 1. §. & quia vidimus de ijs qui feud. dare poſſ. ibi, ad omnes æqualiter filios pertineat vbi omnes Doctor. not. & ideo non tenet aſſignatio facta à patre vni filiorum de toto feudo, niſi fratres illius, cui facta eſt aſſignatio cõſentiant, vt per Iacobi. à San. Georgio d. verbo, & cum pacto quod poſſint teſtari colum. 1. verſic. ſed circa prædicta quæro, & Curtius d. §. par. quæſtio. penult. colum. 4. verſic. ex prædicta regula, & nouiſſimè hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Iul. Clar. de feudis quæſtio. 30. verſ. ſecundo infertur, poſt Zaz. Alexan. Ioan. Raynaudi per eum relatos vbi ait, hoc de plano procedere in feudo antiquo, & paterno: illud enim proculdubio inquit, non poteſt pater vni ex filijs ſuis prælegare, & ita eſſe communem opinionem aſſerit poſt Ruin. & Socin. in locis ibi relatis. Diſpoſitiones ergo teſtamentariæ frequentes, quas fecerunt Marchiones de feudo Marchiæ, & quæ effectum ſortitæ fuerũt, arguunt feudum eſſe improprium; Et non modo per vltimas voluntates diſpoſuerunt de feudo, ſed etiam inter viuos ex quibus nonnullas referendas duximus, quæ ex actis cauſæ probãtur. † Nam loca, & oppida Lancei, Ciriaci, & Caſellarum cum eorũ pertinentijs fuerunt de anno 1305. poſt mortem Ioannis vltimi Marchionis aſſignata, & tradita pro reſtitutione dotis Margaritæ de Sabaudia vxoris ipſius Marchionis Ioannis, & ſororis Aymonis Comitis Sabaudiæ, vt patet inſtrumento in actis producto parte prætatorum Ducum Mantuæ, & anno prædicto 1425. in contractu ſponſaliorum contrahendorum inuicem inter filios, & filias reſpectiuè ipſius Theodori, & Filippi de Sabaudia Principis Achaiæ inter ipſum Theodorum, & Filippum fuit conuentum, quòd ſoluente, & exburſante dicto Dom. Principe D. Margarita de Sabaudia vxori relictæ prædicti Ioannis vltimi Marchionis illam pecuniæ quantitatẽ, quæ reperta eſſet cum veritate deberi eidem Margaritæ occaſione dotium ſuarum, & donationis propter nuptias, quæ quantitas ibidẽ aſſerebatur aſcendere ad libras triginta mille Aſtẽſes minutorum, tunc idem Marchio teneretur tradere realiter, & cum effectu poſſeſſionem, & liberam tenutam caſtri, & villæ Lancei, & totius caſtellatæ, vel poſſeſſionem, & liberam tenutam caſtri, & villæ Clauaxij, & totius caſtellatæ, & latius, vt in inſtrumento facto dicto anno 1425. producto pariter in actis huius cauſæ, & deinde anno 1330. idem Theodorus ceſſit, & remittit in dotem, & ex cauſa dotis Yolandæ filiæ ſuæ omnia iura, & actiones ſibi competens, & competẽtia ſuper dictis caſtris, & oppidis, Lancei, Ciriaci, & Caſellarum vt inſtrumento producto parte Ducis Sabaudiæ. Præterea diſcurrendo per ſingulas Marchiones Paleologos poſt Theodorum primũ Ioannes eius filius, & Marchio, vt legitur in Cronica Beneuenuti producta parte Ducum Mantuę de anno 1337. in contractu matrimonij tunc inhiti cum Cecilia de Comungis Comitiſſa de Auſtheriaco hippotecauit eidem ſpecialiter pro dote, caſtra, & oppida eiuſdem Marchionatus videlicet Clauaxium, Montecaluum, & Montebellum, & idem Ioannes Marchio donauit Ottoni Duci Bronſuicenſi caſtra, & loca Verrolẽgi, Caluaxij, Sancti Raffaelis, Caſtigneti, Vulpiani, & Branditij cum eorum pertinentijs, & dictam donationẽ confirmauit in teſtamento ſuo condito de anno 1372. in quo, vt refert idem Beneuenutus, reliquit ipſum Ottonem Bronſuicenſem tutorẽ, & curatorem filiorum ſuorum cum facultate, & poteſtate vendendi, alienandi, hippotecandi terras, caſtra, loca, & ciuitates Marchionatus, vt patet in eius teſtamento, quod idem Beneuenutus tranſcribit in libro ſuæ hiſtoriæ.

Mortuo Ioanne Marchione ſucceſſit in Marchionatu Secundus Otto eius filius primogenitus, quo regnante prætatus Otto Bronſuicenſis tutor, & gubernator eiuſdẽ, & aliorum filiorum timens Galeacium Vicecomitem dominum Mediolani, qui longo tempore bellum geſſerat contra Dom. Ioannem Marchionem dum viueret, confederationem, ſeu ligam contraxit dicto anno 1372. vt recitat idem Beneuenutus nomine dicti Secundi Ottonis Marchionis cum Amedeo Comite Sabaudię aduerſus ipſum Galeacium, in qua cõ-

uentum

uentum extitit, quod idem Otto nomine dicti Marchionis, & aliorum fratrum suorum daret ipsi Amedeo florenos ducentum mille auri, & pro quibus insolutum dedit castrum, & oppidum Clauasij, & totum territorium Canapicij citra Padum exceptis terris, quæ tenebat idem Otto Brunsuicensis, & quæ eidem fuerant donata per Ioannem Marchionem vtsupra diximus, conuentumq; extitit, quòd liceret eidem Marchioni remittere dictum oppidum Clauasij pro summa florenorū Octuaginta millium, & reliqua oppida possent redimi infra tempus ibi statutum pro reliquo summæ dictorum ducentum mille florenorum, & omnia pacta, & capitula transcribit idem Beneuenutus in d. sua historia, & post longum bellum cum ipso Galleacio, tandem inita pace de anno 1377. vt scribit idem Beneuenutus in vita ipsius Secundi Ottonis, fuit conuentum circa terras, & oppida hinc inde ablata, vt quid quilibet reperiebatur habere, illud teneret, & possideret exceptis nonnullis ibi nominatis, quodq; Otto Bronsuicensis remaneret tutor rector, & gubernator, legatumq; seu donatio facta per Ioannem patrem Secundi Ottonis eidem Ottoni Bronsuicensi haberet effectum taliter quod Galeacius, & Ioan. Galeacius eius filius se aliquo modo non intromitterēt. Moritur Secundus Otto Marchio, cui succedit in Marchionatu Ioannes frater secundogenitus, qui vt idem Beneuenutus scribit in vita ipsius Ioannis, approbat, & confirmant quæcunq; ordinata per Ioannem Marchionem patrem suum in testamento circa Ottonem Bronsuicensem tutorem, gubernatorem, & rectorem relictum, & de nouo iuxta dispositionem, & ordinationem paternam, dat eidem Ottoni potestatem amplam vendendi, alienandi de Marchionatu, Baronia, ciuitatibus, castris, villis, & bonis eiusdem Marchionis, pro vt & sicut D. Dux Bronsuicensis voluerit, & sibi placuerit. Moritur, & Ioannes, cui successit Theodorus frater tertiogenitus, qui & ipse pacem iniit, & compositionem, vt ipse Beneuenutus scribit, cum Ioanne Galeatio super libitus, & guerris, quæ fuerant cum Ioanne Marchione fratre defuncto, conuentumq; extitit, quod de oppidis, & terris, quæ hinc inde ablata in bello fuerant, quilibet licitè, & liberè tenere posset, & habere quicquid ab altero per vim, aut aliter ablatum fuerat.

Successit Theodoro Io. Iacobus eius filius vnicus, qui & ipse cum Ioanne filio primogenito vigore eiusdem facultatis disponendi, quam antecessores habuerant, donationem, pacta, & cōuentiones fecit cum Amedeo Duce Sabaudiæ, seu Ludouico eius filio primogenito, de quibus nunc agitur, & omnia per Gulielmum filium secundogenitum ratificata fuerunt, & licet idem Gulielmus hæc gesta per patrem, & fratrem improbare, & impugnare ceperit, eo quod de feudo sine licentia Imperatoris facta forent. Nihilominus ipse etiam multos contractus de ipso Marchionatu, & alienationes fecit absq; aliqua licentia Imperatoris. Nam inter ceteras anno 1479. idem Gulielmus videns se non habere filios masculos, & propterea Bonifacium fratrem suum debere esse leg. timum successorem in feudo conuentionem fecit de toto Marchionatu cum Ludouico Marchione Saluziarum in contractu matrimonij Ioannæ filiæ ipsius Gulielmi cum prefato Ludouico Marchione vt idem Beneuenutus recitat in vita ipsius Gulielmi, videlicet, quod decedente ipso Gulielmo, nec non dicto Bonifacio fratre siue filijs masculis legitimi, & naturales nascituri ex ipsa Ioanna, & Ludouico succederent, & succedere deberent in dominio Marchionatus Montisferrati, & huic conuentioni assensit idē Bonifacius frater, & nichilominus nulla super huiusmodi cōuentione interuenit licentia Imperatoris, neq; consensus, & de hac conuētione scribit idem Beneuenutus in dicta historia in vita ipsius Gulielmi Marchionis, eandem etiam refferunt scribentes in hac causa pro Margarita aduersus ipsum Marchionem Saluziarum competitorem præcipuè Senatores Lucensis, & Aliprandus inter consilia Mantuæ consil. 6. num. 126. versic. & quod fortius est, & idem Aliprandus consi. 13. num. 27. nec non collegium Bononiense d. consi. 15. num. 59. & 60. & idem Gulielmus prout Beneuenutus scribit nuptui tradit Lucretiam filiam suam baturalem Raynaldo filio naturali Nicolai Estensis, & ei pro dote tradidit loca, & castra Bestagni, Monasterij, Casinatchi, & Sancti Georgij.

Defuncto autem Gulielmo sine liberis masculis, Bonifacius frater succedens in Marchionatu de anno 1480. vt idem Beneuenutus scribit, reuocauit consensum præstitum in dicto contractu „ & de pacto de succedendo facto cum dicto Ludouico Marchione Saluziarum, expresse dicens in hæc verba, *reducendo se in sua pristina libertà, dispositione, & arbitrio proprio de potestate disponere in ogni tempo à modo suo.* & inde anno 1485. idem Bonifacius in contractu matrimonij inter Blancam filiam Gulielmi prædicti, & Carolum primum Ducem Sabaudiæ constituta eidem Blancę dote octuaginta millium aurecrum conuenit, quod dicta dos solueretur post eius mortē in pecunia, casu quo idem Bonifacius Marchio filios masculos, hēret, sub expressa hippoteca omnium locorum, terrarum, & oppidorum vltra Padum, sed si contingeret ipsum Bonifacium decedere sine filijs masculis legitimis, & naturalibus, eo casu ex nunc prout ex tunc constituebat eidem Blancæ pro dote prædictas terras, loca iurisdictiones, hommaggia, & superioritatem, quæ habebat in dicto Marchionatu vltra dictum flumen Padi, & latius, vt instrumento conuētionis, & pactorum producto in actis parte eorundem Ducum Mantuæ, vt etiam refert idē Beneuenutus in sua historia, qui pariter scribit eundem Bonifacium, casu quo moreretur sine liberis constituisse pro augmento dotis

Mariæ

Mariæ Dispotæ vxoris suæ aureos centum nulle sub expressa, speciali hippotheca omnium locorum, terrarum, & oppidorum Marchionatus existentium vltra flumen Tanagri.

Idem quoque Bonifacius Marchio per testamentum suum de anno 1491. productum pariter parte Ducum Mantuæ in actis huius causæ legauit Ioan. Georgio fratri suo castra, & loca Menusbelli, & Morani cum omnimoda iurisdictione, homagijs, & fidelitatib. hominum, reditibus, & pertinentijs, & instituto Gulielmo Ioanne filio hærede vniuersali tam in Marchionatu, ciuitatibus, locis, castris, & villis, quàm in omnibus alijs, reliquit tutricem, curatricem, & administratricem Mariam eius vxorem, & matrem ipsius Gulielmi Ioannis, eidem concedendo facultatem, & potestatem vendendi, & pignorandi, loca, & castra prout opus fuerit tam pro conseruatione status, quam ipsius Marie, & filiorū vultque & ordinat, ipsam solam debere esse insolidum gubernatricem, & administratricem dicti status, & dominij Marchionatus, & filiorū & nullus alius possit, se impedire, nec intromittere in gubernatione contra voluntatem eiusdem Mariæ, & quia ita vult, & ordinat, ac mandat obseruari.

Gulielmus autem eius filius pariter per testamentum finem conditum de anno 1518. in actis productum parte eorundē Ducū Mantuæ legauit Annæ de Alenconio Marchionissæ vxori suæ castra, & oppida Cerri, & Calliani cum omnimoda iurisdictione, hominum fidelitate, & iuribus, & pertinentijs vniuersis: quæ castra, & loca antea eidem Annæ idem Marchio donauerat, vt ibi in ipso testamento dicitur, reliquit pariter locum, & castrū Rical doni per eandē Annam Marchionissam emptum ab eodem Marchione, vt ibi habetur, quam etiam constituit tutricē, & gubernatricem Bonifacij filij sui, & heredis pupilli, & status ipsius cum ampla auctoritate, & potestate, vt in eodem testamento continetur.

Successit autem in Marchionatu Bonifacius filius, qui intestatus moritur, & ei succedit in feudo Marchionatus Io. Georgius patruus frater præfati Gulielmi, qui ipse alienationes, & distractiones fecit de bonis feudalibus Marchiæ, prout plures etiam alienationes tàm ab eo, quàm a predecessoribus factas, præcipuè à Gulielmo filio Ioan. Iacobi vsque ad ipsum Ioan. Georgium referunt testes parte Ducis Sabaudiæ examinati super 12. & 15. articulis, quas nimis longum esse referre per singulas. Et sic ex prædictis patet liquidò constare, quòd omnes Marchiones quotquot fuere à Theodoro primo Paleologo, vsque ad Ioan. Georgium vltimum alienationes fecerunt, & dispositiones, seu contractus de terris, & oppidis Marchionatus, & particulariter, & vniuersaliter liberè absque aliqua licentia, & consensu Imperatorum, qui pro tempore fuerūt: Imò quòd Marchionatus fuerit feudum alienabile hoc probat sententia ipsius Imperatoris Caroli V. in hac causa lata inter competitores, de cuius requisitione nunc agitur, dum super petitione dotis, & donationis propter nuptias quatuordecim millium aureum D. Iuliæ de Aragonia vxoris relictæ præfati Io. Georgij vltimi pronunciat, & declarat Imperator, dictam summam quatordecim mille aureorū deberi dictæ Iuliæ & pro illis fore, & esse sibi obligata, & hippothecata bona omnia feudalia dictæ Marchiæ, & alia castra inquit, & omnia bona per dictū Ioannem Georgium eius virum tempore obitum possessa. Non enim ex actis cōstat de aliqua hippotheca feudi Marchionatus facta cū licentia ipsius Imperatoris per Ioan. Georgium Marchionem defunctum pro donibus ipsius Iuliæ Aragoniæ eius vxoris, & propterea necessariò dicendum est, quòd si ideo declarauerit Imperator bona feudalia Marchiæ esse eidē Iuliæ hippothecata pro dotibus, ex eo quia ipsa Marchia sit feudum improprium, & alienabile, non autem proprium, quia in feudo
17 proprio† non potest vassallus feudum sine consensu domini pignorare, vel hippothecare, vt est text. clarus in cap. Imperialem, & ibi omnes notant, de prohib feudi alienat. per Federic. Cuttius de feudis in quarta par. principali quæstio. & licet olim licita esset pignoratio seu hippotheca feudi vsque ad dimidiam, vt habetur in cap. 1. in princip. de aliena. feudi paterni, attamen hodie indistinctè, & in totum est prohibitiua, prout hanc esse communem sententiam ait Iul. Clar. de feudis quæstio. 55. post Aluarotum, quem refert in cap. 1. num. 2. de aliena. feudi paterni, & de hoc feudo scribens dicit Arett. cons. 14. colum. 3. vers. ic. vnde non valuit illa traditio vbi loquitur presupponēdo feudum Marchiæ esse proprium quod tamen est falsum, vt ex supradictis patet.

Sed reuertendo vnde digressi sumus satis patet ex prædictis, quòd Marchiones, qui passim consueuerunt alienare, & distrahere de bonis feudalibus Marchiæ absq; aliqua licentia Imperatorum censentur hoc fecisse quia feudum est improprium, & concessa fuit eis facul
18 tas ita faciendi.† declaratio enim, & interpretatio inducitur ex eo, quòd ita consuetum est fieri leg. vel vniuersorum ff. de pignor. actio. cum ibi not. per glos. & DD. nam hoc fecisse censentur virtute concessionis, & facultatis præambulæ argum. l. quædam mulier ff. de rei vendicat. prout in facto fuit Theodorus primus Paleologus, vt supra remissimus nec verisimile est, quòd ita liberè disposuissent de feudo, si illud fuisset proprium, & facultatem non habuissent ab Imperatoribus, cùm illud sit a iure prohibitum argumen. eorum quæ tradunt Doctor. in cap. in generali si de feudo fuerit contro. inter dom. & agnat. vbi Afflic. in
19 primo notat. ait quòd †ideo in generali dispositione non venit feudum, quando est proprium, eo quia illud prohibetur alienari, & de eo disponi sine consensu domini, & nemo cōsetur velle facere actū prohibitum, & per quē

incideret in penam, & generalis dispositio nō extenditur ad prohibitiua, & illicita l. si procurator ff de condit. indeb. l. quamquàm ff. de ritu nuptiu. cum multis aliis in proposito adductis per Cranet. consil. 256. num. 5. Clar. de feudis q. 31. vers. in proposito huius materiæ.

Concluditur itaq; feudum Marchiæ vti improprium, alienarj potuisse absq; licentia Imperatorū ex facultate primordiali cōcessa per Imperatorē Ottonē Aledramo primo Marchioni, & ideo succedit conclusio, quòd pacta facta per Ioan. Iacobum, & Ioannem eius primogenitum cum Amedeo Duce Sabaudiæ, & Ludouico eius filio Principe Pedemontium, necnon laudum, donatio, & alia de quibus in themate, improbari non possint, ex eo quòd sine licentia, & consensu Imperatoris facta fuerint, quia nullus consensus, seu licentia requirebatur, vt ex supradictis patet, & ideo vnico verbo respondetur ad quæcunq; adducta per scribentes pro Margarita Ducissa, quòd illa locum habent, & procedunt, vbi feudum est proprium, & ita procedunt, iura quæ dicunt, feudum sine consensu domini non posse alienari, vt in cap. 1. de prohibitione feudi alien per Federic. & in §. donare quali olim. feud. pot. alienat. cum similibus secus autem, si feudum sit improprium, & alienabile prout in casu nostro, quia tunc potest sine consensu domini alienari, vt in cap. 1. de feud. non haben. propr. nat. feudi, & in cap. 1. §. feudum ea lege si de feudo fuer. contro. inter dom. & agna. † Sicut enim potest feudum alienari sine consensu domini quando fuit concessū pro se hæredibus, & quibus dare voluerit, iuxta d. cap. 1. de feudo non habente prop natu feudi, vel quando fuit concessum pro se, & hæredibus quibuscunque, ita quando est dictum, quod habeat licentiam, & facultatem alienandi, quia intelligitur sine assensu domini, vt tradunt DD. in d. cap. 1. de feudo non habente propr. natu. feudi, prout in terminis nostris ita ait Roland. aduersus Marchionem Salutiarum scribentem d. consil. 26. nu. 35. inter consilia Mantuæ. Vnde falluntur Senatores Lucēsis, & Albrisius in eorum allegationibus folio 37. verticul. præterea data licentia, volentes, quòd † data licentia à domino alienandi feudum intelligatur, scilicet, accedente assensu domini ex Alexandro Afflic. & aliis ibi per eos adductis, quod etiam in terminis huius facultatis concessæ per Ottonem Aledramo dicebat collegium Bononiense in causa Finarienſi respons. 4. numero 18. post tractatum Menochij de recuper. possess. vniuersali allegatione 8. eorum opin. est falsa, & communis, ac verior est in contrarium, vt per eundē Rol. à Valle d. cons. 26. nu. 35. vbi plures refert & diximus supra dicta alleg. 8. vbi multis aliis contrariis respōdimus, quæ adducūtur circa hanc facultatem alienandi, ad ibi dicta me remitto.

Vnde cessat diligens consideratio, quam longo sermone faciunt Aliprandus, Socinus, & alij supra citati, circa verba inuestituræ Theodori, in nobile, & gentile feudum, defendentes feudū Marchiæ ex eo, quòd dicitur nobile, non tamen esse feudū francum, & consequenter alienabile, vt latè per eos, ponderātes dicta Io. And. ad Spec. in rub. de præscrip. Quia nos eo argumento non vtimur ad demonstrā dum, quod feudum Marchiæ sit improprium, seu alienabile, nempè quia sit francū vel esse feudum francum quia sit nobile: Sed ex eo, † concessum sit cum facultate alienandi, propter quā censetur improprium iuxta d. c. 1. de feudo nō hab. prop. nat. feudi. & tale fuit apud Marchiones Saxones antecessores Theodori, qui propterea expresse supplicauit Imperatori se inuestiri cum eadem qualitate, vt in petitione, & narratiuis inuestituræ ibi, debeamus de dicto feudo inuestire eo modo, & forma, quo, & qua prædecessores ipsius Marchionis tenere in feudum à nostris prædecessoribus cō sueuerunt, & ita fuit ab Imperatore inuestitus, vt patet in dispositiua, dum dicitur. Ita quod amodo idē Marchio pro se, & hæredibus suis dictum feudum habeat, & teneat, & sicut, & eo modo, & forma, quo, & qua prædecessores, & successores Montisferrati habere, & tenere cō sueuerunt, & sic patet, quod Theodorus fuit inuestitus cum facultate alienandi, & cū ea facultate expresse professus est se velle habere, & tenere dictum feudum, quēadmodum antecessores Marchiones habere consueuerant, & tenere: ex hoc dicimus feudū censeri, & esse improprium, ad quid non video responsū per aliquem ex dictis scribētibus, sed dissimulāter, & tāquā conniuentibus oculis pertransiunt.

Propterea falsa est illatio, seu consequentia, quam faciunt dicti scriben. præcipue Aliprandus in locis supra relatis dum ait, feudum esse proprium, & simplex eo ipso quod est nobile, quia sicut ipsi defendunt, & affirmant feudū non cēseri francum, & sic improprium, eo ipso q̄ est nobile, ita nec etiam debet iudicari proprium, ex eo, q̄ est nobile, quandoquidē, vt notabiliter in proposito dicit Tiraq. in tract. de nobilit. c. 7. quem refert ad hoc in casu nostro D. Octauian. Cach. in suo resp̄sto in 2. par. nu. 33. qualitas nobilitatis, quando additur feudo, non operatur, vt per eam feudū dicatur proprium, vel improprium, alienabile, aut inalienabile, sed tantum respectu nobilitatis conferendæ vel non, occasione feudi, considerata persona concedentis, & est verum. Nam in casu nostro, qualitas nobilitatis fuit expressa ad denotandum, q̄ ipsū feudum verè nobile erat, quia datum ab Imperatore Marchioni, nam† tunc nobile feudum dicitur, & suum nobilitat possessorem, quando datur ab Imperatore, vel Rege Marchioni, Comiti, & similibus habentibus dignitatem, vt dicit Iacob. de Belusi. in prælud. feudorum col. 2. in 6. diuisione feudi, quem ibi sequūtur alij præcipuè Aluar. col. 6. vers. 2. diuisio Præpos. col. 11. verūc. secunda est diuisio Ias. nu. 119. & tradunt omnes in c. 1. §. cæteri verò de feudo Marchiæ, præcipuè Bal. & Aluar. in primo not. Afflic. in 4. not. dicens, post And. de Isern. & Lucam de Pen. per eum relatos, q̄ illud feudū nobilitat, quòd

quod habetur ab Imperatore, vel Rege, & q̃ habet vaſſallos in numero copioſo, & examinant ibi idem Atſic. & Aluarotus materiam nobilitatis. Alio etiam reſpectu in caſu iſto
25 dicitur † nobile feudum quia erat antiquum, vt in ipſa inueſtitura dicitur; nam hoc caſu feudum eſt nobile ſecundum Bald. in eiſdem prælud. in 5. diuiſione verſicu. alia diuiſio feudorum aliud nobile, & in d. §. ceteri, & vtrobique Aluar. & alij communiter, quo fit, vt expreſſio nobilitatis facta in caſu noſtro fuerit, eo quòd feudum omni reſpectu erat verè nobile, non autem quòd ex hoc denotari deberet proprium, vel improprium, quod etiam declaratur ex clauſula relatiua ſubſequenti. Ita quòd quomodo idem Theodorus dictum Marchionatum habeat, & teneat ſicut, eo modo, & forma, &c. per quam Theodorus fuit inueſtitus tanquàm de feudo alienabili, prout anteceſſores Marchiones habuerant, & tenuerant, vt diximus ſupra, ex quo manifeſtè ſequitur, quòd per dicta verba, in nobile feudum, non debeat, nec poſſit iudicari feudum proprium, & ſimplex, prout arguunt Alipran dus, & alij ſed potius, quòd nõ obſtante quòd eſſet nobile, teneretur tamen vti improprium quia ex ſubſequentibus præcedentia declaran tur l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de lega. 1. cum ſimilibus, alioquin idem feudum ex eadem diſpoſitione cenſeretur ſimplex ſeu proprium & alienabile, quod eſſet manifeſta contrarietas, & repugnantia contra l. vbi repugnantia ff. de reg. iur. l. ſi Titius ff. de conditio. inſtitu. cap. ſollicitudinem in fin. extra de appella. prout ita in ſimili dicebat Io. And. allegatus per ipſum Aliprand. & alios ad Speculat. rubr. de præſcript. quem etiam refert Alexan. conſilio 30. colum. fin. circa princip. libr. 1.

Et quidem mirum eſt, quòd omnes ſcribẽtes in hac cauſa pro Ducibus Mantuæ conſtanter affirment, Marchiam fuiſſe feudum proprium, arguendo ex verbis inueſtiturę in nobile, & antiquum feudum, cùm tamen, ex eo potiſſimum probetur improprium, quòd Theodorus ipſe Paleologus ex Violanda fœmina ad illud admittebatur, & inueſtiebatur, quod non fuiſſet, ſi feudum fuerat proprium,
40 † quia fœmina in tali feudo non ſuccedit, nec deſcendentes ab ea etiam maſculi, vt habetur in c. 1. §. filia de ſucceſſ. feudi in capit. 1. §. quinetiam Epiſ. vel Abb. cap. 1. in princip. de gra du ſucced. in feudo & cap. 1. §. hoc autem notandum, de ijs qui feudum dare poſſ. & etiam ex eo, quòd de ipſo feudo anteceſſores Marchiones diſpoſuerant, & teſtari fuerant præcipuè vltimi Gulielmus, & Ioannes, & diſpoſitiones ipſorum exhibuerunt Duces Mantuæ, non enim id facere potuiſſent Marchiones ſi feudum fuiſſet proprium, vt dicebamus ſupra per d. c. 1. in fi. principij de ſucceſſ. feudi cũ aliis ſupra adductis. Veritas ergo eſt quòd fuit improprium, & alienabile feudum, non autem proprium.

Per prædicta tollitur etiam ſi quis conſideret verbum, rectum, additum prædictis verbis inueſtiturę Theodori dum dicitur, in nobile, rectum, & antiquum feudum, quia illud ſimiliter declaranonem recipit ex præcedentibus, & ſequentibus, vt non ſtet propriè in caſu iſto nec denoret feudum proprium, prout in terminis ita reſpondet Paris. in conſi. 4. num. 17. libr. 1. relatus per eundem dominum Octauia
27 num loco ſupracitato num. 24. vbi ait, † quòd licet dicatur in inueſtitura, quòd Princeps cõcedit in feudum rectum, nobile, & gentile, tamen illud nomen rectum, propter qualitates infraſcriptas non ſtat propriè, nec denotat feudum proprium, ſed conditionatum, cum ſequentia declarent præcedentia d. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi ff. de leg. 1. & tale verbum, inquit exponitur. i. perpetuum, & non reuocabile, vt in ſimilibus dicitur in c. 1. §. item ſi vaſſallus ſi de feudo fuer. contr inter dom. & agn. Cùm ergo verbum rectum, variè ſumatur, vt tradũt Docto. in prælud. feudo. præcipuè Aluarot. & Præpoſ. in duodecima diuiſione, & Curt. in prima parte quæſtio. 8. colum. 5. verſi. tertio ſub hac ſpecie, Zazius de feudis in prima parte de feudi diuiſione num. 7. In caſu noſtro propter qualitates adiectas, poſitum cenſetur verbum, rectum, ad denotandum quòd feudum Marchiæ erat datum ad ſeruitium inde-
28 terminatum, † quo caſu dicitur rectum ad differentiam conditionati, hoc eſt dati ad certũ, & determinatum ſeruitium, quod dicitur, non rectum, ſeu conditionatum, de quo habetur in c. 1. §. fin. de cap. qui cur. vend. ibi, poteſt feudum dari ad certum ſeruitium, vbi gloſ. & Docto. in cap. 1. in fi. in quib. cauſis feud. amitta. ibi, ſiue ſeruitium illud nominatim quale eſſe debeat, ſit expreſſum, ſiue indeterminatè ſit promiſſum, tradunt prædicti Aluaro. & Præpoſ. in d. duodecima diuiſio, vbi poſt Bal. ibi in 2. diuiſio. declarant quare dicatur conditionatum; alioquin ſi exponeretur rectum ideſt proprium, reſultaret contrarietas, & repugnantia, vt ſupra dicebamus de verbo nobile.

Non etiam obſtat diſcurſus, ſeu longa diſputatio, quam facit Alipranid. d. conſil. 19. à nu. 13. vſque ad num. 39. an poſſit de feudo compromitti in arbitratorem, vel in arbitrum, & defendit quòd non, & ideo infert, non tenere cõpromiſſũ factũ in caſu noſtro p̃ Io. Iacobũ in Ducẽ Mediolani, aut in eius oratores, & laudũ inde ſequutũ, de quo latè etiã diſcurrũt alij præcipuè Soc. d. cõſ. 20. à nu. 102. vſque ad nu. 113. & Cardinalis Simoneta d. cõſ. 21. à nu. 1. vſq; ad nu. 12. Nã quòd non poſſit cõpromitti de feudo in arbitratorẽ videtur ſine dubio vẽ-
29 rũ † in arbitrũ verò præſuppoſita opinione negatiua pro vera, & magis cõmuni, vt atteſtatur Soc. Iun. d. cõſ. 20. nu. 105. relato in vol. ſuo d. cõſ. 77. nu. 77. lib. 1. & Clar. q. 39. ratio eſt nõ poteſt vaſſallus cõpromittere de feudo, eſt, vt etiã ait idẽ Soc. quia non poteſt ex arbitrio de feudo diſponere, & q. nõ poſſt ex arbitrio diſponere, & alienare rem aliquam non poteſt etiã compromittere, vt in cap. cùm tempore, in fi. de arbitr. vbi Docto. not. maximè Hoſtien.

Ioan. And. Anto. de Butr. Imol. & Abb. in vlt. nota, inferentes ad propositum, vasallos de re feudali non posse facere compromissum, quia de feudo libere disponere non possit, vel eam alienare sine consensu domini, At data vasallo facultate alienandi, & disponendi de feudo, prout in casu nostro, cessat ratio prohibitiua legis, & consequenter cessat quoq; dispositio l. adigere §. quamuis ff. de iure patro. cap. cum cessante de appell. cum similibus.

30 Et in specie, † quod Marchiones Montisferrati soliti fuerint etiam compromittere de bonis feudalibus Marchionatus sine aliqua licentia superioris, multa exempla possem adducere, sed vno, aut altero contentus ero, quæ ex actis probantur. Nam Theodorus primus Marchio Paleologus inuestitus de Marchionatu ab Henrico Imperatore anno 1310. cùm litem haberet, & controuersiam etiam de toto Marchionatu cũ Manfredo tunc Marchione Salutiarum, qui vt refert Beneuenutus, bellum eidem Theodoro inferebat prætendens ius successionis in Marchionatu, pro vt, & hodie eodem iure prætendit Franciscus Marchio modernus, anno sequenti 1311. compromisit omnes lites, & differentias, quas habebat cum dicto Manfredo Marchione in Bonifacium de Salutijs, & Oppicinum Spinulam arbitros, & arbitratores electos, qui eodem anno eorum laudum, seu sententiam arbitramẽtalem protulerunt, pro nunciantes, & declarantes, quod Theodorus dare, & remittere deberet eidem Marchioni Salutiarum castra, & oppida ibi nominata, videlicet castra Montisbarcherij, & Camairanæ, item omnia iura, quæ idem Theodorus habebat in castro, & vil la Curtismillię, & in villis Corsairolæ, Cagnę, Locsij, Hulmarum, & Salegij; item iura quæ habebat in castro Montisclari, & in castro Bugij, & omnia, & singula iura, quæ habebat, & antecessores sui habere consueuerant in quibuscunq; feudis existentibus à Ciuitate Albæ supra versus Vlmeam, & à Curtismillia supra versus Vlmeam: quid quidem laudum dicti Theodorus, & Mantuæ Manfredus approbauerunt, & emologauerunt, & de nouo cõpromissum prædictum prorogarunt in dictos arbitros, & arbitratores per vnum annum super omnibus alijs litibus, & quæstionibus inter eos existentibus, & ibidem in executionem dicti laudi Theodorus Marchio donat, cedit, & remittit omnia iura super dictis locis; & castris iuxta formam eiusdẽ laudi præfato Marchioni Salutiarum, vtde iis cõstat instrumentis productis in actis parte Ducum Mantuę aduersus ipsum Marchionẽ Salutiarum compertorem.

Similiter, Theodorus secundus Marchio Palcologus, cum haberet bellum cum Amedeo Principe Achaiæ, ratione, & ad causam multorum oppidorum, & terrarum, ac ciuitatum præcipuè ciuitatis Montisregalis, de anno 1397. compromisit in Ducẽ Mediolani Ioannem Galeacium Ducem Mediolani tamquàm in arbitrum, & arbitratorem electum, qui laudum seu sententiam arbitramentalem tulit anno 1399. quam vna cum dicto cõpromisso Duces Mantuæ produxerunt in causa reconuentionali contra Ducem Carolũ mota ad causã dictæ ciuitatis Montisregalis, & alio rum oppidorum, & ciuitatum in eodem laudo, seu sententia contentorum, & de eo compromisso, ac controuersia scribit Angelus pro Marchione Theodoro in cons. 316. secundũ impressionem veterem, quod incipit. in quæstione vertente inter Illust. Principes D. Theodorum Marchionem, &c. & in cons. seq. incipien. Seren. Princeps Vincislaus. & de eis scribit etiam Beneuenutus in sua historia in vita ipsius Theodori secundi, scriptimus, & nos de eorum validitate, & inualiditate in allegationibus nostris pro Duce Sabaudiæ in dicta causa reconuentionali.

Addo etiam, quòd vt Beneuenutus scribit in sua historia in vita Ioannis Paleologi primi huius nominis, existente lite, & controuersia inter ipsum Ioannem Marchionem, & Amedeum Comitem Sabaudiæ ad causam ciuitatis Hipporregię, & nonnullorum oppidorum Canapicij, ac ratione Montiscuchi, & Vergnani, fuit de anno 1349. factum compromissum in Ioannem Vicecomitem Archiepiscopum, & dominum Mediolani, qui, dicti compromissi virtute, laudum tulit eodem anno 1349. die 25. Septembris, & per eosdem Marchionem Ioannem, & Amedeum Comitem ratificatum fuit, & approbatum eodem anno, & laudum illud cum aliis transcribit ad litteram idem Beneuenutus in dicta sua historia.

Non omitto, constare ex actis, non modò Marchiones Montisferrati, sed etiam alios Principes Italiæ tenentes feuda ab Imperio, solitos fuisse cõpromittere in arbitros, & arbitratores absq; aliqua licentia Imperatoris, vt patet in laudo parte ipsorũ Ducum Mantuæ producto, lato per Nicolaum Marchionem Estensem, & Ludouicum Marchionem Salutiarum anno 1432. virtute compromissi facti per Filippum Mariam Ducem Mediolani, & Venetos, ac Florentinos super litibus, & differentijs inter eos existentibus, in quibus etiam ipse Marchio Montisferrati comprehendebatur, in dicto; compromisso, & laudo tractatur de multis terris, oppidis, & ciuitatib. ac territorij, quæ erant Ducis Mediolani, & quæ ab Imperio tenebat in feudum, ac etiam de statu, & Marchionatu Montisferrati, vt in themate dictum est, in quo quidem nulla interuenit licentia, nec consensus Sigismundi Imperatoris tunc regnantis, quo fit, vt etiam in casu nostro potuerit Ioan. Iacobus Marchio compromittere, & consequenter teneat laudum latum per oratores Ducis Mediolani, & pariter donatio, & omnia alia inde sequuta in executionem dicti laudi non obstante quod agerẽtur de feudo.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo alienandi feudum sine licentia domini valet, & tenet.*

2 *Consuetudo induci potest per vnam familiam circa alienationem feudi sine consensu domini.*
3 *Consuetudo cum sit facti probari debet per eum, qui illam allegat.*
4 *Testes duo ad probandam consuetudinem sufficiunt.*
5 *Consuetudo etiam per instrumenta, & alias scripturas probatur.*
6 *Consuetudo ex vnico actu successiuo inducitur secundum aliquos.*
7 *Consuetudinem per binos actus induci omnes concordant.*
8 *Consuetudo per cursum decem annorum inducitur secundum iura ciuilia.*
9 *Tempus ad inducendam consuetudinem incipit currere à primo actu.*
10 *Legis beneficio dignus non est, qui committit in legē.*
11 *Actuum frequentia ad inducendam consuetudinem probata resultat ex probatione pluralitatis actuū.*
12 *Testes, vt probent consuetudinem antiquam, qualiter deponere debent.*
13 *Index ad vnam speciem probationis animum suum non alligat, sed ad plures.*
14 *Probationis plures imperfectæ etiam diuersi generis coniunguntur ad faciendum perfectam, & integram probationem.*
15 *Consuetudo vt probetur, debent testes esse onestes, & non singulares in actibus, & tempore secundum aliquos.*
Contrarium, quod imo consuetudo probetur per testes singulares, verius est, ibi numero sequenti.
16 *Testes singulares, admittuntur, & probant, vbi agitur de probando aliquid in genere, puta consuetudinē.*
17 *Consuetudo, vt dicatur præscripta, requiritur tēpus cuius initij memoria non existit, secundū aliquos.*
18 *Consuetudo, vt dicatur præscripta, non requiri tempus immemorabile, sed sufficere tempus x. vel xx. annorum de iure ciuili, vel xxxx. de iure canonico.*
19 *Testes de consuetudine deponentes rationem reddere debent congruam etiam non interrogati, vt probent, quod ibi declaratur.*
20 *Consuetudo alienandi feudum, vt valeat, requiritur secundum aliquos, quod fuerit inducta sciente, & patiente domino.*
21 *Consuetudo alienandi feudum, quod inducatur absq; scientia domini verius est.*
22 *Consuetudo, vt inducatur, debent actus fieri eo animo, & intentione inducendæ consuetudinis, quod quomodo intelligatur, declaratur ibi.*
23 *Actus ad inducendam consuetudinem fuisse factos eo animo, & intentione quomodo cognoscatur.*
24 *Consuetudo præscripta, siu perfecta, & completa nō tollitur per actum contrarium superuenientem.*
25 *Testium dicta extraiudicialia non valent, nec etiam iudicialia parte non vocata.*
26 *Tactus etiam præclaræ dignitatis non creditur absq; iuramento.*
27 *Testis deponens super negatiua non probat, sed potius suspectus redditur.*
28 *Testis super facto deponere debet, non autē iudicare.*
29 *Nannus Marebio Ceue vniuersum Marchionatum vendidit Ciuitati Astensi.*
30 *Astensis Ciuitas cum toto Comitatu fuit tradita in dotem Valentinæ filiæ Ducis Mediolani.*
31 *Consuetudo inducitur etiam per actus, seu contractus conditionales.*
32 *Verba, ad libitum, seu liberè important dispositionē fieri sine licentia impedimento, vel contradictione alicuius.*
33 *Prohibitio de alienando nisi ad certas personas, non extenditur ad alias personas.*

CONS. XVII.

POsito autem citra veri præiuditium, quod Marchia Mōtisferrati esset proprium feudum prout præfati scribentes pro Ducibus Mantuæ affirmant; attamen per multiplices alienationes seu dispositiones de feudo facta, inducta censeretur consuetudo in familiam Marchionum Paleologorum illud alienandi liberè sine licentia Imperatoris, vt dicebamus alias in petione vniuersali, & fusius hic nos
1 dicturos polliciti fumus, † valet autem talis consuetudo, vt concludit Ioanni Raynaudi in cap. Imperialem in §. habito, sub numero 38. versic. quæro nunquid, & num. sequen. de prohib. feudi alien. per Feder. quem refert, & sequitur Iacob. a San. Georgio in verbo, & cū pacto de non alienando colum. 5. vers. sed hic cadit pulchra dubitatio nunquid valeat consuetudo, ita etiam tenent Laudensis, & Præpos. in cap. 1. in primo not. qualiter olim. feu. pot. alien quos refert, & sequ. Brun. cons. 137. colum. 1. versic. & primo consuetudo patriæ, Astensis, & hanc esse communem sententiam dicit Iul. Clar. de feudis quæstione. 31. col. vlt. versic. quæro nunc an valeat consuetudo, & nedum potest induci talis consuetudo vniuersalis in vna prouincia, sed etiam specialis, seu
2 particularis in vna familia † quia familia potest consuetudinem inducere secundū Ioan. Andr. in aditio. ad Specul. tit. de testam. & alij communiter in l. si non speciali C. de testam. & plures ad hoc refert, Guido Pap. cons. 131. colum. 6. versic. ad sextum quæsitum, quem refert, & sequitur Alipr. inter d. consilia Mantuæ d. consil. 13. in prima parte num. 73. Portius Imol. lib. 6. com. opinio. concluſ. 19. & Gabriel. Roman. lib. 6 com. opinio. tomo. 2. verbo, consuetudo, conclusione 5 ex quibus satis patet, hanc esse communem sententiam, & quæ sine dubio procedit in familia habente iurisdictionem secundum Angel. in l. fin. C. de testam. Alex. in d. l. si non speciali colum. fina. quos cum pluribus alijs referunt præfati Gabriel. & Portius in locis supra relatis, quibus addo Socin. iun. cons. 65. num. 33. & seq. lib. 1. vbi loquitur de consuetudine inducta ab Illustriss. familia Lanthgrauiorum Hassiæ in Germania, quod masculi sēper succesſerint exclusis fœminis, quòd talis consuetudo induci potuerit per illam familiam, cùm habeat iurisdictionem, adducit Decium consil. 85. colum. 5. qui loquitur de consuetudine inducta in familia Vrsinorum Romanorum, & in eodem casu Socini consuluit pariter idem Dec. cons. 516. num. 18. versic. & ista conclusio comprobatur consuetudine, & in terminis consuetu

dinis alienandi feuda irrequisito domino consuluit Brun.d. conſ 137.col.3. verſ. & predicta ſorti' procedit, & ead.col.circa fi.verſ.cũ etiã in vna familia habente merum, & mixtũ Imperium, &c. Guid.Pape d.conſ.131.in 6.quæſtio numer.7.vbi plures pro hac opinione adducit,

3 Quoniam verò † conſuetudo,cùm ſit facti, probari per eum debet, qui ſe in ea fundat iuxta glo. in l 1. C. quæ ſit longa conſuetudo vbi omnes DD. præcipuè Salic.nu.11.declarat, & per Bar. in l. de quibus in prima lectura nu. 6.q. 1. ff. de legib.& ibi omnes alij,& in cap.fin. extra de conſuetud. Ideo in caſu noſtro parte Ducis Caroli de iuctum ſeu articulatum fuit de huiuſmodi conſuetudine alienandi feudã irrequiſito Imperatore, non tantũ de particulari in hac familia Marchionũ Montiſerrati, ſed etiam generali aliorum Principum, Marchionum,& Comitum Italiæ,& ſuper ea examinati teſtes præcipue ſuper particulari,&

4 licet † ad probationem conſuetudinis duo tantum teſtes ſufficerent iuxta Bartol. poſt Cyn.in l.1.num.20.C. quæ ſit long.conſuetudo, & ibi etiam Saly. ſub num.23. verſic. quot autem teſtes Aretin.in §.ex non ſcripto num. 19.inſt.de iure nat.per l.vbi num.ff.de teſtibus, & l.3.§.1. cum ibi nota. cod. tit.plures ad hoc refert Rochus de Curte in cap.fin. de conſuetud. colum.88. quæſtio.4. In caſu tamen noſtro non duo tantum,ſed plurimi teſtes deponunt de hac conſuetudine, vt patet in eorum dictis, & depoſitionibus ſuper quindecimo articulo priorum articulorum, & ſuper vndecimo poſteriorũ,ex quib. probatur de multiplicibus alienationibus factis per Marchiones de bonis Marchiæ,quas fieri vidiſſe aiunt, inchoando à Gulielmo primo Marchione filio Io.Iacobi vſq; ad Io.Georgium vltimum, ab ipſo verò.Gulielmo ſupra vſq; ad Theodorum primum Paleologum probatur inſtrumẽtis,& ſcripturis productis eidam parte Ducum

5 Mantuæ, vt ſupra retulimus, nam † etiam per inſtrumenta,& ſcripturas probatur conſuetudo maximè antiqua vt tradit Bart. in l.de quibus in 2.lectura in 4.quæſtio.princ.verſ.quandoq; ad probationem conſuetudinis quem refert,& ſequitur Rochus in d.cap.fin.col.97. verſ.ſecundum eſt membrum, & in terminis Bruuus d. conſil.137.colum.2 & Pariſ.conſil. 13.num.33.& ſeq.lib.1.vbi ait, quod ex inſpectione publicorum inſtrumentorũ,& ſcripturarũ talis conſuetudo redditur notoria,& ideo vt alia non indigent probatione vt punctualiter tradit Bald.in l.1.col.2. verſ.fed hic quæro C.ad Velleia.& eſt optima deciſio Bart.ſecundum eũdem Pariſium in leg.1. in princ.col.3. verſic. venio ad quæſtiones. ff. de oper. noui nuntia.quem communiter ſequuntur ibi ſcribentes Crauet. de antiq. temp.par.1.§.ampliatur nunc memorata concluſio nu.16.allegat l. vetuſtiſſimã C.de iure dom.impet. vbi Angel. adducit etiam Socin. & Curt. in conſilijs ibi relatis.

Probatur autem concludenter ex dictis teſtibus,& ſcripturis productis neceſſario requiſita ad inducendum conſuetudinem, videlicet vſus, frequentia actuum, & temporis diuturnitas, de quibus per DD. communiter in d.l. de quibus ff. de legibus & in dicta leg.1.quæ ſit long.conſuetudo,& in d.cap.fin. & aliis in locis. Nam ſi conſideremus vſum, & frequentiam actuum, & ſic conſuetudinem ex eis reſultantem de tempore Marchionum Saxonũ antequam feudum veniret in familiã Paleologorũ,ſufficiunt actus alienationum,& diſpoſitionum factarum per Ioannem vltimum,nec non Gulielmum patrem,& Bonifacium, auũ qui omnes diſpoſuerunt, & eorum diſpoſitiones habuerunt effectum, & obſeruantiæ fuerunt ſaltem duę nempe diſpoſitio Bonifacij,& Ioannis inquantum Bonifacius reliquit Marchionatum Gulielmo ſecundogenito, relicto Regno Teſſaliæ Demetrio filio primogenito, vt ſupra retulimus, nam Gulielmus iuxta diſpoſitionem paternam habuit Marchionatum,& ei ſucceſſit poſtea Ioannes eius filius, qui fuit vltimus de linea Saxonum , & de eius diſpoſitionis obſeruantia teſtatur Socin. Iun. d. conſil.76. num.49. verſic. nec fuit nouum, Ioannes autem in teſtamento reliquit Marchionatum Yolandæ ſorori, & ſuis,quod etiã fecerat Gulielmus pater per teſtamentum ſuũ vt refert Beneuenutus , & iuxta diſpoſitionem prædictam Theodorus primus Paleologus filius Yolandæ Marchionatum aſſecutus eſt,& de eo fuit inueſtitus,& ſucceſſiuè omnes deſcendẽtes ab eo vſq; ad Io.Georg.per quos quidem actus ſatis dicitur inducta conſuetudo . Nam quærunt DD.in d.l.de quibus ff.de leg. & in d. leg. 1. & d.cap.fin. per quot actus

6 inducatur conſuetudo.& multi reſpondent, † quod ex vnico actu ſucceſſiuo qui tranſiuit in notitiam populi,ex quo reſultet tacitus conſenſus populi dicatur inducta conſuetudo, eo quia conſideratur tantum tacitus conſenſus, & ille eſt cauſa proxima conſuetudinis , vnde dummodo illum habeamus ex vno actu ſufficit, & explicitant, putà ſi quis & ciat populum in loco publico de vna domo ad aliam , talis actus vnicus, & ſucceſſiuus inducit conſuetudinem,hanc fuit opinio Petri, & Cini, vt refert Bart.in d.l.de quibus,& Abb. ſequitur in d.capit.fin. colum.fin. verſ.dubitatur tamen num quid vnicus actus, allegat textum quem dicit ſingularem in materia in cap. cùm de beneficio de præbendis lib.6. nam ſi beneficiũ ſeculare confertur regulari,& poſſidetur per regularem tempore habili ad conſuetudinem inducenda,efficitur il'ud beneficium regulare , licet vnica collatio interuenit,& ita eo intra ſi regulare confertur ſeculari,& illa collatio habet actũ ſucceſſiuũ,ſ.continuatam poſſeſſionẽ per ſeculare,& idẽ die inquit, ſi edificatur poſs in publico,& herẽt cauſã pmanentẽ,ideſt tenẽt in d.cap.fin. Ant.de But. Card. Flor. & Barb. quos refert,& ſeq. Roch.d'e Curte ibi col.53. verſic. ſecunda concluſio eſt , quòd ex vnico actu, vbi eam defendit , & reſpondet contrarijs,& in terminis hanc tenet Bru.d.conſ.137.

col.

col. 2. circa medium, adducit ad hoc Paul. de Caſt. in conſi. 163. incip. in cauſa colum. 3. in antiquis vbi ait, quòd ſi vaſſallus fuerit teſtatus de feudo in primogenitum excluſo ſecundogenito, & lapſi ſint 30. anni in terris Imperij, & 40. in terris Eccleſiæ, erit inducta cõſuetudo de tali feudo teſtandi, Barto. tamen cõtrarium tenet, quòd imò vnicus actus nõ ſufficiat, vt per eum in d. l. de quibus in principalectura num. 10. & 11. & in 2. lectura in 2. quæſtio. principa. num. 11. & in d. l. 1. C. quę ſit lõga conſuetudo ſub num. 12. verſic. Petrus vero, ſequitur eandem ibi Salicet. ſub num. 12. verſic. ego iſtam opinionem Petri, Iaſon. in d. l. de quibus ſub num. 51. verſic. & non ſufficeret vnus actus, & hanc dicit communẽ Imola in d. cap. fi. de conſuetud. Sed vtramuis opinionem teneamus, certè in caſu noſtro iuxta primam opinionem, patet, quòd ex illo vnico actu Bonifacij diceretur inducta conſuetudo, quia ille actus fuit ſucceſſiuus, cùm per legitimum tempus Guglielmus eius filius ſecundogenitus habuit Marchionatum, & poſt eum Ioannes filius ipſius Gulielmi, qui fuit vltimus Marchio de linea Aledrami, & fuit notorius ille actus, adeo quòd tranſiuit in notitiam omnium, etiam Imperatoris, Sed ſi magis placet opinio Bartoli, & ſequacium, etiam binos actus ſucceſſiuos habemus. prout diximus ſupra, quo caſu † omnes concordant, per binos actus conſuetudinem induci glo. in tit. br. quæ ſit longa conſuetudo, & in d. l. de quibus in verbo. inueterata, & in §. ex nõ ſcripto in verbo, dicitur, inſtitu. de iure naturali Azo in ſumma C. quæ ſit long. conſuet. quorum opinionem, & eorum ſequacium communiter in iudicio obſeruari atteſtatur ibi Bar. nu. 12. in fine verſi. ſed opinio Azonis, nam ſecundum eos, dicitur frequenter fieri quod ſit bis l. nemo in fi. quæ eſt l. 3. C. de Epiſcop. audien. vbi gloſ. in verbo, conſuetudini, notat dicens, quod duæ vices faciunt conſuetudinem, & ibi Doct. & concordan. ad hoc allegat Bartol. in d. repeti. l. de quibus 2. quæſtio. princip. verſi. primo videamus, & licet gl. in locis prælegatis videatur loqui de binis actib. iudiciarijs, attamen idem eſt ſi actus ſint extraiudiciales, ita dicit Barto. in d. l. de quibus in 2. lectura ſub num. 13. verſi. iſtud communiter, dicens Docto. communiter tenere, quòd per actus iudiciorum, & non iudiciorum inducatur conſuetudo allegat. l. cùm de conſuetudine eod. tit. ibi, an etiam contradicto aliquando iudicio, nam dictio etiam implicatiua innuit idem ſi extra iudicium, & pro hoc l. Imperator eod. tit. vbi ponitur diffinitiua alternatiuè, vnde infert dicens, ergo frequens actus in contractibus inducit conſuetudinem ita contrahendi. Quod ſi nolit §. quia aſſidua fi. de ædilit. edict. & frequens actus ea pẽdendi monetã facit cõſuetudinem, de qua moneta intelligatur vt ff. de leg. 3. l. nummis, ſic frequens actus ducendi aquam, inducit conſuetudinem aquæ ducẽdæ ff. de aqua pluu. arcen. l. ſi prius §. 1. ſequitur Iaſ. poſt alios in d. l. de quibus ſub num. 51. ver. nec eſt verum quod dicit gloſſ. Salic. in d. l. 1. quæ ſit longa conſuetud. num. 14. vbi concordat dicens, quòd ſi agatur de conſuetudine concernente iudiciaria, tunc actus debent eſſe iudiciales, ſin autem quæratur de conſuetudine concernente negocia extraiudicialia, tunc ſufficiunt actus extraiudiciales, & ita cõmuniter tenent Doct. vt atteſtatur Aret. in d. §. ex non ſcripto nu. 10. poſt glo. Bar. Cin. & Bal. in locis ibi relatis. vnde licet d. duo actus fuerint extraiudiciales attamen per eos dicitur inducta conſuetudo, eo quia fuerunt ſucceſſiui, & notorij adeo q; tranſierunt in notitiam omnium, quo caſu ſatis eſt, vt dicit Bar. poſt Guliel. de Cun. in d. l. de quibus in prima lectura nu. 10. vbi ait, quòd quando actus ſunt adeo notorij populo, quòd ſufficiunt duo, & exemplificat, puta quidã facit põtem in platea cõmuni ab vna domo ad aliam, alius ſimiliter facit põtem, eſt introducta conſuetudo inquit, quia iſti duo actus ſunt adeo notorij toti popolo, quòd comprædenditur tacitus cõſenſus populi, ſecũdũ quod requirit illa lex ita cum Bartol. tranſit. Areti. vbi ſupra: ſic ergo in caſu noſtro cùm dicti duo actus fuerint multũ notorij, vt tranſierint in notitiã omniũ qui illis temporibus erant, ſatis deprehenditur tacitus cõſenſus, non modò illorum de familia, ſed aliorum & etiã ipſius Imperatoris, imo de eius cõſenſu apparet, dũ poſt diſpoſitionem Ioãnis vltimi inueſtiuit Theodorũ primũ Palcologũ, ad quem feudũ peruenerat, quo ſit, vt à Bonifacio vſq; ad Theodorũ prædictũ qui fuit inueſtitus de anno 1310. per dictos binos actus etiã extraiudiciales fuit inducta conſuetudo, & ideo potuit, & ipſe vigore conſuetudinis pacifici de Marchionatu prout fecit de anno 1330. cum Aymone Comite Sabaudiæ in contractu matrimonij Violandæ filiæ ſuæ cum dicto Aymone Comite.

8 Ex prædictis etiã apparet, interuenſſe omnia requiſita ad inducendum conſuetudinẽ, nempe vſum, frequentiam actuum, licet fuerint tantum bini, & etiam temporis diuturnitatem, nam quantum ad hoc vltimum requiſitum † ſufficit curſus decem annorũ iuxta gl. in d. l. de quibus, & in d. rubrica, quæ ſit longa conſuetudo, & Bart. in d. l. de quibus in prima lectura num. 9. & in 2. lectura num. 14. vbi reſpondet ad iura canonica, ſecundum quæ videtur requiri tempus 40. annorum, quia illud procedit in conſuetudine inducenda contra canones, & iura ſpiritualia, ſed in conſuetudine contra iura ciuilia, & temporalia ſufficiũt decem anni inter præſentes, & viginti inter abſentes, ſequitur ibi Salic. & Aret. in d. §. ex non ſcripto num. 7. Brunus d. conſi. 137. colu. 2. vbi loquitur de tempore 30. annorum Abbas in d. cap fin. colum. 7. verſi. quantum verò tempus, dicens quòd de iure ciuili communiter tenetur, quòd ſufficiat tempus decem annorum otiam ſi agatur contra ius, de iure verò canonico, quando agitur de inducendo conſuetudinem contra ius canonicum, tunc requiruntur 40. anni, & eſſe communem

pariter attestatur Rochus de Curte ibi col. 36. vers. prima est cõclusio, vbi plures alios refert. Quando autem dictum tempus incipiat currere, an a primo actu, an vero a pluralitate, seu frequentia, concludunt omnes † quòd incipit a primo actu ita Bartol. in d. repetitione l. de quibus num. 15. vers. iuxta prædicta quæro a quo tempore, Aret. in d. §. ex non scripto nu. 7. versic. quærit Bald. vbi post eundem Bald. ait notabiliter, quòd ab vno actu publico notorio incipit consensus, & per consequens incipit nasci consuetudo: nam actuum pluralitas est inquit, si efficitur vnus actus in populo diuulgatus in principio decennij, quod ait notandum, vnde in casu nostro si initum summamus ab actu dicti Bonifacij, qui vt sæpe diximus fuit successiuus, & notorius, & diuulgatus eo ipso, quòd videbatur Gulielmum eius filium secundogenitum tenere Marchionatũ non autem Demetrium primogenitum, & iungamus secundum actum, scilicet dispositionem Ioannis vltimi, qui non minus fuit notorius, & diuulgatus toti orbi eo ipso, q̃ Theodorus Marchionatum tenuit, & de eo fuit inuestitus, sine dubio interuenit tempus legitimum non modo decem annorum, sed 30. 40. & vltra, & consequenter consuetudo dicatur completa, & legitimè prescripta prout requirunt DD. maximè canonistæ in d. c. fi. per tex. in c. Cuma. extra de elect.

Si verò cuiquam necdum satis videantur prædicti actus supra relati ad inducendam cõsuetudinem cum cursu temporis de quo supra iungat actus, seu dispositiones, & tempora Theodori primi Marchionis Paleologi, qui, postquã secundum in eius familiam deuenit, & de eo ipse fuit inuestitus, disposuit de Marchionatu ter, aut quater, & vniuersaliter, & particulariter, iungantur etiam alij actus alienationum, & dispositionum factarum per alios successores Marchiones vsq; ad Io. Iacobũ, qui scit actus, & dispositiones de quibus nũc agitur & erit extra omnem dubitationem, quod inducta dicatur consuetudo, cùm ex tot alienationibus seu dispositionibus publicis, & notorijs, quæ verisimiliter in notitiam omnium deuenerunt, conster manifestè de actuũ frequentia, & diuturnitate temporis non modo x. xx. xxx. & xl. annorum, sed etiam centum, seu tãti temporis cuius initij memoria in contrarium non extat, quo casu talis consuetudo habet vim priuilegij, & specialis concessionis cap. super quibusdam §. præterea de verbo, significat. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotidiana, & æstiua.

Cùm itaq; tempore Io. Iacobi Marchionis qui donationem pacta, & conuentiones fecit, de quibus nunc agitur inducta esset iam per antecessores suos cõsuetudo vetustissima alienandi, & disponendi de Marchionatu irrequisito assensu Imperatoris: cur quæso nõ potuit, & ipse vigore huiusmodi consuetudinis pacisci, compromittere, & donare sine assensu aut licentia Imperatoris? Et si post ipsum Ioan. Iacobum, eius filij Gulielmus, & Bonifacius nec non alij successiuè vsque ad Ioan. Georgium vltimum eodem iure vtentes exemplo maiorum similes, & ipsi actus & dispositiones fecerunt de feudo abiq; Imperatorum consensu, prout plurimas fecisse constat ex testibus, & scripturis; vt probauimus in allegatione præcedenti, qua fronte, quæso, audent filij Ioan. Iacobi, & præcipuè Gulielmus, actus paternos improbare ex eo, quod facti sint de feudo irrequisito Imperatore? Si quidem ex eorum actibus cenſetur consuetudo confirmata seu asseuerata, ita quod ipsi consuetudini consensisse dicantur ex d. l. de quib. & aljs concordan. vnde non est dignus lege qui committit in legem l. auxilium in fin. vbi glo. concordan. allegat ff. de mino. nec admittit debet ad reuocandum rem prohibitam alienari is, qui alienauit, seu venit contra prohibitionem legis, vel hominis de non alienando ad not. in l. cùm pater §. liberis ff. de leg. 2. & in l. pen. ff. de ijs quibus vt indign. ita in proposito dicebat Brun. d. consil. 137. col. 3. circa med. & Paris. lib. 1. consil. 13. nu. 36. vers. prout etiam quia ipsemet D. Antonius actor vius est dicta consuetudine, vbi multa adducit, & præcipuè illud vulgatum, quod quisq; iuris, &c. vt ff. eo. tit. per totum, & in cap. cùm omnes ext. de constitu. allegat. & Bart. in cons. 59. commune Spoleti; Concluditur itaq; manifestè constare de notoria cõsuetudine inueterata, & vetustissima in familia Marchionum Paleologorum disponendi de feudo Marchiæ, nullo assensu Imperatoris in terueniente.

Nec obstant quæ adducunt scribentes pro Ducibus Mantuæ contra allegatam per nos consuetudinem, præcipuè Senatores Lucẽsis, & Albritius in eorum scriptis in hac causa fol. 38 facie secunda, ver. nec obstat si diceretur, & Rolan. à Valle præs. d. cons. 26. num 90. & sequentibus, seu d. cons. 2. num. 117. & pluribus sequentibus, & in primis non obstat, dũ aiunt, non fuisse probatam consuetudinẽ alienandi per Marchiones non requisito consensu Imperatoris, eo quia requirebatur, quòd testes examinati depoſuissent, de visu actus, cuius consuetudo allegatur, idem de actuum frequentia, & de temporis diuturnitate, & tales actus fuisse factos ita, & taliter quod apparuisset de tacito consensu Imperatoris, vt magistraliter secundum eos docet Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa consuetud. quem refert, & seq. Alex. cons. 45. & 131. & cons. 136. & 196. vol. 2. & cons. 137. vol. 6. & Dec. cons. 215. & 402. & 539. & Aret. cons. 94. col. fin.

Respondetur, quod hæc omnia fublata remanent ex dictis in præcedẽtibus, & testes examinati deponunt de pluralitate alienationũ, q̃ sufficit, † quia ex hoc satis resultat frequentia actuum ita Bar. in d. l. de quibus nu. 24. vers. breuiter die, vbi ait, testem non habet necesse deponere de frequentia actuum, sed eo ipso, quòd probata est pluralitas actuum, resultat probatio frequentiæ vt in l. 7. in fin. C. de Episcop. audien. & Bart. refert. in terminis, & sequitur Brun. d. consil. 137. colum. 2. circa medium,

dium resultat quoque ex prædictis, tam ex testibus, quàm ex scripturis probatus cursus, seu diuturnitas temporis. Sed inquantum prætati Senatores, & Rolandus dicunt requiri, quod testes deponant de visu actus cuius consuetudo allegatur, hoc DD. mihi non dicunt præcipuè allegati per eos, sed benè dicunt debere testes deponere de visu actus, cuius consuetudo allegatur, de quo quidem visu alienandi, vel aliter disponendi in istis Marchionibus probant testes, & scripturæ, & sufficit, licet testes non dicant de visu actuum, imò cum prætati scribentes velint, vt dicetur infra, debere concurrere tempus cuius initij memoria non extat, impossibile est, quòd testes deponant de visu actuum. Imo hoc casu non debent quæri, nec probari actus consuetudinem inducentes, quia impossibile esset eos inuenire per to-
12 stes. sed † satis est, quod testes dicant se vidisse ita obseruatum temporibus suis, & ita à maioribus suis audiuisse sic obseruatum, vt notabiliter tradit Rochus de Curte repetitione d.c. fin. colum. 94. in fin. versic. tertio aduertendū est, allegat Oldrad. consil. 244. incip. ad obiectus colum. 3. eundem Oldrad. refert quoque adhoc & sequitur Crau. de antiq. tempor. par. 4. §. materia ista, num. 23.

Præterea, non testibus solis prætendit Dux Sabaudiæ probatam consuetudinem, sed etiā instrumentis, & scripturis productis in causa ab vtraq; parte, ex quibus vtsupra retulimus, etiam resultat probatio vsus alienandi, & frequentia actuum cum cursu, seu diuturnitate temporis. Vnde esto, quòd testes non plenè deponerent, ex scripturis tamen, & instru-
13 mentis perficitur probatio. † nō enim debet iudex animum suum alligare ad vnam speciē probationis, sed ad plures, vt dicit iureconsl. in l. 3. §. ciusdem ff. de testibus vbi glo. in verbo speciem, ait, quòd iudex non debet indicere tantum vnum modum probandi actori, sed omnes siue aliquis eorum solus sit sufficiens, siue plures simul iuncti habeat ei fidem; quæ enim non prosunt singula multa iuuant, vt in l. si stipulatus ff. de vsuris, & C. de probat. l. instrumenta ibi, sola non sufficiunt, vbi etiā glo. notabilis in verbo alijs, & Doctor. vnde
14 † plures probationes imperfectæ etiā diuersi generis puta testium, & instrumentorum coniunguntur ad integrandam, & perficiendam probationem glo. notabilis in l. 2. in verbo legitimis, & ibi DD. ff. de excusat. tut. Bart. in l. admonendi nu. 48. ff. de iureiuran & eius sententiam esse communem, & veram dicit ibi Iason in 2. lectura num. 257. versic. quid tenēdum, vbi infert quòd cum Bart. transeunt ibi Raph. Fulgos. & Alexāder, & cum eodem tenent etiam Anton. de Butr. Panorm. & alij in locis per ipsum Iasonē relatis, sequitur Alex. consil. 11. num. 3. & consil. 21. lib. 4. addo prædictis Felin. in cap. cùm causam sub num. 10. versic. secundo casu, de testibus, vbi adhoc adducit facere text. in l. Arriani in verbi. an vnā C. de hæreticis, & in cap. pen. ext eod. tit. ibi, caudas ad inuicem colligatas, & l. qui sententiam C. de penis, ibi, in vnum conspirantes concordanteq; rei finem, & multis alijs comprobat, vt per eum, addens quoq; ibi in fine pro confirmatione, quòd vna probatio supplebat aliam esse ad hoc videndum text. in cap. ad audientiam de præscriptiob. quē valde notat ibi Imola, vbi testes dicentes censum fuisse solutum, non redebant causam solutionis, vt hoc suppleatur per priuilegia, addo Iasonem consil. 114. colum penul. in fin. & sequenti in princip. lib. 1. vbi ait, quòd fides testium confirmatur per instrumenta, & præsumptiones allegat multos, & præcipuè Bal. in cap. pastoralis, §. quia vero in 7. colum. de off. delegat. vbi ait, quòd ex coniunctione testium, & instrumentorum fit aliquid liquidum, vt ibi pulchrè, & plenius per eum, sic ergo in casu nostro si in aliquo testes defficiant, quod non creditur, circa probationem consuetudinis supplentur per instrumenta, & scripturas, quę per se solæ sufficiunt ad plenam probationē, imò cum prætati scribentes velint requiri tēpus cuius initij memoria non extat in contrarium certè ad probandum consuetudinē antequam melius probari instrumenta quàm testes, vt habetur in cap. tertio loco de probatio. Similiter negari non potest, quin actus alienationum, & dispositionum factarū per Marchiones fuerint facti, ita & taliter, quòd apparuerit de tacito consensu Imperatoris, quia vtsupra probauimus, actus fuerunt successiui, & ita notorij, quod potuerunt transire in notitiam omniū, imò de expresso consensu Imperatoris apparere dicitur, postquam inuestiuit Theodorum, qui successit in Marchionatu ex dispositione facta per Ioannem vltimū de linea Aledrami.

Secundò loco opponunt prefati Senatores Lucenſis, & Albrilius d. fol. 38. versic. 2. requiritur, & Roland. d. consil. 26. nu. 93. seu d. cō-
15 sil. 2. num. 119. † quòd requirebatur vt testes essent contestes, & non singulares in actibus, & tempore, quia alias non probant secundū eos allegant Anton. de Butr. in c. licet ex quadam extr. de testib. & Alex in consilijs supra relatis, in primo eorū fundamento, quæ opinio est communiter approbata inquiunt, vt per Decium d. consil. 402. colum. fin. vbi ait quòd secundum communem opinionem, testes qui deponunt de diuersis actibus, & personis, quia sunt singulares non probant consuetudinem.

Respondetur, quòd imò testes in casu nostro sunt contestes in actibus, quia multi cosdem actus alienationum factarum per Marchiones referunt, & licet aliqui deponant de alienationibus factis per Gulielmum Seniorem, & per Bonifacium eius fratrem, alij de alienationibus factis per Gulielmum iuniorē, & per Bonifacium etiam iuniorem, seu per Annam de Alenconio eius matrem tutricē,
16 attamen probant, quia † vbi agitur de probando aliquid in genere, puta consuetudinē, seu obseruantiam alienandi, vt in casu nostro, tunc testes deponētes de diuersis actibus, puta

vnus

vnus de duobus, & alius de aliis duobus, probant, etiamsi videantur singulares, ita examinando dicta Bartoli in hac materia tradit Rochus de Curte in d. cap. fin. colum. 67. in quinta dubitatione. & col. sequenti, allegat Alex. consil. 172. colum. 2. lib. 2. hanc opinionem constanter affirmat, pro ea multos adducens Cracta consil. 73. num. 32. & duob. sequen. vbi num. 34. versic. ex præmissis ait, hanc esse magis communem, & ibi notat Decium contractatis in hoc passu, & propterea ait, non esse curandum de eius authoritate, & idem Cracta de antiquit. tempor. par. 4. §. sed enim quia ista materia num. 11. vbi alios DD. addit pro hac opinione, notans pariter Alexandrū in pluribus consiliis sibi ipsi in hoc articulo contrarium, addo Curtium in suo tractat. de testibus concluf. 37. vbi in fine ait, hanc sibi semper placuisse. & Guid. Pap consil. 111. sub nu. 5. versic. nec singularitas testium. Sed præterea in casu isto attentis instrumentis, & scripturis ex quibus probatur actuum pluralitas, & frequentia, tumus extra illam disputationē, an testes singulares in actibus probent cōsuetudinem.

Tertiò opponunt ijdem Senatores eod. folio versic. tertio requiritur, & Rolan. d. consil. 26. num. 94. & eod. consi. 2. num. 119. vers. facit, & tertiò, dicentes, quòd in casu de quo agitur, Dux Sabaudię fundat se in consuetudine, quę non valet nisi præscripta, per text. in cap. Cumana ext. de elecho. Sed ad hoc, vt consuetudo, de qua in casu nostro, probetur fuisse præscripta, quia habet, inquiunt, causam discontinuam l. foramen ff. de seruit. vrban. prædior. requiritur, initium tanti temporis, cuius memoria in contrarium non existit l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æstiua, firmat hoc Innoc. secundum eos in cap. cùm dilectus in fin. glosæ, quod tamen factum non fuit, aiunt. Comprobatur secundum eos ista opinio ex ijs, quæ in terminis not. Brunus cōsil. 36. colum. 1. in fin. vbi dicit, quod consuetudo alienandi feuda sine domini consensu inter dominos in iure non fuit legitimè probata, quia ad præscribendum, & acquirendū tale ius, requirebatur tantum tēpus cuius initij memoria in contrarium non existat, cum ipsa consuetudo habeat causam discontinuā, & agatur de iure, & interesse Principis, ita etiam secundum eos voluit Alexander in cōsil. 68. volum. 2. vbi dicit, quòd in ijs quæ sunt reseruata Principi, requiritur consuetudo tanti temporis cuius in contrarium memoria non existat, per tex. in cap. super quibuldam §. præterea de verbor. signific. ad quam consuetudinem temporis immemorabilis probandum testes debebant, inquiunt, deponere, quòd cōmunis opinio est memoriam non extare in contrarium, vt per Bartol. in l. 2. §. item labeo ad fin. ff. de aqua plu. arcen. & Alex. consi. 196. versic. præterea volum. 2. & consil. 172. vol. 6. hæc inquiunt præfati scribentes pro Ducibus Mutuæ

17 Ad quę respondetur, quòd admisso eo pro vero, quod aiunt, requiri quòd cōsuetudo debeat esse præscripta, vt tradunt omnes in l. de quibus, & in d. cap. fin. declarātes etiam quo-
18 modo intelligatur hoc dictum, attamen † nō admittitur pro vero, quòd ad hoc, vt dicatur præscripta, requiratur tempus cuius initij memoria in contrarium non existit, quia hęc opinio reprobatur communiter, sed sufficit tempus x. vel xx. annor. de iure ciuili, vel xl. de iure canonico, & ita concludunt communiter DD. vt diximus supra, & per Bart. in l. de quibus in 2. lectura num. 14. vbi ait, quòd Ioan. & Azo, & omnes glosæ dicunt quod sufficit spatium longi temporis scilicet x. vel xx. annorum, & ibi respondet ad id, quod dicitur, quòd habet causam discontinuam, & ibi etiā Iason num. 41. ait, quòd illa opinio, quòd requiratur spatium tanti temporis cuius initij memoria non extet, reprobatur per omnes, Bald. quoq; ibi colum. 11. vers. alij dicunt, audacter ait, quòd illa opinio non probatur lege, sequitur Ang. Aret. in d. §. ex non scripto num. 7. Crau. de antiquit. temp. par. 4. in principio num. 7. & ibi num. 9. ait, quòd circa tēpus consuetudinis non fit distinctio, an habeat cōsuetudo causam perpetuam, vel continuā, aut discontinuam, sed semper sufficit tempus x. annorum in consuetudine, licet habeat causam discontinuam, & hac esse communem opinionem legistarum attestatur etiam Guido Papæ consil. 131. num. 5. Vnde non est curandum de authoritate Bruni, qui allegatur consil. 36. quia loquitur contra communem, & contrarium ipsemet tenet in d. consil. 137. Sed quatenus dicta opinio procederet, satis probatur in casu nostro consuetudo tanti temporis cuius initij memoria non extat. Nam iumendo initium, abillo acto Bonifacij VIII. de quo supra retulimus, siue magis ab actu, seu dispositionis Ioannis vitini, quæ fuit de anno 1305. siue etiam ab actu Theodori, præcipuè ab eo, quem fecit anno 1330. vsque ad tempora Ioan. Iacobi, & actuum seu dispositionum per eum factarum, quæ fuerunt de anno 1435. certè inter cedit spacium temporis inamemorabilis, & ideo cessat oppositio. Vnde licet testes non deponerent formiter de tempore cuius initij memoria in contrarium non existit, attamen sufficit, quod de eo alium de appareat, & probetur, nempè ex scripturis, & documentis exhibitis.

Quarto, opponunt præfati scribentes, nempè Rolan. & Valle d. consil. 26. num. 97. & in fine volumine d. consil. 2. num. 123. & Lucenſis cum Albrisio eod. folio versic. requiritur
19 etiam dicentes, † quòd etiam requirebatur, quòd testes rediderint rationem non interrogati congruam, vt per Bart. in d. l. de quibus colum. 9. versic. sed quid si testis, & per Dec. consil. 215. & consil. 539. vbi allegant rationē, quia effectus consuetudinis consistit in iure, sicut dominium, & ideo testes etiam non interrogati debent rationem adducere dicti sui, vt per Innoc. in cap. cùm causam ext. de testibus quem refert, & sequitur Bald. in l. cùm res

in

in 1. not. C. de probat. & in l. solam C. de testibus.

Respondetur ad hæc, quod eorum dictum esset verum, vbi testes simpliciter deponerent consuetudinem extare, tunc enim benè debet rationem dicti sui reddere congruam, etiam nō interrogati, ita loquuntur Barto. & alij per eos allegati, & hoc quia, vt dicit idem Barto. in loco per eos relato, testis debet deponere de ijs, quę percipit per sensum corporis, vt l. testium C. de testib. sed consuetudo est quoddam ius incorporale, quod non percipitur sensualiter, sed intellectualiter, ideo nimirum si debet assignare rationem etiam non interrogatus. Sed aliud est, quando testes deponunt de tali facto, ex quo cōsuetudo resultat, tūc enim licet testis nullam reddat rationem dicti sui nō interrogatus, attamē probat. Vnde in casu nostro, testes non simpliciter dicunt consuetudinem extare, sed deponunt de vsu, & frequentibus actibus alienationum factarum per Marchiones, ex quibus iuncto cursu, seu diuturnitate temporis resultat consuetudo, & sic ius, vñ satis probāt licet nullam reddiderint rationem, imò Bar. in loco per prefatos scribentes allegato dicit, quòd si testis sic deponens nempè consuetudinem extare, sit peritus, valet eius dictum, quia peritis in arte est credendum l. 1. §. j. ff. de ventre inspicien. Si verò est imperitus valet eius dictum quia videtur deposuisse super facto, videlicet, quòd talis sit vsus argum. eius quòd nota. in l. stipulatio §. hæc quoq; ff. de verbor obliga. & cum Bartò, transeunt simpliciter alij scribentes ibi, & sequitur Rochus in d. c. fina. colum. 98. in fi. & sequen. vbi firmat opinionem, quòd testis probet, licet nullam rationem assignet, quando non est interrogatus, & multis comprobat, vt per eum ibi col. 99. versi. primam opinionem, & versi. & hanc opinionem.

Quintò, etiam opponunt dicti scribentes vt delicet Rolan. à Valle d. consil. 26. nu. 98. seu d. consi. 2. num. 124. & ijdem Senatores dicto
20 folio 38. versi. quinto requiritur, dicentes, † quod pariter requirebatur, quòd fuisset probatum, talem consuetudinem fuisse inductam, & obseruatam sciente, & patiente Imperatore, ad hoc vt dicta consuetudo deberet obseruari, vt probatur inquiunt, ex not. per Aluaro. in c. 1. §. fi. in fi. de alie. feudi paterni, & per eundem & alios in c. Imperialem in §. præterea Ducatus, de prohibit. feudi aliena. per Federic. vbi dicunt, quòd licet feudum Ducatus diuidi nō possit, tamen fallit nisi dignitas Ducatus effecta esset diuisibiles ex consuetudine, quæ fuisset inducta scientibus, & videntibus Imperatoribus, ita quòd ex eorum certa scientia diuidatur, quam opinionem tenet Iohan. And. ad Specul. tit. de feudis super rubr. in verbo, non omittam, & Curtius in tracta. de feudis in 4. par. quæst. 30. versi. sublimitandum colum. 2. vbi dicit, opus esse probare scientiam, & tolerantiam in Principe vniuersali, in quo præsumitur ignorantia, vt in c. 1. de constitu. in 6. licet secus sit in Principe patticulari in terris suis, allegat Oldrad. & Iacobi. à Sancto Georgio, in locis ibi relatis.

21 Respondetur huic oppositioni, † quod imò contrarium est de iure verius scilicet, ad inducendam consuetudinem, non requiri aliquā scientiam Imperatoris prout hanc communem dicit Abbas in d. c. fin. colum. 8. versic. sed Ioannes, eandem tenet ibi Imola, & attestatur ita communiter teneri num. 19. & Ant. de Butr. & Barba. qui pariter affirmat istam communem, prout refert, & sequitur Rochus ibi colu. 48. versi. quartum requisitum, allegat Alexan. consil. 6. num 4. lib. 1. vbi ait, veriorem & magis communem opinionem esse, quòd etiam sine scientia Imperatoris possit induci cōsuemdo, allegat Corneum Geminia. Card. Alexandrinum, & Abba. in locis ibi relatis, concludens ibi in fine, quòd ad consuetudinem inducendam non requiritur scienna specialis Principis. Præterea in casu nostro satis probatur de scienna Imperatoris, ex eo quod actus alienationum factarum per Marchiones fuerunt tales, & adeo notorij, quod verisimiliter transiuerūt in notitiam Imperatorum, qui pro tempore fuerunt, & apparet de scientia, & expresso consensu ex eo, quod Henricus VII. Imperator immeliuit Theodorum Paleologum de Marchionatu, qui ad eum peruenit ex actu dispositionis testamentariæ noto apud omnes Ioannis vltimi Marchionis Saxoni, vt sepè diximus.

Sextò, etiam adducunt ijdem scribentes, nō pè Rolan. d. consi. 26. nu. 100. seu d. consi. 2. num. 126. & præfati Senatores eod. folio 38.
22 versi. sextò requiritur dicentes, † quòd ad inducendam talem consuetudinem debebant actus fieri eo animo, eaq; intentione, vt induceretur consuetudo, vt in c. consuetudo 1. distinct. Abbas in c. fin. char. vlt. versic. septimò requiritur, Deci. consi. 215. colu pen. & consi. 402. col. fin.

Respondetur, quòd imò per binum, aut trinum actum cum cursu tēporis inducitur consuetudo, etiam si non dicatur, nec appareat, quòd dicti actus fiant eo animo, aut ea intentione, vt inducatur consuetudo, ita inquit Guido Papæ consi. 131. colum. 2. versi. & quod binus actus, allegat ita expresse tenere Alberic. de Ros. in rubric. C quæ sit long. consuetu. & Ambros. de Vigna. in l. de quibus ff. de legib. & idem Guido. in eod. consi. colum. 2. versi. & illi actus reiterati, & sub num. 4. versic. nec de animo vtentium, ait post Ioan. Fab. quem refert in d. §. ex non scripto, quòd non est necesse probare, quòd vigore consuetudinis fuerit iudicatum in contradictorio iudicio, nec de animo vtentium nec quòd ex certa scientia, quia omnia ista præsumuntur dicit Ioan. Fab. probata frequentia actuum, & transcursu temporis, allegat multa iura, vt per eum. Secundò respondetur, ex ijs, quæ tradit in proposito Rochus de Curte in d. c. fi. colum. 94. versi.
23 secundo aduerte vbi docet † quomodo poterit cognosci, quòd actus fuerint facti animo & intentione inducendi consuetudinem; dicit

cit enim,quòd in dubio, quis vtitur animo inducendi consuetudinem,quando facit actũ pro iure suo, scilicet,credens se ius habere,vt in posterum id faciat; & ita dicit esse mentem gl.& Docto.ibi,maximè Antonij de But. colum.10.in fine quo,& per Innocen.in c. bonæ el 2.colu.2. in prin.ext.de postula, præla.vbi ait,iudicem hoc arbitrari ex actuũ qualitate,& ex varijs circunstantijs,& maxime ex actuum pluralitate,seu multiplicatione,prout idem dicit Bal.in l.1.nu.6.C.de seruit.& aqua, allegat eundem Iuno.ib c.cùm eccleſia Sutrina post gl.ibi de causa pos. & propr. & declarat idem Rochus quo cognoscatur,& colligere poterimus,an quis faciat actũ pro iure suo, vel ex gratia vel amicitia, vt per eum non refero. Sed in casu nostro satis apparet ex qualitate actuum, & illorum pluralitate, seu frequentia, quòd Marchiones actus alienationũ fecerunt pro iure suo,credentes se ius habere ita faciendi, & disponendi de bonis Marchionatus, prout expresse declarauit Theodorus primus Paleologus,vt refert Beneuentus, & diximus supra in præcedenti allegatione, declarauit pariter Bonifacius filius Ioan.Iacobi circa dispositionem factam per Guglielmum fratrem suum, cum Marchione Salutiatum, asserens se velle remanere in pristina sua libertate, & iure disponendi de Marchionatu prolibito voluntatis, vt etiam alibi retulimus.

Præterea,dicimus etiam,& verum est,quòd Marchiones actus alienationum fecerunt nõ animo inducendi consuetudinem, seu introducendi ius nouum per consuetudinem, sed potius animo inducendi declarationem, & interpretationem facultatis sibi competentis ex concessionibus Imperatorum, præcipuè ex concessione Ottonis, & sic per actus prædictos non agitur de consuetudine noui iuris inductiua,sed de interpretatiua, seu declaratiua iuris competentis ex priuilegio prædicto.

Postremò, præfati Senatores Lucenſis, & Albrisius in dictis eorum allegationibus d.folio 38.facie 2. versic. est etiam aduertendum, adducunt esse aduertendum circa hanc consuetudinem, quòd licet aliqui testes deponerent super dicta consuetudine, & aliqua inquiunt,reperirentur instrumenta idem demõstrantia,si tamen reperirentur,aiunt, aliqui testes contrarium deponentes, & aliqua instrumenta contrarium demonstrantia, debet potius credi testibus attestantibus,non extare eõsuetudinem contra ius,vt est,inquiunt decisio regni 280.& Decius cons. 215.quòd autem nõ extet secundum eos,talis consuetudo, arbitramur, inquiunt,testes deponere, qui pro parte illustrissimorum Mantuę Ducum fuerũt examinati,vltra quòd fuerunt,aiunt,producta varia instrumenta, ex quibus apparet licentiam dominorum in alienationibus interuenisse, & nõnullæ patentes diuersorum Principum Italiæ,ex quibus, vt aiunt dignoscitur,licentiam in alienationibus interuenisse.Addunt non esse omittendum, quòd Brunus in consilio 80. & consil.36.attestatur, inquiunt, in patria Pedemontana non extare consuetudinem,quòd feuda alienentur sine licentia dominorum, & consil. 9. dicit, quòd quædam conuentiones factæ inter illos de Scarampis fuerunt factæ cum licentia tunc Marchionis Montisferrati, quæ continebant feuda, ita aiunt præfati scribentes.

Quibus respondetur, quòd Andabatarum more digladiantur,clausis oculis, argumentãtur enim,seu asserunt contrariam consuetudinem probari ex testibus,& instrumentis,& tamen neq; instrumenta aliqua,nec testes parte Ducis Sabaudiæ examinatos, imò nec parte suorum Ducum viderunt, sed dubitatiuè loquuntur, seu sub conditione, si reperirentur aliqui testes,vel aliqua reperirentur instrumẽta,boni viri? hoc vos ipsi certo scire debetis, si reperiantur, vel non, testes, & instrumenta postquàm ambo defensores Ducum Mantuę fuistis in actis causę huius, vnus curator datus Margaritæ ad litem hanc alter actor, & procurator constitutus. Sed videamus an aliquid probetur in cõtrarium, & quòd attinet ad instrumenta fuit producta confirmatio, seu approbatio testamenti Guilielmi vltimi facta per Maximilianum Imperatorem primum anno Item producitur licentia eiusdem Maximiliani concessa eidem Gulielmo Marchioni anno 1501.ad eausam castri,& iurisdictionis loci Ticineti,Sed hæc licentia, vt ab ea inchoemus, non facit ad casum nostrum quia est licentia facta Marchioni,non de alienãdo bona Marchionatus, sed de acquirendo dictum locum, & castrum Ticinen à Comitibus Radicatę dominis Coconati,qui dictum locum Ticineti, & omnia alia loca, & castra tenent ab Imperio in feudum pro se,& eorum hęredibus masculis, & cum expressa prohibitione de non alienando,vt patet in eorum priuilegijs,& in nouissimis Imperialibus,quas vidi omnes à prima quæ fuit Federici primi facta Ottobono nunc Comiti Radicatæ anno 1164. vsque ad vltimã quę fuit Maximiliani 2.de anno 1574. & quarum copiam habeo; vnde nimirùm si in illa alienatione fuit necessaria licentia Imperatoris, cùm feudũ esset simplex, & rectum.

Confirmatio autem seu approbatio testamenti Gulielmi Marchionis facta per eũdem Imperatorem Maximilianum primum, non etiam probat,& arguit, quò consuetudo iam inducta tollatur aut per eam inducatur contraria consuetudo, quia est doctrina omnium 24 Doct.q̃ quando consuetudo est præscripta,& perfecta, seu completa, tunc actus contrarius superueniens non tollit consuetudinem, nec inducit contrariam cõsuetudinem ita Abbas, & post eum alij communiter in d.cap.fin.col. 9. versic. sed quæro circa istam partem, & ibi Imola nu. 16. Bald in d.l de quibus eo um. 11. versic. tertiò quæritur an vnus actus interrumpat, & ibi Iason num. 79. Areti. in d.§.ex non scripto num. 14. cùm ergo consuetudo esset præscripta tempore etiam immemorabili non potuit per hunc vnicum actum tolli, maximè

ximè cùm illud testamentum cum approbatione non possit dici actus notorius, & publicus, prout fuerunt actus prædecessorum Marchionum supra relati, per quos fuit inducta consuetudo disponendi de feudo prout fuit dispositum in secundogenitos, in fœminas, & extraneos etiam in vniuerso, & actus fuerunt notorij propter effectum subsecutum, & perseuerantiam, quando autem actus contrarius consuetudini iam inductæ non est publicus, & notorius tunc non tollit consuetudinē iam præscriptam, vt affirmant omnes in locis supra relatis præcipuè Bald. & Aretin.

Productæ patiter fuerunt parte Ducũ Mantuæ aliquæ scripturæ, seu literæ Marchionum continentes varias licentias eorundem Marchionum cõcessas suis vassallis alienandi eorum feuda prout de similibus licentijs deponunt etiam testes examinati parte eorundem Duecum Mantuæ, quæquidem licentiæ non faciunt ad rem nostram, nec probant contrarium consuetudini de qua nos loquimur, siquidem nos dicimus de ipsis Marchionibus alienantibus bona Marchionatus sine licentia Imperatoris, & de consuetudine ita alienandi, illæ autem scripturę, & similiter testes prędicti loquuntur de vassallis ipsorum Marchionum volentibus alienare corũ feuda, seu sub feuda, quæ tenent à Marchionibus, quæ quidem sunt diuersa, nec valet consequentia, vassalli Marchionatus Montisferrati non possunt alienare bona feudalia sine licentia domini à quibus ea tenent in feudum, seu subfeudum, ergo nec etiam hoc possunt ipsi domini, quia hæc sunt diuersa ideo non infertur l. Papinianus exuli ff. de minor. l. 4. §. nihil commune ff. de acquir. possess. l. non hoc C. vnde legitimi,

Non etiam obstãt attestationes, seu vt dicti Senatores appellant, patentes Principum Italiæ nempè Iulij de Gonzaga Comitis, Manfredi de Corrigia Comitis Corrigiæ, & Brisilij, Leonelli Pij Comitis Carpi, Nicolai & fratrũ de Sasso Comitum Roli, & Vinciguerræ, & Pauli Comitum Archi, qui omnes, & quilibet respectiuè per scripturam manu propria firmatam, & cuilibet eorum sigillo sigillatam sub eodem tenore, & forma verborum fidem faciunt, & attestantur in hunc qui sequitur sen sum, videlicet. Habita inquiunt diligenti informatione à senioribus, & peritioribus dominij nostri per quorum etiam aliquos perscrutari fecimus instrumenta, libros, iura, & scripturas in archiuio nostro existentes, & existẽtia pro certo, & notorio comperimus, & ita pro notorio teneri vidimus in locis nostris, quòd Principes in Italia recognoscentes Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & alia feuda à Sacro Roman. Imperio, prout et am nos ipsi qui neminem præter Imperatorem recognoscimus in superiorem, nõ possunt validè, nec soliti sunt sua feuda vel de ipsis bonis feudalibus aliquid sine licentia superioris alienare, vel obligare, nisi in casibus tantum ex iure communi secundum vniuersales feudorum consuetudines permissis, & ita antiquis & antiquissimis temporibus obseruatum fuisse cõpertum habemus, nec aliqua contraria consuetudo in locis nostris inducta, nec per nos, nec per anteecessores nostros vnquam obseruata reperitur, in quorum fidem, ita quilibet per suam scripturam separatim sub eisdẽ verbis attestatur,

Huiusmodi attestationibus nulla omnino fides est adhibenda, neque in aliquo est credendum istis nobilibus, tum † quia eorum attestationes sunt extraiudiciales, quæ ideò non 25 valent l. solam vbi glo. & Doct. C. de testibus, tum quod parte non vocata factæ, quo casu etiamsi essent iudicialiter receptæ, nec tamen valerent, vt in cap. 2. ext. eod. de testibus, ibi, ecce admonendus est semper aduersarius, vt ad audiẽdos testes veniat, quod quia hic omissum est, inquit summus Pontifex, necesse est, vt quod contra legem actum est, non habeat firmitatem, sunt etiam sine iuramento factæ contra l. iurisiurandi, & l. testium C de testibus cap. hortamur 3. quæst. 9, & cap. quoties ext. eod. & falluntur, si arbitrantur esse eis fidem adhibendam, absque iusiurandi religione, ex 26 eo, quòd sint Comites † quia absque iuramẽto nulli creditur, etiam si præclarè curiæ dignitate præfulgeat, vt dicit Imperator in d. l. iurisiurandi, nam etiam Cardinalis deponens absque iuramento non probat, secundum gl. singularem in capit. cùm olim el 1. in verbo, fratrum, de priuileg. quam ibi DD. commẽdant, vt refert Corta Mediolanen. in memorali incipiente, testi non iurato, col. 2. versic. & ideo dicebat, allegat Alex. & Felin. in locis ibi relatis. Præterea, negatiuam adstruunt, dicentes, quòd omnes Principes in Italia recognoscentes Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & alia feuda à sacro Roman. Imperio non possunt validè, nec soliti sunt, sua feuda 27 sine superioris licentia alienare † testis autem deponens super negatiua non probat, quia potius suspectus redditur de falso, maximè nullam reddens rationem dicti sui Bald. in l. actor colum. 2 in fin. & sequen. C. de probat. vbi ait, quòd omnis vniuersalis negatiua est suspecta in teste, prout in casu nostro, dum ij vniuersaliter negant, omnes Principes in Italia non posse, nec solitos esse, &c. Ang. in l. 1. circa med. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. vbi docet, qualem rationem reddere debeat, vt probet, idem Angel. in l. Lucius circa fin. principij ff. de infam. vbi admonet aduocatũ, vt sit cautus in videndo diligenter, an aliquis ex testibus aduersarij adstruat meram negatiuam, testificando, quia repellet eum, vt falsum & in l. si per alium §. docere ff. ne quis eũ qui, ait, quòd caueat testis, vt ab igne, vt nunquã adstruat meram negatiuam non coarctatam, quia eo ipso in falsum incideret, idem dicit in l. testium colum. 2. versic. sirtamen cautus C. de testibus Alex consil. 65. num 4. lib. 1. Crau. consil. 2. num. 3. vers. quinimò etiam, Curt. in tractat de testibus conclusio 24. Vnde magis creditur 4 ni testi affirmanti, quàm mille negantibus glo. in l. diem proferre §. si plures, in

verbo

verbo consenserint ff. de arbitr. Bart. in l. hæredes palam, in principio num. 7. & ibi alij ff. de testam. Imò dum negatiuam adstruunt, dicentes, Principes non posse validè alienare eorum feuda, iudicant non autem testificantur, quo casu nec etiam probant, quinimo ex hoc reduntur suspecti, quia † testis debet solum deponere super facto, non etiam iudicare Bart. in l. qui testamento §. fin. ff. de testam. Bald. in l. solam colum. 1. C. de testib. & per DD. in cap. cùm causam extra eod. tit. Craue. consil. 41. num. 4. & consil. 134. num 43. vbi plures refert.

Præterea nimis audactar testificantur dum vniuersaliter de omnibus Principibus, vt aiũt in Italia recognoscentibus Ducatus, Comitatus, Marchionatus, & alia feuda à sacro Roman. Imperio non posse, nec solitos esse eorum feuda alienare sine superioris licentia: nam specialiter reprobantur per probationes factas in hac causa, tam per testes, quàm per scripturas, & documenta de Marchionibus Montisferrati, vt abundè supra probauimus, & etiã de alijs Principib. in Italia: multi enim alienarunt ciuitates, & dominia, etiam integros Comitatus, & Marchionatus absque licentia Imperatoris, & multas alienationes possem referre, sed non expedit, quia hoc est notissimum: tantummodo d eam † de Nanno Marchione Ceuæ, qui vniuersum suum Marchionatũ vendidit ciuitati Astensi precio centum millium librarum, & deinde eundẽ Marchionatum recepit ab ipsa ciuitate in feudũ, prout instrumentum vendicionis, & subsecutæ infeudationis vidi in archiuio Ducali Sabaudiæ, cuius ego sum custos, seu commentariensis, & de ea venditione meminit Bald. cons. 483. incip. Magnificus D. Nannus Marchio Ceuæ lib. 1. & virtute eius tituli idẽ Marchionatus fuit vnitus, seu incorporatus, & adhuc hodie est, cũ ciuitate, & Comitatu Astẽsi, & Dux Sabaudiæ est hodie dominus vtriusq; Non etiam taceo, † quòd Dux Mediolani Ioannes Galeatius de anno 1387. dedit in dotẽ Valentinæ filiæ suæ vxori Ludouici Ducis Aurelianensis vniuersum Comitatum prædictum Astensem cum dicto Marchionatu Ceuæ, & instrumentum pariter vidi in dicto Archiuio, de quo meminit etiam Beneuentanus in sua historia producta, dum tractat de gestis in vita Theodori Marchionis 2. & ibi transcribit ad literam dictum instrumentum; de eo etiam meminit Nenizanus inter consilia Bruni consil. 12. patres comederunt vuas acerbas colum. 15. circa fin. vers. ipsam ciuitatem cũ dominio, de eo scribit etiam Brunus cons. 68. colum. fin. vbi etiam dicit de acquisitione facta per ciuitatẽ Astensem de dicto Marchionatu Ceuę à dicto Nanno Marchione. Et Philippus Maria Dux Mediolani donauit insignem vrbem Vercellarum cum vniuersa ditione sua Amedeo Duci Sabaudiæ primo huius nominis anno 1425. quo fit, vt satis pateat, attestationes dictorum Nobilium non esse veras.

Dum verò allegãt prædicti Senatores Brunum in consilijs per eos relatis, quem dicunt nolle omittere, melius fuisset omittere; quia non tacit ad rem, quoniam Brunus dicit, nõ extare consuetudinem in patria Pedemontana, quòd feuda possint alienari in præiud. ciũ agnatorum, & aliud est consuetudo alienandi feuda irrequisito superiore, aliud consuetudo alienandi feuda in præiudicium agnatorũ, quia bene possunt alienari feuda etiam cum licentia domini, & tamen non tenebit alienatio in præiudicium agnatorum, vt habetur in capit. 1. de aliõn. feudi par. in princip. & in c. 1. de alienat. feudi, tradit Brunus in consilijs per eosdem Senatores allegatus. Vnde non sequitur, consuetudo extat alienandi feuda irrequisito domino, ergo etiam irrequisitis agnatis, & in eorum præiudicium poterit fieri alienatio, quia sunt diuersa, & separata, ideo non infert d. l. Papinianus exuli, & d. l. 4. §. nihil commune. Similiter dum allegãt iidem Senatores, quod tradit idem Brunus consil. 9. quod est Iasonis inter consilia eiusdem Bruni, nihil quoq; est, quia aliud est, quod Marchiones concedant ipsi licentiam alienandi, vel approbent ipsi contractus, seu transactiones de feudo inter suos vassallos, aliud, quòd ipsi non possint alienare feuda Marchionatus irrequisito Imperatore. Siquidem benè potest esse, quòd eorum vassalli non possint alienare feuda, seu subfeuda irrequisitis Marchionibus eorum dominis immediatis, & tamen possint ipsi Marchiones alienare irrequisito Imperatore, iuxta tradita in §. illud quoq; de prohiben. feudi alienat. per Feder. quo fit, vt prætati Senatores impertinentia allegent, & ad emendicata suffragia confugiant.

Aiunt etiam loco 39. in principio, esse adhærendum ad testes Ducis Sabaudiæ, qui nõ debent deponere, inquiunt, quæ essent alienationes, de quibus deponunt, an tales scilicet ex quibus transferatur dominium vtile, an verò fuerunt subinfeudationes, credo voluisse dicere an fuerint tales, ex quibus transferatur dominium directum, quia dominium vtile tantum transfertur subinfeudando.

Ad hoc autem respondetur, quòd debuissent videre dicta testium, quorum copiam habuerunt Duces Mantuæ, & vidissent, an deponant de alienatione, & translatione omnimoda directi, & vtilis dominij, an verò loquãtur de alienatione vtilis dominij tantum, & sic de subinfeudationibus: nam ex testibus, & etiam ex scripturis, & documentis productis constat, q̃ per dispositiones Marchionũ fuit facta omnimoda trãslatio iuris nullo retento, & nõ solùm subinfeudationes fecerũt, sed omnes alias species alienationum, tam per actus inter viuos, quàm per vltimas voluntates.

Aiunt insuper ibidem, quod non valet argumentum de rebus particularibus ad totum Marchionatum, seu vt aiunt, ad magnam partem Marchionatus, & quia tantum habet inquiunt, consuendo de effectu quantum de

vsu,

vsu,& non vltra l.1.§.Iulian. ff.de itine.actuq; priuato. Iafon in l. de quibus ff. de legib. Fel. in c.auditis de præscr.& non extenditur de casu ad casum, & concluditur, inquiunt, prædictam consuetudinem nullo pacto fuisse probatam.

Respondemus, per actus supra relatos in precedenti allegatione probari de consuetudine alienandi,tam de parte, & toto Marchionatu, quàm de particularibus feudis,ideo cessant ad ducta per eos, quòd non procedat argumentum de rebus particularibus ad partem,& totum Marchionatum,& pariter quod extensio non fiat de vno casu ad alium, sed imò dicimus, quòd cum idem iuris sit de toto, quoad totum, quod de parte quoad partem iuxta l. quæ de tota ff. de rei vend. ideo Marchiones eodem iure alienandi, & disponendi vsi sunt tam circa totum Marchionatum,quàm circa partem,& res singulares,seu particulares eiusdem, & multæ ex dispositionibus factis etiam de toto Marchionatu,habuerunt effectum,& obseruatæ fuerunt,vt supra probauimus, & licet aliquæ sint, quæ non habuerint effectum, vel non appareat de eorum exequutione,attamen hoc non fuit ex defectu iuris,sed facti,eo quòd deffecerit conditio in illis apposita, & sub qua factæ fuerunt, prout fuit in conuentione, quam fecit Gulielmus VII. pater Ioannis vltimi cum Alfonso Rege Castellæ, quæ non habit effectum,eo quia ipse non decessit sine liberis, sed reliquit Ioannem, & Violandam.Similiter dispositio, & conuentio facta à Theodoro Marchione de toto Marchionatu anno 1325. cum Filippò Principe Achaiæ, & pariter conuentio Gulielmi primi Marchionis filij Ioan. Iacobi facta cum Marchione Salutiarum,sub conditione,si ipse, & Bonifacius eius frater decederent sine filijs, & conuentio eiusdem Bonifacij cum Carolo primo Sabaudiæ Duce de toto territorio Marchionatus citra Padum,quæ pariter fuit sub conditione, si sine liberis masculis decederet,omnes istæ dispositiones de toto,& parte Marchionatus,fuerunt conditionales,& non habuerunt effectũ, quia non euenit conditio,sed deffecit,& nihilominus per eos actus inducta dicitur consue-
31 tudo, † quia etiam per actus, seu contractus conditionales inducitur consuetudo, ita Bal. in d.l. de quibus col.6. vers. vlterius quæritur, an ex actibus cõditionalibus ibi,sed dico,quòd consuetudo valet, quia est inquit, in talibus actibus consensus formæ actus licet pẽdeat in obligatione, vt per eum, & Baldum refert, & sequitur Areti.in d.§.ex non scripto colum.5. vers. quæro, an ex actibus conditionalibus, sicut etiam ex sententijs,quę non fuerunt mandatæ executioni,inducitur consuetudo,vt per Bar.in repetitio. d. l. de quibus num. 17. vers. quòd si proferantur plures sententiæ,& in l.2. col.9.vers. vicesimo iuxta hoc quæro an consuetudo inducatur ex sententijs C.quę sit longa consuetudo, vbi post Guliel. reddit rationem, eo quia cessatio exequutionis non contingit ex defectu iuris,sed partis,quæ exequutionem debet petere secundum formam. l. à Diuo Pio §. 1.ff. de re iud. nam per illas sententias satis est consensus populi declaratus,licet victor eis vsus non sit, & sic istum producunt effectum argum. ff.quod quisq; iur.l 3.in principio, & quia sola sententia debet spectari vt ff. de pœnis.l.qui vltimo, cum alijs concordantibus ibi adductis,sequitur idem Areti. in d.§.ex non scripto col.6.versi.quæro an requiratur quòd sententiæ latæ, quimimò etiam ex actibus ipso iure nullis inducitur consuetudo,ita Bald. in d. l.de quibus colum. 5. in fin. vers. sed quæro an ex actibus ipso iure nullis, sequitur Areti vbi supra.colu.4.in fi.num 11. & rationem adducunt,quia ad hoc vt consuetudo inducatur,non requiritur actuum valentia, nam etiam per actum nullum voluntas comprobatur vt l.fin.& ibi Barr.ff.de reb. eorum quinimò ait Bal. ꝙ fortè est de necessitate,quod consuetudo inducatur ex actib. nullis qui si essent per se validi non præscriberetur consuetudo, quia habitis præsentibus in vero cessat præscripto. l. sequitur §. Iana ff. de vsucap.sicut dicimus in testamento minus solenni,quo oritur obligatio naturalis,& monstratur voluntas testantis,vt not.in l. cùm quis C. de iur. & fac. ignoran. & sic patet, quod licet in casu nostro fuerint multi actus de quorum exequutione non appareat, at tamen ex eis censetur nihilominus inducta consuetudo, maximè cùm fuerint validi, & ideo ex opposito concludimus consuetudinem esse legitimè,& sufficienter probatam.

Addunt tamen adhuc vnum pro corrollario, quod in bonis comprehensis in donatione Io.Iacobi,de qua nunc agitur,extat expressa prohibitio alienandi, vt apparet inquiunt, ex priuilegijs erectionis Comitatus Canapicij,& Aquosanę.Ad hoc pariter respondetur, quòd tempore dicti priuilegij erectionis in Comitatũ, quod fuit de anno 1414. iam erat inducta consuetudo inuenterata, & præscripta per tempus immemorabile, & ideo nec etiam fuit sublata, nec interrupta per huiusmodi actum erectionis,vt supra etiam dicebamus ex Abb. & alijs communiter in d. cap. fi.Bald.& aliis in d.l.de quibus, maximè cùm esset consuetudo temporis immemorabilis, quo casu ad inducendam contrariam consuetudinem requirebatur tantundem temporis,ita tradunt doct.in d.l.de quibus,sed hic ab ipso priuilegio, quod fuit de anno 1414. vsq; ad tempus pactorum, & donationis factæ per Ioan.Iacobum intercesserunt solum xx.anni, quod non sufficit ad tollendam consuetudinem iam inductam per tempus immemorabile. Accedat,quod multo minus potest cẽseri interrupta consuetudo quantum ad partes Marchionatus in dicto priuilegio contentas, ex eo,quod Theodorus Marchio II.qui dictũ priuilegium impetrauit pro Ioan. Iacobo filio,per eum actum impetrationis,& cõcessionis nõ habuit animum,& intentionẽ interrũpendi,aut tollendi consuetudinem iam inductam,& præscriptam,neq; animum inducen-

di

di contrariam, quod paret, quia dicitur ibi, ita tamẽ, q̃ prò prædictis Comitatibus Aquosanę & Canapitij velut mẽbris principalibus Marchionatus Montisferrati post Imperiũ reseruetur superioritas, ac dominiũ dicto Theodoro Marchioni, & succedere debẽtibus in Marchionatu prædicto, taliter quod ipse Theodorus Marchio, & successores sui, de dictis Comitatibus sub nostri nostrorũq; successorum Romanorum Imperatorum, atq; Regum obedientia, & fide, ad libitum disponere valeant, & possint: ecce quòd Theodorus expresè declarat, quòd per eã concessionẽ non intendit tollere ius, & facultatem sibi competẽtem disponendi de illis partibus Marchionatus iuxta positum, & dũ dicitur ad libitũ, intelligit de facultate sine licentia Imperatoris, nã non esse ad libitum si requireretur licentia Imperato-
32 † ris, quia verba ad libitum, idem sonant, ac si dicatur ad liberam suam voluntatẽ, & importanter meram, ac absolutam dispositionẽ, vt per Bar. in l. alio colum. 2. vers. item dicit testator, ff. de alim. & cibar. legat. quem refert, & sequitur Alex. consil. 214. col. 2. volu. 6. & verbum, ad libitum, seu liberè, importat sine cõtradictione vt in eo in verbo, liberè, & ibi not. Archidia. de supplen. negligen. præla. Alexan. d. cõs. 214. col. 2. Gozad. cõs. 27. col. 2. vbi ait, quòd verbũ liberè, seu ad libitum, idem importat ac si quis dixisset, siue aliquo impedimento, & contradictione, clem. dudum in verbo, liberè, de sepulturis, & in clemen. fi. de eta. & qualita. Ant. de Butr. in c. 1. de off. ord. ita per prædicta iura, & authoritates in terminis tradit Roll. à Valle consil. 42. num. 17. & 18. lib. 1. addens ibi nu. 19. quòd verbum liberè importat, & significat, quòd quis nõ teneatur requirere cõsensũ alicuius, vt vult Abbas in c. de multa. col. 2. versiota ibi liberè conferat, de præbẽdis, & dignita. vbi inquit, quòd qui potest liberè actum facere, poterit illũ gerere sine cuiusque auctoritate, & licentia, quia nõ esset libertas si quis deberet alium requirere, & subdit, ita cõcludere cõmuniter doct. & hoc sæpe esse notandum, & multis alijs cõprobat idem Rola. vbi supra nu. 20. idem etiã probatur ex clausula illa, dũ dicitur, vt tamen de honore quẽ tibi libenter adijcimus, nihil honoris, vel iuris Imperij Sacri, & Marchionatus Montisferrati depereat, vel aliqualiter subtrahatur, nihilq; propterea superiorati Marchionis Montisferrati pro tẽpore existentis, quã habuit actenus in eisdem decrẽcat ex quibus verbis apparet reseruatũ fuisse omne ius illesum Marchionibus, & sic etiã ius disponendi pro libito, non obstante dicta erectione: nã Imperator vult, & intendit, quòd per eam erectionem non lædatur in aliquo, nec decrescat ius, quòd Marchiones habent in Marchionatu, sed nihilominus in eodem remaneãt: eandem intentionem probatur habuisse Io. Iacobus Marchio filius Theodori, dum ex post de anno 1432. & 35. facit pacta, cõpromissũ donationẽ, & alia, de quibus nũc agitur, disponendo particulariter de partibus illis in dicto priuilegio contentis. Ex quo resultat, quòd tantum abest, vt probetur ex dicto priuilegio inductam fuisse prohibitionem alienandi, quòd imò probatur expressa facultas disponendi liberè absq; licentia Imperatoris, non tantum de partibus Marchionatus in eodem priuilegio contentis, sed etiam de toto Marchionatu, & probatur etiam scientia, & consensus Imperatoris.

Nec obstat clausula, quam considerant prę fati scribentes, per quam putant inductam prohibitionem alienẽdi ibi, dũ dicitur, Decernentes insuper, & hoc regio statuẽtes edicto, quòd tu Ioannes Iacobus, ac tui legitimi descendentes prædicti Comites Aquosanæ, & Canapitij teneatis, & tenere debeatis dictum Comitatum Aquosanæ, & Canipitij sub nomine Comitatus, & tamquàm Comites Aquosanæ, & Canapitij, & quòd nõ possitis, nec valeatis dare, concedere, nec aliquo modo transferre ali quem dictorum Comitatuum Aquosanæ, & Canapitij, in aliquam personam collateralem nec à vobis aliqualiter abdicare, nisi in personam illius descendentis, qui post obitum Marchionis Mõtisferrati succedere deberet in Comitatibus prædictis, & qui tunc sit, & vocetur Comes Aquosanæ, & Canapitij. Quia aduertendum est, quod hæc clausula adiecta est propter illos qui in futuru essent Comites Aquosanæ, quod scilicet non sit in facultate ipsorũ Comitum disponendi de dictis Comitatibus in aliquem ex descendentibus, nisi in eum, qui futurus esset Comes post obitum Marchionis, nam hæc titulatio concessa fuit primogenitis, & iis, qui post mortem Marchionis Mõtisferrati succederent in Marchionatu, vt is sit Comes, qui futurus sit Marchio post obitum Marchionis: vt ergo ille ordo nõ peruertatur, decernit Imperator, & prohibet, ne sit in facultate eorum qui erunt Comites transferendi dictos Comitatus, aut alterũ eorum in aliũ ex descendentibus, quàm in eum, qui futurus esset Comes post obitum Marchionis, sed nõ ex hoc tollitur facultas ipsis Marchionibus disponendi, cùm ipsi eam sibi expresè reseruauerint, vt supra diximus, alioquin priuilegium contineret in se repugnantiam, et contrarietatem contrà leges repugnantia, ff. de regu. iur. l. si Titius ff. de condition. inst. et c. solicitudinem de appella. Itaque prohibitio est facta Comitibus tantum, et dum erunt Comites, non autem est facta Marchionibus, et sic est personalis, ad eorum genus personarum restricta, nõ autem est realis, nec comprehendit alias per-
33 sonas nempè Marchiones, quia † prohibitio de alienando nisi ad certas personas non extenditur ad alias personas Bartol. quem sequuntur communiter Doctor. in leg. filius fam. §. Ditis. ff. de leg. 1. Decius consil. 182. in principio, imò quoad ipsos fuit expressè reseruata facultas disponendi ad libitum prout supra diximus, et hoc declaratur ex eo, quòd non obstante dicta erectione, idem Ioan. Iacobus effectus Marchio particulariter de illis disposuit, qui licet viuente Theodoro Marchione patre vti Comes Aquosanæ, et

Ca-

Canapitij,nõ potuiſſet diſponere,eo quia viuẽ re patre Marchione diſpoſitio ad patrem pertinebat,attamẽ mortuo patre potuit diſponere ad libitũ ex tenore ipſi⁹met erectionis,q̃ reſeruat Theodoro,& ſucceſſorib. Marchionibus, & poſſint,& valeant ad libitũ diſponere, itaq; Io. Iacobus non vti Comes, ſed vti Marchio de illis diſpoſuit,quod pariter fecerunt ſucceſſores Marchiones Gulielmus, & Bonifacius præcipuè is Bonifacius, qui ex conuentione facta cum Carolo primo Duce Sabaudiæ, caſu quo decederet ſine liberis maſculis,conſtituit, & aſſignauit pro dote Blancæ totum dictum Territorium Canapitij, & idem Bonifacius pro augmento dotis Mariæ Diſpotæ eius vxoris ipſi conſtituto;caſu quo decederet ſine liberis,aſſignauit totũ Territorium vltra Tanagrum,& ſic Comitatum Aquoſanæ, quod quidem non feciſſent ſi per dictam erectionẽ intelligeretur facta prohibitio diſponendi etiã Marchionibus, ex quibus quidem diſpoſitionibus inducitur declaratio dicti priuilegij erectionis,& prohibitionis de alienando in eo cõtentæ,vbi dubitatio aliqua, ſeu ambiguitas eſſe poſſet,quia diſpoſitio ambigua,vel æquiuoca declaratur, & determinationem recipit ab actibus ſubſecutis l. ſed & Iulianus §. proinde ff. ad Macedo.& notabiliter dicit Alex.conſil. 89. accuratè colum. 1. lib. 6. quod conceſſio vel inueſtitura recipit interpretationem ab vſu ſubſecuto, & Soc.conſil.25.colum.8.verſ. decimo probatur lib.1.air,quòd ſi quando aliqua dubietas oritur ex aliqua diſpoſitione,obſeruationes ſubſequentes declarant illam dubietatem per d.l.ſed & Iulianus §. proinde, & §.interdum ff. ad Macedon. & l.ſi ventri in fi. ff. de priuileg cred. cum alijs ſimilibus ibi per eum relatis, plures alios ad hoc retulimus ſupra in petitione vniuerſali allegatione 2. nu. 29.& 30.

Non omitto, quòd illud priuilegium erectionis, & titulationis Comitatus Aquoſanæ, & Canapitij non fuit obſeruatum, quia non apparet, quòd dictæ partes Marchionatus retinuerint hãc titulationem,neq; aliqui ſucceſſores poſt Io. Iacobum fuerint appellati Comites Aquoſanæ,& Canapitij, quo fit vt per non vſum euanuerit dictum priuilegium iuxta l. 1. & ibi nota. ff.de nundinis. Ex prædictis ergo ſatis patet,quod per dictum priuilegium non modò non inducatur prohibitio alienandi partes Marchionatus,de quib. agitur, quod imò expreſsè per illud probatur competere Marchionibus facultatem diſponendi liberè abſq; licentia Imperatoris.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui pro Ducibus Mantuæ conſuluerunt ſuper exceptione vis, & metus aduerſus donationem Duci Sabaudiæ factam per Io. Iacobum Marchionem recenſentur.*

2 *Antiquum factum dicitur quod centum annorum ſpatium pertingit.*

3 *Teſtes de auditu admittuntur, vbi de facto antiquo agitur.*

4 *Probatio per teſtes de auditu, ſeu credulitate non ſimpliciter, & indiſtinctè in quolibet facto antiquo admittitur.*
Probatio per teſtes de auditu, ſeu credulitate dicitur irregularis ibidem.

5 *Probatio per teſtes de auditu, ſeu credulitate admittitur in facto antiquo quando factum ſui natura eſt difficilis probationis per teſtimonium de viſu ſeu auditu proprio, ſecus vbi factum ſui natura poterat facilè probari.*

6 *Probatio per teſtes de auditu ſeu credulitate in facto antiquo non admittitur, niſi alia concurrat fama cum alijs adminiculis.*

7 *Teſtes non probant publicam vocem, & famam, licet dicant audiuiſſe à multis.*

8 *Probatio per teſtes de auditu in antiquis facilè præſtruitur, ſi in aliquo teſtes deficiant.*
Conſanguinitas ſeu parentella, vt probetur per teſtes de auditu, qua concurrere debeant, ibidem.

9 *Teſtes de auditu, vt probent, requiritur, quòd audierint à plurib⁹ ſecus ſi ab vno tantum.*

10 *Teſtes de auditu in antiquis ſi deponant audiuiſſe à diuerſis, & diuerſos nominent non probant, ſed dicuntur ſingulares.*

11 *Teſtes de auditu ſeu credulitate in facto antiquo, vt probent requiritur, quòd ſint bonæ opinionis, & famæ, & omni exceptione maiores.*

12 *Teſtes vbi ex aliqua diſpoſitione requiruntur omni exceptione maiores tũc iſta qualitas probari debet.*

13 *Subditus ratione inimiciciæ dictionis vniuerſalis licet non repellatur à teſtificando in cauſa domini, attamen ei minuitur de fide.*

14 *Vaſſallus an ſit teſtis idoneus in cauſa domini ſunt multæ opiniones.*

15 *Teſtis omni exceptione maior dicitur cui nulla exceptio opponi poteſt.*

16 *Vaſſallus amicus, & familiaris ſeu domeſticus domini non eſt pro eo idoneus teſtis.*

17 *Teſtis de auditu in antiquis non probat, quando ijs à quibus audiuit, non ſtaretur ſi deponerent, quia teſtibus non creditur quorum repelluntur authores.*

18 *Teſtes parte Ducum Mantuæ examinati, quòd non probent exceptionem uis, & metus deductã, oſtenditur, & cuiuſq; teſtis dictũ diligenter examinatur.*

19 *Teſtis in vna falſus, in omnibus reprobatur, ſicut & inſtrumentum in vno capitulo falſum, in alijs falſum reputatur.*

20 *Teſtis dictum in vno falſum, quòd in omnibus reprobetur declaratur procedere, vbi falſum dicitur circa ſubſtantialia facti.*

21 *Teſtis dictum in vno falſum, in omnibus falſum reputatur, ſine ſcienter ſine ignoranter teſtis falſum admiſcuerit.*

22 *Teſtis vt probet, deponere debet de ijs, quæ ſenſu percipit, ſed ſi deponat ſuper ijs quæ ſenſu non percipiuntur, dicitur indicare, & ideo non probat.*

23 *Dictio, dictam vel dictum, dicitur expreſſa, ſeu relatiua nominati vel expreſſi in præcedenti.*

CONS. XVIII.

Gtediot modò ſecundam principalem exceptionem, quæſit aduerſus hanc petitionem particularem Ducis Sabaudiæ, quòd ſcilicet pacta, & conuentiones, de quibus in themate non liberè, & ſponte fuerint facta, ſed vi, dolo, metu, ac per impreſſionem propter bellum, vt aiunt, per Filippum Mariam Mediolani Ducem vnà cum Amedeo Duce Sabaudiæ eius ſocero morum aduerſus Ioan: Iacobum Marchionem Montisferrati, occupationemq; multorum locorum, & terrarum & fetè totius Marchionatus vi belli factam, ac propter detentionem Ioannis filij primogeniti ipſius Ioan. Iacobi Marchionis in caſtro Taurini per Ludouicum eiuſdem Amedei Ducis filium, & locumtenentem generalem, vt plenè deductum fuit, & articulatum in actis, ex quibus nulla eſſe ipſo iure quę cunq; geſta per Ioan Iacobum Marchionem, & Ioannem eius filium primogenitum, aut ſaltem eſſe annullanda affirmant ſcribentes pro Ducibus Mantuæ ſupra relati, & ne labor impendatur in perquirendo vbi quiſq; ſcribentium in conſilijs ſuis, quæ ampla ſunt, de hac exceptione diſerit, citabimus loca, vt ad ea recurrens quicunque ſtatim, & facilius ad-
3 inuenire poſſit, † Et primus omnium olim de ea ſcripſit Areti. d. conſ. 14. colum. 10. verſ. venio nunc ad tertium dubium, & Maria. Socin. ſen inter conſilia Mantuæ d. conſ. 36. à num. 22. vſq; ad num. 33. & ibidem alius doctor in eodem volumine d. conſ. 38. num. 43. & ſequentibus, & hodie collegium Bononienſe inter eadem conſilia d. conſ. 16. num. 18. verſ. tertio iſta fuerunt facta per metum, Auguſtin. Berous d. conſ. 17. in ſecundo queſito, ſub nu. 35. verſ. item vltrà quòd dici poſſet, vbi ſe remittit ad ſcripta per Aret. & Socin. in conſilijs prædallegatis, Aliprandus multa ſuper hoc effundens more ſuo in eodem volumine d. conſ. 19. num 91. & pluribus ſequentibus, diffuſè etiam Soein. iun. inter eadem conſilia d. conſilio 20. num. 36. & ſequentibus, quod eſt d. lib. 1. conſ. 77. nu. 25. verſ. igitur ſecundo loco dico Ludouic. Gozadin. d. conſ. 21. num. 18. & pluribus ſequentibus, quod eſt in ſuo libro d. conſ 9. nu. 14. vſq; ad num. 20. Cardinalis Simoneta d. conſ. 23. ſub num. 26. verſicu. non omitto etiam quòd donatio, & pluribus numeris ſequentibus, Rollan. à Valle d. conſ. 26. num. 43. & ſequen. quod eſt lib. 1. d. conſ. 2. nu. 47. vſq; ad nu. 95. & Alciat. inter eadem conſilia dicto conſ. 22. num. 20. & ſequen. & denique præfati Senatores Mantuani Lucenſis, & Albriſius in eorum allegationibus impreſſis in alio volumine folio 15. Facie prima verſic. ſexto dicta donatio, & folio ſequenti per totum. Eorum autem fundamenta hic non refero, quia comodius infra in reſponſione ad ſingula vt ſolemus cuiuſq; dicta recitabimus. Et quaquam ſcribentes pro Duce Sabaudiæ vbera glebe laborantes, copioſè, & docte circa hanc exceptionem ſcripſerint, præcipuè D. Octauianus in ſuo reſponſo in 3. parte per totam, & Guliel mus Portanus in 3. parte, ac Menochius, num. 271. & ſequen. vſq; ad num. 306. attamen adhuc nobis fragmenta aliqua vti de fertili menſa e manibus conuiuantium ellapſa, colligere viſum eſt, & reponere ne pereãt. nam cum Mautuani affirment dictum bellũ, ac ſtatus occupationem, & Ioannis detentionem, & conſequenter vim, & metum probari non ſolum ſcripturis, ſed etiam teſtibus in hac cauſa examinatis, muneris noſtri eſſe exiſtimauimus horum teſtium dicta diſcutere, vt videatur, an deducta, & articulata de vi, dolo metu, & impreſſione parte Ducum Mantuæ probentur, vel ne.

Pro huius ergo quæſtionis elucidatione præmittendum eſt, quòd licet tractetur in caſu
2 iſto de facto ad centum annos pertingente, † quo caſu ſecundum communem ſententiam dicitur agi de antiquo iuxta Abb. Imo. & alios in c. veniens el t. de teſtib. Alexan. & Iaſonem in l. cùm aliquis C. de iure delib. dicentes cõmunem, & per eundem Iaſonem in repetitio. l. admonendi nu 246. de iurciuran. & regulariter † quando agitur de antiquo licet admit-
3 tantur teſtes de auditu, vt in cap. licet ex quadam de teſtib. ibi, valere teſtimonium de auditu, cum propter breuem hominum vitam teſtes de viſu deponere non valerent, vbi omnes Doctor: notant, & ſimiliter admittuntur teſtes de credulitate, vt in c. quotiens in fin. eod. tit. ibi, accepiſſe à maioribus ſuis, & credere, prout ita teſtes de auditu, & credulitate in hoc patrocinat Alexan. conſil. 137. num. 15. & 16. lib 2 quem cum multis aliis refert Crau. de antiquita tempor. parte prima §. vltò de
4 fama in antiquis in princip. Attamen, † non indiſtinctè, & ſimpliciter in quolibet facto antiquo admitti debet talis probatio: quandoquidem, vt dicunt Abbas, Imola, & alij in d. cap licet ex quadam, huiuſmodi probatio eſt contra regulas, & formam iuris, quia teſtis debet deponere, & teſtificari de eo, quod nouit, & quibus interfuit, vt habetur in l. teſtium C. de teſtibus, & in cap. teſtes in principio 3. q. 9. ibi, ſed præſentes de ijs, quæ nouerunt, & viderunt, veraciter teſtimonium proferant, ideo non niſi in caſibus in iure expreſſis teſtimonium de auditu in antiquis recipi debet, & caſus in quibus recipitur, enumerat gloſ. in d. cap. teſtes in §. de ijs, ſuper verbo, audiuerunt, vnde dicebat Paul. de Caſtren. in conſil. 56. ſuper primo quæſito colum. 2. verſ. nec obſtat ſi dicatur lib. 1. quem refert Craueta loco ſupra citato nu. 5. quòd diſpoſitiod. cap. licet ex quadam, procedit tannum in terminis, in quibus loquitur, ſcilicet quando agitur de probanda parentella, ſeu conſanguinitate ad cauſam matrimonij, ſecus ſi agatur de conſanguinitate, & affinitate ad cauſam alicuius ſucceſſionis, ſeu hæreditatis, & ita dicebat Et Cor,

licet hoc non firmet, in conſ. 78. colum. 3. verſic. adeo quòd poſſet probabiliter attẽtari libr. 3. Sed admiſſo, quòd in omni caſu, in quo agitur de antiquo, recipi, & admitti poſſit teſtimonium de auditu, vt vult Fel. in d. c. licet ex quadam in princ. & Corneus d. conſil. 78. † illud tamen eſt verum, quando factum ſui natura eſt difficilis probationis per teſtimonium de viſu, ſeu auditu proprio, ſecus vbi factum erat ſui natura probabile per teſtimonium de viſu, ſed propter negligentiam, ſeu dilationem in agendo orta ſit difficultas probãdi, tunc enim in tali facto de antiquo probatio de auditu admitti non debet, eo quia imputandum eſt parti, ſeu autoribus ſuis, quare non fuerint experti eo tempore, quo dabantur facultas probandi per veras, & legitimas probationes, & non fecerint ita notab. liter declarat Abbas in d. capit. licet ex quadam ſub num. 3. verſic. item limitarem ego, ſequitur ibi Aretin. & idem Abbas in d. cap. veniens ſub num. 8. verſic. ſecundum dictum non placet eod. tit At in caſu noſtro factum erat probabile ſui natura, & per veras, & legitimas probationes poterat probari. Nam olim Gulielmus, & Bonifacius filij Io. Iacobi poſtquàm ad Marchionatum peruenerunt, & ceperunt ipſi allegare vim, & metum, cùm eſſent proximi ad ea tempora, quibus ea geſta ſunt, & recens erat memoria, facilè poterant, ſi vera ſunt, quæ narrantur, habere probationem per teſtes, qui depoſuiſſent per proprium ſenſum, & veram ſcientiã, quod cùm non fecerint imputandum eſt negligentiæ eorum, ſi ob antiquitatem ſuperuenit difficultas probandi, & propterea admitti non debet in huiuſmodi facto hæc probatio irregularis de auditu, quæ † nec etiam admitti debet, vbicunque non ineſt probatio famę cum aliis adminiculis ſecundum Abba. poſt Ioan. And. & Hoſtien. in d. cap. licet ex quadam nu. 3. verſic. videtur tamen, & ibi Imo. in primo nota. verſ. ſed Ioan. And & Felin. colum. 1. verſ. ſed Ioan. And. quos etiam refert, & ſequitur Corneus d. conſ. 78. colum. 3. verſic. his tamen non obſtantibus, Iaſon. conſ. 65. colum. 3. verſic. tertiò principaliter lib. 3. Ruin. conſ. 34. num. 20. lib. 1. & conſ. 92. nu. 13. in fi. & ſeq. lib. 4. Capicius deciſ. 193. num. 4. & hanc opinionem defendit idem Crau. d. §. viſo de fama num. 3. dicens ibi num. 5. in fin. quòd Docto conueniũt in hoc, quòd excepta cauſa conſanguinitatis, aut parentellę, teſtimonium de auditu non ſufficit ſine fama, & alijs adminiculis. At in caſu noſtrũ licet fuerit articulatum de publica voce, & fama, vt patet in 14. articulo, attamen nõ probatur fama prout requiritur, iuxta doctrinam Bar. in l. de minore §. tormenta ff. de qu. & nullus ex teſtibus examinatis deponit fuiſſe & eſſe publicam vocem, & famam quòd ſic fuerit factum, prout in articulis continetur, & † licet dicant audiuiſſe à multis, non tamen ex hoc reſultat publica vox, & fama, vt per eundem Bart. in d. §. tormenta, & in l. 1. §. iuſdem quoque num. 2. ff. de teſtibus vbi inſtruit, quod debeat teſtis dicere, quòd audiuit à maiori parte gentium, ſed dicendo audiuiſſe publicè, vel à quibuſdam, non erit hæc fama publica, ſed potius vana vox vulgi, ſeu vanæ hominum voces, prout reuera eſt, quia omnes dicunt audiuiſſe alij ab alijs, quos nominant, & hoc fuiſſe dum contingeret confabulari adinuicem, aliquando tempore hiemali ad ignem de ſero, aliquando de die ad Solem in platea, ſeu in via publica, & fieret ſermo inter eos de Marchionibus Montiſferrati, vnde cùm non probetur de fama, ſimplex teſtimonium de auditu non ſufficit,

Præterea, vltra prædicta adducitur, quod in hac materia teſtimonij de auditu dicebat Aymo Crau. in d. §. viſo de fama nu. 9. poſt Cum. quem refert conſ. 78. & Curt. Iuni. conſ. 17. quod † tale teſtimonium, quia fundatur in iure ſpeciali, proſternitur, ſi in aliquo teſtes deficiant, vnde idem Crau. ibidem num. 6. poſt pau. de Caſtro, & Corneum per eum relatos ait, quòd ad hoc, vt probetur conſanguinitas, ſeu parentella per teſtes de auditu iuxta d. capit. licet ex quadam, debent concurrere xij requiſita, quæ enumerantur ibi in eo textu, & Docto. notant, & ſi in aliquo deficiant teſtes, non dicitur probata parentella, quod ſi id procedit, & exigitur in illo caſu, qui eſt de expreſſis in iure, in quibus admittitur teſtimonium de auditu, multòmagis eadem concurrere debent in caſu noſtro, qui non eſt de expreſſis in iure, quidem in multis deficiunt teſtes vltra prædicta, quod demonſtratur. Nam inprimis illud veriſſimum eſt, † quòd ad hoc, vt teſtes de auditu probẽt in antiquis, requiritur quòd audiuerint à pluribus, ſaltem à duobus, & eos nominent, nec ſufficeret, quod dicerent audiuiſſe ab vno, vt notant omnes in d. cap. licet ex quadam, per illum text. ibi, non quidem ab vno, ſed duobus ad minus Corneus d. conſil. 78. & conſ. 146. co. lib. 3. Curtius d. conſ. 17. nu. 2. Natta conſ. 170. num. 5. in caſu noſtro, multi ex teſtibus dicunt, non recordari à quibus audiuerint, aliqui verò vnum tantùm nominant, à quo audiuiſſe dicunt, vt videbimus infra in diſcurſu, & ſi aliqui dicunt audiuiſſe à pluribus, & eos nominant, nec etiam probant quia omnes à diuerſis audiuiſſe dicunt, & diuerſos nominant, nec reperiuntur ex omnib. ſaltem duo, qui ſint conteſtes de auditu ab eiſdem, quo caſu vti ſingulares non probant, ita tradit Alexand. conſ. 82. colum. 2. verſic. præterea lib. 1. vbi poſt Hoſtien. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. quos refert in d. cap. licet ex quadam ait, quòd ad hoc vt tales teſtes probent, deponentes de auditu maiorum ſuorum neceſſe eſt inquit, quod audiuerint ipſi teſtes ab eiſdem perſonis, ſecus ſi vnus audiuerit à quibuſdam, & alius à quibuſdam alijs, quia tunc videntur inquit ſingulares, & ſic non probant capit. cùm dilectus de elect. capit. licet cauſam de probatio. l. ob carmen §. fin. ff. de teſtibus, idem tenet Decius conſ. 321. colum. 4. in fine, & eos refert, & ſequitur Crueta d. §. viſo de fama num. 12. vbi ait, ſibi magis placere hãc opinionem, præcipuè quia te-

ſtimonium de auditu valdè fundatur in iure ſpeciali contra regulas iuris, ideo ſpecialia nõ ſunt multiplicanda l. 1. C. de dot. promiſſ. & quia alias, vt dicit Archar. in conſ. 194. col. 2. de facili poſſent inueniri teſtes, qui dicerent, ſe audiuiſſe vnus ab vno, & alter ab alio, & ſic deinceps.

51 Item † ad hoc, vt teſtibus de auditu fides adhibeatur, requiritur, quòd ſint bonæ opinionis, & famæ, & omni exceptione maiores vt habetur in d. cap. licet ex quadam, ibi, niſi fortè perſonę graues extiterint, quib. fides ſit merito adhibenda, & ibi à perſonis ſide dignis, & omni exceptione maioribus, vbi omnes Docto. not. Socin. conſil. 47. num 16. lib. 4. Soc. Iun. conſ. 22. num. 9. lib. 1. Corneus d. con ſil. 78. colum. 4. littera F. ver. non omitto quòd tex. vbi ait, quòd hoc debet articulari, & pro-
52 bari, nam hoc eſt regulare in omni materia † vbicunque in probatione ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti requiruntur teſtes omni exceptione maiores, tunc iſta qualitas probari debet, ita Bart. in l. 2. §. ſi quis neget, num. 12. in fin. ff. quemad. teſtam. apert. vbi ait, aduocatum debere eſſe cautum, vt faciat probationem de fidelitate teſtium, quem refert, & ſequitur in terminis Alexand. d. conſ. 82. colum. 2. verſic. pro hoc facit lib. 1. Dec. conſ. 37. ſub num. 8. verſic. & quando teſtes, Socin. Iun. d. conſil. 22. num. 10. & 11 lib. 1. & Socin. Sen. conſil. 274. colum. 9. verſic. poſtremò dico lib. 2. vbi multa adducit: hoc autem non eſt in caſu noſtro de iſtis teſtibus examinatis, ideo non probant, quinimò de contrario appareret, quòd non ſint integri teſtes, & omni exceptione maiores, eo quia, quotquot teſtificati ſunt in hac cauſa, omnes ſũt ſubditi Marchionatus Montisferrati, & multi etiam vaſſalli Marchionum, non modo ij, qui nunc teſtificantur, ſed etiam omnes ij à quibus referunt audiuiſſe, vt infra in diſcurſu apparebit, &
53 licet ſubditus ratione iuriſdictionis vniuerſalis non repellatur à teſtificando in cauſa domini ſui, vt per Bald. in l. eos colum. 1. verſic. ſecundò quæritur de ſubiecto C. de teſtib. Felin. in c. ex litteris num. 3. extra eod. Alex. conſ. 88. num. 16. lib. 5. Autrer. de reprobat. teſtium num. 36. verſic. fallit primò dicta concluſio in ſubditis principis, cum pluribus aliis relatis per Gabriel. lib. 1. titul. de teſtib. concluſio-
54 ne 10. limitatione 3. num. 21. † & in vaſſallo ſint multæ opiniones, prout eas recenſet Ilerinia in cap. 1. in princ. nu. 11. ſi de inueſtit. inter dom. & vaſſal. queſt. 10 oriat. & vſque ad vndecim recitat Afflic. deciſ. 304. in cauſa Baronis de Mathia per totam, attamen certum eſt, quòd talibus teſtibus minuitur de fide, quia non carent omni ſuſpitione, ita Alberic. de Roſate in dicta l. idonei in principio ff. de teſtib. Io. And. ad Specul. in tit. de teſte §. 1. verſ. ſed nunquid vaſſallus ſuper verbo municeps, idem Alberic. in tracta. de teſtibus in §. ſupereſt nunc videre col. 5. verſic. conſequenter eſt videndum R. uin. conſil. 5. nu. 6. verſ. nam multi ex teſtibus volum. 4. 3 Bertrand. conſil.
125. nu. volum. 2. in nouis & ideo non poſ-
55 ſunt dici omni exceptione maiores, quia † dicitur teſtis omni exceptione maior, cui nu la exceptio opponi gloſ. in §. item verborum in† verbo, idoneos Inſtit. de inutil. ſtipular. & in cap. 1. vbi Abbas, & alij notat. de conſanguin. & affinita. tradunt omnes in l. optimam C. de contrahen. & committ. ſtipul. vbi inter alios Bald. num. 8. & idem Bald. in cap. cùm Ioannes colum. 2 in fin. verſ. quæro quid eſt dictum, de fide inſtrumen. vbi quærens, quid ſit dicere, omni exceptione maior, declarat notabiliter, quòd exceptionum quædam omnino perimunt teſtimonium, quædam debilitant, & neutri iſtarum debet eſſe locus, vbi teſtis requiritur omni exceptione maior, vnde modicus defectus vitiat tales teſtes ſecundum ipſum, & eundem Bald. refert. & ſeq. Fel. ibi num. 44. dicens etiam poſt alios ibi relatos, quòd ille eſt omni exceptione maior, qui ſuperat omnem friuolam exceptionem, adeo, quòd nulla omnino exceptio opponi poteſt vera, vel legitima, idem dicit poſt predictos Parifius conſ. 152. num. 6. & 7. lib. 4. & conſil. 59. num. 3. eo. lib. & tantò magis cùm etiam fuerint familiares, & domeſtici, ipſorum Marchionum, quo caſu omninò repellitur eorum teſti
56 monium d. l. idonei ff. de teſtib. l. etiam C. eod. tit. & d. cap. in litteris, & hoc caſu † vaſſallus quando eſt amicus, & familiaris, & multo magis domeſticus domini, proculdubio non probat pro domino ſecundum Iſerniam in d. cap. 1. colum. pen. verſic. ſi verò propter feudam, ſi de inueſtitu inter domin. & vaſſallum lis oriatur, & ita fuiſſe iudicatum refert Afflic. d. deciſio. 304.

Neeobſtat ſi dicatur, quòd non ſunt ſubditi, vaſſalli, nec familiares, aut domeſtici Ducum Mantuæ nunc agentium, licet olim eſſẽt Marchionum antecceſſorum, quia reſpõdetur, non tantum conſiderari teſtes nunc deponentes de auditu, ſed magis quales eſſent ij, à quibus iſti audiuerunt, qui tẽpore ſuo, & quando illa referebant, erant & ipſi ſubditi, vaſſalli, familiares, officiales, & domeſtici Marchionum, quorum dicta conſiderantur prout ex tunc, quando ea referebant, & ideo ſi fuiſſent tunc examinati pro dominis ſuis reſpectiuè, vtiq; non probaſſent, nec fuiſſent omni exceptione maiores: vnde ſicut illi non probabant minus iſti nunc deponentes de auditu ab ipſis,
57 quia † vt dicit tex. in d. c. licet ex quadã, eſſet abſurdum illos admitti, quorum repellerentur authores, nõ enim maior fides præſtari debet copiæ, quàm originali auth. ſi quis in aliquo C. de edendo prout ita, in teſtibus de auditu dicit Crau. conſ. 6. nu. 67. non tamen allegat d. c. licet ex quadam, ſeu adducit. c. fraternitatis de hæreticis, & cap. nullus 3. q. 4. idẽ Crauetta conſil. 112. num. 13. vbi rationem allegat poſt Dec. quem refert conſ. 210. circa finem, & cùm Duces Mantuæ præcipuè Margarita, veniat exiure, & perſona Marchionum anteceſſorum, præcipuè Bonifacij ani, cuius eſt hæres media perſona patris, & patrui, ideo ius

idem

idem in excipiendo militat, quòd contra antecessores Marchiones militasset si ipsi egissent, cùm in vniuersum ius eorum succedat actiuè, & passiuè, & eorum personas representet l. hæredem ff. de reg. iur. §. 1. in auth. de iure iur. à morie. præstito, Et præterea testes prædicti sunt etiam in eorum dictis singulares l. iurisiurandi C. de testibus c. licet causam de proba. ibi, quidam alij sint in dicto sui testimonij singulares, & in c. bonæ el 1. de electio. ibi, singuli essent in suo testimonio singulares, & vbi que glo. & doct. varia quoq; & falsa deponūt, vt infra patebit l. qui falsò vel variè ff. de testibus c anonizata 4. q. 3. c. si testes §. qui falsò vel variè, & habetur in l. eos ff. de falsis cum similibus.

Et vt de prædictis omnibus veritas appareat, discurramus testes per singulos, & eorum dicta examinemus, hoc vno tamen præmisso, quòd inquantum dicitur de bello, & occupatione status Montisferrati per Filippum Mariam Ducem Mediolani contra Ioan. Iacobum, hoc in facto admittitur pro vero, & probatur testibus vtrinq; examinatis. Sed inquantum deducitur, quòd etiam Amedeus Dux Sabaudiæ vnà cum eodem Mediolani Duce moverit, & ipse bellum, & terras Marchionatus occupauerit vibello, ac Ioannes primogenitus Ioan. Iacobi Marchionis fuerit carceri mancipatus in castro Taurini per Ludouicum filium, & locumtenentem generalem dicti Ducis Amedei, hæc negamus, & an ea probentur videbimus, quod vt facilius, & melius cognoscatur dictum cuiusque testis summatim, prout stant scripta, recitabimus.

38 Primus ergo testis, † Georgius della Valle de loco Alicis dominij Montisferrati, dicit au diuisse à maioribus, & in interrogatorio nomi nat, videlicet à Martino Zocha, & ab Antonino Gubichello habitatoribus Ricardoni ciusdem dominij Montisferrati, ipsis existentibus in dicto loco Ricardoni in quadam curia ad solem, & qui prædicta per otium commemorabant, vt solent senes de rebus antiquis, audiuit inquam, quòd nominatus in capitulo D. Ioan. Iacobus Marchio Montisferrati fuerat vexatus bello à Duce Filippo Mediolani, & & quod ab ipso fuit expulsus quasi toto statu, & quòd etiam Dux Carolus Sabaudiæ apprehendit Taurinum, Clauaxium, & Montemregalem, quæ dominia inquit erant prius prædicti Marchionis Ioan. Iacobi, & quod cùm ipso Marchio Io. Iacob. ex fœdere inito inter ipsum Ducem Filippum, & Dominos Venetos obtinuisset restitutionem earum terrarum, quæ sibi dictus Dux Filippus ademerat, postea requisiuit à prædicto Carolo Duce Sabaudiæ, vt sibi restituere vellet ipsa loca Taurini, Montis Regalis, & Clauaxij, & quòd ea restituere recusauit, hæc ait testis, qui si ita est, quod hæc audiuerit ab illis duobus nominatis, profectò falsa ei retulerunt, & est fabula, quod narrabant, stando ad solem in platea commemorantes de rebus antiquis, vt solent. Nam tempore Ioan. Iacobi Marchionis, cum quo hæc pacta & conuentiones facta sunt, non erat tunc Dux Carolus, sed Amedeus Dux Sabaudiæ, & ipse est, qui fecit conuentiones, & pacta de quibus agitur, Dux autem Carolus fuit longè post Ioan. Iacobum, nec non post Ioannem, & Guliel mum Marchiones, regnauitq; tempore Bonifacij Marchionis etiam filij Io. Iacobi.

Præterea falsum quoque est quòd Dux Carolus apprehenderit tunc in illo bello Taurinum, Clauaxium, & Mōtemregalem, & quòd hæc dominia essent prius prædicti Marchionis Io. Iacobi, quia quantum ad Ciuitates Taurini, & Monrisregalis, illæ longè antea fuerant Ducum Sabaudiæ, nec probatur, quòd vnquā fuerint Marchionis Montisferrati, maximè Ioan. Iacobi nec de eis erat quæstio. Similiter quantum ad oppidum Clauaxij, verum quoque non est, quòd fuerit apprehensum eo in bello, neq; per Ducem Filippum, neq; per Ducem Amedeum, quinimò semper durante bello, Marchio illud tenuit, & peruenit postea ad ipsum Ducem Amedeum biennio post dictū bellum, & pace postea inita inter prædictū Filippum, & Venetos, ac Marchionem, & non vi belli Dux Sabaudiæ illud habuit, sed virtute conuentionum cum ipso Io. Iacobo factarum de anno 1433. & in earum exequutione facta fuit spontanea, & libera remissio illius oppidi, vt patet instrumentis productis, per quæ reprobantur iste testis, & eius autores de falso.

Vnde non minus falsum est, quod respondit su per octauo capitulo ei lecto, in quo articulatur, quod Ioannes primogenitus præfati Ioan. Iacobi fuit detentus, & in carcerem coniectus in castro Taurini à Ludouico filio Ducis, & eius locumtenente generali, iste enim testis ait, quòd prædicti eodem in loco & eisdem temporibus narrabant, quòd cùm dominus Ioannes filius primogenitus prænominati D. Ioan. Iacobi ac cessisset Taurinum, vt visitaret præfatum Carolum Sabaudiæ Ducem, quòd ipse D. Ioannes fuit detētus in arce Taurini, nam articulus loquitur de Ludouico filio Ducis Sabaudiæ, & ipse respondet de Duce Carolo, qui non erat illis temporibus: Dux autē Amedeus pater tunc non erat Taurini, sed in partibus Sabaudiæ vltra montes: Taurini autem, & in partibus citramontanis vices eius gerebat præfatus Ludouicus filius vt probatur etiam instrumentis, & scripturis productis maximè literis patentibus locumtenentiæ generalis patris sui, quo fit, vt quod attinet ad istum testē, & eius autores succedat conclusio, q̄ ha-
19 bet, † quòd testis in vno falsus in omnibus reprobatur, sicut & instrumentum in vno capitulo falsum, in omnibus alijs falsum reputatur. vt communiter concludunt docto, in l. si ex falsis C. de transac. & in c. fraternitatis de hæreticis gl. nor in c. si ad scripturas 9. distin. in verbo, quod in eis, in fi. vers. ego dico quod si alio-
20 quid falsi ratis reperiatur, & hoc † declaratur verum, vbi falsum dicitur circa substantialia facti, seu circa pertinentia ad factum principale, prout hic est, & siue capitula sint

diuersa,& separata,sine connexa,tunc procul dubio procedit conclusio,quòd falsus in vno, censeatur falsus omnibus,vt consuluit Oldradus consil.37. incipien. ad primam quæstionem qua quæritur an depositiones testium, vbi reprobata opinione quorundam distinguentium, vtrum articuli super quibus deposuit testis sint separati,vel coniuncti,cohærentes,vel adinuicem dependentes,ipse verius esse ait,quòd siue articuli sint separati, siue connexi cùm testimonium testis vnicum sit, super vno fundamento, scilicet iuramento,fundatum vt C. de testim. l. iurisiurandi ac per vnicum debeat dici, licet plures articulos cõplectatur, si pars est falsa,totum dictum inutile,& infectum redditur agum.ff.de edilit. edic. l. cùm eiusdem,& est text.secundum eum 3.q. 9.cap.pura, & simplex qui text. est notab. ibi, totam testimonij fidem partis mendacio decolorat,& in d.c.si ad scripturas 9.distinct.& ante Oldrad.ita tenuit Specular. in tit. de teste §. 1.colum.27.versic. item quòd aliquid de suo, addit, Oldradum refert, & sequitur Baldus in dicta l.si ex falsis nu. 15 non tamen citat cõsilium Oldradi, & ibi concludit, istam esse veritatem, quòd tali testi nullo modo creditur in eadem causam tamquam periuro vt ext. de testib.c testimonium & idem Bald. in l.fi.in 4. oppositio.nu.18.C.de edic. diui Adr..toll. ait, testem in totum reprobari,quia si falsus est in vno capitulo, in tota causa falsus est, id est suspectus de falso id est inquit, quòd nihil probat,quia periurus,sive prius deponat falsũ,postea verum,sive deponat primò verum,& posteà falsum sub vnius, & eiusdem iuramenti vinculo, nam totum indiuisibile vitiatur inquit, sequitur etiam Salicet, in d.l.si ex falsis num. 13. versic. sed veritas est in contrarium, quod nullo modo valeat dictum suum, & ibi Paul.de Castro,in fine,& Alex.num. 10. & sequentibus,quòd valde comendat,& menti tenendum aiunt,Felin.post Innoc.in d.cap. fraternitatis nu. 21.allegat ipsum Old.in cons. 26, sed est cons. 37. idem Alex. cons.44. colum. 3. versnam ex quo iurauit lib. 2. vbi addit,quòd etiam si testis deponat per verbum, credit tamen per hoc non citat periurium, & in consil. sequenti, colum. 2.versic. modo si dictum testis,& consil. 27.colum.2.versic. alia ratione dico, quòd dictum ipsorum, vbi istam esse communem affirmat, & consil. 134.colum.3. versic.præterea etiam iste testis eodem lib.2.in consil. 114.colum. 2.ver.vnde sicut testi. lib.4. & multis alijs in locis idē tenet plures,ad hoc refert Catella.Cotta in suis memorabilibus in verbo, iuramentum est quid in diuiduum,vbi etiam communiter teneri ait,& in verbo, testis fides, plures non expedit referre,quia hæc est receptissima conclusio ,& sine difficultate procedit in isto teste , & suis authorib. ac alijs de quibus infra , quoniam falsa admiscent in omnibus capitulis , & ea quæ admiscent, sunt pertinentia , imò sunt de principali substantia 21 facti, Vnum tamen adhuc addo, † quòd dicta conclusio procedit,sive scienter,sive ignoranter falsum in dicto suo admiscuerit testis vt nichilominus periurus , & falsus censeatur , in tenent Innocen. & Speculator in locis supra relatis, sequitur Alexand. in d.l.si ex falsis sub nu. 11.vers.& tunc sive ignoranter,sive sciẽter & d.consil.45.sub num.6.sequitur Socin. iun. consil.40.num.14.versic.& notandum est, & consilio 41.num.4.vers.non obstat modo, & pluribus sequentibus lib.2. vbi latè comprobat,& respondet ad cõtraria,& præcipuè si dicatur, quòd in eo, qui deponit ignoranter falsum,& per errorẽ,non videtur esse dolus,quia hęc consideratio posset procedere,si ageretur quòd testis falsum deponens vel peierans, deberet tamquàm falsarius, vel periurus puniri de crimine falsi vel periurij, secus vbi quæritur, vtrum dictum testis talium consideretur quoad effectum probationis, quia nunc etiam si quis in suo dicto erraverit,& ignoranter deposuerit,& videatur carere omni dolo, attamen attenditur nihilominus ipsa veritas,quòd scilicet falsum verè dixerit, & tamquam falsũ dictum eius in probatione debebit considerari, refert Iasonem ita distinguentem in l. qui iurasse colum.2.ff.de iureiur.& in l.si quis maior. C. de transac. & pluribus alijs confirmat idem Soc.ibi,& quæ tollitur declaratio , & limitatio Felyn in d. cap. fraternitatis num.21, dicentis,illud quod dicitur de teste deponente falsum ignoranter non procedere, quando testis probabiliter dubitabat,vt in facto antiquo vel valdè prolixo,quia hoc non refert,& posset hoc eum excusare a pęna periurij, & à crimine falsi,sed quantum ad effectum probationis,& eius validitatem,& fidem, satis est,quòd in veritate dictum suum sit falsum .imò non ignoranter,aut per errorem falsum dicunt testes in casu nostro,sed scienter,eo quia si probabiliter dubitabant propter longinquitatem temporis, deponere non debuerant, nam, vt ait Socinus d. consil.41. num.6. tùm testis iuret dicere veritatem,si illam verè non novit, non debet quicquam asserere,si ergo secus faciat, asserendo quod probabiliter ignorat, aut dubitat, dicitur asserere temeraria, & dicitur periurus,& falsum deposuisse,etiam quòd per errorem illud deposuisset,nam debet inquit,sibi imputari,qui sciens sibi non reliquere,& de quo non poterat habere plenam informationem, voluit temerariè asserere, quo fit,vt iste primus testis, nec nominati ab eodem quicquam probent.

Secundus testis, D.Franciscus Terdonensis condominus Castri Carpaneti domini Montisferrati, fuit ipse aut camerarius Marchionis Gulielmi senioris filij Ioan. Iacobi, & inde fuit semper curialis sub reliquis Marchionibus qui post ipsum Marchionem Gulielmum fuerunt vsque ad Ioan. Georgium Marchionem postremò defunctum inclusiue,deponitque de auditu à patruo suo D.Philippo, sicuti Dux Philippus magno exercitu inuaserat dominum Marchionale Montisferrati tẽpore Marchionis Ioan. Iacobi, & quòp ipse Marchio Ioan. Iacobus videns se importan-

tem

tem ad reſiſtendum dicto bello, Attento quòd Dux Sabaudiæ Amedeus, & ſi eſſet ſibi ſanguine coniunctus, vt poteſt ſocer, nihilominus cupiditate habendi aliquas eius terras, etiã ipſe iuuabat partes dicti Ducis Filippi, confugirad auxilium Venetorum; & quod fauore Illuſtriſſimæ donationis Venetæ poſtquàm iam expulſus erat ſtatu dictus Marchio Ioan. Iacobus, obtinuit ex ſederibus Venetis reſtitui ad eius ſtatum Marchionalem, virtute pacis initæ inter ipſum dominium Venetum, & ipſum Ducem Filippum, & quòd deinde habita reſtitutione terrarum, quas occupauerat præfatus Dux Filippus, cùm durantibus ipſis bellis, Dux Sabaudiæ occupaſſet ex ſtatu Montisferrati Clauaxium, & Mondeuicum, ſeu Montemregalem, & vt credit, quædam alia loca, quòd præfatus Ioan. Iacob. Marchio, & ſi procurauerit reſtitutionem dictarum ciuitatum, & locorum occupatorum per dictum Ducem Sabaudiæ nihilominus habere non potuiſſe, Imò cùm Ioannes filius primogenitus dicti Marchionis Ioan. Iacobi iuiſſet viſitatum poſt dictam pacem Veneta præfatum Ducem Sabaudiæ, ab eo detentum fuiſſe, ac vt intellexit, vt ſupra, voluiſſe, antequam dictus Ioannes relaxaretur; vt dictus Marchio Ioan. Iacobus pater cederet eidem Duci Sabaudiæ, illas terras, quas occupauerat dictus Dux Sabaudiæ, pretextu impenſarum, quas feciſſe in dicto bello in fauorem dicti Marchionis Ioan. Iacobi aſſerebat, & etiam faceret quaſdam obligationes ſuper ſtatu Marchionali, quas metu feciſſe, & vt redimeret filium, dictus eius patruus eidem teſti narrabat. Dixit quoque, quòd à Reuerendo, & Magnifico Dom. Principuallo de San. Georgio Equite Hieroſolimitano, qui fuit Præſes Marchionalis; & patruus Reuer. & Magnifici D. Beneuenuti de Sancto Georgio viro grauiſſimo inquit, & à Magnifico Dom. Iacobo Boſſio curiali Marchionis Gulielmi, & Magnifico Gulielmo Guiſcuardo primario ſecretario Marchionis Gulielmi Senioris, etiam intelleXiſſe in effectu illud idem quod ſupra narrauit dictus eius patruus ipſi teſti, ſcilicet, quòd Dux ipſe Sabaudiæ ſimul cum Duce Filippo fuerat inimicus dicto Marchioni Ioan. Iacobo, & quòd el retinuerat prædicta loca ſub nomine expenſarum pro eo factarum, licet fuiſſet ei hoſtis, & quòd dictus Marchio Ioan. Iacobus, vt redimeret filiũ, & metu ne ſibi aliquid mali à dicto Duce Sabaudiæ veniret, quòd ceſſerat ei dictam Ciuitatem, & loca, ac etiam de reliquo Marchionatu fecerat quaſdam obligationes ſcilicet, quòd acceperat in feudum reliquum Marchionatus à præfato Duce Sabaudiæ, quod nunquam anteceſſores aliqui dicti Marchionis Ioan. Iacobi fecerant, ſed quòd metu fecerat, & pro redemptione dicti Ioannis eius filij primogeniti detenti, vt ſupra.

Iſte teſtis in multis peccat poſt eius authores à quibus percepit; Primo dum dicit, quòd Dux Amedeus cupiditate habendi aliquas terras iuuabat partes Filippi: hoc enim nõ eſt deponere, ſed iudicare, & iudicat de intrinſecis, & pẽnitus remotis, & cognitis homini, ſed ſoli Deo, qui ſcrutatur renes, & corda homi-
22 num, vnde non probat, quia † teſtis debet deponere de ijs, quæ ſenſu percipit, ſed quòd aliquis habeat cupiditatem aſſequendi rem alterius, hoc non eſt perceptibile aliquo ſenſu corporis, ſed eſt iudicare, quod ad eum non pertinet ita Bartol. in l. qui teſtamento §. fi. de teſtam. vbi in fin. proprerea infert allegaſſe in quæſtione de facto, quòd teſtes qui teſtificari fuerant, quòd tales fuerunt negligentes in capiendo male factorem, nõ probabunt aliquid, quia negligẽtia non eſt quia poſitiuum, quod ſenſu percipiatur, & ideo teſtes dicto modo deponentes nõ teſtificantur, ſed iudicant, idcò non probant, & latè ac moraliter tradit Bal. in l. ſolam col. 1. & 2. C. de teſtib. poſt Innoc. in c. cùm cauſam quę inter, extra de teſtibus, quòd quando tale quid eſt probandum, quòd non eſt obiectum ſenſus, ſed intellectus puta dominium, quia ſenſus non poteſt intuitiuè videre dominium, obiectum etenim ſenſus appellatur viſibile, audibile, tangibile, & huiuſmodi, in quo ſe dirrigit ſenſus, ſicut ſagitta in ſignum ſuum, tunc dico inquit, quòd in tali obiectu, quod non eſt viſibile, nec tangibile, nec ſenſibile, ſed ſolum intelligibile, non creditur teſti, niſi per cauſas facti, quas, ſi aſſignet, conſtet ipſum ſcire, aliàs teſtimoninm eius excedit notiſſimos terminos officii teſtis, & efficitur altioris inquiſitionis, ideſt tranſcendentis ad rationem intellectus, quæ ratio potius dicitur iuditium, quam teſtimonium, & idem eſt quando teſtis inducitur ad probandum id, in quo plurimum laborat ratio intellectus, licet in facto conſiſtat, verbi gratia inquit, ſi volo probare aliquem ebrioſum, vel furioſum, nam ad iſta ſciendum requiritur perſpicax inquiſitio, non offerens ſe animo niſi per multa, & diuerſa media, circa quæ teſtes poſſent de facili errare, & ideo non creditur ei, niſi cauſam ſui dicti faciat manifeſtam, vbi ergo requiritur præiudicium intellectus ſupra ſenſum, teſti non creditur, niſi applicet rationem concludentem ex ſenſu, quod eſt in omnibus quæ ſint difficilis probationis, proptnrea quia videri, vel ſentiri non poſſunt directè, quapropter inquit idem puto ſi teſtis produceretur ad probandum adulterium, nam & hoc videri non poteſt plenè, nec concludenter, ne ſcui per rationes intrinſecas, ſed per extrinſecas, non præſumuntur, niſi exprimantur, vt extra de præſumptio. cap. litteris, & c. tertio loco. Idem ſi teſtis producitur ad probandum animi inuiſibilem qualitatem; nam quando teſtificatur de paſſionibus animi, puta de dementia, & in caſu noſtro de cupiditate, vel de nimia, & profunda amicitia inquit, vel profunda inimicitia, non creditur ſibi niſi aſſignet rationes illatiuas, vel motiuas animi ſapiẽtũ, nè inuiſibilia ſint, & intangibilia, hæc ait Bald. quæ referre placuit, quia nõtabilia ſunt in materia, & Bald. cum multis alijs refert ad hoc Aymo conſ. 6.

num. 121. & consil. 41. num. 4. Parisc. consil. 152. numer. 15. lib. 4. cum multis alijs qui adduci possent. Nec dicatur, quòd in casu nostro testis, & eius authore s in dicto suo assignant rationẽ, dum aiunt, quòd Amedeus Dux administrabat patres Filippi contra Marchionem, quia hæc non est bona ratio, per quam debeat sustineri eorum dictum. Nam non est bona cõsequentia, Amedeus administrabat Filippum, ergo cupiebat habere terras Marchionis, quia bene potuisset administrare Filippum alia ratione, quàm ob cupiditatem habendi, vt potè, quia esset socer eius, sed melius, vbi hoc verũ esset, quòd non admittitur, iusta ex causa potuisset moueri, nempè perper præcepta Imperatoris Sigismundi, de quibus in Themate, ex eo quòd Ioan Iacobus esset confederatus Venetis hostib. Imperij, vt in litteris, & præceptis Imperialibus continetur, Vnde illa non est bona ratio illatiua, seu motiua, quemadmodũ dicimus de tefte deponente aliquem esse furiosum, eo quòd viderit illum proicientem lapides per vias, quia etiam sapientes lapides Decius proiciunt, cum iusta causa id fieri possit, vt per consil. 448. nu. 33. post Bar. & Alex. in locis ibi relatis, quo sit, vt cùm iste testis, nec non *i)* àquibus refert audiuisse, iudicent, non autem testificentur, nullo modo probent.

Secundò ex alio etiam reprobatur, inquantum est diuersus, imò aduersus primo test. nam iste loquitur de Duce Amedeo, ille autem de Duce Carolo ideo non probant l. ab carmen §. fin. ff. de testib. ibi, si vero quidam ex ijs aliud dixerint, &c. cum alijs similibus.

Tertiò, falsus quoq; est in multis, nempè in quantum ait, quòd Amedeus erat socer Ioan. Iacobi, quia imò erat soror ius, & hoc probatur testibus, & scripturis. Item in quantum ẽt ipse ait, ꝙ Amedeus durantibus dictis bellis occupauerat ex statu Montisserrati Clauaxium, & Montemuicum, seu Montemregalem; nam hoc est falsum, vt diximus supra in primo teste, qui idem dicebat nam Clauaxium eo in bello nõ fuerat occupatum, sed semper steterat apud Marchionem, Ciuitas autem Montisuici, seu Montisregalis iam per quadraginta annos antea peruenerat ad Amedeum de Sabaudia Principem Achaiæ vassallum Ducis Sabaudiæ, vt patet in strumentis, & scripturis productis in hac causa parte Ducum Mantuę in causa reconuentionali. Item falsum est ꝙ etiam ait, Ioan. Iacobum, vt redimeret filium, cessisse dictam Ciuitatem intelligendo de Mõ
23 teregali cum † dictio dictam est relatiua, seu expressiua nominati in præcedenti, Bartol. in l. si cui §. si à filio ff. de leg. 1. & in leg. talis scriptura §. fin. vers. ic. quæro ergo eod. tit. quia cõtrarium apparet ex dictis scripturis productis, nec de erat tunc quæstio inter partes. Item falsum quoque illud est dum ait, quòd Amedeus voluit, quòd Ioan. Iacobus faceret quasdam obligationes super statu Marchionali, & paulò post, dum refert se eadem audiuisse ab illis nominatis vltra patruum, declarat quæ essent illę obligationes, quia ait scilicet, quòd acceperat in feudum reliquum Marchionatus à præfato Duce Sabaudiæ, quòd nunquam antecessiores aliqui dicti Marchionis Ioan. Iacobi fecerant nam ex scripturis productis probatur hoc esse falsum, quia nullam recognitionẽ fecerat Marchio Io. Iacobus de reliquo Marchionatus, sed recognitio in feudum fuit facta per Ioannem primogenitum Ioan. Iacobi de parte Marchionatus, scilicet de terris citra Padum, & nonullis vltra Tanagrum, quo fit vt si vera est conclusio supra firmata, quòd testi falsum deponenti in vno in nullo creditur, quid dicemus in isto, & eius authoribus, qui in multis reprobamur de falso;

Quartò, deponit inuerisimilia dum ait, quòd Dux Sabaudiæ retinuerat dictam ciuitatem, & terras prætextu, seu ratione expensarũ, quas fecerat in dicto bello in fauorem dicti Marchionis Ioan. Iacobi, nam hoc est inuerisimile imò dictum continet in se repugnantiam, & contrarietatem, quòd Amedeus Dux eo in bello esset hostis Ioan. Iacobi prout dicit testis & iuuaret partes Philippi Ducis Mediolani, ac eius terras occupasset, & quòd expensas feciſſet eo in bello fauorem Marchionis Io. Iacobi, quia non fuisset ad fauorẽ, sed potius ad offensã, quo fit vt tamẽ sibi cõtrarius, & inuerisimilia deponẽs, & negocio, seu rei nõ cõuenientia nullo modo ꝓbetd. l ob carmen §. fi.

Quintò super 11. cap. in quo dedu citur, quòd D. Ioan. Iacobus ob filij desiderium, qui erat detentus, &c. inductus, & coactus fuit accedere ad ciuitatem Taurini ad Illustris. D. Ludouicum Principem Pedemontium, filiũ Ducis Sabaudiæ, & Locũtenentem: Respondet iste testis, non dici audiuisse quòd recorderetur, quòd dictus Marchio Ioan. Iacobus accessisset ad Principem Pedemontium potius quàm ad Ducem, sed solum, quòd iuerat Taurinum ad ipsum Ducem Sabaudiæ pro liberatione filij, tamen posset esse, quòd ibi reperuisset dictum Principem Pedemontium, quòd ipse nescit, nec recordatur intellexisse, si quidem verum est, & constat instrumentis, & scripturis productis, quòd Ioan. Iacobus cum oratoribus Ducibus Mediolani accessit Taurinum ad Ludouicum Principem filium, & locumtenentem, vt sententiam, & laudum oratorum proferri audiret, & tamen iste dicit non audiuisse, quòd illi testes nominati dicerent, quòd accessiſſet potius ad Ludouicum Principem quàm ad Ducem, sed solum quòd iuerat Taurinum ad ipsum Ducem Sabaudiæ, & sic affirmat audiuisse, quod verum non est, quia ibi non aderat in ciuitate Taurini Dux Sabaudiæ, sed Ludouicus eius filius; & locumtenentes, & cùm eo Ioan. Iacobus contraxit, Dux antem Sabaudiæ pater eratabsens, nempè vltra montes in Sabaudia, & tandem nesciens quid dicat, vult vaticinari iste testis, quia dicit, quòd tamen posset esse, quòd ibi reperuisset dictum Principem Pedemontiũ, quòd ipse nescit, nec recordatur intellexisse, nam si nescit, nec intellexit, cur dicit posse esse ꝙ ibi fuisset repertus; nam imò hoc non potest esse

quia

quia si vterque adfuisset, & Dux pater, & Ludouicus filius, certè de hoc fuisset facta mentio in instrumentis, imò cum ipso Duce patre fuissent inita pacta, & conuentiones, non autem cum Ludouico Principe, & locumtenente recipiente nomine, & vice patris absentis, si aderat pater, cessabat locumtenentia filij, sed cùm ex scripturis apertè probetur, quòd Dux Amedeus erat absens, & ibi aderat tantùm Ludouicus filius, & locumtenens, qui stipulabatur, & recipiebat nomine Ducis eius patris absentis manifestè patet, hunc testem nutantem, & dubitantem falsa deponere, dum affirmat, ibi fuisse Ducem Sabaudiæ, de Ludouico autem dubitat: vnde pariter ergo detegitur falsus, inquantum supra dixerat, quòd Ioannes filius primogenitus iuerat Taurinũ visitatum post dictam pacem Venetam præfatum Ducem Sabaudiæ, & ab eo detentum fuisse, nam si ibi non aderat Dux, quomodo fuit ab eo detentus? quo fit vt nullo modo credi huic testi debeat in aliquo.

Sextò, nimis affectionatus, & animosus detegitur iste testis, dum super xix. capitulo interrogatus respondet, quòd cùm seruierit præfato Marchioni Gulielmo Seniori, & successiuè Marchioni Bonifacio eius fratri, & deinde Marchioni Gulielmo iuniori, & demum Marchioni Bonifacio filio Gulielmi, ac Marchioni Ioan. Georgio vltimo, firmiter tenet, quòd aliquis eorum nunquam ratas habuerit donationes, & infeudationes, & adhærentias factas cum d. Duce Sabaudiæ, & paulo post subiungit, quòd credit pro certo, quod si aliquid factum fuisset eiusmodi effectus versus dictum Ducem Sabaudiæ, quòd sine dubio ipse testis intellexisset, ob maximam familiaritatem, quam habuit cum dictis quinque Marchionibus, & ab his, qui habebant curã status ipsius Marchionatus, quod minime intellexit, ecce, quàm constanter adstruat negatiuam, & tamen de contrario constat ex ratificationibus factis per præfatos Gulielmum Seniorem, & Bonifacium eius fratrem, quæ in actis productæ sunt, & sic in hoc reprobatur quoque de falso, & ideo in nullo est ei credendum, ex supradictis in primo teste, & † cũ nimis animosè affirmauerit negatiuam, suspectus detegitur, & propterea nec etiam probat, vt per Crau. consil. 2. nu. 6. post Anchar. Alex. Corneum, & Brunum Astens. in locis per eũ relatis. Non omitto, quod interrogatus quoque super xiiij. capitulo, in quo deducitur de publica voce, & fama, respondet, quòd quoad eos, quos supra nominauit à quibus dici audiuit ea, quæ deposuit, putat inter eos fuisse publicam vocem, & famam, quòd ea, quæ fecerat dictus Marchio Ioan. Iacobus cum Duce Sabaudiæ circa cessionem, & infeudationem ac alia contenta in d. capitulo, ea omnia vi, & metu fecisset, & sic iste testis iudicat dum ait, se putare inter eos fuisse publicam vocem, & famam, quia licet illi hoc dixissent, attamen non poterat dici publica vox, & fama apud eos, nec inter eos, & multominus apud alios, & sic nihil omnino probat de publica voce, & fama, ex traditis per Bart. in d. l. de minore §. tormenta ff. de quæst. & in l. 3. §. eiusdẽ quoque ff. de testibus.

Tertius testis nobilis Gasparinus de Monte de loco Thongi Marchionatus Montisferrati notarius, & locumtenens in illa terra. Respondit, quòd possunt esse anni quadraginta, vel circa, nec certum præcisè mensem, & diẽ habet menti, cùm ipse testis esset in dicto loco Tongi in contrata Muratorij, & in via publica apud domum habitationis ipsius testis, & ibi essent nunc quondam Ioan. Antonius de Grea, Giorgius Zachus, Dominicus Dusius, & nobilis Gaspar de Monte ipsius nob. testis pater, & fieret sermo inter eos, & nominaretur locus Clauaxij, quem locum dicebant esse opulentum, & diuitem, prædictus Ioan. Antonius de la Grea, qui poterat esse tunc annorum quadraginta quinque vsq; quinquaginta, & moriuus est à duobus mensibus citra, vel circa, dixit, quòd ipse locus Clauaxij aliàs erat de statu, & Marchionatu Montisserrati cum alijs tertis, & oppidis, videlicet Monteregali, Ciriaco, & dimidia Hipporregiæ, & etiam dixit quomodo Illustriss. Dux Sabaudiæ non nominando eius nomen, quòd recordetur, dicta loca, & terras acceperat, & ea tenebat, & possidebat, & narrauit causam occupationis siue possessionis dictorum locorum, quæ erat dicẽs, quòd aliàs vnus Illustriss. Dux Mediolani nominatus Philippus mouerat bellũ contra Illustriss. D. Ioan. Iacobum nunc Marchionem Montisferrati, & quòd D. Ioan. Iacobus Marchio requisiuit per legatos Illustr. Ducem Sabaudiæ, vt vellet hortari prædictũ Ducem Philippum, ad desistendum à dicto bello, quod facere noluit sed potius voluit fauere dicto Duci Philippo, & quòd hoc vidẽs: dictus dominus Io. Iacobus Marchio Montisferrati, accessit Venetias, postulaturus auxilium à Venetis, & quòd pax facta fuit inter præfatum Ducem Philippum, & Ioãnem Iacobum Marchionem Montisferrati, qua pace sequuta, prænominatus Io. Iacob. Marchio reuersus est in statum Montisferrati, & misit suum primogenitum nominatum Ioannem ad visitandum dictum Ducem Sabaudiæ, & ab eo requirendum, vt nonnullas terras, præsertim prædictas, remitteret, & relaxaret præfato Marchioni Io. Iacobo eius patri, & quod ipse D. Ioannes accessit Taurinum ea de causa ad dictum Ducem Sabaudiæ, cuius nomen non meminit audiuisse, & cùm ibi fuit, non dictum Ducem, sed quendam filium eius primogenitum cuius nomen ad præsens non recordatur, reperuit, qui filius primogenitus Ducis Sabaudiæ intellecta requisitione, & legatione prædicti D. Ioannis filij dicti Marchionis Ioan. Iacobi deduci fecit, seu conijci in carcerem Taurini, Quodque præfatus Illustriss. Ioan. Iacobus Marchio audita detẽtione filij, accessit ad dictam ciuitatem Taurini, requirens relaxationem dicti filij eius à carcere, & timens periculum carceris, & metu, qui caderet

deret in constantem virum, fuit coactus facere donationem, seu cessionem prædicto Illustriss. Duci Sabaudiæ de dictis terris supranominatis. Dixitq; tunc audiuisse à dicto Ioan. Antonio, quòd prædictus Dux Sabaudiæ nollebat relaxare, sed intendebat retinere ipsas terras, ob nonnullas expensas per eum factas prætextu belli moti per dictum Ducem Philippum, & etiam pro sumptibus factis in gubernando eas terras dicto bello durante, & q̃ ex post præfatus Illustriss. Ioan. Iacobus Marchio Montisferrati, relaxato dicto ejus filio, fecerat protestationes, quòd dictam donationem, seu cessionem fecerat propter metum dicti carceris filij, & qui metus caderet in constantem virum, hæc inquit iste testis, qui non minus ceteris præcedentibus est defectuosus in multis.

Primò, cùm ab vno tantùm dicat audiuisse, nempè à Ioan. Antonio della Grea præsentibus illis quos nominat, non probat &c. licet ex quadam ibi, non vtiq; ab vno, & diximus supra, & hic solus defectus sufficere deberet ad repellendum eum.

Secundò, quia in idem vitium falsi incidit iste testis, in quod incurrerunt prædicti, imò falsum adauget, dum ait, quòd Dux Sabaudiæ acceperat Clauaxium, & Montemregalem, quod esse falsum supra ostendimus, & addit iste etiam Ciriacum, & dimidiam Hipporregiæ, hoc etiam est falsum, quia Ciriacum datum fuerat in dotem Violandæ filiæ Theodori Paleologi primi Marchionis, Montisferrati vxori Aymonis Comitis Sabaudiæ vnà cũ Lanceo, & Casellis, & hoc iam de anno 1330. vt constat instrumento in actis producto, & ab eo tempore in hanc vsque diem Duces Sabaudiæ dicta loca Ciriaci, Lancei, & Casellarum semper tenuerunt, & possederũt, vt probatur in actis. Ciuitas autem Hipporregiæ iam ducentum annis retro elapsis fuerat insolidũ etiam Ducum Sabaudiæ, & probatur ex scripturis in actis exhibitis parte Ducum Mantuæ in causa reconuentionali.

Tertiò dum ait, quòd Marchio Io. Iacobus requisiuit Ducem Sabaudiæ, vt vellet hortari Ducem Philippum ad desistendũ à dicto bello, quod facere noluit, sed potius voluit fauere dicto Duci Philippo, hoc pariter est falsum, & contrarium probatur ex scripturis exhibitis, quod imo hortatus est obnixè, & legatos multos destinauit ad Ducem Philippm hac de causa, & hoc etiam probatur litteris ipsiusmet Marchionis in actis exhibitis, & aliis multis, & postquàm Ioan. Iacobus Marchio ad ipsum Sabaudiæ Ducem confugit, & in eius manibus terras Marchionatus non occupatas remisit custodiendas, idem Dux Sabaudiæ, nõ solum eas fideliter, & multa cum impensa custodiuit, ne occuparentur, sed etiam eiusdem Philippi Ducis hostis factus, eidem conanti dictas terras occupare, bellum mouit, vt probatur testibus parte Ducis Sabaudiæ examinatis, qui pro maiori parte sunt de ditione Montisferrati, & omni exceptione maiores, quo fit, vt in hac quoque parte iste testis, & eius author à quo audiuit de falso arguantur.

Quartò dum pariter ait, quòd Marchio accessit Venetias postulaturus auxilium à Venetis, & quòd tandè ipsi Veneti operati sunt, quòd pax facta fuit inter præfatum Ducẽ Philippum, & Ioan. Iacobum, hoc pariter est falsum, quãdoquidem Veneti non operati sunt pacem inter Philippum, & Marchionem, nec restitutionem terrarum ablatarum, sed potius pax medio arbitratorũ Nicolaj Estensis Marchionis Ferrariæ, & Ludouici Marchioni Salutiarum facta extitit, inter ipsos Venetos, cum quibus principaliter erat bellum, & ipsum Philippum Ducem, ipse autem Marchio in consequentiam veniebat, & includebatur in capitulis pacis, vti adhærens, & confederatus ipsis Venetis, vt probatur apertè ex instrumento laudi parte Ducũ Mantuæ exhibiti lati de anno 1433. de mense Aprilis, quo fit vt in hac quoq; parte falsus remaneat iste testis cum suo authore, à quo audiuisse dicit.

Quintò dum deponit, quòd Ioannes primogenitus missus à patre Ioan. Iacobo ad visitandum Ducem Sabaudiæ, cùm fuit Taurini, non dictum Ducem, sed quendam filium eius primogenitum, cuius nomen non recordatur, reperuit, & qui filius eundem Ioannem primogenitum deduci fecit, seu conijci in carcerem, contrariatur iste testis directò proximè præcedenti testi, qui dixit ex relatu illorum ibi nominatorum, quòd Ioannes primogenitus iuerat Taurinum ad ipsum Ducem Sabaudiæ, & ab eo detentus fuit, iste autè dicit Ducem non fuisse repertum in Ciuitate Taurini, sed quendam eius filium, & ab eo fuit Ioannes in virtcula conieclus, & quæso considera quomodo hoc sit verisimile, quòd Ioan. Iacobus miserit filium improuidè tamquam ad Ducem Sabaudiæ, quin prius esset certus, an Taurini adesset Dux pater, an verò filius, & tanquàm casu, Ioannes putans visitare patrẽ, filium tamen inuenerit, & cum eo visitationis minus expleuerit, hoc enim est omnino inuerisimile, attenta maximè propinquitate locorũ Marchionis Montisferrati, vnde mittebatur filius Ciuitati Taurini, non extat iter vn ius diei. Est quoque mirum, quòd cùm ita exactè cętera omnia relata per dictũ Io. Antonium della Grea referat, & feliciter memoriæ comendauerit, recordetur q̃ nominis Ducis Mediolani, necnon Ioan. Iacobi Marchionis, & eius filij primogeniti, nominum tamẽ Ducis Sabaudiæ, nec eius filij non recordetur, sed dicat quendam filium, cuius nomen ad præsens non recordatur, & eo maximè cum eius nomen in capitulis super quibus interrogatur, exprimitur, & quæ ipsemet testis legit, eo quòd sit notarius, vt in principio suæ depositionis habetur, hoc quidem est mirum, & falsitatem redolet.

Sextò omnino inuerisimile est quòd ait, Ioann. Iacobum Marchionem audita detentione filij, accessisse ad dictam Ciuitatem Taurini, hoc enim apud quemlibet credibile esse

non

non poteſt, vt ſi filius erat detentus, ipſe pater perſonaliter ad hoſtem accederet pro obtinēda relaxatione filij, & ſi timebat periculū carceris, vt ipſe ait, quō quæſo ipſemet ad eundē locum accedisſet? & in carcerem quaſi ſpōtanee ſemet iniecisſet? & reprobatur pariter in hoc iſte teſtis ex ſcripturis productis, ex quibus apparet, Io. Iacobum Marchionem acceſſiſſe Taurinum in Comitatu oratorum Ducis Mediolani, & primatum ac conſiliariorū ſuorum, Et quæſo conſidera dictum teſtis eū ait, quod Io. Iacobus timens periculum carceris, & metu inquit, qui caderet in conſtantē virum, fuit coactus facere donationē D. Ducī de tetris ſupranominatis, non etenim timere debuerat periculum carceris, qui ſciens iā filium carceratum ſponte acceſſit ad carcerē, & verè iudicat de metu dū deſcribit qualitatem metus ſcilicet, qui caderet in conſtātem virum, hoc enim non eſt teſtificari, ſed iudicare, vt diximus ſupra, Et inquantum vltimo loco dicit, quod ex poſt prætatus Ioan. Iacobus Marchio relaxatio dicto eius filio, fecerat proteſtationes, quod dictam donationē, ſeu ceſſionem fecerat propter metum carceris filij, & qui metus caderet in conſtantem virum, in hoc eſt ſingularis, & ſi ita eſſet certè de huiuſmodi proteſtationibus ſcriptura apparet, præcipuè cum preſupponat plures factas proteſtationes, quia loquitur in numero plurali, qui non vno ſolo contentus eſt, ſed ſaltem in duobus ad minus verificatur, vnde iſte teſtis multominus cæteris probat, & conſequenter non eſt quod vltra inſiſtamus, accedamus ergo ad alios.

Quartus eſt D Ioannes Iacobus de Boſſio, dictus Boſſius de Boſſijs, habitator, & D. Odelenghi magni, etiam dominij Montiſferati annorum octuaginta quatuor. Reſpondit, quod ipſe teſtis, cepit ſeruire cum eſſet annorū xij, vel circa Marchioni Montiſferati Gulielmo ſeniori, qui fuit frater Marchionis Ioannis, & filius Marchionis Ioan. Iacobi, & quod perſeuerauit in ſeruitute, & obſequijs ſub dicto Marchione Gulielmo fortè annis quadraginta, ſeu ſaltem toto eo tempore, quo ſuperuixit dictus Marchio Gulielmus, & ſucceſſiuè ſeruiuit Marchionibus, qui poſt dictum Marchionem Gulielmum fuerunt, vſq; ad Marchionem Gulielmum iuniorem à quo fuit deputatus Caſtellanus caſtri Pomarij: & cum eſſet ad ſeruitia prætati Marchionis Gulielmi ſenioris tunc temporis, & in principio, quo cēpit eidē ſeruire in eius curia dici audiuit à Magnificis D. Guidone de Sancto Georgio patre Magnifici D. Theodori patris Do. Gulielmi nunc Senatoris in Ciuitate Caſalis pro Cæſarea Maieſtate, qui prætatus Do. Guido fuerat primus camerarius preſati Marchionis Ioannis, & in curia prætati Marchionis Gulielmi erat ex curialibus primis ipſius Marchionis, nec non etiam dici audiuit à D. Chriſtoforo de Carreto, qui fuerat camerarius ex primis camerarijs preſati Marchionis Ioannis, & poſtea fuit camerarius prætati Marchionis Gulielmi, nec non à præfato D. Ioan. Iacobo eius teſtis patre, qui fuerat ex intimis curialib. Marchionis Ioannis prædicti, & ex poſt fuit camerarius, & magiſter ſtabuli Marchionis Gulielmi pro aliquo tempore, ſed ob ſenium poſtea vacauit à dictis muneribus, ſed mortuus eſt in curia, & in arce Caſalis à quibus omnib. multotiēs dici audiui diuerſis vicibus, & in diuerſis locis, maximè in caſtro Caſalis, quod nominatus in capitulo Illuſtriſs. Dux Mediolani contraxerat odium eum Marchione Ioan. Iacobo patre Marchionis Ioannis, necnon Marchionum Gulielmi, & Bonifacij, ac Theodori, qui fuit poſtea Cardinalis. Eo quòd ipſe Dux Mediolani exiſtimauerit præfatum Marchionem Io. Iacobum adhærere partibus dominorum Venetorum, & quod ipſe Dux Filippus mouit bellum contra ipſum Marchionem Io. Iacobum, & in effectu cœpit magnā partem Marchionatus, & ex alio latere Dux Amedeus Sabaudię ſororius dicti Marchionis Io. Iacobi apprehendit ferè omnes terras, & loca dicti Marchionatus Montiſferrati à Mōtecaluo inclusiue retro, & eum ipſe Marchio Io. Iacobus cognoſceret ſe imparem ad reſiſtendum non modo duobus Ducibus, vt erāt Dux Mediolani, & Dux Sabaudiæ, ſed neq; alterī eorum, confugit ad auxilium dominorum Venetorum, quorum medio pax ſequuta fuit, & dictus Marchio Ioan. Iacobus reſtitutus fuit in ſtatum Marchionalem Montiſferrati, tamen non potuit recuperare illas terras, & loca, quæ erant in manu dicti D. Ducis Sabaudiæ, & quod cùm ea requiſiuiſſet ſibi reſtitui à præfato Duce Sabaudiæ, ipſe negauit ſe ea reſtituturū, niſi haberet ſatisfactionem impenſarum, quas fecerat in capiendis ipſis terris, & eis manutenendis durante bello dicti Ducis Mediolani, & propterea eas terras, & loca, vt ſupra habere non potuiſſe, & ita tunc remanſerunt in manibus dicti Ducis Sabaudiæ Clauaxium, Septimum, & quædam alia loca, quæ ipſe teſtis neſciret nunc dicere, hoc expreſsè declarans ſe à prænominatis, de quibus ſupra, intellexiſſe, quod quoad Montemregalem, Taurinum, & Hipporegiam nō in eo bello tunc adempta fuiſſe eidem Marchioni Ioan. Iacobo, ſed prius occupata extitiſſe ab ipſo Duce Sabaudiæ ſeu altero præcedente.

Inſuper dixit intellexiſſe à prædictis D. Guidone, & alijs quo ſupra nominauit, quod deinde poſt prædicta, cùm Dux Sabaudię decreuiſſet facere quotidā publicos Ludos, ſeu conuiuia, & haſtiludia inuitauit præfatum Marchionem Ioan. Iacobum, vt ad illa ſe conferre deberet, & cùm ipſe poſuiſſet rem in conſilio ſuorum conſiliariorum, concluſum fuit, quod ipſe D. Marchio ire non deberet, & ita ſe excuſauit tum dicto Duce Sabaudiæ, poſtea vero Dux Sabaudiæ ab eodem Marchione Ioan. Iacobo requiſiuit, vt mittere vellet ad prædicta ſpectacula, & conuiua Illuſt. eius filium primogenitum Do. Ioannem, in quo ſubſequutus eſt eiuſdem D. Ducis voluntati,

& ita

& ita iuit Taurinum ad dictum Ducem Sabaudiæ, & interfuit conuiuijs, & illis festiuitatibus, quas fieri fecit dictus Dux Sabaudiæ, & cum deinde vellet recedere, vt fuit ad portam castri inde egressurus, ibi fuit detentus personaliter tamquam captiuus dicti Ducis Sabaudiæ, & in eo carcere mansit detentus xij. mensibus cum dimidio, vt ipsius testis pater pluries commemoranit, vt verò alij ex prædictis dicebant, mensibus tredecim, vel circa, & quod ipse Marchio Ioannes ob animi egritudinem postea incidit in grauem morbum, adeo vt dubitaretur ne incideret in Thisim, et quod ad recreandum eius animum, impetratus fuit à Duce Philippo eius pater, vt concederetur ad seruitia eiusdem Dom. Ioannis, cùm tunc seruiret præfato Duci Philippo, eo quòd pater ipsius testis esset iuuenis, alacer, & agilis corpore ac aptus tam ad ludum pilæ, quam ad ludum ensis, et ad alia loca, quibus delectatur iuuentus, et inde factum est, vt eius pater, & successiuè ipse testis tenuerint incolatum in Marchionatu Montisferrati, & semper perseuerauerint in seruitijs dictorum Marchionum, prout etiam fecerunt fratres ipsius testis. Dixit quoq; ipse testis, quòd in dicta curia Marchionis Gulielmis senioris, & à prædicto eius patre, ac alijs, quos nominauit, intellexit eo tempore, quo seruiebat vtiipra eidem Marchioni Gulielmo, quòd præfatus Marchio Io. Iacobus, vt redimeret filium, fecerat quoidam cessiones, donationes, & inuestituras feudales de terris Marchionatus Montisferrati trans Padum existētibus versus dictum Ducem Sabaudiæ, & quòd omnia metu fecerat vt eum relinqueret in pace, & daret eidem ipsum filium. Et addit etiam, q̄ de prædictis loqui in eandem sententiam audiuit à Magnifico Dom. Petro Romano, qui erat magister domus, ac tractabat omnia negocia status dicti Marchionis Gulielmi senioris, & etiam à quodam Facino Capello Casalensi magistro stabuli, & cameræ dicti Marchionis Gulielmi senioris, & à quodam Ioanno Auinionensi, & à multis alijs curialibus dicti Marchionis Gulielmi, & maximè à D. Ioanne de Sancto Georgio Castellano castri, Casallis, hæc recitat isse testis cuius dicta ad vnguem transferibere visum est, eo quia cum fuerit proximus ad ea tempora, & loquatur de auditu à patre, & alijs qui fuerat tempore Io. Iacobi, & Ioannis eius primogeniti, multum refert videre quid, & quomodo loquatur.

Circa autem hunc testem aduertēdum est imprimis, quod dum dicit seruiuisse Marchioni Gulielmo seniori fratri Ioannis, quadraginta annis, quòd hoc non videtur posse procedere, quoniam Marchio Gulielmus cepit regnare anno 1464 quo mortuus est Ioannes eius frater, & regnauit vsq; adannum 1483. quo decessit, vt scribit Benevenutus, & sic regnasset 19. annis tantum, & ideo esse non potest, quòd ipsi Marchioni seruiuerit 40 annis, & præterea facta supputatione temporis: & annorum 40. quibus seruiuerit, cū annis, quos iam habebat quando cepit seruire, qui erant 14. vsq; ad tempus depositionis quod fuit de anno 1534. oporteret ipsum testem excedere annos 90. & tamen, dicit se esse annorū octuaginta quatuor tantum.

Secundo considerandum est, quòd iste cū eius authoribus contrariatur præcedentibus testibus, imò illi per hunc, & eius authores cōuincuntur de falso, eo quòd illi dicant Taurinum, Montemregalem, & Hipporregiam Ciuitates captas fuisse eo in bello per Ducem Sabaudiæ, & quæ antea erant Marchionis Ioan. Iacobi: iste autem dicit intellexisse à prædictis, quos nominat, dictas Ciuitates, non eo in bello tunc ademptas fuisse eidem Marchioni Io. Iacobo; dum verò subiungit, eas prius fuisse occupatas ab ipso Duce Sabaudiæ, seu altero præcedente, hoc similiter est falsum, quia Duces Sabaudiæ dictas Ciuitates habuerunt, non per occupationem à Marchionibus Montisferrati, sed ex legitimis titulis, & concessionibus Imperatorum, nempè quantum ad Taurinū, & Hipporregiam à Federico II. de Mōteregali autem non etiam aliquis Dux eam habuit per occupationem à Marchionibus, sed eam habuerat Amedeus Princeps Achaiæ ex deditione spontanea ciuium, cùm antea esset Roberti Siciliæ Regis, quo fit, vt & iste cum authoribus suis in hac parte falsus quoq; cōperiatur.

Tertiò falsum quoque deponit dum ait, q̄ Dux Amedeus Sororius dicti Marchionis Io. Iacobi apprehendit ferè omnes terras, & loca dicti Marchionatus Montisferrati à Montecaluo inclusiuè retro, quia nullus testiū hoc dicit, & Beneuenutus qui in sua historia nominatim recensuit terras, & oppida Marchionatus capta eo in bello per Ducem Mediolani, veritimiliter idem fecisset de occupatis per Ducem Sabaudiæ, & tamē ne vnam quidem cum occupasse refert, sed bene, & ipse & pars fatetur, ac testibus, & scripturis, probatur, quod Marchio Io. Iacobus antequam Venetias accederet, spontaneam coniugationem, & remissionem fecerat ferè de reliquis omnibus terris, & oppidis Marchionatus Montisferrati non occupatis à Duce Mediolani in manibus Ducis Sabaudiæ, vt eas custodiret, & defenderet ne occuparentur à Philippo Duce, excepto Clauaxio, & nonnullis alijs citra Padum.

Quartò dum etiam ait, quòd Marchio Io. Iacobus spoliatus ferè omnibus terris confugit ad auxilium Venetorum, quorum medio pax sequuta fuit, & dictus Marchio restitutus fuit in statum Marchionalem, ostendimus in proximo præcedenti teste verum non esse, q̄ medio Venetorum pax sequuta fuit, & Marchio restituerus, sed medio Marchionū Estens. et Salutiarum, qui fuerant conciliatores pacis inter Philippum Ducem Mediolani, et Venetos prædictos, et si verum esset, quòd Dux Sabaudiæ pariter, et apse mouisset bellum Marchioni, et tot terras, et oppida occupasset, cui

dubium

dubium quòd etiam cum ipſo ęquè principaliter ſequuta fuiſſet pax, et terras occupatas reſtituiſſet? prout de Duce Mediolani dictum fuit in capitulis pacis Ferrariæ? Sed quia cum eo nullum fuerat bellum, neq; facta occupatio aliquarum terrarum vi belli, ſed eidē fuerant remiſſæ cuſtodiendæ ad fuorem Marchionis, ideo nulla cum eo ſequuta fuit pax vti non neceſſaria, cùm non adeſſet aliquod bellum.

Quintò pariter ex proximè dictis reprobatur non etiam eſſe verum, quod dicit, nempè, quòd habita reſtitutione eorum, quæ Dux Philippus occupauerat tamen non potuit recuperare illas terras, et loca quæ erat in manu dicti Ducis Sabaudiæ, et quæ cùm requiſiuiſſet ſibi reſtitui à præfato Duce Sabaudiæ ipſe negauit ſe ea reſtituturum. Nam ſi medio Venetorum obtinuit reſtitutionem occupatorum per Ducem Mediolani, cur non eadē via, et ratione, ac auxilio, et medio eorundē obtinuiſſet quoque reſtitutionem detentorū per Ducem Sabaudiæ? ſi verum eſſet quod ea occupaſſet vi belli, prout fecerat Dux Mediolani, ſed dicta loca, & oppida, quæ in manu Ducis ſponte, & liberè per ipſum Marchionē conſignata, & remiſſa fuerant eidem Duci cuſtodēida, & conſeruāda ſub pactis, & conuētionibus, de quib. in capitulis firmatis Tonopi an no 1412. recuſabat Dux Sabaudiæ remittere, & reſtituere, eo quod Marchio ſtare conuentis, & promiſſis recuſabat, & ea adimplere. Vnde verum non eſt, quòd recuſatio reſtituēdi fieret ex parte Amedei Ducis ob expenſas aliquas factas in capiendis ipſis terris, & locis, & eis manutendis, quia hoc neque æquum, neque rationabile fuiſſet, refectionem expenſarum petere, quas feciſſet in damnum ipſius Marchionis, & ſic in cuſtodiendis, & manutenendis oppidis, & terris tamquàm vi captis, ſed bene ęquum erat, & rationabile, vt eas cōſequeretur tamquàm factas in cuſtudiēdis oppidis vti remiſſis, & quòd Marchio pacta, & conuentiones ſeruaret. Vnde patet non eſſe verum, quòd hic & alij teſtes aſſerunt ſimpliciter, Ducem, Sabaudiæ recuſaſſe reſtitutionem ob dictas expenſas.

Sextò verum non eſſe detegitur, quod etiā ait, & ita tunc remanſiſſe in manibus dicti Ducis Amedei Clauaxium, Septimum, & quædam alia loca, quæ ipſe teſtis nelciret dicere, nam verbum remanſerunt, præſupponit præexiſtentiam apud ipſum Ducem, & ſic quod Clauaxium prius fuiſſet occupatum, prout dixerat ſupra cum aliis terris, & tamen vt alias probauimus, dictum oppidum fuit per conuentionem remiſſum poſt factas dictas conuentiones, & pacta, & hoc de expreſſo mandato Marchionis, non autem fuit retentum.

Septimò, conſidera quæſo, quam diuerſus ſit à cęteris teſtibus præcedentibus inquantū deponit de detentione Ioannis filij primogeniti. Præſupponit enim in primis, eam detentionem fuiſſe ſequtam poſt concordium de quo proximè præcedenti dixerat per quod Clauaxium Septimum, & alia loca remanſerant, vt ipſe dicit in manibus Ducis Sabaudię, Quia veniendo ad caput detentionis dicit, deinde poſt prædicta cum Dux Sabaudiæ, &c. Et tamen alij omnes præſupponunt prætentam detentionem ante contigiſſe, & deinde conuentiones ſubſequutas; Præterea præcedentes teſtes, vt videlii, dicunt Ioannem filiū primogenitum fuiſſe miſſum à patre Ioan. Iacobo, iſte autē cum autoribus ſuis, qui ſunt multi, aiunt Ducem Sabaudiæ primò inuitaſſe Marchionem patrem, & deinde eò rectiſante inuitaſſe Ioannem filium; diuerſa enim ſunt valdè mitti ab aliquo, vel inuitari per aliquē, vt de ſe patet; Diuerſi quoq; ſunt in cauſa, qa præcedentes dicunt miſſum Ioannem à patre vt Ducem Sabaudiæ viſitaret, & reſtitutionē locorum, quæ in manibus eius erant, obtineret; iſte vero, & autores ſui, vt ludos ſpectacula, ſeu ātiludia, dicit teſtis ſpectaret, & conuiuijs adeſſet.

Sed riſum mouet quod ait, Ioan. Iacobum Marchionem patrem inuitatum, poſſiſſe rem in conſilio procerum ſuorum, an ire deberet ſpectatum ludos, & aſtiludia, & intereſſe conuiuijs, & concluſum fuiſſe, quòd ipſe ire non deberet, Idem profectò erat faciendum de filio, & conſulendum, num & ipſe ire deberet, vel ne, & qua ratione fuit concluſum patrem ire non debere, eadem quoque de filio dicendum, & concludendum fuerat. Sed magis ridiculum eſt, quod narrat, nempè quòd completis conuiuijs, & feſtiuitatibus, Ioannes recedere volens, vt fuit detentus perſonaliter tamquàm captiuus, & in carcere manſiſſe per xij. menſes, vt eius pater dicebat, ſed ſecundo alios circa xiij. quæ omnia, num aliquid veriſimilitudinis habeant, & an credibilia ſint, cuius indicandum relinquo, neque eſt, quod amplius in iſto teſte inmoremur, ſed ad alios progrediamur.

Quintus itaq; eſt D. Luchinus Garronus de loco Vulpiani ditionis Montis ferrati ſuper ſecundis capitulis præmiſſa depoſitione ſuper primis aliam materiam continentibus. Reſpō dit, quòd ex audiru antiquorum virorum, qui erant in humanis tempore quo Dux Illuſtriſs. Filippus Mediolani Dux bellum intulit quon dam Illuſtriſs. Marchioni Ioan. Iacobo Marchioni Montisferrati, intellexit, & dici audiuit, quod præfatus Dux Philippus multis terris, & dominijs dicti Marchionatus ſpoliauit dictum Marchionem Ioan. Iacobum, quodque ipſe Marchio Ioan. Iacobus aliquis terras ex ſuis repoſuit tunc in manibus Ducis Sabaudiæ, & quòd poſtea ipſe Marchio Ioan. Iacobus conſugit ad Venetos, & quòd eorum auxilio reſtitutus fuit in ſtatum, & præfatus Dux Philippus reſtituit terras ab eo captas in dicto Marchionatu, non intellexit tamen an omnes reſtituerit, neque ipſe teſtis ſciret dicere quas terras occupaſſet, quòdque poſtmodum dictus Dux Sabaudiæ reſtituere recuſauerat terras ſibi confignatas, eo quia diceret feciſſe multas impenſas in cuſtodia dictarum terra-

rum

rum, quodq; etiam intellexit à dictis antiquis, & vt supra, quòd post sequutam dictam recuperationem Marchionatus, auxilio Venetorum vt supra Illustris. Ioan. filius primogenitus dicti Marchionis Ioan. Iacobi fuit Taurinum ad Ducem tunc Sabaudiæ, non intellexit ob quam causam ad eum accesserit, & quòd cùm illuc iuisset ipse D. Ioannes filius primogenitus fuit ab eodem Duce Sabaudiæ retentus, nec relaxari potuit donec eidē Duci donasset Clauaxiū ob dictos sumptus, quos fecisse dicerat dictus Dux Sabaudiæ, & interrogatus, à quibus prædicta dicit audiuit. Respondit, quod dicit audiuit à Tadeo Bertello agricultore sene, & à Petro Perroto notario pariter sene modo sunt anni 30. seu 40.

Iste testis est à præcedentibus diuersus, seu magis illis aduersus, inquantum præcedentes dicunt, Amedeum Ducem occupasse terras Marchionis Ioan. Iacobi, iste autem dicit in manibus suis repositas per Ioan. Iacobū Marchionem: hæc enim sunt diuersa inter se, occupare, & reponere, seu remittere, quia alterum præsupponit vim, & coactionem, alterū verò spontaneam dationem, vt de se patet; Vnde iste testis in hac parte stat pro nobis, dū dicit de consignatione, seu remissione locorum in manibus Ducis Sabaudiæ, & ex hoc etiam oritur probatio, quod Dux Amedeus non mouisset bellum contra Ioan. Iacobum, & ei hostis esset, quia si ita esset, non vti reterras suas reposuisset in manibus eius. Cum ceteris tamen reprobatur iste testis in eo, quòd ait, dictum Marchionem auxilio Venetorum restitutum fuisse in statum, & Ducē Mediolani terras restituisse, quia hoc supra verum non esse ostendimus, quia Veneti erant eiusdem Ducis hostes. Et pariter cum alijs reprobatur dum ait, Ioannem primogenitum iuisse Taurinum: nam in hoc etiam ab omnibus alijs differt, quia aliqui dixerunt, vt in superioribus vidimus, ipsum Ioannem missum à patre fuisse, & sic iussu, & voluntate patris accessisse, alij autem dicunt, eundem inuitatū, vt in proximè præcedenti, quod præsupponit rogationem ex parte inuitantis, iste autem dicit iuisse, quod præsupponit spontaneum accessum nullo impellente, aut hortante. Et postremò etiam reprobatur sicut & alij, quia dicit, eundem Ioānem à Duce Sabaudiæ detentum, cùm tamē vt supra sæpè ostendimus, ex scripturis productis probatur, Ducem Sabaudiæ tunc non fuisse in Ciuitate Taurini, vbi detentus asseritur, & diuersum quoq; ab alijs deponit, inquantum ait, Ioannem filium primogenitum non potuisse relaxari donec eidem Duci donasset Clauaxium ob dictos sumptus: nam præcedentes testes dicunt oppidum Clauaxij fuisse retentū per ipsum Ducem tamquam quòd prius captum fuisset per vim, iste autem dicit donasset, & alij omnes dicunt fuisse cessum, & remissum, seu donatum per Ioan. Iacobum patrem, iste autem per ipsum Ioannem filium, qui quidem non potuisset, etiam si voluisset, & contrarium apparet ex donatione producta, quæ legitur facta à Ioan. Iacobo patre, non autem à Ioanne filio primogenito. Vnde etiam iste vt falsus reprobatur in omnibus.

Sextus testis, Georgius Garronus de eodem loco Villpiani super secundis capitulis. Respondit de auditu a Tadeo Berzello necnon a Martino Galleto, qui terebat se ab eius patre alias dicta audiuisse, quòd Dux Mediolani, non nominando nomen ipsius, alias intulerat bellum dicto Marchioni Ioan. Iacobo, & quod ei ademerat quædam loca dicti Marchionatus Montisferrati, causam autem belli, & nomina terrarū, quæ ademisset dicto Marchioni, dicit aliter non intellexisse, quòdque præfatus Marchio Ioan. Iacobus coactus fuit implorare auxilium à Venetis, & ire Venetias, & quòd fauore Venetorum obtinuit, vt ipse Dux Mediolani relaxaret dicto Marchioni eas terras, quas ipse Dux Mediolani occupauerat ex dicto Marchionatu Montisferrati, quòd autem antequàm ipse Marchio iret Venetias, deposuisset aliquas terras dicti Marchionatus in custodia, & sub fide Ducis Sabaudiæ donec rediret, dicit nihil de hoc intellexisse. Et sic iste testis in hac parte nihil officit, licet & ipse reprobetur inquantum dicit, quòd Marchio Ioan. Iacobus fauore Venetorum obtinuit, vt ipse Dux Mediolani relaxaret dicto Marchioni terras, quia hoc verum non esse ostendimus in præcedentibus.

Super octauo verò capitulo continente prætensam detentionem Ioannis primogeniti. Respondit ex auditu Tadei Bercolli, Matthæi Galleti, & Bersani Narcū, quòd cū Dux Sabaudiæ euocasset ad quædam festa publica in Ciuitate Taurini D. Ioannem filium primogenitum Marchionis Montisferrati Io. Iacobi, & ipse ad eo iuisset, quòd eundem D. Ioannem ipse Dux Sabaudiæ retinuit detentum in castro Taurini, nec eum relaxare voluit, nisi Marchio Io. Iacobus eius pater eidē Duci Sabaudiæ dederit, seu dari fecerit per Castellanos, qui erant in locis, de quibus infra Clauaxium, Septimum, & quædam alia loca dicti Marchionatus, de quibus non recordatur.

Nam inquantum dicit, Ducem Sabaudiæ euocasse Ioannem ad quædam festa publica, reprobatur, prout quartus testis, & dicta ibi pariter militant hic contra hunc testem, maximè verò quia Dux Sabaudiæ non erat tunc in Ciuitate Taurini, vt ibi etiam diximus, & capitulum super quo examinatur, non loquitur de Duce Sabaudiæ, sed de Ludouico Principe Pedemontium eius filio. Et aduertatur proxime præcedenti, qui dicit donationem Clauaxij, Septimi, & aliorum locorum fuisse factam per Ioānem primogenitum dum detineretur, iste autem dicit, quòd Marchio Io. Iacobus dedit, seu dari fecit per Castellanos dicto Duci Sabaudiæ dicta loca. Addit autē iste, se in specie recordari dicti audiuisse à Bernardo Raymundo, quòd Zaninus de Saxello, qui erat Castellanus in loco Clauaxij tunc tē-

poris,

potis, noluit parere in relaxando castro Clauaxij dicto Duci Sabaudiæ, seu agentibus pro eo, donec vidit ipsum Marchionem Io. Iacobum, seu eius filium in quorum conspectum proiecit claues dicti Castri, dicendo, nolle vt vnquàm diceretur, quòd ipse Castellanus fuisset ille, qui dedisset dictum Castrum ipsi Duci Sabaudiæ. In hoc reprobatur iste testis, & falsum esse quod narrat, apparet ex instrumento mandati facti per ipsum Marchionē Io. Iacobum die 28. Ianuarij anni 1435. & sic die sequenti donationis factæ, per quod constituit suum procuratorem specialem Ludouicum de Ticionibus Dominum Decianę eius Secretarium ad inducendum in possessionem dicti loci, & castri Clauaxij ipsum Ducem Sabaudiæ, seu agentes pro eo, & ad præcipiendum hominibus eiusdem loci de præstando fidelitatem eidem Duci Sabaudiæ, & eidem obediendum, absoluendo eosdem, & quittando à iuramento fidelitatis præstito per ipsos homines, & vniuersitatem eidem Marchioni, Et in exequutionem idem Ludouicus procurator, & nuntius die immediate sequenti, vt patet alio instrumento, realem, & actualē possessionem tradidit Manfredo Marchioni Salutiarum Marescallo Sabaudiæ, recipienti nomine ipsius Ducis per traditionem claulū portarum tam castri, quàm oppidi per ipsummet Ludouicum remissarum dicto Mānfredo Marchioni, cui etiam fuit per vniuersitatem, & homines iurata, & præstita fidelitas, & hoc absq; contradictione alicuius, ex quibus satis patet, nunc testem manifestè falsum dixisse, & propterea in nullo esse ei credendum ex supra allegatis in primo teste.

Septimus, Antonius Gatti de eodem loco Vulpiani, super eisdem capitulis: Respondit de auditu à Tadeo Bertello, qui inquit, narrabat se viuū tempore quo Dux Mediolani, cuius nominis non recordatur intellexisse, fecit bellum dicto Marchioni Montisferati Io. Iacobo, & quòd dictus Dux Mediolani spoliauerat ipsum Marchionem Ioan. Iacobū multis terris, & oppidis dictis Marchionatus Mōtisferrati, quæ nesciret declarare, & quòd ipse Marchio Io. Iacobus propterea coactus fuerat fugere, seu recurrere ad Illustriss. Dominos Venetos, quorum fauore pax postmodū sequuta fuit inter ipsum Marchionem Io. Iacobum, & dictum D. Ducem Mediolani, & virtute dictæ pacis ipse Marchio Io. Iacobus recuperauit ea quæ occupauerat dictus Dux Mediolani: quòd autem illud bellum conflatum in ipsum Marchionem fuerit, studio vel opera Illustriss. tunc Ducis Sabaudiæ, nec q̄ ipse Dux Sabaudiæ aliquod intulerit tunc bellum dicto Marchioni Io. Iacobo, dixit nescire nec intellexisse, & sic iste testis vt patet non officit nobis; qui tamen vltra quòd de auditu ab vno tantum deponit, quo casu nō probat, etiam reprobatur cum cæteris in eo quod inquit, Venetorum fauore sequutam fuisse pacem inter ipsum Marchionem Io. Iacobum, & dictum D. Ducem Mediolani, & virtute dictæ pacis recuperasse Marchionem terras eo in bello occupatas, quia, vt supra diximus, pax sequuta non est fauore Venetorū inter Marchionem, & Ducem, & ipsos Venetos, vt patet instrumēto laudi prolati vt supra diximus, quo sit, vt & iste sit falsus, sicut & cæteri, & in nullo eidem mereatur,

Super octauo autem capitulo continente deductam carcerationem Ioannis. Respondit, quod etiam ex auditu dicti Tadei Bertelli vt supra intellexit, quòd cum postea recuperato statu Mōtisferrati, seu eius parte capta à dicto Duce Mediolani per dictum Marchionē Io. Iacobum, Illustriss. Dux Sabaudiæ tunc, cuius nomen nescit, inuitasset Illustriss. D. Ioānem filium primogenitum dicti Marchionis Io. Iacobi ad quædam publica festa in ciuitate Tuarini, & cùm ipse D. Ioannes accessisset, dictus Dux Sabaudię detinuit ipsū D. Ioannē, eo quia petebat ab eo vel eius patre quādam pecuniarum summarum, cuius numerum non intellexit, pro sumptibus factis in quibusdam armigeris pro prefato Marchione Io. Iacobo, & cùm dicerent non habere modum eas pecunias dandi, ipse Dux voluit Clauaxium, & quòd ipse Marchio Io. Iacobus dixit, quòd ipse nunquàm ei daret dictum oppidum, Sed si ipse Dux illud volebat, quòd iret captum, & propterea ipsum Ducem Sabaudiæ iuisse cum exercitu ad dictum oppidum Clauaxij, & homines ipsius loci nunquā voluerunt se ei Duci dare, nisi viso dicto Marchione Io. Iacobo, quem se cum Dux Sabaudiæ cōduxit, quo viso ipsi homines Clauaxij aperuerunt portas oppidi dicto Duci Sabaudię, & tunc abinde citra dictus Dux Sabaudiæ, & eius successores possederunt, prout adhuc de præsenti præsens Dux Sabaudiæ possidet.

Ecce iste deponit de auditu ab eodem Tadeo Bertello à quo præcedens testis dixerat quoq; audiuisse, & tamen differenter refert detentionem: nā omissa relatione, quòd Dux Sabaudiæ inuitasset Ioannem ad publica festa, circa quod me remitto ad dicta in præcedentibus, Ille dixit, quòd Marchio Io. Iacobus dedit seu dari fecit per Castellanos Duci Sabaudiæ Clauaxium, & alia loca, iste autem refert audiuisse, quòd Marchio dixerat, quòd nunquam ei daret dictum oppidū, sed si ipse Dux illud volebat iret captum, & tamen hoc est falsum, quia expresè mandauit Ludouicum de Titionibus, quem procuratorem specialem constituit ad tradendum dictum locum, vt diximus in proximè præcedenti, Et magis falsum est, quòd air, ipsum Ducem Sabaudię propterea iuisse cum exercitu, quia, vt etiam diximus in præcedenti, pro Duce Sabaudiæ fuit Marchio Salunarum Marescallus ipsius Ducis, cui die immediatè sequenti mandati per eundem Marchionem facti in præfatum Ludouicum Titionum, fuit tradita possessio, & facta remissio per ipsum Titionum procuratorem, non enim tam breui tempore potuisset exercitus cogi, & ad dictum oppidum adduci, Vnde mendax quoque est in eo, quod dicit,

homines

homines ipsius loci nunquàm voluisse, se dare Duci, nisi viso dicto Marchione, & precedens dixit, quòd Zaninus de Saxello Castellanus nunquàm voluit parere in relaxando castro dicto Duci, donec vidit ipsum Marchionem, seu eius filium, in quorum conspectum proiecit claues, & iste dicit, nisi viso dicto Marchione Ioan. Iacobo, quem secum Dux Sabaudiæ conduxit, quo viso ipsi homines Clauaxij aperuerunt portas oppidi dicto Duci Sabaudiæ, vterq; narrat fabulam, quia ex instrumento ademptionis possessionis, & remissionis factæ apparet, quòd neq; Dux Sabaudiæ, neq; Marchio, aut Ioannes filius iuerunt tunc, aut adducti fuerunt eò, pro remissione dicti oppidi, & castri, sed tantummodo procuratores amborum, & Ducis, & Marchionis eum actum expleuerunt, iuxta mãdatum eis factũ, & homines eadem die adeptæ possessionis, & remissionis factę iurauerunt fidelitatem absq; aliqua contradictione, vt in instrumentis productis continetur, quo fit, vt istis testibus nullo modo fides in aliquo adhiberi debeat.

Octauus testis, Magnificus D. Secundinus de Cornillano dominus Castri Montisbelli domini Montisferrati Senator consilij Casalensis super dictis capitulis secundis. Respondit, audiuisse, & intellexisse à domino Io. Michaele de Valmacha gubernatore Marchionis Ioann. Georgij, & qui fuerat Secretarius Marchionis Bonifacij senioris, & à domino Antonello de Marzanasco, D. Gulielmino de Gabiano, D. Ioanne Vulpo Marchionali secretario, D. Nicolao de Carreto castellano, D. Matheo de Brixia magistro intratarum D. Io. Antonio Picho commissario Casalis, & à multis alijs de quibus non recordatur, & qui prænominati, inquit, fuerunt curiales, & alumni Marchionis Gulielmi senioris, quòd Illustris. Dux Mediolani Philippus; & Dux Amedeus, vt credit, Sabaudiæ Dux de nomine eius eũ certè affirmare noluit, & qui erãt socer, & gener, molliti sunt bellum cõtra ipsum Marchionem Ioan. Iacobum, & quòd dictus Dux Philippus cum exercitu magno inuasit statum Montisferrati, & multa loca eiusdem cepit quæ autem loca in specie ceperit dixit recordari audiuisse dici, de Fraxinello, & Fraxinetto Altauilla, & Lu, de alijs locis dixit non recordari, & quod pari modo Dux Sabaudiæ ex d. Marchionatu Montisferrati occupauit quædam loca, de quibus nunc non recordatur, & quod dictus Marchio Ioan. Iacobus misserat rogatum dictum Ducem Sabaudiæ, vt vellet agere cum dicto Duce Philippo eius genero, vt desisteret à dicto bello contra eum, & quòd dictus Dux Sabaudiæ promisit se facturum, & non fecit, & propterea quòd ipse Marchio Ioan. Iacobus affugit ad Venetos ab eis imploraturus auxilium, cũ ipsis ambobus resistere non posset, & quòd antequàm recederet, ipse Marchio Ioan. Iacobus reposuit quædam loca in manibus dicti Ducis Sabaudiæ, qui erat affinis suus sub fide, quòd postea illa sibi restitueret, quæ tamen nescit declarare ipse testis, & quòd cũ ipse Marchio Ioan. Iacobus iuisset Venetias, & eorum auxilio concluſa essent pacis capitula, inter ipsum dominium Venetorũ, præfatum Ducem Mediolani, & dictũ Marchionem Io. Iacobum reuersus est in statũ suum, & recuperauit ea castra, & loca, quæ sibi ablata fuerant per præfatum Ducem Mediolani, & quòd cùm requisiuisset à Duce Sabaudiæ, vt sibi restituere vellet ea loca, quæ in eius manibus reposuerat, seu cœperat, quòd recusauit ea restituere sub prætextu, quòd fecisset multas expensas pro custodia dictarum terrarum licet multo plus exegisset ex redditibus dictarum terrarum, & locorum, quàm expendisset in eorum custodia. Et super octauo capit. continente detentionẽ Ioannis primogeniti. Respondit, intellexisse à prædictis, de quibus supra, quòd dum prefatus Marchio Io. Iacobus misisset Illustriss. D. Ioan. eius filium primogenitum visitatũ in ciuitate Taurini Illustriss. Ducem Sabaudiæ necnon quẽdam alium ibi existentem quẽ nominare nescit, & etiam petitum ab ipso Duce Sabaudię, vt sibi restituere vellet ea castra, & loca quæ sibi consignata fuerant, vt supra sub spe restitutionis habendæ, quòd ipse Dux Sabaudiæ detineri fecit in castro Taurini dictum dominum Ioannem, & cùm perseueraret in eo retinendo, dictus Marchio Ioan. Iacobus pro liberatione filij iuit ad dictum Ducem Sabaudiæ, & quod pariter ipse retentus fuit, nec relaxari potuerunt, donec omnia fecissent ipsi ambo Marchio Ioan. Iacobus, & Ioannes filius, quæ voluit dictus Dux Sabaudiæ, videlicet donationem, & cessionem quorundam locorum Montisferrati, & fidelitatem, seu homagium de reliquo Marchionatu Montisferrati; quæ autem loca donauerit, seu cesserit tunc, dixit non recordari audiuisse, nec alia scire, hæc sunt, quæ deponit ille Magnificus Senator, quem non minus indignum fide comperiemus ceteris, si diligenter eius dicta consideremus, quæ peccãt in multis.

Primò enim ait, Ducem Mediolani Philippum, & Ducem Amedeum, vt credit, de cuius nomine certò affirmare noluit, & qui erãt socer, & gener, mollii sunt bellum, est mirum, quòd ita precisè recordetur de nomine Ducis Mediolani, de Duce autem Sabaudiæ non audet affirmare nomen, & cùm sit Senator, & literatus, ignoret tamen nomen dicti Amedei Ducis, aut saltem dubitanter de eo deponat. Item recordatur de aliquibus locis, & terris captis per Ducem Philippum, quæ nominat, & tamen si pari modo, vt ait, Dux Sabaudiæ occupauit quedam loca, deberet de aliquo recordari, & saltem cum multa presupponat occupasse, vnum ad summum deberet memoriæ comendasse, & illum nominare, & qua ratione retinuit memoriæ loca occupata per Ducem Philippum, eadem debuisset, et occupata per Ducem Sabaudiæ, vnde testis dicens se non recordari de eo, de quo verisimiliter deberet recordari est suspectus.

Secundò

Secundo dum ait, quòd Marchio Io. Iacobus misserat rogatum dictum Ducem Sabaudiæ, vt vellet agere cum dicto Duce Philippo, vt desisteret à dicto bello, hoc implicat cõtradictionem, & repugnantiam, quod idem Dux Sabaudiæ vnà cum Duce Philippo bellum mollitus sit contra Marchionẽ Io. Iac. & eius terras occuparit, & nihilomin' idem Marchio Io. Iac. eundem Ducem Sabaudiæ rogaret, & eius opera vteretur: contra Ducem Philippũ, vt à bello desisteret, Nam si Dux Sabaudiæ pariter, & ipse erat in eodem bello, opportuisset prius alio medio vti, & alterius opera erga ipsum, & vt ipse bellari desineret, quod cum factum nõ sit, signi est manifesti, q̃ erat amicus si eius opera, & auxilio vtebatur ad intercedẽdũ pro eo erga Ducem Mediolani, vt à bello desistat, vnde vti contraria deponens, & repugnantia inter se, aut saltem inuerisimilia non probat.

Tertiò, dum ait quòd Dux Sabaudiæ rogatus, vt agere vellet cum Duce Philippo, vt desisteret à bello, promisit se facturũ inquit, sed non fecit in hoc directò contrariatur tertio testi Gasparino de Monte, qui vt ibi vidimus dixit, quòd Io. Iacobus requisiuit per legatos Illustriss. Ducem Sabaudiæ, vt vellet hortari prę dictum Ducem Philippum ad desistendum à dicto bello, quod facere noluit, sed potius voluit fauere dicto Duci Filippo: sed q̃ vterq; falsũ dicat, probatur eo scripturis productis, & ex litteris, & confessione ipsiusmet Io. Iac. Marchionis, vt ibi super dicto tertio teste diximus, vnde non minus falsis reditur iste, quàm ille, & propterea in nullo sit vtrique credendum.

Quartò, dum pariter ait, quòd propterea, quia Dux Sabaudiæ non fecit, quod promiserat, nempè non operatus fuerat cum Duce Philippo, vt desisteret à bello ipse Marchio Io. Iacobus affugit ad Venetos, ab eis imploratus auxilium, cum ipsis ambobus resistere nõ posset, ex hoc præsupponit etiam eũdem Ducem Sabaudiæ perseuerare in bello inchoato contra ipsum Marchionem, nec etiam ipse desistebat; postquam confugiebat ea de causa ad Venetos imploraturus ab eis auxilium contra vtrunq; eo quia non posset ambobus resistere Vnde quomodo esse poterat, aut verisimile, quòd ipse Dux fuerit rogatus de intercedendo cum Duce Mediolani pro Marchione, & promisserit se facturum, si adhuc ipse non erat cũ Marchione pacificatus.

Quintò, si verum id est, quod iste ait quòd Dux Sabaudiæ pariter bellum intulisset, & terras occupasset, nec reconciliatus fuerat prout præsupponit ipsemet testis, quomodo esse potest aut verisimile foret, quod ipse idem Marchio antequam Venetias accederet imploraturus auxilium vt supra, reponeret quædam loca, vt ipse testis, ait in manibus dicti Ducis Sabaudiæ, & sub fide, quod postea illa sibi restitueret, certè hoc nullo modo credibile esset, quòd si dixeris, fuit facta reconciliatio antequàm remitteret, & Venetias peteret; Respondeo, quod hoc testis non dicit, & cùm sit facti deberet deponere, aut aliter constare, quòd prius fuisset facta pax, sed iste testis potius præsupponit contrarium dum ait, quòd confugit ad Venetos imploraturus auxilium; ambobus resistere non posset, satis ergo patet, eo quòd ipsis quòd repugnantia, & inter se cõtraria deponit iste testis cum suis authoribus.

Sextò considera dum ait, quòd cùm ipse Marchio iuisset Venetias, & eorũ auxilio cõclusa essent pacis capitula inter ipsum dominium Venetorum, prefatum Ducem Mediolani, & Marchionem Ioan. Iacobum: nã si capitula pacis firmabantur etiam cũ dominio Venetorum, prout ita in veritate erat, quia bellum cum eis principaliter gerebatur, quomodo stare potest, quòd eadem capitula pacis fuerint concluſa auxilio ipsorum? oportuisset enim quòd ijdem fuissent; & principales, & mediatores, quòd esse non potest, auxilio ergo aliorum concluſa fuisset, oportuit prout fuit nempè Marchionum Ferrariæ, & Salutiarum, qui mediatores fuerunt conciliandæ pacis, non autem Veneti; vt patet instrumento laudi, seu sententiæ, & capitulorum ipsius pacis, de quibus supra diximus, & per Duces Mantuæ productis.

Septimò, dum loquendo de detentione Ioannis primogeniti dicit, Ioan. Iacobum Marchionem misisse Ioannem filium suum in ciuitatem Taurini visitatum Ducem Sabaudiæ, contrariatur duobus proximè præcedentibus, qui dicunt Ioannem primogenitum fuisse inuitatum per eundem Ducem Sabaudiæ ad quædam publica festa, & vt sæpè diximus, etiam de alijs testibus similiter deponentibus, est falsum quod misserit ad eum ad visitandum Ducem Sabaudiæ in ciuitate Taurini, cùm ibi non adesset Dux Sabaudiæ, sed iste addit, & quendam alium ibi existentem, quem nominare nescit, est mirum quòd cùm nominetur expressè in capitulo ei lecto nempè Ludouicus Princeps Pedemontium, filius, & locumtenens ipsius Ducis, ipse tamen testis dicit, & quendam alium, quem nominare nescit, & præsupponit vtrunq; ibi extitisse in eadem Ciuitate, quòd tamen est falsum, vt supra sæpè diximus.

Octauò, vt iste Magnificus Senator magnificentius loqueretur cõueniebat vt vltra alios aliquid plus afferret. Ait enim, quòd Marchio Ioan. Iacobus pro liberatione filij iuit ad ipsum Ducem Sabaudiæ, & pariter ipse retentus fuit nec relaxari potuerunt, donec omnia fecissent, quę volnit ipse Dux, & tamen de hac detentione patris nulla hactenus ex alijs testib. quicquam dixit, sed ab isto adinuenta, & vti non vera, non etiam fuit articulata, & ideo in hac parte deponit iste testis extra capitula, & articulata, quo casu non probat, ad tradita per Bartol. Alexand. Iasonem, & alios in leg. si duo §. item Iulianus ff. de iureiuran. per eundem Bar. in l. si quis libertatem ff. de petitio. hę redita. & in l. 1. §. diuus loco vltimo ff. de quæstio. & per canonistas extra de testibus in c. de testib. & c. eũ dilecti de accusa. nec potest dici

hoc deponere ad interrogationem iudicis seu comissarij, quia simpliciter interrogatur super octauo capitulo, in quo dicitur de detentione Ioannis tantum? non autem de aliqua detentione Ioan. Iacobi: vnde apparet, quod non tantum extra articulum deponat, sed etiã non interrogatus, seu de quo nõ interogatur, respondeat, ex quo detegitur suspectus prout reuera est, quoniam hoc esse falsum apparet ex instrumentis productis videlicet laudatu per oratores Ducis Mediolani, & donationis, ac alijs inde sequutis, in quibus legitur Io. Iacobum Marchionem venisse ad ciuitatẽ Taurini in comitatu prædictorum oratorum, ac plurimorum ex primatibus, & consiliarijs eiusdem Marchionis Io. Iacobi, cumque fuisse, & esse in libertate eundi, standi, & redeundi, quibus instrumentis standum magis est, quam dicto istius testis, prout etiam esse hoc falsum ex eo dignoscitur, quod dicat Io. Iacobum pariter retentum fuisse per ipsum Ducem Sabaudiæ, & tamen ibi in ea ciuitate tunc Dux Sabaudiæ non aderat, & licet hoc verum nõ sit, quod iste testis ait, attamen nonnulli alij cum sequuntur, & hoc fieri afflolet in istis testibus, prout obseruaui, vt cùm vnus aliquid incipit dicere diuersum ab alijs, vel extraneum, sequentes idem postea dicant.

Postremò, addit iste testis intellexisse à prædictis, quos nominat, quòd dicti Marchio Io. Iacobus, & Ioannes eius primogenitus postquam venerunt in statum Montisferrati protestati fuerunt coram personis fide dignis, & etiam in scriptis, quòd prædicta omnia, quæ fecerant cum dicto Duce Sabaudiæ in dicto loco, seu castro Taurini, ea omnia fecerãt per metum, tamen ipse testis nõ vidit aliquas protestationes, bene audluit, inquit dici à D. Ioanne Vulpo Secretario supranominato, quod ipse viderat dictas protestationes, quas ipsi Marchio Io Iacobus, & Ioannes fecerant post quam ex Taurino venerant. Si hoc verum esset, certe appareret de huiusmodi protestationibus in scriptis: verisimile enim est, quòd prefati Io. Iacobus, & Ioãnes eas in archiuo Marchionali diligenter custodiri, & asseruari curassent pro conseruatione iurium suorum, & tamen factum non apparet, aut saltem secretur, coram quibus personis fide dignis factæ fuerint, & per quem notarium scriptæ, & receptæ essent, eiusq; protocolla extarent, ad quæ posset adhuc hodie recurri, sed cùm horum omnium ne vllum quidem signum aut vestigium probetur, certè dicendum est, non esse verum, quod protestati fuerint ita solemniter, & in scriptis, prout iste dicit intellexisse; Sed tantum abest, quod protestationes aliquas fecerint cõtra gesta per eos in Ciuitate Taurini, quòd imò postquam reuersi fuerunt ad Ciuitatem Casalis, vbi domi tuto quiescebãt extra omnem timorem, ea omnia solemniter ratificarunt, & approbarunt, & id pluries fecerunt, & verbis, & factis vtin themate, & ex scriptis pluribus productis probatur.

Nonus testis D. Nicolinus de Zabaldanis ex dominis Alteuillæ dominij Montisferrati super secundis capitulis Respondet, quòd sũt anni 40. & plures, quod cùm esset cum patruo suo in domo propria in loco Alteuille, & quãdoq; in castro, quandoq; in Villa, & incideret mentio de ruina dicti castri Alteuillæ ab eo patre suo præsentibus aliquibus de familia, de quibus non recordatur, audiuit dici, ab eo, & etiam de inde audiuit dici ab Andrea Chuzel la famulo quondam Do. Nicolini aui sui, à Sebastiano Galiardo, & Baptista Zabaldano, quòd cum dictus D. Nicolinus auus suus fuisset Magister domus Marchionis Io. Iacobi, & successiuè Marchionis Ioannis, & ipse Marchio Io. Iacobus fuisset vocatus ad seruitia Venetorum pro capitaneo, ea etiam intentione, vt auxilio status sui offenderent Ducem Illustriss. Mediolani Filippum quod ea ratione ipse Dux Filippus inuasit statum Montisferrati, & cœpit plura eius loca, Casale, & omnia dicti status castra, exceptis illis castris, & locis, quæ emiserunt vexilla, & insignia Ducis Sabaudiæ, in quibus se non immiscebat dictus Dux Filippus, seu eius exercitus, & quòd inter alia castra, quę noluerunt se dedere dicto Duci Filippo, & Duci Sabaudiæ, fuit castrum Alteuillæ, cuius ipse testis est dominus pro vna parte, & quòd tunc Do. Antonius frater aui sui voluit tueri ipsum castrum, capto auxilio in Comitatu Astensi, & per exercitum dicti Ducis Filippi post tres menses fuit diruptum, & quia dictus eius auus semper sequutus fuerat partes dicti Marchionis Io. Iacobi, quem sequutus est fugientem Venetias, Dictus Dux Philippus donauerat ipsum castrum Alteuillæ quibusdam de familia Gutturiorum loci Quatuordearum: Verùm cùm dictus Marchio Io: Iacobus fugisset; vt supra ad fidelitatẽ Venetorum, ex pace inita inter Venetos, Ducem Filippum, & ipsum Marchionem, habuit restitutionem omnium, quæ occupauerat dictus Dux Filippus virtute capitulorum super inde factorum. Cùmque dominum redisset dictus Marchio Io. Iacob. & misisset Illustriss. Ioannem eius filium primogenitum ad Ducem Sabaudiæ ipse Dux cum retinuit. nec ipse testis recordatur intellexisse modum, nec locum retentionis, nec in cuius manibus fuisset repositus, nec etiam recordatur de nomine illius Ducis Sabaudiæ, & quod ante quàm voluerit relaxare dictum D. Ioannem, ipse Dux Sabaudiæ voluerat, vt cederet, & donaret ei Clauaxium, & Septimum loca Marchionatus Montisferrati loco sumptum quos fecisse dixerat pro defensione status dicti Marchionis Ioan. Iacobi, & voluit vt ipse Marchio Ioannes faceret ei fidelitatem pro reliquo statu Montisferrati, prout fecit, vt ipse, eius pater, & alij, de quibus supra narrauerunt ipsi testi.

Iste testis nihil deponit de prætenso bello Ducis Sabaudiæ contra Ioan. Iacobum, nec quod aliqua oppida occupauerit, sed tantummodo de bello Ducis Filippi; & occupatione status Montisferrati per eũ cõtra ipsũ Io. Iacobum

bum Marchionem,imò quantum ad Ducem Sabaudiæ potius probat,quod esset eo in bello ad fauorem, defensionem Marchionis Io. Iacobi,quàm contra ipsum , quia dicit , quòd Filippus inuasit statum Montisserrati,& cæpit plura eius loca,& omnia dicti status castra,ex ceptis illis castris,& locis , quæ emisserunt vexilla;& insignia Ducis Sabaudiæ,in quibus se non immiscebat dictus Dux Filippus, seu eius exercitus, hoc enim erat, quia idem Dux Sabaudiæ ea loca,& oppida defendenda, & custodienda susceperat aduersus Ducem Filippum,prout,& multi testes deponunt , & probatur scripturis,& clarius idem testis hoc dicit infra , quòd Dux Sabaudiæ antequàm voluerit relaxare Ioannem detentum , voluit vt cederet,& donaret Clauaxium,& Septimum loco sumptuum,quos fecisse dixerat pro defensione status dicti Marchionis Io. Iacobi, & sic apparet, quòd erat pro defensione ipsius Io. Iacobi , non autem ad offensionem , vnde in hoc iste testis nō officit nobis,sed potius iuuat Quantum verò ad allegatam detentionē Ioānis primogeniti,& ipse cū cæteris falsò narrat dū ait,Ioānē missum fuisse à patre ad Ducē Sabaudiæ,& ꝙ ipse Dux eū retinuit,quoniam,vt sæpe diximus , Dux Sabaudiæ nō erat tunc in ciuitate Taurini,sed erat vltra montes. Sed & in alio falsum quoq; asserit,dum ait, quòd antequàm voluerit relaxare dictum D. Ioannē, ipse Dux Sabaudię voluerat,vt cederet,& donaret ei Clauaxium,& Septimū,quia donatio & cessio non fuit facta per Ioannē primogenitum detentū,vt asseritur, sed per Io. Iacobū patrē,& non ipsi Duci Sabaudiæ,sed Ludouico filio,& locumtenenti eiusdē,Ducis in partibus Pedemontanis,licet recipiēti eiusdē Ducis nomine. Et falsum similiter est,quod ingt, ipsum Ducem voluisse etiam,ꝙ Marchio Ioānes fecerit ei fidelitatē pro reliquo status Mōtisferrati,prout fecit,inquit,vt eius testis patet, & alij supranominati narrauerunt eidem testi, nam dū ait,quòd Marchio Ioannes fecit fidelitatem,si intelligit de Ioanne filio ipse nō erat Marchio, neque verum est , quòd ipse fecerit fidelitatem pro reliquo statu Montisferrati,ga fidelitas facta per Io. fuit tantummodo de terris,& oppidis citra Padū,& vltrà Tanagrū existentibus,vt patet in instrumento ipsius fidelitatis exhibito,& alijs iuribus productis,non autem illā fecit pro reliquo Marchionatus,nem pè pro terris etiā , & oppidis existētib.intra dicta duo flumina Padi, & Tanagri: sed si intelligit de Marchione Io.Iacobo patre, quòd ipse fecerit fidelitatem pro reliquo statu Marchionatus,hoc magis est falsum, quia ipse Io. Iacobus nullam omnino fecit fidelitatem: Vn de penitus reprobatur in hoc, dum postea super capitulis 9.10.11 & 12.interrogatus , Respondet , dicit audiuisse etiam temporibus quibus supra quòd ipsa fidelitas fuerat extorta à dicto Marchione Io. Iacobo , & Ioanne eius filio primogenito ob vim,& metū, & sic præsupponit fidelitatem fuisse ab ambobus susceptā,& tamen supra dixerat de Marchione Ioāne,tantum, quo fit, vt sibi contrarius, & falsus omninò reddatur , ideo nihil penitus probet.

Sequentes autem testes vsque ad vigesimū nonū exclusiuè , fuerunt examinati super alia materia concernēte Marchionem Salutiarū, & ciuitatem Casalis,quę nō pertinet ad Ducē Sabaudiæ,nec ad capitula, seu materiā de qua agitur. In vigesimo,autē nono teste reassumitur eadem materia, & re producuntur eadem capitula contra Ducē Sabaudiæ, ideo sequendo ordinem testium iuxta numerum in volumine descriptum,capio vigesimū nonū testē, qui est venerabilis frater Vincentius de Ociniano dominij Montisserrati,frater professus ordinis prædicatorū . Ait enim super octauo capitulo tantū continente prætensam detentionem Ioannis primogeniti articulatā, ꝙ ipse testis non fuit illis temporibus, sed est publica vox,& fama,quā percepit à multis de hoc loquentibus,sed præcisè nescit à quo, sed ꝙ erat publica fama,ꝙ D.Ioānes primogenitus Marchionis Io.Iacobi fuit detētus in ciuitate Taurini à Duce Sabaudiæ, seu agentibus pro eo, nec intellexit per quantū tempus steterit,& ꝙ ratione illius detētionis,si exire debuit,opportuit patrem suū,& ipsū Ioannē renunciare iuribus Clauaxij , & quorundā aliorē Castrorū ibi vicinorū,& hoc est inquit,ꝙ audiuit per fama:Postmodum ipse testis,vt inquit,legit in diuersis cronicis præcipuè in cronica præsidis Beneuenuti de Sancto Georgio , ꝙ coegerunt Dux Sabaudiæ,seu agentes pro eo ipsos Io.Iacobū,& Ioannē ad faciendū fidelitatē,de quibusdam terris dominij Montisserrati,& ad faciendum quandam adhærentiam non recordatur precisè de ipsa historia.

Hic testis minus cæteris probat, eo quia licet dicat audiuisse à multis de hoc loquendis, attamen cùm nullos nominet, non probat,vt diximus supra,requiritur enim,ꝙ aliquos nominet à quibus audiuit , & ad minus duos ex d.cap. licet ex quadam , & licet etiā dicat esse publicā vocē,& famam, & infra specialiter interrogatus de causis scientiæ dicat,quia à multis,& multis intellexit, & quòd personæ , quæ sic loquebantur, erant ex omni genere hominum,scilicet nobilium,& curialiū, & plebeiorum,& doctorum,& cōiliariorum, de quorū nominibus nō recordatur:attamen ex hoc nō probatur fama, vt supra etiam dicebamus , ex traditis per Bar. in l.de minore in §. tormenta ff.de quæstio, & in l.3.§. eiusdem quoq; ff. de testibus Dec.cons.37.co.5.versic. secundus testis,& col.sequen. Neque verum est quod ait, se legisse in diuersis cronicis , & præcipuè in cronica Beneuenuti præsidis, Ducem Sabaudiæ coegisse ipsos Io. Iacobum , & Ioannē ad faciendū fidelitatē de quibusdā terris dominij Mōtisferrati,ga nullus Cronographus hoc dicit,prout nec verum est, maximè quantum ad Ioan. Iacobum , neq; hoc dicit Beneuentus præses,sed tantum dicit de promissione,quòd patria vltra Padum relinqueretur , & concederetur Ioanni filio primogenito Ioan. Iacobi Marchionis, nec loquitur de vlla fidelitate

præstita per Ioan. Iacobum, nec etiam per Ioannem primogenitum, quo fit, vt ex eisdem met cronicis, quæ dicit legisse communicatur de facto, & ideo nihil penitus probet, vt in præcedentibus diximus.

Trigesimus testis, Magnificus dominus Antonius de Sabaldinis de Altauilla, ex condominis Altæuillæ, ciuialis, & magister domus Illustriss. dominæ Annæ Marchionissæ Montisferrati matris D. Ducissæ Mantuæ, habitans in castro Casalis penes præfatam Illustrissimã D. Annam. Et super generalibus interrogatus respondit, vt in eius dispositione dicitur, saluo quòd fuit seruitor, & officialis, & compater, & commensalis prout supra dixit, vnde ex hoc solo deberet repelli, nec idoneus testis censetur, & ideo non esset vltra intistendum in dictis ipsius: Nihilominus, vt appareat omnino ei non credendum esse, examinemus eius dictum Respondit itaque, quod est memor audiuisse dici ab eius genitore, necnon à D. Gulielmo eius patruo magno ex cõdominis Altæuillæ, & à D. Manfredo pariter ex condominis ipsis qualiter propter bellum, quod intentauit aliquando. Philippus Dux Mediolani contra Marchionem Ioan. Iacobum, tunc Marchionem Montisferrati fuit destructum castrum ipsorũ dominorum de Altamuilla, de qua destructione etiam nunc apparent vestigia, & multo loca dominij Montisferrati occupata, & deuastata, sed non recordatur præcisè, de quibus alijs locis diceret: Et quod ipse Marchio Ioan. Iacobus volens contendere Venetias ad implorandam auxilium, commendauit residuum status sui Marchionatus, quem ad manus suas habebat, cuidam Duci Sabaudiæ, quem vt credit audiuisse, dicebatur Amedeus, affinis dicti Marchionis Io Iacobi, & cum reuersus fuisset ipse Marchio Ioan. Iacobus in dominio prædicto, restitutione facta per prædictum Ducem Philippum de terris, & locis occupatis interceßione Illustrissimorum dominorum Venetorũ, dicebant ipsi maiores ipsius testis, quod prædictus Dux Sabaudiæ prolongabat quotidiæ restituere ea loca, quę sibi fuerant commendata & cum eo repore hlius dicti Ducis Sabaudiæ de cuius nomine non recordatur, accessisset Taurinum, illo tunc dictus Marchio Ioan. Iacobus destinauit Ioãem filium, suum primogenitum ad dictum filium Ducis tum gratia visitationis, tum vt concluderet cum eo super restitutione locorum commendatorum, ipse filius dicti Ducis retinuit dictum Ioannem in dicta ciuitate Taurini priuatum libertate, ex quo ipse Marchio Ioan. Iacobus credens melius posse tractare super relaxatione filij, & sui status accessit ad dictũ locũ Taurini, vt haberent aliquam misericordiam de eo, maximè videntes tantam confidentiam, quam ostendebat desiderio recuperandi filium, & dominium suum, illo tũc ipse Marchio Io. Iacobus necessitatus fuit facere fidelitatem quandam quã ipse testis nesciret præcisè exprimere, nisi quòd lectis nominibus terrarum de quibus in donatione, de quà in primo capitulo ipse testis dicit, quod ex illis terris audiuit aliquas remãsisse tunc Duci Sabaudiæ, videlicet Clauaxiũ, & quædam alia quæ specificare nescit, & aliæ terræ citra Padum, & vltra Tariagrum, quas etiam de præsenti tenentur nomine Cæsareæ maiestatis, remanserunt ipsis Marchionibus. & prædicta audiuit pluries dici a dictus patre & patruo in castro Altæuillæ, & quòd prædicta dicebãt dicti pater, & patruus audiuisse à Marchione Ioanne suprascripto, ad cuius seruitia post mortem dicti Marchionis Io. Iacobi fuerant, non quod eo tempore interfuissent hæc sunt ad litteram, quæ deponit iste testis.

Diuersus est ab aliis præcedentibus, qui dicunt Ducem Sabaudiæ occupasse in illo bello loca, & castra Marchionatus, iste autẽ dicit, quod commendauit residuum status sui Marchionatus Duci Sabaudiæ, qui erat ei affinis, Item falsum air & iste, dum dicit, ꝙ Marchio Io. Iacob. mediante interceßione Illustriß. dominorum, Venetorum obtinuit restitutionem de terris, & locis occupatis per prædictum Ducem Philippum, quia non ad interceßionem Venetorum restitutionem obtinuit, sed Marchionum Estensis, & Salutiarum, qui mediatores fuerunt, & arbitri componendæ pacis inter dictos Venetos, & ipsum Ducẽ Philippum, vt alias sæpe diximus. Præterea dum ait, Marchionem Io. Iacobum destinasse filium primogenitum ad filium Ducis Sabaudiæ, de cuius nomine non recordatur, ipse filius dicti Ducis retinuit dictum Ioannem, est in hoc diuersus ab omnibus alijs, qui dicunt Ioan. Iacobum misisse filium primogenitum ad ipsum Ducem, & ab eo retentum fuisse in ciuitate Taurini, & diuersus ab illis, qui aiunt ipsum Ducem Sabaudiæ inuitasse Marchionem Ioan. Iacobum, & alij ipsum Ioannem primogenitum ad quædam publica festa, Item, considera quæso modum dicendi dum ait, quod Marchio Ioan. Iacobus credẽs melius posse tractare super relaxatione filij, & sui status accessit ad dictum locum Taurini, credẽs habere aliquam misericordiam de eo, maximè videntes tantam confidentiam, quã ostendebat, desiderio recuperandi filiũ, & dominium suum illò tunc ipse Marchio Io. Iacobus necessitatus fuit facere fidelitatem quãdã, obscurè enim loquitur iste testis, & ex obscuro suo sermone detegitur affectionans, & iudicat de intrinseco, dum dicit, vt haberet aliquam misericordiam, maximè videntes tantam confidentiam, quã ostendebat, quid enim sibi vult feminiuerbius iste cum sua misericordia, & tanta confidentia? non satis percipi potest, quid velit dicere, qui sine illi videntes tantam confidentiam, & qui sint ostendentes tãtam confidentiam, prout loquitur, obscur' est ergo is sermo, & iudicij pleuus, & omnino est inuerisimile, quòd si filius fuisset derentus, ipse pater voluisset illo accedere, vt etiam alias dicebamus; & falsũ dicit, quòd illò tunc Marchio Ioan. Iacobus fuit necessitatus facere fidelitatem quandam, & bene dicit, quam

ipse

ipſe teſtis neſcit, quia cùm nullam ipſe Marchio fidelitatem fecerit, vt etiam aliàs dicebamus, expreſſit falſum, dicendo id quod neſciebat, nec ſcire poterat, quia non erat. Vnde nõ eſt, quòd vltra de iſto teſte loquamur, vnum tamen non omitto, quòd ait ſuper 16. capitulo videlicet, quòd palam dicebatur ipſos Marchiones Io. Iacobum, & Ioannem poſt eorũ libertatem, & relaxationem proteſtatos fuiſſe, vi, & metu quaſdam conuentiones feciſſe, de quibus pariter non recordatur, & quod habebant animum data occaſione reſcindendi prædicta, & non obſeruandi, & prædicta ſcit de auditu, & fama, nec recordari, ſi tales ſic dicentes dicerent, quòd ipſæ proteſtationes factæ fuiſſent in ſcriptis, vel oretenus; præſupponit enim hic vtroſq; & Ioan. Iacobum patrem, & Ioannem filium fuiſſe detentos, quia dicit poſt eorum libetationem, & relaxationem, & tamen ſupra nihil dixit, quod Io. Iacob. Marchio fuiſſet detentus & dum ait, quod habebant animum data occaſione reſcindendi prædicta, & non obſeruandi, hoc eſt iudicare, ſed tantum abeſt, quòd aliquo modo proteſtati fuerint, aut oſtenditur animum reſcindendi, & non obſeruandi, quod imo toto tẽpore eorum vitæ nunquam conqueſti fuerũt, quinimò expreſsè, & verbis, & factis plurimis ea omnia ratificarunt, & approbarunt, vt patet inſtrumentis, & ſcripturis productis.

Trigeſimus primus teſtis, Magnificus D. Iacobus Pichus dominus caſtri Ouilliarum dominij Montisferrati, habitator ciuitatis Caſalis, Reſpondet de auditu ab eius genitore, & à duobus fratribus, quorum vnus vocabatur Pancrazotus, & alter frater Arighetus de Balduinis, qui duo fratres erant milites, & ſtabant aliàs cum Marchione Gulielmo Seniore filio ſecundogenito Ioan. Iacobi, & qui narrabant, quod cum Dux Philippus Dux Mediolani inuaſiſſet ſtatum Montisferrati, exiſtente Marchione Ioan. Iacobo, ipſe Marchio confugit ad Venetos pro auxilio, & commendauit reliquum dominij ſui non occupatum, Duci Sabaudiæ, qui vt credit vocabatur Amedeus, & cùm medio Venetorum recuperaſſet occupata per Ducem Philippum, ipſe Dux Amedeus detractabat loca ſibi commendata reſtituere, ex quibus credit fuiſſe, ſecundum quòd illi dicebant, locum Clauaxij, Montiſuici, & Hypporreggiæ, & alia loca, de quibus non recordatur; Et cùm Ioannes filius primogenitus dicti Ioan. Iacobi acceſſiſſet ad viſitandum filium dicti Ducis Sabaudiæ, nec recordatur audiuiſſe in quo loco iuerit, nec quõ vocaretur ipſe filius Ducis Sabaudiæ fuit ipſe Io. detentus, ſed neſcit qualitatem nec locum carceris, & poſt illum acceſſit ad ipſum Ducẽ Sabaudiæ Io. Iacobus vt intellexit à prædictis, cum ſaluoconductu, & ſi debuit filium, & ſtatum recuperare coactus fuit facere quaſdam conuentiones, ſed neſcit locum in quo acceſſerit, nec in qno factæ fuerũt prædictæ conuẽtiones, nec qualitates ipſarum conuentionum niſi quod dicti narrantes dicebãt, per vim occaſione prædictorum extorta fuiſſe, & quòd ipſi Marchiones Ioan. Iacobus, & Ioannes poſtmodum proteſtati fuerunt de illa violentia & quòd non intendebant obſeruare, & de ipſis proteſtationibus dicit à pauco tempore citra vidiſſe quandam inſtructionem, quæ antiquitus facta fuit, mittenda ad Imperatorem, in qua fiebat mentio de proteſtationibus factis per Ioan. Iacobum, & Ioannem, & vidit ipſam inſtructionem in manibus domini Ambroſij della Turre, qui gubernabat archiuium ſcripturarum caſtri Caſalis, & credit, quòd ipſe proteſtationes erant in authentica forma, quarum ſubſtantia eſt de querela ſupraſcripta violentiæ, & aliud præcisè non recordatur.

Et ſuper generalibus interrogatus reſpondit, quod fuit alumnus, & familiaris, et officialis dictorum Marchionum, et nũc etiam quo ſtatus reductus eſt admanus Cæſareæ Maieſtatis fungitur eiſdem officijs Theſaurij, magiſtri rediuum, ac Senatoris, et etiam eſt creditor Marchionis defuncti circa ſummam quinque millium aureorum, et quod etiam de præſenti eſt familiaris, et domeſticus, et ſeruit pro Seneſcalco Illuſtris. Dominæ Annæ, tamen propter hoc non dixit nec diceret niſi veritatem, Hæc inquit iſte teſtis, cui propterea quanta fides adhiberi debeat, tu magis ſcire potes, vt ait iuriſconſultus in l. 3. §. ideoq; verſic. tu magis ff. de teſtibus, eo maximè conſideratis dictis eiuſdem ſupra recitatis, in quibus non minus falſus, ac varius cæteris deprehenditur.

Nam, et ipſe dicit Marchionem Io. Iacobũ auxilio, ſeu medio Venatorum recuperaſſe occupata per Ducem Philippum, quod eſſe falſum pluries diximus. Item ait ex locis comendatis, ſeu remiſſis Duci Sabaudiæ, credit fuiſſe Clauaxium, Montemuicum, et Hipporregiam, quod falſum eſt, et in hoc eſt diuerſus à primis teſtibus, qui dicebant prædictas Ciuitates, et loca fuiſſe occupata per Ducem Sabaudiæ in illo bello moto contra Marchionem, hic autem dicit, ea fuiſſe comendata, ſeu remiſſa eidem Duci, et tamen vtrunque falsũ eſſe manifeſtè probatur ex ſcripturis productis etiam parte Ducum Mantuæ, et licet iſte teſtis vtatur verbo, credit, nihilomnis non euitat falſum. Similiter eſt ſingularis inquantũ ait Ioan. Iacobum, poſtquam Ioannes primogenitus fuit detentus, acceſſiſſe ad Ducem Sabaudiæ cum ſaluoconductu, hoc enim nullus alius dicit et eſt aduertendum dum ait, Ioannem fuiſſe detentum per filium Ducis Sabaudiæ, ignorans locum, et nomen ipſius filij Ducis, et deinde ſubiungit, quòd poſt illum, quòd intelligit ſcilicet Ioannem, acceſſit ipſe Ioan. Iacobus ad Ducem Sabaudiæ, et ſic detentio præſupponitur facta per filium Ducis, et ipſum Ioan. Iacobum poſt eum acceſſiſſe ad Ducẽ Sabaudiæ, quòd ſi intelligit teſtis, quod acceſſerit ad illum qui detinuit, ille erat Ludouicus filius, ad eum ergo oportuit accedere, et præcedens teſtis dicit Io. Iacobum acceſſiſſe ad dictum locum Taurini, et ſic ad ipsũ filiũ Ducis, iſte autẽ ait acceſſiſſe ad ipſum Ducẽ; q-

tamen non erat Taurini,& est mirum, quòd non recordetur de loco,in quo fuit detentus, neque de nomine filij Ducis, qui dicitur eum detinuisse, & tamen vtrunq; exprimitur in capitulo ei lecto, & de quibus verisimiliter debuit recordari,sicut de alijs, vnde ex hoc redditur suspectus. Sed quod notabilius est, dicit intellexisse, ipsos Ioan. Iacobum, & Ioannem protestatos fuisse de illa violentia,& quod nō intendebant obseruare, & de illis protestationibus dicit vidisse à pauco tempore citra quadam instructionem , quæ antiquitus facta fuerat,& sic dicit non vidisse ipsas protestationes, sed quandam instructionem mittendā ad Imperatorē,in qua fiebat mentio de ipsis protestationib & tamen paulo post dicit,ꝙ credit, ꝙ ipse protestationes erāt in authentica forma & earum substantiam esse de querella suprascripta violentiæ:si enim,non vidit eas, quomodo deponere potest de authentica forma earum,per verbum credit,nec aliter,& multominus de earum substantia,quam referri certè hoc est mirum,ideo suspectissimus redditur.

Trigesimus secundus testis,Magnificus dominus Secundinus de Vicenomitibus nobilis,ex condominis loci Lazaroni Marchionatus Mōtisferrati,habitans in Castro Casalis,ad seruitia Illustriss. D. Annæ pro nobili suæ Excellentiæ,Respondit,quod de bello Ducis Filippi audiuit à quibusdam senibus castri Lazaroni iurisdictionis ipsius testis de quibus præcisè non recordatur, nisi de quodam domino Marchio,& alio appellato Pollono , ꝙ castrū illud fuerat destructum,& adhoc apparent vestigia,& quod reperuit quasdā litteras in quodam caplono,quæ erant Marchionis Io. Iacobi dat. Venetij,quæ continebant, quod fauore dominij Venetorum conclusum erat, quòd Dux Philippus restitueret loca occupata . Et circa detentionem dicti Ioannis , à Duce Sabaudiæ , dicit ipse testis audiuisse à dictis senibus,& à patre suo,qui fuit ad seruitia dicti Ioannis,quòd fuerat detentus,non recordatur à quo, nec in quo loco , nec per quod tempus, nisi qnod dicebant , quòd Marchio Io. Iacobus , qui & ipse accesserat ac locum , vbi erat filius suus, quasdā conuentiones fecerat causa recuperandi dictum filium, & statum , sed ipse nescit quid actum fi,nec quid continerēt dictæ conuētiones,nec in quo loco factæ fuerunt,nec quod factę sint aliquę protestationes & sic iste prout ceteri deponit falsum dum dicit de detentione dicti Ioannis à Duce Sabaudiæ, & discordat à duobus proximè præcedēt̄ibus, qui dicunt detentionem factam per filium Ducis Sabaudiæ,& cum non recordetur de loco,tempore , & alijs circonstantijs facti nihil probat.

Trigesimus tertius testis, Magnificus Do. Magister Bartholomeus Villarius fiscus habitator Casalis Respondit,se audiuisse à maioribus suis , & à multis palàm, & publicè , sed à quibus non recordatur, quòd quidam Dux Sabaudiæ sed nomen non recordatur audiuisse,per vim,& fraudem occupauerat locū Clauaxij,& Montisuici,& quædam alia loca , de quibus non recordatur,Et hoc esse falsum diximus supra in alijs testibus,qui idem dixerūt.

Et subiungit iste testis se audiuisse a quatuor annis citra à Magnifico D.Francisco Pugella tamquā informato de negotijs dominij Montisferrati,eo quòd esset consiliarius, & doctor ex principalibus dicti dominij , qui sibi narrauit distinctius, quod dum bellum gereret Philippus Dux Mediolani contra Marchionem Io. Iacobum,occupatis nonnullis terris per ipsum Ducem,volens Marchio supetias habere à dominio Venetorum,contendit ad eos, comendato reliquo sin̄ statu Duci Amedeo Duci Sabaudiæ, & cùm medio Venetorum Dux Philippus occupata restituisset, prolongabat Dux Amedeus comendata restituere , donec accessit Ioannes filius primogenitus dicti Ioānis Iacobi ad filium Ducis Sabaudiæ in loco Taurini qui fuit ibi detentus,& ibidem accessit Marchio Io.Iacobus,qui pro liberatione filij,& status per vim deuenit ad quasdam conuentiones,de quib. non recordatur, nisi quòd coactè fecerant donationem locorum dominij Montisferrati citra Padum , & aliquorum vltra Tanagrum,quæ postea sumpsit in feudū sed quòd requisitus Imperator,qui tunc erat, declarauit omnia nulla, & ita sequentes Marchiones obtinuerunt declarari ab Imperatoribus per tempora existentibus.

Iste testis est varius; Nam primò dixit, quòd Dux Sabaudię,de cuius nomine non recordatur, & postea dicit nominatim de auditu ab illo Pugella de Duce Amedeo,item primò dicit,illum Ducē Sabaudiæ occupasse per vim, & fraudem locum Clauaxij , & Montisuici,quod esse falsum sępè diximus , & postea de auditu ad illo Pugella dicit ; eidem Duci Amedeo comendatum fuisse reliquum status Montisferrati Itidem ex falsis dum ait,quod media Venetorum Dux Philippus occupata restituit,falsum quoq; est quod ait,Io. Iacobū sumpsisse in feudum loca,quæ donauerat Duci Sabaudiæ citra Padum , & aliqua vltra Tanagrum , quia ipse Marchio Io. Iacobus nullam fecit fidelitatem , sed Ioannes eius filius primogenitus , & magis est falsum quod vltimò dicit,quod Imperator,qui tunc erat,declarauit prædicta nulla,quia tūc temporis regnabat Sigismundus Imperator , & post eum regnauit Albertus, & tamen nullus ipsorum fecit talem declarationem,quæ quidem exhiberetur, si facta fuisset, sicut exhibitæ fuerunt declarationes Federici III.& Maximiliani primi qui longè post fuerunt,de quibus infrasuo loco dicetur: Vnde est pœnitus falsus iste testis, qui nec etiā probat ex eo,ꝙ deponit de auditu abvno tantum, cùm requiratur, ꝙ saltem dicat de auditu à duob.ad minus,vt diximus supra , & deponit de auditu de recenti nempè à quatuor annis citra , & à viuente , cum non dicat illum esse mortuum , & sic nihil omitto probat.

Trigesimus quartus, Nobilis dominis Bartolinus de Bartolinis Castellanus , & habitator

ſtor caſtri loci Bruni dioceſis Aquēſis domini Montisferrati, deponit de auditu a quodā Alexio Saieto de dicto loco, qui fuerat miles, & officialis, mortuus eſt Caſtellanus dicti loci, & qui narrabat, qualiter viderat Marchionem Io. Iacobum, & à quibuſdam alijs, quos nominat, deponit audiuiſſe, & eſt ſingularis, quia nullus alius deponit de auditu ab eiſdem, & deponit prout alij, de bello, & occupatione Ducis Filippi, & pariter falſum dum dicit Io. Iacobum medio Venetorum recuperaſſe occupata per Ducem Filippum, & de acceſſu Ioannis primogenit ad locum Taurini, vt viſitaret quendam filium dicti Ducis Sabaudiæ, & ſic cùm neſciat dicere nomen nec Ducis Sabaudiæ, nec eius filij, non probat, igitur accedo ad alios.

Trigeſimus quintus D. Petrus Faà de Vignali mercator, Reſpondet de auditu à quodam Antonio Sala dum eſſet inquit, in ſoco Tridini, vbi & ille Sala habitabat, qui erat ſenex, & de multis rebus præteritis loquebatur, & erat homo inquit, fide dignus, & literatus, & qui ſemper tenuit bulletas dum vixit ad ſeruitium communitatis, ideo ſæpè de hieme ipſe teſtis cum multis alijs, dum ſero ad ignē calefaciebāt ſe, narrabat ipſi teſti, & patrono domus, & alijs, qui ibi conueniebant ad vigilandum in ſero, & cum eſſet ille Sala inquit, expeditus ad loquendum, & bene loqueretur, omnes libenter eum audiebant Videamus ergo, quia iſte benè loquebatur, an benè cecinerit; Inter cætera narrabat inquit teſtis, cognouiſſe Io. Iacobo Marchionem, & fuiſſe coram eo ſæpè, & recordari de bello tunc temporis moto contra dictum Io. Iacobum per Filippum Ducem Mediolani, & quia ipſe Dux Mediolani erat gener Ducis Sabaudiæ, & Dux Sabaudiæ affectabat habere patrem dicti Marchionatus, de cauſa autem, quam prætenderet dictus Dux Sabaudiæ, non recordatur audiuiſſe, & quod erat fama publica tūc temporis, vt ille dicebat, moueretur impulſu dicti Ducis Sabaudiæ, & cùm ipſe Dux Filippus multa loca dicti Marchionatus occupaſſet, tamquàm potērior, quam eſſet Marchio, coactus fuit Marchio deuenire ad id, quod ipſe Dux Sabaudiæ deſiderabat, videlicet, ponere in eius manibus reliquum ſtatus ſui, prout repoſuit, & quod ipſe Marchio deſiderabat ire Venetias, ſed tamen ipſe Dux Sabaudiæ, impediebat, niſi ſecum faceret quaſdam conuentiones, & nunc ipſe teſtis non recordatur, quomodo ille narrans diceret, quod dictus Marchio Io. Iacobus iuerit Venetias, clam, vel apertè, ſed benè recordatur, quod narrabat cum iuiſſe Venetias, & mediante fauore dominij Venetorum, ab ipſis dominis Venetis reportaſſe litteras, tam Duci Mediolani, quā Duci Sabaudiæ pro reintegratione ſui ſtatus, & ita reintegratus fuit, exceptis nonnullis, quæ retinebantur per dictum Ducem Sabaudiæ, ſub prætextu quarūdam expenſarum, quas dicebat feciſſe in conſeruando ſibi ſtatum, & quod ipſe Marchio reclamabat, q̄ ſi fierent ſibi rationes perceptionis, quas dictus Dux Sabaudiæ feceret ex ſuo ſtatu, nihil debuiſſet, & de hoc ipſe Marchio conquerebatur apud multos potentatus Italiæ, qui ſcribebant in ſui fauorem. Et tandem dum filius dicti Ducis Sabaudiæ veniſſet Taurinum, Ioannes filius dicti Ioann. Iacobi, quē dicebat dictus narrans ſæpius vidiſſe, & cognouiſſe, gratia viſitandi dictum filium Ducis, de cuius nomine non recordatur audiuiſſe, acceſſit ad dictum locum Taurini, & ibidem fuit à dicto filio Ducis carceratus in caſtro, videlicet taliter, quod erat priuatus libertate, & de alia qualitate dictæ carcerationis non recordatur audiuiſſe, nec qui eſſent cuſtodes, nec quantum temporis præcisè ſtetetit, ſed dicebant, vt ille narrabat, quod nunquam exiuiſſet niſi Io. Iacobus pater feciſſet voluntatem dicti Ducis Sabaudiæ, & vltra hoc quod dictum Io annem retinuiſſet, etiam narrabat, quòd eodem tempore, quo filius detinebatur, idē Dux Sabaudiæ mouerat bellum contra ipſum Ioānem Iacobum, ex quo ipſe Ioannes Iacobus reclamantibus multis ſubditis ſuis deliberauit cum ſaluoconductu ire ad dictum Ducem Sabaudiæ tunc exiſtentem in ciuitate Taurini; ſed tamen antequàm iret, quod fecerat nonnullas proteſtationes, quod quicquid contingeret eum conuenire cum dicto Duce Sabaudiæ, faceret tamquàm coactus, & quod quando fuit in dicta ciuitate Taurini, non obſtante ſaluoconductu, & ipſe pariter fuit retentus, ſed non dicebat quomodo retentus, niſi quòd volebat ipſum Marchionem facere ea quæ Dux ipſe poſtulabat, prout poſtmodum fecit pro liberatione ſui, & dicti ſui filij, & bonorū ſuorum, nec recordatur audiuiſſe, ſi poſt factū aliquid proteſtatus fuerit; & quòd ille qui narrabat, non recordatur, quòd diceret ſe vidiſſe, ſed quòd ea narrabat tamquàm quòd illis diebus fuiſſent publica, & notoria; & ſimiles ſermones contingit ipſum teſtem ſæpè audire in diuerſis ſermonibus, quia pluſquatū ducentē vicibus conuenit in colloquio cum dicto de Sala, de cuius narratione plurimum delectabatur tām ſuper prædictis, quàm ſuper natura bellandi illius temporis, & alijs particularitatibus, quæ tunc accidebant, quia de omnibus reddebat bonam rationem. Hæc refert audiuiſſe ab illo Sala, tām benè loquente, & cùm à nullo alio referat audiuiſſe, non probat, vt ſupradiximus, & eſt ſingularis, q̄a nullus alius dicit de auditu ab illo eodem Sala, cui ſi ipſemet depoſuiſſet, non tamen etiam crederetur, licet diceret, prout iſte refert, ſe ſe fuiſſe tempore Io. Iacobi Marchionis, & ipſum cognouiſſe, & fuiſſe coram eo ſæpe, eo quia in ſuo multiloquio peccat in multis.

In primis enim conſidero dum ait, & quòd ipſe Dux Mediolani erat gener Ducis Sabaudiæ, & Dux Sabaudiæ affectebat habere partē dicti Marchionatus, ex hoc enim redditur ſuſpectus, quia iudicat, & iudicium facit de intrinſecis, & penitus remotis à cognitione, & ſenſu humano, quo caſu non probat, vt ſupra probauimus in ſecundò teſte, qui & ipſe

similiter deponebat de cupiditate Ducis Sabaudiæ habendi patrem Marchionatus, vt ipse dicebat. Iudicat quoque inquantum ait, q; bellum moueretur impulsu ipsius Ducis Sabaudiæ nam nullos actus declarat, ex quibus dignosceretur impulsus ipsius Ducis, ideo hoc etiam est iudicare, non deponere. Sed falsum est, quòd impulsu Ducis Sabaudiæ Philippus Dux Mediolani mouerit bellum contra Marchionem Ioan. Iacobum, quia essent socer, & generi; quandoquidem hoc est verissimum, & probatur instrumentis, & scripturis productis, etiam parte Ducum Mantuæ, quod bellū longe antea motum fuerat principaliter per Ducem Philippum contra Venetos, & id etiam ex iusta causa, nempè ex præcepto Sigismondi Imperatoris, & pro recuperatione ciuitatum, & terrarum, quas Dux Philippus tenebat in feudum ab Imperio, & quæ à Venetis detinebantur in damnum Imperatoris, & sacri Imperij, vt in litteris ipsius Sigismondi habetur; contra autem Marchionem gerebat Philippus bellū in consequentiam principalis bel li moti contra Venetos, eo quia Marchio vti adhærens, & colligatus Venetis, eorum partes tueretur cōtra Ducem Philippum, & hoc exprælsè deponit nonus testis, dum aiunt, vt supra recitauimus, quod Io. Iacobus Marchio fuerat vocatus ad seruitia Venetorū pro capitaneo, ea etiam intentione inquit, vt auxilio status sui offenderent Ducem Illustriss. Mediolani Philippum, ea ratione ipse Dux Filippus iuasit statum Montisserrati, ita inquit ille testis, & sic patet falsum esse quod iste testis dicit ac etiā octauus, vt supra recitauimus, quod Philippus mouerit bellum contra Ioan. Iacobum Marchionem impulsu, & suasione Ducis Sabaudiæ, & ideo consequenter redditur falsa causa qua Dux moueretur, eo quia affectabat, vt ait, habere partē Marchionatus, vnde temerarium iudicium facit de Duce Sabaudiæ, & si hæc fuit causa impellendi Ducē Philippum ad mouendum bellum contra Marchionē, cur dicit deinde, de causa autem quā prætenderet Dux Sabaudiæ, non recordatur audiuisse: quinimo obscurè loquitur in istis causis, neq; satis percipi potest, quid velit dicere, dum ait, & quia ipse Dux Mediolani erat gener Ducis Sabaudiæ, & Dux Sabaudiæ affectabat habere partem dicti Marchionatus, de causa autem, quam prætenderet dictus Dux Sabaudiæ, no n recordatur audiuisse, videtur enim, q; nō nesciat se extricare; & ideo redditur suspectus, & nihil probat.

Præterea, idem quoq; temerè iudicat dum ait, quòd coactus fuit Marchio deuenire ad id, quod ipse Dux Sabaudiæ desiderabat, videlicet, ponere in eius manibus reliquum status sui, prout reposuit; si enim Dux Sabaudiæ nō fuit author, seu impulsor belli per Philippum moti contra Marchionem, sed causa fuit ex parte ipsius Ioan. Iacobi, eo quia hostibus Imperij, & Ducis Filippi adhæreret, cerre dici non potest coactionem reponendi reliquum status sui in manibus Ducis Sabaudiæ processisse ex parte eiusdem Ducis Sabaudiæ, sed potius fuisse causatam ex parte ipsius Marchionis, & ex facto, & culpa sui, non autem alterius præfertim Ducis Sabaudiæ, & ideo dici non potest, quòd id Dux Saaaudiæ ap peteret vt falsò asserit iste testis.

Dum verò ait, quòd Marchio desiderabat ire Venetias, sed tamen Dux Sabaudiæ impediebat, nisi secum faceret quasdam conuentiones, in hoc est singularis, quia nullus alius, hoc est singularis, quia nullus alius hoc dicit, qui nimo ex litteris ipsius Marchionis scriptis Bernæ, dum in ithinere esset, apparet quòd ipse Marchio in scio Amedeo accedebat ad Venetos, vt in themate dictum fuit, Et falsum, est, quòd dicit Marchionem mediante fauore dominij Venetorum reportasse ab ipsis Venetis litteras tam Duci Mediolani, quam Duci Sabaudiæ pro reintegratione sui status, & ita reintegratus fuit, exceptis nonnullis retentis per Ducem Sabaudiæ, prætextu expensarum, &c. Nam verum non est, quòd fauore Venetorum, & per litteras eorum obtinuerit restitutionem captorum à Duce Mediolani, quia imò, vt sæpè diximus, restitutio fuit facta Marchioni virtute capitulorum pacis initæ inter ipsum Ducem Philippum, & dominium Venetorum, vt pater instrumento producto, & licet Filippus restituerit Marchioni capta per eum in illo bello, non tamen sequitur, quòd eodem modo teneretur etiā ipse Dux Sabaudiæ restituere, & remittere sibi commissa, quia in eo diuersa erat ratio: non enim ipse comprehendebatur in cappitulis illius pacis, vt eorum virtute ea remitteret, quæ tenebat, quoniam ipse ea habebat, & tenebat ex pactis, & conuentionibus per ipsum Marchione firmatis cum dicto Duce Sabaudiæ in loco Thononi anno 1432. & æquum erat, vt Marchio obseruaret cōuenta, & promissa per eum antequam oppida sibi remitterentur.

Circa assertam verò detentionem, in multis variis, ac falsis reperitur iste testis cum suo author dum ait Ioannem filium primogenitum detentum fuisse in castro Taurini per filium Ducis Sabaudiæ, de cuius nomine nō recordatur, ex quo ipse Io. Iacobus reclamantibus multis subditis suis deliberauit cum saluoconductu ire ad dictum Ducem Sabaudiæ tūc existentem in ciuitate Taurini, Nam supra iā probauimus, Ducē Sabaudiæ non fuisse tunc temporis in ciuitate Taurini, & hoc probatur ex ipsis instrumentis conuentionum: Vide, & falsum est, quod ait deliberasse accedere cum saluoconductu, quia, vt ex ipsis instrumentis legitur, accessit con comitatus oratoribus Ducis Mediolani, & multis ex intimis suis consiliarijs, & ad Ludouicum filium, & locumtenentem Ducis Amedei, non autem ad Ducem Sabaudiæ, nec sub aliquo eius saluoconductu, Pariter ergo falsum est quod ait, ipsum Marchionem non obstante saluoconductu pariter retentum fuisse in ipsa ciuitate, nā hoc sicut non est verum, ita nec fuit articulatū nec verisimile esse potest, quod exhibentibus

orato-

oratoribus Ducis Mediolani, ac sub fide data cum detinuisset, hæc ergo sunt somnia.

Dicit pariter eundem Ioan. Iacobum Marchionē antequām iret Taurinum, fecisse non nullas protestationes aliqui enim dicunt ipsum fecisse protestationes post relaxationem, & detentionem, iste autem dicit protestationes factas antequām iret, & tamen nulla depromitur protestatio facta, neque ante accessum ad ciuitatem Taurini, neque post, & verisimiliter aliqua extarent, si facta fuissent, vt iste & nonnulli alij asserunt audiuisse fuisse factas. multa alia dici possent circa hunc testem, sed non expedit, quia ex prædictis patet nihil omnino probare, Ideo accedo ad alios, eó tamē addito, quod in principio suæ depositionis dixit, illum Salani retulisse se vidisse, & cognouisse Io. Iacobum Marchionem, & fuisse coram eo sæpe, & recordari de bello tunc temporis moto contra dictum Io. Iacobum Marchionem, in fine autem dicit, quod ille, qui narrabat non recordatur, quòd diceret se illa vidisse, sed quod ea narrabat tamquām quod illis diebus essent publica, & notoria, nam si recordatur de bello tunc moto, oportet quod viderit, quia vt dici solet, nihil est in intellectu, & sic in memoria, quin prius fuerit in sensu, quo sit vt contraria deponat.

Trigesimus sextus testis, Iacobus de Oddono de Labriano notarius publicus dicti loci diœcesis Casalensis dominij Montisferrati, Deponit de auditu ab auo paterno nomine Oddono, qui tempore mortis suæ ait, poterat esse ætatis annorum 130. vel circa, & recordatur ipse testis multis vicib. audiuisse ipsum dicentem cum aliis senibus, quos nominat, qui idem dicebant, quod Dux Filippus Dux Mediolani mouerat bellum, nec recordatur quo tempore præcisè diceret, nec qua de causa, contra Marchionem Io. Iacobum, quem dicebat vidisse, & quod ipse Dux Philippus mulra loca dominij Montisferrati occupauerat, et quod propterea non possens resistere dictus Marchio, consignauit reliquum status sui in manib. Ducis Sabaudiæ, qui erat tunc Dux Amedeus, ratione affinitatis, & non recordatur quam affinitatem diceret fuisse, & quod ipse Marchio iuit Venetias, & impetrauit litteras à Venetis quibus mediantibus, ac eorum opera fuit restitutus ipse Marchio ad loca per dictum Ducem Mediolani occupata, sed Dux Sabaudiæ noluit restituere loca sibi comendata, quia dicebat fecisse imprisam in eis custodiendis, & defendendis. Et propterea, cum Ioannes primogenitus dicti Io. Iacobi accessisset ad locum Taurini gratia visitandi Ludouicum primogenitum dicti Ducis Sabaudiæ, & etiam pro requirenda restitutione dictorum locorum confignatorum, fuit ipse Ioannes detentus in arce Taurini, nec recordatur audiuisse de qualitate detentionis, nec carceris, nisi quòd erat priuatus libertate, & vlterius: minabatur ipse Dux Sabaudiæ mouere bellum contra ipsum Marchionem, donec Io. Iacobus pater dicti Ioannis accessit ad dictum locum Taurini, nec recordatur si diceret cū famiconductu, vel non, & ipse pariter fuit retentus donec fuit coactus facere donationem prædicto Duci Sabaudiæ de certis terris contentis in donatione ipsi testi lecta, & dicebat, inquit, ipse auus audiuisse de ore dicti Marchionis Ioanis, in ciuitate Casalis, in castro dictæ ciuitatis, duabus seu tribus vicibus, q̄ per vi, & metū facta erat illa donatio, & ipse auus erat tunc multū familiaris dicti Ioannis Marchionis, & vtebatur eius opera, & post illam donationem per non multum tempus vtebatur dictus Marchio Ioannes vtis verbis forma libus erga dictum auum, dolens de recenti coactione, & ipse auus dicebat erga Marchionem, quod displicebat sibi multum de eius damno, & respondebat Marchio, ò Odone, quia sic erat nomen dicti aui, ista fecerunt nobis facere per vim. Et subiunxit ipse testis interrogatus, quòd ex relatu dicti aui sui, tanta erat familiaritas, quam ipse habebat cum dicto Ioanne, quòd bene poterat eum de similibus interrogare, & ipse Marchio eum gratum habebat, & secum libenter loquebatur, hæc inquit iste testis.

Contra quem militant pariter multa, & præcipuè, quòd is auus à quo refert audiuisse, si fuisset examinatus, ei non crederetur, cùm ei esset cum Ioanne Marchione tanta familiaritas, vt refert in postremina parte suæ depositionis, Et vlterius in multi reprobatur, prout præcedens præcipuè, inquantum & ipse ait Marchionem Io. Iacobum reportasse litteras à Venetis, quib. mediantibus, ac eorum opera fuit restitutus ipse Marchio ad loca per dictum Ducem Mediolani occupata; hoc enim falsum esse supra ostendimus in proximè præcedenti teste. Simi iter dum ait quod existente Ioanne detento in arce Taurini ipse Dux Sabaudiæ minabatur mouere bellum contra ipsum Marchionem, & in hoc est diuersus à proximè præcedenti, qui dicebat, quòd eodem tempore, quo Ioannes filius detinebatur, idem Dux Sabaudiæ mouerat bellum contra ipsum Io. Iacobum, aliud enim est mouere bellum, aliud minari de mouendo vt de se patet. Dum pariter ait, quòd etiam Io. Iacobus pater fuit retentus; falsum esse supra demonstrauimus, ex quibus satis patet, quòd nec huic testi sit credendum.

Trigesimus septimus, D. Dominicus Ferra bonus notarius de loco sancti Saluatoris domi nij Montisferrati, deponit, vidisse in domo quædam scriptas, seu memoriale in diuersis foliis, & per diuersas manus scriptum, & per diuersa tempora, vt credit ipse testis, quod memoriale fuerat relictum, prout pater ipsius testis dicebat, per Franciscum Ferrabonum fratrem aui paterni ipsius testis, in quibus foliis scriptum erat de bello Filippi Ducis Mediolani, & de occupatione partis dominij Montisferrati, & audiuit ex relatu Petri perroti, & dñi Ioannis de Lignana ex dominis Septimi Taurinensis, de dicto bello, & occupatione facta per Ducem Philippum, & quòd Io. Iacobus ne-

acceſſit Venetias, & auxilio Venetorum, ſed non recordatur de qualitate auxilij, obtinuit reintegrationem locorum à Duce Mediolani occupatorum. Nec recordatur audiuiſſe, quod interceſſerit ad hoc auxilium Ducis Sabaudiæ, nec quòd Marchio Io. Iacobus aliqua loca ſui dominij comẽdaſſet in manibus Ducis Sabaudiæ. Sed quòd Ioannes primogenitus dicti Ioan. Iacobi dum acceſſit Taurinum, pro viſitando Ducem Sabaudiæ, vel eius filium, nec recordatur audiuiſſe quem, & hoc ſub ſpecie amicitiæ, & conſanguinitatis, fuit arreſtatus in Caſtro Taurini, nec de qualitate carcerationis aliter ſcit, niſi quòd illa ſcriptura dicit arreſtatus, & illi qui narrabant dicebant captiuatus, & quod pro eo redimẽdo neceſſe fuit genitori dicti Ioannis accedere ad dictum locum Taurini, qui pariter fuit detentus, ſicut filius nec ſcit per quantum tẽpus, niſi quòd opportuit ipſi Marchioni facere quandã donationem erga dictum Ducem Sabaudię, & inter alia de loco Clauaxij, & aliis locis circonuicinis, quæ ipſe teſtis non habet memoriæ, & quod oportuit facere quandam fidelitatem, prout illi dicebant, quæ omnia dicebant facta per vim, quòd autem detento dicto Ioanne Dux Sabaudiæ mouerit bellum contra Marchionem, neſcit dicere: De cauſa autem, qua prætendebat Dux Sabaudię cõſequendi dictas terras, vt ipſe teſtis audiuit, vt ſupra, erat pro prætenſis expenſis, quas dicebat Dux Sabaudiæ feciſſe in cuſtodiendis locis illis, dum ipſe Marchio fuit Venetias, nec recordatur audiuiſſe, quod retineret dictas terras pro expenſa alicuius belli, ſed pro expenſa cuſtodiæ, hæc inquit iſte teſtis.

Circa quem conſiderandum eſt, quòd dicit vidiſſe memoriale patrui magni, in quo vt ait, ſcriptum eſt ſicuti dictum occurrebat de bello Ducis Philippi, & de occupatione dominij Montiſferrati, & pariter intellexit ab illis quos nominat, & tamen non recordatur audiuiſſe nomen Ducis Sabaudiæ, nec eius filij, & mirum eſt, quod recordetur nominum Philippi Ducis Mediolani, necnon nominũ Marchionis, & eius filij, ſed Ducis Sabaudiæ, & eius filij non recordetur. Et magis eſt mirum quòd firmiter comendauit memoriæ diuerſitatem vocabulorum, videlicet quòd ſcriptura dicat, arreſtatus, teſtes autem dixerint, captiuatus, & tamen non meminerit nominum Ducis Sabaudiæ, & eius filij, quo fit, vt ex hoc ſolo ſuſpectus cenſeatur, & cùm neſciat nominare Ducem Sabaudiæ, nec eius filium, idco nihil probat: ſuſpectus quoque redditur ex eo, quòd dicit Ioannem primogenitum acceſſiſſe Taurinum pro viſitando Ducem Sabaudiæ, vel eius filium, & ſic alternatiuè loquitur, quæ alternatiua parit incertitudinem, per quam arguitur, quòd certò neſciat factum, & dum ſubiungit, & hoc ſub ſpecie amicitiæ, & conſanguinitatis fuit arreſtatus, hæc verba arguunt ſuſpicionẽ in teſte, qui iudicat.

Præterea dum ait, Ioan. Iacobum fuiſſe adſtrictum, ſeu neceſſitatum accedere Taurinũ pro redimendo filio, & pariter fuit detentus, ſicut filius, hoc eſſe falſum oſtendimus ſupra aliis teſtibus, qui idem dicunt, & eſt remotum ab omni veriſimili, quòd detento filio ipſe pater iuerit ad eundem locum perſonaliter pro redimendo filio, & ſeipſum in carcerem conijcere, & non eſt dicendum hoc fuiſſe neceſſe facere in Principe, qa Principes, vt alias diximus, ſolent tractare negocia eorum maximè cum hoſtibus per oratores, & mediato res, non autem perſonaliter, & idco quod veriſimile non eſt, habet imaginem falſitatis.

Poſtremò, non omitto etiam adnertendũ, quòd iſte teſtis dicit non recordari, quòd Io. Iacobus aliqua loca ſui dominij comendaſſet in manibus Ducis Sabaudiæ, in fine autẽ ſuæ depoſitionis dicit, quòd de cauſa qua prætendebat Dux Sabandiæ conſequendi dictas terras, audiuit, quòd erat pro prætenſis expenſis, quas dicebat Dux Sabaudiæ feciſſe in cuſtodiendis locis, nec recordari audiuiſſe, quòd retineret dictas terras pro expenſa alicuius belli, quòd ſi erat pro expenſis factis in cuſtodiẽ dis locis, & non ob bel um, certè dicere oportet, quòd in neceſſarium antecedens ipſe Marchio eas terras, & loca remiſerit cuſtodiẽ da Duci Sabaudiæ.

Non etiam omitto, quod ait ſuper 16. capitulo, & ſequen. ſe à ſupradictis ſentibus audiuiſſe, & ab aliis de quibus non recordatur, quòd dicti Marchiones Io. Iacobus, & Ioannes etiam exiſtentes in fortijs Ducis Sabaudiæ, ſecretè proteſtabantur, ſe per vim adduci addictos contractus, & quòd non intendebãt ratos habere; hic enim diuerſus eſt à trigeſimoquinto teſte, qui, vt ſupra vidimus, dixit, quòd Io. Iacobus antequam iret Taurinum, vbi filius detinebatur, fecerat nonnullas proteſtationes, iſte autem dicit, quòd exiſtentes in fortijs Ducis Sabaudiæ ſecretè proteſtabantur, & nonnulli alij dicunt, Ioan. Iacobũ proteſtatum fuiſſe poſt relaxationem, & liberationem, quo fit, vt magna ſit diſcrepantia inter teſtes circa has proteſtationes, quòd ſi dicatur, cùm proteſtatio ſit actus reiterabilis, poteſt eſſe quòd fuerit factus omni tempore, & ſic teſtes non eſſe diſcordes, ſed concordes: Reſpondetur mirum eſſe, quòd tot fuerint factæ proteſtationes, & diuerſis temporibus, & tamen nulla omnino appareat, maximè cùm dicatur ab aliquibus teſtibus fuiſſe proteſtatũ in ſcriptis, falſum ergo eſt, quòd fuerit proteſtatum, et vt iſte teſtis ait quòd non intendebant ratos habere dictos contractus, quia de contrario apparet ex ratificationibus factis in ciuitate Caſalis poſtquàm reuerſis fuerunt in domum ſuam, et veriſimiliter ſi proteſtati fuiſſent, prout iſte dicit, dum erant in fortijs Ducis Sabaudiæ, ſe nunquam habituros ratos dictos contractus, certè ex poſt reuerſi ad ciuitatem Caſalis, non ratificaſſent, quo fit, vt falſum iſte deponat, ſicut et alij, et ideo nullam pariter eſſe eidem adhibendam fidem.

Trigeſimus octauus, Dom. Nicolaus Gri-

baldis

baudus de Vulpiano notarius, Respondit de de auditu ab auo nomine Vberto, qui decessit ætatis annorum centum & à quodam Bernardo Gribaudo affine, qui pariter erat valde senex, quòd propter detentionem Marchionũ Io. Iacobi, & Ioannis eius filij primogeniti, deperdita erant pulchra loca, & castra domini Montisferrati, & inter cætera oppidum Clauaxij, & Septimi, & Brandirij, & multa alia de quibus ipse testis non recordatur, & quòd prædicta loca fuerunt à dicto Marchione Io. Iacobo relaxata, si debebat recuperare filium suum detentum in arce Taurini, sed non recordatur audiuisse, sub qua custodia teneretur, nec quantum temporis duranerit illa detẽtio, & prædicta dicit in terra sua notoria esse, quia pro maiori parte hominum dictæ terræ habẽt hoc à maioribus suis, Nec recordatur, quòd dictus auus diceret prædicta vidisse, vel audiuisse, sed simpliciter illa narrabat, tamquam ille, qui erat perfectæ intelligentiæ, & erat etiã domesticus Marchionum Montisferrati, quia multum amabatur ab eis, maximè à Ioanne, & Guielmo, vt est notorium in terra Vulpiani, quia est publica vox inquit quod quicquid volebat obtinebat à dictis Marchionibus.

Iste testis nihil penitus probat; licet enim enunciatiuè dicat, quod propter detentionẽ Marchionum Io. Iacobi, & Ioannis filij deperdita erant pulchra loca, & castra, non tamen ex hoc probat detentionem, cùm de ea non deponat, per quem fuerit facta, & alijs circonstantijs facti, neq; enim in teste admittitur suppletio, aut subauditio, sed debet testis narrare factum integrè, & perfectè; Præsupponit etiam iste detentionem vtriusque scilicet Io. Iacobi Marchionis, & Ioannis filij primogeniti, & tamen de detentione tantum Ioannis primogeniti capitulatur, seu articulatur, & vlterius non fuisset credendum auo à quo dicit audiuisse, eo quia fuisset suspectus nec fuisset integer, & idoneus testis, cum fuerit domesticus, & multum dilectus Marchionibus, vt ait fuisse notorium, adeo quòd ob nimiam beneuolentiam obtinebat quicquid volebat, quis quæso iudicaret talem testem idoneum, seu integrum fuisse? quo fit vt ex isto teste nihil probetur.

Dum verò postea super xvj. capitulo interrogatus respondet, quod dictus Marchio Io. Iacobus, post relaxata prædicta oppida protestatus fuerat, quod per vim fecerat, conuentiones, quas fecerat cum dicto Duce Sabaudiæ, nec recordatur audiuisse quo in loco, nec quãto tempore præciso intermedio, nec quibus præsentibus, sed dicebatur, quod erat in scriptis, sed non recordatur audiuisse coram quo, Diuersum deponit à proximo precedenti, qui vt vidisti, dicebat, Io. Iacobum, & Ioannem, dum infortijs essent, protestatos fuisse, & ab alijs, qui dicunt, protestationes factas fuisse ante, & hic dicit de protestatione facta à Io. Iacobo, alter autem ambos, & patrem & filium protestatos fuisse, & iste ait audiuisse, quod protestatio erat in scriptis, quòd si ic est, cur ergo non producitur? verisimiliter enim si in scripturam redacta fuisset, de ea facilè appareret vt sæpè diximus.

Trigesimus nonus, Franciscus Taranzani de eodem loco Vulpiani Respondet auditu à genitore suo nomine Iacobo, & à Matheo Bobio, & Michaele Botino, & simili modo loquẽdi vtitur, quo proximè precedẽs, solent.n. illi testes, vt in plurib⁹ aduerti, vnus alterum imitari in dicendo, & modo loquendi, quod non sine suspicione est. Ait ergo, & iste, quòd propter detentionẽ Ioannis primogeniti Marchionis Io. Iacobi factam in loco Taurini, nec scit quo in loco, nec recordatur inquit, audiuisse à quo Duce Sabaudiæ, necnon propter detentionem prædicti Marchionis Io. Iacobi, post dictum Ioannem coacti fuerunt pater, & filius deuenire ad quasdam conuentiones, de quibus non recordatur audiuisse, nisi, quòd inter cætera dimissum fuit oppidum Clauaxij, & prædicta sunt publica inquit, in terra dicti testis. Per hunc testem similiter, & per eius authores non dicitur probari dicta prætensa detentio, cùm de ea fiat mentio enunciatiuè tantum, vt diximus in proximo præcedenti teste, & multominus probat, cùm non recordetur, nec deponat de quo Duce Sabaudię nominatim neque de eius filio; nimis ergo genericè loquitur, & non particulariter narrat factum, & eius circonstantias, vt supradiximus.

Et super xvj. capitulo Respondit, quòd sępè audiuit à senibus suę terræ, sed non recordatur præcisè à quibus, nec quo tempore, nec quibus presentibus, nec quo loco, quod Marchio Io. Iacobus præsentibus multis testibus protestatus fuit, ad prædictas conuentiones cũ Duce Sabaudiæ per vim deuenisse, nec recordatur audiuisse, quòd fuerit diu, vel immediatè post, vel etiam si ante fuerit, vel alio tempore. Ecce quàm varię, & incertè deponunt isti testes de huiusmodi protestatione, aliqui enim, vt iam vidimus, dicunt fuisse protestatum ante, aliqui verò post, alij dum in fortijs existerent, hic autem nõ recordatur audiuisse, si diu, vel immediatè post, vel etiam si ante, & tamẽ ait protestatò fuisse præsẽtibus multis testibus, certè si ita esset, ex tot testib. examinatis aliqs recordaretur de aliquo ex illis multis testibus corã quibus dicitur fuisse protestatũ, aut saltẽ cũ iste expresè dicat etiã protestationẽ fuisse reductam in scriptis, de ea scriptura appareret. Vnde nihil certi probatur, & multominus probat, cùm non nominet aliquem ex senibus à quibus asserit audiuisse de huiusmodi protestatione non enim de hoc dicit audiuisse à prędictis quos supra nominauit, sed à senibus suæ terræ, sed non recordari à quibus, quo casu nõ etiam probat, vt sæpè diximus.

Quadragesimus testis Antonius Nasus de Vulpiano Respondit de auditu à patre suo, & auo, quos nominat, eademq; dicendi formula vtitur, qua trigesimus octauus, adeo, vt satis appareat, per eundem, & præmeditatum sermonem loqui; Ait enim à prædictis patre, & auo audiuisse, quòd propter captiuitatem factam

ctam de Ioanne filio Marchionis Io. Iacobi, & poſt eum de ipſo Io. Iacobo in caſtro Taurini, nec audiut per quantum tempus, nec de modo carceris, niſi quòd propter illam captu ram coactus fuit ille Marchio Ioan. Iacobus facere quaſdam conuentiones, de quibus non recordatur, niſi quòd earum vigore remiſſius fuit locus Clauaxij, Septimi, & Brandicij, & alia loca, de quibus non recordatur. Et ſic patet, quòd ſimiliter eius depoſitio eſt nimis generalis, vaga, & incerta, non nominans, nec generaliter, nec ſpecialiter Ducem Sabaudię, nec eius filium, nec per quem fuerit facta detentio, & cum quibus fecerit conuentiones, quo fit, vt minus probet cæteris præcedentibus.

Non tamen reticere volo, quòd ſubiungit iſte teſtis audiuiſſe, videlicet, quòd tunc temporis in caſtro Clauaxij erat, quidam Caſtellanus, qui nominabatur Io. de Suxello, à quo cum requiſita eſſet arx Clauaxij propter illas conuentiones, nunquam voluit conſentire, donec adductus fuit ibi Ioannes, & neſcit ſi captiuum adduxerint, vel non, & ipſe caſtellanus tunc proiecit claues caſtri ad pedes dicti Ioannis, & dixit, quòd faceret de eis voluntatem ſuam, quia ipſe nolebat eſſe proditor; Siquidem hanc cantilenam eſſe fabulam dixi, & probaui ſupra, ſi meminiſti in ſexto, & ſeptimo teſtibus, quibus, qui de hoc pariter deponunt, ad ibi dicta me remitto, ne ſæpius eadem repetam, & varietatem, ac diuerſitatem circa hanc fabulam facilè eſt videre inter ipſos teſtes: nam ſextus ait, quòd ille caſtellanus noluit parere, donec vidit ipſum Marchionẽ Ioan. Iacobum, ſeu eius filium, in quorum conſpectũ proiecit claues non affirmat vtrũque eo acceſſiſſe, ſed alterum tantum, ſed incertus, quis ex quibus, quia ait donec vidit Io. Iacobum, ſeu eius filium; Septimus verò loquitur de hominibus loci, quòd ij nunquam voluerunt ſe ei Duci dare, niſi viſo dicto Marchione Ioan. Iacobo, quem ſecum Dux Sabaudiæ adduxit, quo viſo ipſi homines aperuerunt portas; Iſte autem teſtis ait, illũ caſtellanum noluiſſe cõſentire, donec adductus fuit ibi Ioannes, & neſcit ſi captiuum adduxerint, vel non, quo fit, vt ſatis de ſe pateat hãc eſſe adinuentionem, & nullum habere ſaporem, nec veriſimilitudinem quod dicit, nunquam volut conſentire, donec adductus fuit Ioannes, & ipſe caſtellanus tunc proiecit claues caſtri ad pedes dicti Ioannis, & dixit, quòd faceret de eis ſuam voluntatem, quia ipſe nolebat eſſe proditor.

Quadrageſimus primus teſtis, Magnificus Dom. Aloxius de Saxello ciuis Catalis. Reſpondit de auditu à Theobardo genitore ipſius teſtis, qui erat inquit, Camerarius Illuſtriſs. D. Ioannis filij Illuſtriſs. D Ioan. Iacobi Marchionis Montisferrati, qualiter prædictus D. Ioan. Iacobus miſerat D. Ioannem ſuum primogenitum pro oratore ad Illuſtriſs. Ducem Sabaudiæ, exiſtentem in ciuitate Tauri ni, & quòd prædictus Illuſtriſs. Dux Sabaudię, ſeu agentes pro eo arreſtarunt in dicta ciuitate prædictum Illuſtriſs Dominum Ioannem adeo, quòd ſi debuit euadere à dicta detentione, & arreſtatione facta, fuit coactus Illuſtriſs. D. Io. Iacobus genitor relaxare, & tradere prę dicto D. Duci Sabaudiæ Clauaxium, & plura alia loca.

Iſte pariter nihil probat, præcipuè ex eo, q̃ à genitore ſolo, & ſic ab vno tantum dicit audiuiſſe, & cum genitor eius vt ipſe narrat, eſſet tempore dicti Ioannis, nempe eius Camerarius, imò ſuper interrogatorio ei facto ait, q̃ idem eius pater prædicta ei dicebat, quia erat in ſocietate prædicti Ioannis, quando fuit arreſtatus, quia tunc tempore arreſtationis prędictæ erat, inquit, ſcutifer prædicti D. Ioannis: Attamen, nihil omnino probat, quia falſum eſt quòd Ioannes fuerit miſſus orator ad Ducem Sabaudię exiſtentem in ciuitate Taurini: nam ſi cum Ioanne erat, certò ſcire debebat, quòd ibi non erat Dux Sabaudiæ, ſed benè ibi erat Ludouicus ipſius Ducis filius, & locumtenens, & qui fecit contractus, & conuentiones nomine patri abſentis, vt aliàs diximus. Vndę & magis falſum eſt, quòd prædictus Dux cum arreſtauerit, vt ipſe ait, & iterum affirmat ſuper hoc interrogatus, patrem ſuum dixiſſe, prædictum Dom. Ioannem arreſtatum fuiſſe per D. Ducem Sabaudiæ. Præterea ſi ille erat præſens quando fuit arreſtatus, certè deberet ſaltem ſcire, & nominare quis eſſet ille Dux Sabaudiæ, & tamen nõ nominat, quo fit, vt mendacium dixerit.

Narrat quoq; iſte teſtis, quòd antequam Io cum Clauaxij remitteret prædicto Illuſtriſs. Duci Sabaudiæ, prædictus Do. Ioan Iacobus Marchio mãdauit in dicto loco Clauaxij pro cuſtodia, & ſaluamento dicti loci quondam D. Ioannem auum ipſius teſtis, cui vt aſſerebat dictus eius pater, prædictus Ioan. Iacobus pluries ſcripſit, quod vellet remittere dictum locum Clauaxij, ad Ducem Sabaudię, & quod dictus auus ſuus nunquam voluit remittere dictum locum Clauaxij, aſſerendo, quod nũquam voluit remittere caſtrum Sancti Saluatoris Illuſtriſs. Duci Mediolani, qui erat circa dictum caſtrum cum gente armigera, & alijs pro habendo dicto caſtro, & quod nunquam voluit illud tradere, licet non ſperaret auxilium à Marchione Io. Iacobo, qui tunc erat apud Venetos, minus nunc volebat remittere locum Clauaxij, cum prædictus D. Io. Iacobus eſſet in loco Tridini, & ſi volebat ipſum locũ Clauaxij remittere, mandaret alium qui ipſũ locum Clauaxij remitteret Duci Sabaudiæ.

Conueniebat equidem quòd & iſte narraret hiſtoriam, ex quo factum illud memorabile fuit aui ipſius teſtis; diuerſus tamen eſt ab alijs, eo quia ſextus teſtis dicit de remiſſione caſtri Clauaxij, proximè præcedens dicit de arce Clauaxij, iſte autem dicit de ipſo loco Clauaxij vnde videntur teſtes Suſannæ. Et quod ait Io. Iacobum pluries ſcripſiſſe ad ipſum auum, vt remitteret locum Clauaxii Ducì Sabaudiæ, hoc eſſe non poteſt, quia pater,

quòd

quòd die immediatè sequenti facti mãdati per Io. Iacobum in ciuitate Taurini Ludouico Titiono D. Decianæ, fuit per ipsum Ludouicum Titionum procuratorem, & mandatarij tradita possessio loci, & facta remissio clauium portarum Manfredo Marchioni Saluciarum Marescallo Sabaudiæ, nec potest esse, quòd in tam modico interuallo rẽporis pluries scripserit, & cùm etiam ex instrumentis productis maximè ex instrumento mandati appareat, quòd Marchio Io. Iacobus erat in ciuitate Taurini, certe manifestè falsum deprehẽditur, quòd ille air nempè quòd Io. Iacobus esset in loco Tridini, prout idem affirmat super hoc interrogatus dicens, quòd quando mandabat, vt remitteret dictum locum Clauaxij erat in loco Tridini, Et omnes isti loquẽtes de hac historia dicunt, locũ Clauaxij fuisse remissum Illustris. Ducis Sabaudiæ, & sextus testis dicit, Dnecm Sabaudiæ secum eo duxisse Io. Iacobũ Marchionem, & tamen Dux Sabaudiæ non erat in istis partibus, sed vltra montes; remissio autem neq; Duci Sabaudiæ fuit facta, neq; Ludouico filio, sed Manfredo Marchioni Saluciarum Marescallo Sabaudiæ, & per Ludouicum Titionum D Decianæ, non autem per illum Saxellum, ideo omnia hæc falsa sunt.

Quadragesimus secundus testis, Magnificus D. Alotius Papalardus ex consiliarijs status Montisferrati, & ex nobilibus Cucharidominij Mõtisferrati, Respondit de auditu à pluribus, & in specie dicit audiuit inquit à D. Galleoto del Carreto, & à pluribus, & diuersis aliis, de quorum nominibus non recordatur, qui Do. del Carreto erat inquit magister domus Illustris. D. Marchionis Bonifacij, qui dicebat ita audiuisse à suis maioribus, videlicet, quòd quondam D. Philippus Dux Mediolani mouerat bellum cõtra Marchionem Io. Iacobum, & sibi abstulerat partem status sui, & quòd medio Venetorum ad quos recursũ habuerat, ex post reintegratus fuerat in dicto statu suo per præfatum Ducem Mediolani occupato, seu locis occupatis, & quòd eo sic restituto, prædictus Marchio Io. Iacobus miserit nonnullos ex suis ad Illustris. Ducem Sabaudiæ nomine Amedeum, pacnes quem ingubernio dederat aliquam partem status sui, ad petendum restitutionem locorum, quæ prædictus Dom. Dux Sabaudiæ detinebat, occasione de qua supra, qui D. Dux Sabaudiæ, cũ non daret nisi verba, præfatus Marchio transmisit filium suum Ioanem primogenitum ad ciuitatem Taurini, in qua reperiebatur tunc, & venerat Illustr. D. Ludouicus Princeps Pedemontium primogenitus præfati Ducis Amedei causa visitandi, & pro habenda restitutione dictorum locorum, qui prædictus Do. Ioannes cùm ibidem fuit, retentus fuit à prædicto Illustr. D. Ludouico, taliter quòd recedere non poterat, quod videns præfatus Marchio Io. Iacobus, deliberauit & ipse ire ad ipsam ciuitatem Taurini, prout iuit causa præmissa, & vt filium liberaret, qui cum ibidem fuit, retentus etiam fuit à prædicto Ludouico Principe, & ipso sic retento, non benè recordatur si dicebat ipse del Carreto, quòd tunc adessent in dicta ciuitate Taurini tã Illustris. Dux Amedeus quam præfatus, Illustrissimus D. Ludouicus eius filius, sed benè memor est ipsum dixisse, & dicere, quòd si voluit obtinere liberationem filij sui, & restitutionem locorum detentorũ, quòd necesse fuit facere quicquid volebat, seu volebant prædicti pater, & filius Ludouicus, taliter quod coacti fuerunt iurare fidelitatem ipsis. Et super hoc interrogatus ait, quoniam ipse del Carreto erat vir litteratus, & delectabatur circa recitationem similium, & erat homo, inquit, qui libenter videbat, & legebat cronicas.

Circa hunc testem aduertendum imprimis est, non esse integrum testem, quia vtra quòd est ex consiliarijs status Montisferrati, & vassalus, fuit quoque vt ipse respondet super decimo octauo capitulo, Capitaneus guardiæ Gulielmi Marchionis II. filij Bonifacij Marchionis primi, & fuit consiliarius Bonifacij, & Io. Georgij. Secundò aduertendum est, quòd ab vno tantum refert audiuisse nempe ab illo Galleoto, quod non sufficit, quia saltem de auditu à duobus deponere debet, nec ille D. Galleotus autor suus, à quo dicit audiuisse, fuisset idoneus, & integer testis, prout requiritur in hac materia, eo quia erat domesticus Marchionis Bonifacij, Et præterea iste Galleotus scripsit historiam, siue cronicam, quæ producta fuit in processu, in qua quidem narrat bellum Ducis Mediolani aduersus Marchionem Io. Iacobum, & occupationem locorũ, & terrarum Marchionatus, necnon restitutionem eidem Marchioni Ioanni Iacobo factam per ipsum Ducem Filippum, hanc tamen detentionem neque Ioannis, neq; Io. Iacobi non narrat, & quam verisimiliter narrasset, si vera esset, & eam narrabat huic testi, & erat publica vox, & fama, vt ipse testis dicit, alioquin si verum hoc esset, & ipse omisisset, non ex fide historiam scripsisset, sed veritatem tacuisset, & præcipuè in facto adeo memorabili, sed quia verum non est, non descripsit in sua historia, & ideo neq; etiam verum est, nec verisimile quòd hæc recitauerit huic testi, vt refert.

Præterea in dicta sua historia seu cronica non dicit, quòd medio Venetorum ad quos recursum, habuit Io. Iacobus Marchio reintegratus fuit in suo statu, prout nec verum esse supra sæpè diximus, & diuersus est à multis aliis, dum ait, quòd Marchio transmisit filiũ suum Ioannem ad ciuitatem, in qua reperiebatur tunc, & venerat Ludouicus Princeps, & ibi ab eo fuit retentus, alij autem dicunt, fuisse missum ad Ducem Sabaudiæ ibi existentem, & maximè proximus præcedens testis, similiter deponit Io. Iacobum fuisse etiam retentũ ab eodem Ludouico Principe, & alij autem dicunt fuisse detentum à Duce patre Ludouici, & non recordatur iste si diceret, quòd ibi in dicta ciuitate Taurini adessent tam Dux Amedeus pater quàm Ludouicus filius, tamen

men memor est ipsum Galeotum dixisse, dicere, inquit, quòd si voluit obtinere liberationem filij sui, & restitutionem locorum, necesse fuit ei facere quicquid volebat, seu volebant prædicti pater, & filius, ecce quòd nescius & incertus, an ibi vnus tantum adesset, an verò vterq; alternatiuè, & sic dubitatiuè loquitur, & tamen præsupponit postea vtrunque quia dicit, taliter quòd coacti fuerunt iurare fidelitatem ipsis, nam si iurarunt ambo fidelitatem ipsis, oportuit ambos, & Ducem patrē, & Ludouicum filium adfuisse, & tamen vtrūque est falsum, quia neq; verum est, quòd ambo scilicet Ioan Iacobus pater, & Ioannes filius iurauerint fidelitatem, neq; etiam verum est, quòd iurauerint ipsis scilicet Duci Amedeo patri, Ludouico filio, quia vnus tantum, & vni tantum præstita reperitur fidelitas, quo fit, vt & iste falsus deprehendatur, & nihil omnino probet.

Quadragesimus tertius, Antonius Vulpinus de Irago habitator Casalis dicens, quòd iam sunt anni quinquaginta, quòd incepit esse ad seruitia dominorum Marchionum Mōtisferrati pro archerio, & dici audiuit à diuersis, & in specie recordatur audiuisse à domino Francisco de Altauilla, qui erat magister domus Marchionis Gulielmi fratri Bonifacij, & à quodam nuncupato Bosso de familia Bossorum de Mediolano: qui etiam erat magister domus ipsius Marchionis Gulielmi, quòd Illustriss. quondam Ioannes filius Marchionis Ioan. Iacobi detentus fuerat in ciuitate Taurini mandato Ducis Sabaudiæ, sed quomodo nominaretur ille Dux nescit, nec intellexit, nec de tempore detentionis, nec propter quā causam detentus esset, ipse testis aliter nescit. Ex quibus satis patet, quod iste testis nihil pro bat maximè cum non nominet, nec nominare scit, nec intellexisse dicit, quis esset, & quomodo nominaretur ille Dux, neque etiam de Ludouico filio Ducis deponat, & præterea illi à quibus audiuit, nec etiam erant integri testes, cùm fuerint, & essent domestici Marchionum, ideo non est, quòd vltra in isto teste immoremur.

Quadragesimus quartus, Magister Bartholomeus della Bouaria Calegarius, cuius Casalis deponit de auditu à genitore suo, quem non nominat, & à quampluribus aliis personis, de quorum nominibus non recordatur, quòd Illustrissimi quondam Philippus Dux Mediolani mouerat bellum contra Illustrissimū Dom. Ioan. Iacobum Marchionem Montisferrati, & occupauerat partem sui status, & quòd ex post dictus Marchio Ioann. Iacobus coactus fuit habere recursum ad Venetos, medio quorum tandem dictus Marchio reintegratus fuit ad statum suum, & habuit restitutionem locorum occupatorum per præfatum, Ducem Philippum: Dicebantes inquit, prænominati, quòd cùm Illustriss. Ioannes filius Illustriss. Ioannis Iacobi, qui tunc morabatur in loco Clauaxij. Nam illis temporibus stabat curia, & semel iuisset ad ciuitatem Taurini, vt sponsam suam visitaret, fuit arrestatus, & denegatum sibi ne recederet à dicta ciuitate Taurini, non tamen recordatur ipse testis de causa, quam dicerent, propter quam fuerat arrestatus mandato Ducis Sabaudiæ, & quòd non potuit euadere à manibus Ducis Sabaudiæ, nisi prius eidem Duci Sabaudiæ, dimiserit Clauaxium, & multa alia loca, & qui geniror ipsius testis dicebat, inquit, ipsi testi le præmissa vidisse, & cognouisse. Hæc inquit iste testis.

Non plus probat iste, ac ceteri, imprimis quia licet dicat de auditu à quampluribus, attamen cùm nullum nominet, nisi genitorem, imo nec etiam exprimat nomen genitoris, non probat, ex supradictis. Item peccat in eo, quod etiam cum alijs dicit, quod Ioan. Iacobus medio Veneto fuit reintegratus ad statum suum, & habuit restitutionem locorū occupatorum, quod verum non esse pluries probauimus. Præterea diuersus est ab omnibus alijs, dum ait, Ioannem filium primogenitum Ioan. Iacobi Marchionis iuisse ad ciuitatem Taurini, vt sponsam suam visitaret, fuit arrestatus, alij enim dicunt missum fuisse eo per Io. Iacobum patrem, vt visitaret Ducem, & restitutionem pateret locorum, iste autem ait, iusse, vt sponsam suam visitaret, hoc nullus alius dicit, & quod plus est, dicit falsum, quia ipse Ioannes non habebat tunc aliquam sponsam, quia viuente patre non duxit vxorem, sed sequuta morte patris, & longè post illud tempus accepit in vxorem Margaritam filiam dicti Ludouici Ducis Sabaudiæ, vt patet instrumento matrimonij in actis causæ exhibito. Si verò intelligit de sponsa alterius, hoc non potest esse, cùm de nullo loquatur, non enim ibi nominat, nec Ducem Sabaudiæ, nec Ludouicum. Et falsum est etiā quod inquit, dictum Ioannem primogenitum arrestatum non potuisse euadere à manibus Ducis Sabaudiæ, & sic præsupponit Ducem Sabaudiæ, ibi fuisse in ciuitate Taurini, & ab eo arrestatum, quod verum non esse supradximus, cùm tunc in ciuitate Taurini esset Ludouicus filius, & locumtenens dicti Ducis, & similiter non est verum, quòd eidem Duci Sabaudiæ dimiserit Clauaxium, & multa alia loca, cùm donatio, & remissio fuerit facta Ludouico filio primogenito, & locumtenenti eiusdem Ducis, non autem Duci, & si verum est, patrem suum dixisse, se præmissa vidisse, & cognouisse quomodo hæc dicit, quæ vera nō sunt? Et multominus verum est, sed manifestè falsum, quod ait, ipsum Ioannem arrestatum dimisisse Clauaxium eidem Duci, & particulariter interrogatus dicit, dicta loca fuisse cessa, & remissa per Ioannem arrestatum: nā vtin instrumento donationis legitur, fuit facta per Io. Iacobū patrē, & cuius nō erant bona, non autem per Ioan. filium, cuius non erant bona, & oppida viuente patre.

Quadragesimus quintus testis, Ioannes della Vella Pristinarius, ciuis Casalis Respondit de auditu D. Ioan. Grassi nobilis Casalensis; quod

quòd circa annum 1432. Illustriss. Dux Philippus Mediolani, mouerat bellum contra Marchionem Ioan. Iacobum Marchionem Montisferrati, & abstulit dicto Marchioni maiorē partem status, & ciuitatem Casalis, quæ tunc non erat ciuitas, & quòd hoc videns dictus Marchio Io. Iacobus cùm resistere nō posset, recommendauit, & consignauit in manibus Ducis Sabaudię Amedei Clauaxium, & plura alia loca, quæ aliter exprimere nescit, vt tibi illa conseruaret, & quòd exinde iuit ad ciuitatem Venetiarū, & ex post medio ipsorum Venetorum ipse Marchio reintegratus fuit in statu suo per dictū Ducem Mediolani occupato: Et ex post dictus Marchio Io. Iacob. trāsmisit filiū suum Ioannem ad ciuitatem Taurini, pro recuperatione locorū Duci Sabaudiæ consignatorum, vt supra, & quòd dictus Ioannes filius fuit detentus in ciuitate Taurini, an verò diceret per Ducem Sabaudię, vel Ludouī cum eius filium, non recordari, & q̄ postquam detentus fuit dictus Ioannes, fuit pertinulum dicto Marchioni Ioā. Iacobō per suos consiliarios, vt ipse pater accederet ad dictam ciuitatē Taurini, pro habendo ipsō eius filio, & ipsis locis consignatis, & quod pariter ipse pater detentus fuit in dicta ciuitate Taurini, in quo loco, & quomodo, non recordatur ipse testis, quid de hoc diceret, & quod tūc videns ipse Io. Iacobus aliter facere nō posse; fecit cessionem, & recognitionē de loco Clauaxij, & quibusdam locis, quę aliter declarare nescit, quibus peractis fuerunt dimissi ipsi pater, & filius, & interrogatus dixit, quòd eo tēpore, quo ipse dominus Ioannes Grassus prēmissa dicebat, erat ætatis annorū lxxx. vel circa, & dicebat, quod præmissa facta fuerant tēpore suo, & illa vidisse, & cognouisse.

Eadem contra hunc testem obijciuntur, & militant, quæ contra alios. Imprimis, quòd & ipse ab vno tantùm, quem nominat, refert audiuisse, quod non sufficit.

Secundò, quia etiam dicit falsum, nempè, quòd durante bellò per Philippum Ducem Mediolani moto Io Iacob Marchio recōmēdauit, consignauit in manib. Ducis Sabaudiæ Amedei Clauaxium, & plura alia loca, quæ exprimere nescit, quam Clauaxiū non fuit remissum in custodiā Duci Sabaudiæ, sed semper retentū per ipsum Io. Iacobū Marchionē, vt diximus supra in primis testibus, & nō fuit remissum Duci nisi post initas conuentiones, & pacta, vt patet instrumētis in actis exhibitis, & mirum est, q̄ nominet Clauaxium inter loca remissa, seu cōmendata, q̄ tamen est falsū, alia autem loca quę fuerant remissa custodiēda, dicit se aliter nescire exprimere.

Tertiò similiter & ipse ait, quòd Marchio, Io. Iacob. medio Venetorū reintegratus fuit in statum suum, quod verum non esse aliàs diximus, sed medio Marchionum Ferrariæ, & Saluarum.

Quartò, dicit Ioannem filiū Io. Iacobi missum à patre ad ciuitatem Taurini, pro recuperatione locorum Duci Sabaudię consignatorum, fuisse detentum, sed non recordari an diceret per Ducem Sabaudiæ, an verò per Ludouicum eius filium, & ideo hæc incertitudo vitiat, imò reddit eum suspectum, quia verisimiliter deberet potius recordari de hoc, quā de alio, quis scilicet fuerit, qui eum detinuit, vt præsupponitur.

Quinto inuerisimile est, quod ait, quod detento Ioanne persuasum fuit Marchioni per suos consiliarios, vt ipse pater accederet ad dictam ciuitatem; non enim hoc est verisimile; quod si detentus fuisset Ioannes filius, quod consiliarij suasissent patri, vt ipse ad eundem detentorem accederet, imò potius verisimiliter contrarium cōsuluissent. Et nonnulli alij testes diuersum deponunt dicentes, quòd Io. Iacob. deliberauit ipse ire ad ciuitatē Taurini, prout ita dicit 42. testis, alij quòd accessit reclamantibus subditis, prout hoc dicit 35. testis Petrus Fa vt ibi retulimus in eius deposītione, & aliqui aiunt, quòd Marchio Io. Iacobus inuitatus per Ducē Sabaudiæ, vt vellet ire spectatū ludos, & festa publica cùm posuisset rem, inquiunt, in consilio procerum. & consiliariorum suorum, fuit eis dictum, quod ipse ire non deberet, quo fit, vt cùm sint varij inter se, eis non credatur.

Quinto, q̄ pariter Marchio pater fuerit detentus, hoc etiam falsum diximus, & probauimus in alijs testibus, hoc idem dicentibus.

Sextò, falsum quoque esse diximus in alijs, nempè quòd Marchio Io. Iacobus fecerit aliquam recognitionem de loco Clauaxij, & de quibusdā alijs locis, quę aliter declarare nescit, quia Marchio nullam fecit recognitionē erga Ducem, aut Ludouicum filium de oppido Clauaxij, neq; de alijs locis, sed recognitio, & fidelitas fuit facta per Ioannem primogenitum Io. Iacobi, non de loco Clauaxij, sed de alijs terris, & oppidis vltra Tanagrum, & citra Padum existentibus excepto dicto oppido Clauaxij, necnon Sepimo, & Brandicio, quæ remanserunt ipsi Duci Sabaudiæ, vt in instrumentis donationis, & infeudationis seu Inuestiturę. Vnde est mirum, quòd ille Grassus à quo testis refert audiuisse, diceret præmissa facta fuisse tempore suo, & ea vidisse, & cognouisse, & nihilominus falsa retulerit.

Postremò sup decimo sexto capitulo. Respondit audiuisse ab eodem Grasso, quòd postquam fuerunt relaxati prædicti pater, & filius Marchiones Montisferrati, ipse Marchio Io. Iacobus fecit quādam protestationē, quòd ea, quæ fecerat in cedendo, & recognoscendo Ducem Sabaudiæ, fecerat per vim, & metum, & quia aliter facere non poterat, hoc enim pariter est falsum, quoniam ipse, vt diximus supra, nullā recognitionem fecit de loco Clauaxij, nec de alijs locis erga Ducem Sabaudiæ; Vnde necessario, etiā est falsum, q̄ ita protestatus fuerit, quòd ea, quæ fecerat in recognoscēdo Ducē Sabaudię fuerint per vim, et metum, et præterea diuersus est ab illis, qui dicunt, Ioannem enam protestatum fuisse ab ijs, qui dicunt ipsum Io. Iacobū protestatū

fuisse

fuisse antequàm ad ciuitatẽ Taurini accederet, ac ab ijs, qui dicunt protestatos fuisse dum essent in fortijs Ducis Sabaudiæ. Præterea, quod etiã subiungit, quod ex post dictus Marchio nunquam voluit sibi facere fidelitatem, neq; habere recognitionem aliquã ab eo Duce Sabaudiæ, remanet consequenter non verum, quia si antea non fecerat aliquam fidelitatem, aut recognitionẽ, nõ potest dici, quod ex post noluerit eam facere, cùm quantum ad eum nulla subesset obligatio faciendi, sed si intelligit de Ioanne eius filio, qui fidelitatem fecerat, & recognitionem pro terris, & oppidis citra Padum, & vltra Tanagrum, exceptis prædictis, hoc est etiam falsum, quia imò sequuta morte Ducis Amedei, renouauit fidelitatem, & recognitionem pro dictis oppidis erga Ludouicum filium, & successorem dicti Amedei sub anno 1445. vt patet instrumentis in actis causæ exhibitis, & narratum est in theniate.

Quadragesimus sextus, D. Petrus fornarius de Quintò, habitans in loco Villæ Montisferrati olim fornarius ætatis, vt ipse asserit, annorum centum, & trium vel circa Respondit, se intellexisse a quibusdam antiquis iã supra 80. annos, de quorũ tamen nominibus nõ recordatur, saluo de quodã nominato Zanino de croua Molinario, quod quondã Dux Philippus Dux Mediolani mouerat bellũ cõtra Marchionem Io. Iacobũ Marchionẽ Mõtisferrati, & occupauerat partẽ status Montisferrati, & illi antiqui dicebant, fuisse de illis temporibus, & præmissa vidisse, & cognouisse, & quòd ex post prædictus Marchio Io. Iacobus reintegratus fuit, & restitutus ad loca occupata medio dominationis Venetorum. Dicit insuper audiuisse dici, vt supra, prædictum D. Io. Iacobum, et eius filium Ioannem fuisse detentos in ciuitate Taurini per Ducẽ Sabaudiæ, & dicebant, inquit, & fuisse causam detentionis, eo quia prædictus Io. Iacobus Marchio nolebat fidelitatem facere Duci Sabaudię de terris status Montisferrati citra Padum, & dixit insuper ipse testis, quod Clauaxium erat pro dimidia parte status Mõtisferrati, & quod fuit coactus remittere Duci Sabaudiæ partem suam, propter dictam detentionem. Hæc inquit iste cẽrenarius, qui & ipse, licet dicat audiuisse à pluribus, attamen cùm vnum tantum nominet, non probat. Item & eodem errore ducitur, quo cæteri, dum ait, quod Io. Iacobus medio dominationis Venetorum reintegratus fuit ad loca occupata. Item, quòd Io. Iacobus, & Ioannes fuerint detenti in ciuitate Taurini per Ducem Sabaudiæ, hoc sæpè diximus esse falsum, quia Dux Sabaudię non erat in dicta ciuitate Taurini, vltra quòd, cùm non nominet Ducem Sabaudiæ, eius dictum non cõcludit, quòd verò dicerent causam detẽtionis fuisse, eo quia prædictus Io. Iacobus Marchio nolebat facere Duci Sabaudiæ fidelitatem de terris status citra Padum, hæc causa est falsa, quia nulla fidelitas ab eo prætendebatur pro prædictis terris citra Padum, & ideo dici non potest, quod nollet facere, cùm ad id non esset obligatus, fidelitas autem prætendebatur deberi per Ioannem filium eius primogenitum, virtute pactorum initorum Tononi de anno 1432. quæ in actis sunt exhibita, & in hoc est diuersus à multis alijs qui dicunt, Ioannẽ fuisse detentum ex eo, quia Io. Iacob. pater non debat soluere expensas factas in custodiendis, & conseruandis terris Marchionatus durãte bello. Sed saltissimum omnium illud est, quod dicit, Clauaxium fuisse pro dimidia parte status Montisferrati & quòd Io. Iacobus fuit coactus remittere partem suam propter dictã detentionem, quia imò erat insolidũ ipsius Marchionis, neque fuit facta remissio partis, sed totius, vt patet instrumẽtis exhibitis, quo fit, vt iste fornarius, nec eius author, qui erat molinarius, & sic personæ viles, nihil omnino probent.

Quadragesimus septimus D. Antonius de Gerolis notarius de loco Pontisturiæ, dominij Montisferrati. Respondit de auditu a suo genitore, & à quibusdam alijs de loco Pontisturiæ vltra numerum sex antiquis, de quorũ nominibus non recordatur; Et sic nec etiam probat cùm vnum tantũ nominet, à quo audiuit, nempè à genitore suo, Et deponit de bello Ducis Filippi, & occupatione per eum facta de maiore parte status Montisferrati, & de consignatione, seu remissione facta per ipsum Io. Iacobum de alijs terris, & locis Marchionatus non occupatis, in manibus Ducis Sabaudiæ, qui tunc temporis erat, & de accessu ipsius Marchionis Io. Iacobi ad Venetos pro recuperatione status occupati per Ducem Philippum, medio quorum Venetorum inquit, tandem ipse Marchio Io. Iacobus habuit restitutionem, & reintegrationem status, & locorum occupatorum per dictum Ducem, & in hoc, sicut & alij errat, & falsum asserit, prout diximus in præcedentibus, Quo facto inquit, cùm prædictus Marchio Io. Iacob. intellexisset filium Ducis Sabaudiæ Principem Pedemontium, & si nominaret dictum Principem, et Ducem non recordatur, venisse in partibus Taurini à partibus vltramontanis misit filiũ suũ Ioannem ad visitandũ dictũ Principem, & cùm dictus Ioãnes fuit in dicta ciuitate Taurini, fuit arrestatus per Ducem Sabaudiæ in dicta ciuitate, quo sic arrestato, petebat ipse Dux Sabaudiæ, sibi satisfieri de expensis, quas dicebat fecisse circa gubernium locorum sibi consignatorum, vt supra; & tandem illum dimittere noluit nec relaxare, vsque quo sibi tradiderit Clauaxium, cũ septem terris, de quibus in specie nunc dicere nesciret, & quas terras ipse Marchio Io. Iacobus eessit, & tradidit dicto Duci Sabaudiæ, inuitus tamen, et videns non posse habere relaxationem filij sui, qua facta traditione, et consignatione, dictus Ioannes relaxatus fuit, et venit ad partes Montisferrati inqui.

Circa hanc prætensam detentionem considera dum ait, quòd Marchio Io. Iacobus cũ intellexisset filium Ducis Sabaudiæ Principem venisse à partibus vltramontanis, et nõ recor-

recordatur, si nominaret dictum Principem, & Ducem verisimiliter enim deberet recordari de nomine, quia nomina Principum solent memoriæ retineri magis, quam priuatorũ, & sicut memoriæ comendauit nomen Philippi Ducis Mediolani, necnon Ioan. Iacobi, & Ioannis eius filij, rursum est, quod in nominibus Ducis Sabaudiæ, & eius filij fuerit ita obliuiosus, vnde redditur suspectus. Item dixit, quod Ioannes fuit in dicta ciuitate retentus per Ducem Sabaudiæ, si in ea ciuitate non aderat Dux Sabaudiæ, & eum nominare nescit, quomodo dicere potest detentum fuisse per Ducem Sabaudiæ? imò sic illuc aduenerat filius ipsius Ducis, cuius etiam nominis non recordatur, & ad eum visitandum Ioannes missus fuerat, quomodo ergo fuit retentus p Ducem, qui ibi non aderat? nec dicit, quod & ipse illuc aduenerit: quo fit vt in isto teste non solum sit falsitas, prout in cæteris, verum etiam cum falsitate sit repugnantia, & contrarietas. Postremò considera quæso, dum ait, q Dux Sabaudiæ noluit dimittere, & relaxare Ioannem vsque quo tradidit sibi Clauaxium cum septem terris, de quibus in specie nunc dicere nescit, nam recordatur de numero terrarum remissarum, quas dicit esse septem & tamen non recordatur, nec scit dicere nomina earum, quarum tamen nomina verisimiliter ignorare non deberet, cùm propter vicinitatem Montisferrati, & Pedemontium quilibet vnius Prouinciæ scit nomina terrarum alterius: Vnde maximè suspectus redditur ex hoc cùm sicut recordatur numeri, ita etiam debeat recordari nominum, & id etiam facit in initio finæ depositionis vbi ait, quòd præmissa audiuit, & intellexit vltra genitorem suum, à quibusdam aliis de loco Pontis Sturie vltra numerum sex antiquis, de quorum nominibus non recordatur, nam si non recordatur nominum eorum a quib. refert audisse, quomodo potest recordari, quod essent sex, aut vltra sex? Sed quòd magis est, dum vult specificare numerũ terrarum remissarum, deponit falsum, quia si intelligit de donatis per Io. Iacobum Marchionem, & deinde infeudatis per Ducem Sabaudiæ Ioan. certe illæ sunt multæ, & longè vltra numerum septem, sunt omnes terræ existentes vltra Padum, & vltra Tanagrum, vt in donatione, & infeudatione apparet. Si verò intelligit de cessis, & remissis per eundem Io. Iacobum Marchionem præfato Duci Sabaudiæ, & quæ non fuerunt deinde concessa in feudum præfato Ioanni, sed remanserunt eidem Duci, & adhuc hodie possidentur per Ducẽ Sabaudiæ, illæ etiam sunt rursum sex, non autem septem, vt patet in dictis instrumentis exhibitis, sunt enim Clauaxium septimum Brandicij, Fuggeria, Azilium, & adherentia Abbatis sancti Benigni, & etiam est falsum dum præsupponit, quòd Ioannes ipse tradiderit eidem Duci dictas terras, & oppida, quia non ipse fecit remissionem, sed Io. Iacobus Marchio eius pater, cuius erant.

Quartus testis octauus, Cassanus de Ferrarijs notarius de loco sancti Sebastiani, domini Montisferrati, eodẽ patitur defectus, quos cæteri. Nã Respondet de auditu aliorum, aut quatuor quos nominat, de bello predicto moto per Philippum Ducem Mediolani cõtra Marchionem Ioan. Iacobum, & dẽ occupatione magnæ partis illius, seu Marchionatus Montisferrati, & quod ex post medio Venetorũ prædictus Marchio habuit restitutionẽ bonorũ, & locorum per eũdem Ducem Philippum occupatorum, & quòd antequam dictus Marchio iret ad Venetos ob dictũ bellum dicti Ducis Philippi, cui resistere non poterat, consignauerat, seu recommendauerat, inquit, loca & terras, quas tunc versus Taurinũ, Duci Sabaudiæ, qui erat eius cognatus, seu sororius, de nomine non recordatur, & quòd habita restitutione locorum per dictum Philippum occupatorum, secum sæpius ipse Marchio Ioan. Iacobus instantiã apud ipsum Ducem Sabaudiæ, vt sibi restituere loca & terras sibi consignatas, quod tamen facere denegauit. Et quod ex post, cum Illustris Ioannes filius prædicti Marchionis Io. Iacobi, accessisset ad ciuitatem Taurini, & non potuit dictus Ioãnes euadere à dicto Duce nec obtinere se relaxari, donec fuerit coactus cedere, & remittere Clauaxium, Brandicium, Septimõth, & alias terras, quas aliter exprimere nescit ad præsens, quo facto dictus Ioannes relaxatus fuit, & dimissus. Et dicebant inter ipsum Ducem Philippum, & Ducem Sabaudiæ subdentes, quòd mater dicti Illustris Ioannis, & quæ erat prædicti Ducis Sabaudiæ soror, inclinabat in partes dicti Ducis Sabaudiæ, hæc inquit iste testis.

Circa quem omissis defectibus cum aliis communibus, de quibus iam diximus, ille præter alios ait, Io. Iacobum Marchionem, antequam iret ad Venetos consignauerat, seu recommendauerat Duci Sabaudiæ loca, & terras, quæ sunt versus Taurinum, & sic remisisset, & consignasset Clauaxium, quod tamen est falsum, quia imo illud nõ contigit, nec remisit Duci ante quam iret ad Venetos, sed postea facta restitutione per Ducẽ Mediolani, & factis conuentionibus cum ipso Marchione, quarum virtute fuit tunc facta dicta remissio, Antea verò quam iret Marchio ad Venetos, consignationem, & remissionem fecit Duci Sabaudiæ etiam aliarum terrarum vltra Tanagrum, non verò earũ quæ sunt versus Taurinum, & sic earum quæ sunt citra Padum.

Item Io. quòd de prætensa detentione Ioãnis primogeniti ait, quòd non potuit euadere à dicto Duce, nec obtinere se relaxari, donec fuit coactus cedere, & remittere Clauaxium, Brandicium, &c hoc falsum esse diximus in præcedentibus, quia Ioannes primogenitus nullam fecit cessionem, aut remissionem Clauaxij, Brandicij, nec aliorum dictorum, sed Ioan. Iacobus Marchio eius pater, & sic idem etiam dicimus in isto, quod in aliis dicebamus,

quia præsupponit Ioannem detentum per Ducē Sabaudiæ, & tamen ipse Dux non erat tunc in ciuitate Taurini, & cùm etiam non nominet Ducem, nec dicat per quem, ideo nec etiam probat.

Item dum vltimo loco ait, quòd prænominati dicebant, quòd tempore quo Dux Philippus mouit bellum erat intelligētia inter ipsum Ducem Philippum, & Ducem Sabaudię in hoc iudicat & ille, vt dicebamus supra in 2. teste, ideo ibi dicta contra illum militant, & hic. Et in isto considera quæso, quòd ait, quòd mater dicti Ioannis, & quæ erat prædicti Ducis Sabaudiæ soror, inclinabat in partes dicti Ducis Sabaudiæ, & sic secundum istum testē, etiam mulier Marchionis particeps erat eius belli, & intelligentiam habebat cum Duce Sabaudiæ fratre, & Philippo Duce Mediolani in pernitiem Marchionis mariti, quod an verisimile esset, tu ipse considera. Vnde cum hæc sint iudicia, nō est aliqua fides adhibēda huic testi, maximè cùm interrogatus, quomodo sciebant illi, qui hoc dicebant, & quomodo intellexerant, quòd esset intelligentia inter prædictos Duces, & si exprimebant aliquas causas, vel rationes dictæ intelligētiæ, & quos actus fieri viderint vel intelligerint per ipsos Duces, ex quibus cognosci posset dicta intelligentia, nescit ille testis exprimere aliquos actus, nec reddere aliquas rationes, seu causas, sed respondet, possibile esse, quod prædicti a quibus audiuit dixissent causas, & rationes dictæ intelligentiæ, sed à posse ad esse non concludit argumentum, quo fit, vt nihil omnino probet.

Quadragesimus nonus testis, Raphael Baudinus laborator terrarum de loco sancti Raphaelis, deponit de auditu a Matheo Baudino patruo ipsius testis, qui vt ait, superuixit per annos centum, & decem, qui dicebat, inquit, quòd Illustris. Ioannes filius Marchionis Io. Iacobi detentus fuerat in ciuitate Taurini, & quod non potuit relaxationem obtinere, nisi prius facta cessione, & traditione Duci Sabaudiæ de loco Clauaxij Ciriaci, & aliis locis, de quibus non recordatur, & dicebat inquit, ille patruus suus, q̄ in loco Clauaxi aderat pro castellano, Zaninus de Saxello, qui nunquā post dictam factam cessionem voluit reddere castrū Clauaxij dicto Duci Sabaudiæ, donec vidit dominum suum, scilicet Marchionē Montisferrati, & voluntatem eius habuit: Et super interrogatorio sibi facto respondit, q̄ dictus patruus suus dicebat, se post dictam cessionem factam prædicto Duci Sabaudiæ vidisse gentes armatas Ducis Sabaudiæ in obsidione loci Clauaxij, pro habēdo dicto loco, & cognouisse castellanum, de quo supra, & eo tēpore quo castellanus faciebat resistentiam in non dando dictū locum dicto Duci Sabaudiæ, seu agentibus suis, dictus eius patruus erat in loco Clauaxij, vt ipse dicebat.

Iste pariter nihil probat, cùm deponat de auditu ab vno tantum, item & falsum pariter asserat, prout & alij circa detentionē Ioannis per Ducem Sabaudiæ in ciuitate Taurini, imò ille non specificat per quem fuerit facta detentio Ioannis, licet præsupponat, quòd per Ducem, dum ait, quòd non potuit relaxationem obtinere nisi prius facta cessione, & traditione Duci Sabaudię, & tamen neq; Duci Sabaudiæ facta fuit traditio, seu cessio, sed Ludouico eius filio primogenito, item falsū est quod ait, de loco Ciriaci, quia illud nō est de locis tūc remissis, sed iam longissimo tempore antea fuerat Ducum Sabaudiæ, vt patet instrumento dotis Yolandæ vxoris Aymonis Comitis Sabaudiæ de anno 1330. in actis exhibito. Item dum ait, Ioannem fecisse eā cessionem, & traditionem, hoc etiam esse falsum diximus sæpè, quia illa facta fuit per Io. Iacobum patrem: Et pariter q̄ asserit de illo Zanino Saxello castellano, de quo aliqui alij etiam deponunt, esse etiam falsum diximus supraisse tamen nō dicit, quod alij, de proiectione clauium ad pedes, & ille diuersum ab alijs, qui dicunt illum noluisse remittere castrum, nisi prius viso Ioanne filio primogenito, quem Dux secum adduxit: Vnde etiam est falsum, quod ille referret vidisse gentes armatas Ducis Sabaudiæ in obsidione loci Clauaxij pro habendo dicto loco, hoc enim non fuisse patet ex instrumento aprehensionis possessionis, & remissionis factę de dicto loco per traditionem clauium de altera post factas cōuentiones, & quæ tradito fuit facta de mādato Marchionis per Ludouicum de Ticionib⁹ procuratorem, & nuntium dicti Marchionis, quo fit, vt & ille falsus sit prout cæteri omnes.

Quinquagesimus testis, Bartholomeus Soramatharius de loco Castagnitti ditionis Montisferrati, rei, audet de auditu à genitore, & à duobus, aut tribus alijs quos nominat, quod Dux Philippus Dux Mediolani mouerat bellum contra Marchionē Io. Iacobum, & quod in bello occupauerat partem status Mōtisferrati, & quod videns ipse Marchio non posse resistere prædicto Duci Philippo omnia contulit cum Duce Sabaudiæ Amedeo, qui sibi consuluit, quòd haberet recursū ad Venetos, & quòd dictus Io. Iacobus Marchio consignauit sibi Duci Sabaudiæ Clauaxium, Frandatium, Septimum, Ciriacum, sanctum Mauritium, Carellas, Burgum Turiuensem, Abbatiā & alia loca, vt illa custodiret ad vtilitatem dicti Marchionis prout facere promisit dictus Dux, & deinde accessit ad Venetos, medio quorum habuit recuperationem, & restitutionem omnium locorum à prædicto Philippo occupatorum qua restitutione habita, dictus Marchio venit ad statum ipsius Montisferati, Et dicebant insuper, quòd cum semel dictus Marchio misisset filium suum Ioannem ad ciuitatem Taurini, ad visitandum Principem Pedemontium filium prædicti Ducis Amedei, fuit dictus Ioannes detentus in ciuitate Taurini, & non recordatur si dicerent in quo loco detineretur, in castro, vel in ciuitate, & q̄ postquam detētus fuit, non potuit euadere, donec Marchio Io. Iacobus fecit cessionem,

&c

& donationem, Clauax^ij, & locorum, de quibus supra; subdendo dixit, quod intellexit q̄ post factam dictam cessionem, & donationē in Ducem Sabaudię ipse Marchio Io. Iacobus querellam fecit, sed apud quem, vel quos, nō recordatur, quod coactus fuerat ad ita faciendum, & quod aliter facere non potuerat.

Iste testis similiter falsus detegitur, primò dum ait, quòd omnia contulit cum Duce Sabaudiæ, qui sibi contuluit quod haberet recursum ad Venetos, nam verum non est, q̄ Dux Sabaudiæ eidem consuluerit de eundo ad Venetos, & habendo recursum ab eis, quandoquidē Marchio. Io. Iacobus discedēs à loco Tononi, quo merat cum Ioanne filio primogenito pro summandis capitulis, & pactis cum præfato Duce, in scio eodem Duce, Venetias iter arripuit, vt patet literis eiusdē Marchionis, quas Duci Sabaudiæ scripsit, cùm esset Bernę, & periter Allemanię Venetias peteret, vt alibi etiam commemoratum fuit, Imò Dux Sabaudiæ conquerebatur tunc de Ioanne filio Marchionis, eo quod dixisset Io. Iacobum patrem suum accessisse ad Venetos hortatu, & consilio ipsius Ducis super quo præfatus Ioannes per suas litteras erga eundē Amedeum se excusat, & purgare conatur, non hoc dixisse vt patet litteris eiusdem Ioannis.

Considera autem dum ait, Marchionem Io. Iacobum cùm videret Philippum Ducem Mediolani bellum ei mouere, & partem status occupasse, & ei non posse resistere, contulisse omnia cùm Duce Sabaudiæ, nam si omnia contulit cum Duce Sabaudiæ, ergo ex hoc patet, quod non erat intelligentia inter ipsum Ducem Sabaudię, & præfatum Philippum Ducem Mediolani aduersus Marchionē in illo bello, prout deponit quadragesimus octauus testis, & aliqui alij, & continetur in capitulis partis, ex eo enim q̄ conferebat omnia cum Duce Sabaudiæ signi manifesti est, quod erant amici, & inter eos potius erat intelligēntia aduersus alterum, quàm econtra.

Secundò manifestè falsum etiam dicit dum ait, quod Marchio Ioan. Iacobus de consilio Ducis Sabaudię iurus ad Venetos consignauit sibi Duci Sabaudię Clauaxium, Branditiū, etc. nam quantum ad Clauaxium, diximus alias, & probauimus, quòd non fuit de terris, & oppidis consignatis Duci per Marchionē, & ei remissis ad custodiendum antequàm iret Venetias, sed fuit remissum postea, vt diximus, & constat in instrumentis; multò etiam magis falsum est quod ait, remissum fuisse, Ciriacum, Casellas, Burgum Turinensem, nā priora duo oppida iam antea per centum annos erant Ducis Sabaudię, de Burgo autem Turinensi, nullū est oppidum q̄ hoc nomine vocetur, nisi velit intelligere de ciuitate ipsa Taurinensi, & hoc esset omnium falsissimum, cū ciuitas semper antea per ducētum annos fuerit Ducum Sabaudiæ.

Idem etiam dicimus de isto quod de alijs inquantum ait, quod medio Venetorum Marchio Io. Iacobus recuperationem, & restitutionem habuit omnium locorum à Duce Philippo occupatorum.

Tertiò etiam resultat falsitas dum ait, quod detento Ioāne in ciuitate Taurini, non potuit euadere donec Marchio Io. Iacobus fecit cessionem, & donationem Clauaxii, & locorum de quibus supra, & fide Casellis, Ciriaco, Santo Mauritio, & burgo Taurinensi, quæ cum fuerint iam antea per antiqua tempora Ducis Sabaudiæ, fuit sum est quod ea tunc remisserit.

Quinquagesimus primus testis Do. Dominicus de paucaparte ex nobilibus Cellæ castellanus Montiscuchi Marchionatus Montisserrati Respondit de auditu ab eius genitore, & à quodam D. Antonio de paucaparte camerario Illustriss. quondam Marchionis Guilelmi Senioris, & à pluribus alijs vltra numerum quinquaginta, inquit, de quorum nominibus non recordatur, quod Dux Philippus occupauerat partem status Montisserrati per vim, & bellum, & quod Dux videns Illustriss. Marchio Ioan Iacobus non posse resistere dicto Duci Mediolani, consignauit, & in guardiam dedit Duci Sabaudiæ, qui, vt credit, ipse testis, eum nominabant Amedeū, & qui Dux Sabaudiæ eidem Marchioni promisserat benè custodire, & illi reddere quando requireret, & dicebant ideo consignasse, vt supra dixit quia dubitabat ne omnia occuparentur per dictum Ducem Mediolani. Et quod ex post accessit ad ciuitatem Venetiarum, & deinde medio Venetorum fuit restitutus, & reintegratus ad loca, quæ fuerant per Ducem Philippum occupata, qui Venetis vt ait, minati fuerāmouere bellum contra eum Ducem Mediolani nisi ea restitueret, & habita dicta restitutione, Dux Sabaudiæ denegauit restituere eidem Marchioni Io. Iacobo loca sibi consignata, & quòd Illustriss. Ioannes filius dicti Marchionis cùm accessisset ad ciuitatem Taurini, fuit detentus ibidem, non recordatur si dicerent, quòd causa visitandi, vel recipērandi dicta loca accessisset, & si detinebatur in castro, vel extra castrum, nec qui essent, qui eum custodirent, & quòd eo sic existente detento, coactus fuit facere dictus Marchio quandam conuentionem, & ipso peractis relaxatus fuit dictus Ioannes.

Et super interrogatorio de causis scientiæ Respondit, se prędicta scire rationibus, & causis suprascriptis, & quia intellexit vt supra, subdendo ipse testis, quòd etiam dicebant prænominati vt supra, quòd præsumebatur, quòd esset intelligentia inter Ducē Mediolani, & Ducem Sabaudię in damnum prędicti Marchionis, & quod ex post nunquàm fuit confidentia inter Ducem Sabaudiæ, & Marchionem Montisserrati.

Circa hunc testem aduerte dum ait, se audiuisse à pluribus vltra numerum quinquaginta, & tamen nescit nominare, nisi vnum, & genitorē suum, & si nō recordatur de nominib. eorum à quibus audiuit vltra prædictos, quomodo affirare potest, & affirmare q̄ esset vl-

tra numerum quinquaginta, aut minus quinquaginta.

Secundò aduerte dum ait, quod moto bello per Ducem Mediolani, & occupata parte status Montisferrati per eum, Ioan. Iacobus Marchio videns non posse resistere, consignauit, & in guardiam dedit Duci Sabaudiæ, non dicit quid dederit, seu consignauerit in guardiam, & sic imperfecta est eius depositio, in teste autem non admittitur supletio, aut subauditus intellectus.

Tertiò est singularis, inquantum dicit, quòd Dux Sabaudiæ promisserat bene custodire, & illi reddere quando requireret, nullus enim alius testis, quòd viderim, hoc dicit, maximè de hac promissione de reddendo quando requireret, & præterea est mirū, quòd dicat præcisè de hac promissione speciali, & tamen nō dicit quid fuerit remissum Duci, quid fuerit promissum restituere.

Quartò ait, & iste, quòd medio Venetorum Marchio Ioan. Iacobus fuerat restitutus, & re integratus ad loca, quæ fuerant per Ducem Mediolani occupata, & subdit iste vltra alios, quòd Veneti minati fuerant mouere bellum contra Ducem Mediolani, nisi ea restituisset; Ecce quod omnes isti testes quotquot sunt in hoc conuenerunt, quòd Marchio restitutionem, & reintegrationem obtinuerit locorum occupatorum per Ducem Mediolani, medio, auxilio, & intercessione Venetorū, & tamen hoc expresè falsum deprehenditur ex laudato Ferrariæ producto per partem, ex quo manifestè apparet, quod intercessione Marchionum Ferrariæ, & Salutiarum, & capitulis pacis tunc medio dictorum Marchionum celebratæ inter Venetos, & præfatum Ducem Philippum, facta fuit restitutio Marchioni, nō autem quod ijdē Veneti, neq; præcibus, neq; cominationibus, coegerint Philippū Ducem Mediolani ad restituendū Marchioni, ea, quæ occupauerat; id enim eorum intuitu Philippus nunquam fecisset, cùm Veneti eius hostes essent, imò propter eos, seu eorum causa, & quia Marchio ipsis Venetis erat adhærens, & colligatus, bellum contra Marchionem mouerat, & partem status occupauerat, quo fit, vt falsum sit, quod iste ait, quòd Veneti minati fuerint mouere bellum contra Ducē Philippū, nisi ea restitueret, quia restitutio fiebat in exequitionem; tiniti belli iam antea inter eos gesti, non autem cominatione noui belli mouendi, & hæc sola falsitas sufficere deberet ad omnes hos testes repellendos, falsosq; iudicandum in omnibus eorum dictis, ex allegatis in primo teste.

5 Quintò ait, Ioannem fuisse detentum, & non dicit per quem, nec recordatur aliter de loco, & alijs circonstantijs, & hoc est mirabile, quòd vt supra diximus, ita præcisè recordatur de numero eorum, à quibus dici audiuit quod excedant num. quinquaginta, eorum autem, quæ pertinent ad factum, & ipsius circonstantias non recordatur, ex quo certè in specie illimus redditur.

Sextò, recordatur præcisè, quod dicebant prænominati, quòd præsumebatur, quòd esset intelligentia inter Ducem Mediolani, & Sabaudiæ in damnum, vt ait Marchionis Ioan. Iacobi, & tamen non recordatur, & eicerent alias circōstantias, & magis retinuit memoriæ eorum iudicium, quàm alia, & tamen expresè interrogatus, an prænominati dixerint, & declarauerint ipsi testi aliquos actus, per quos ipsi potuerint intelligere mentem, & conceptum ipsius Ducis Sabaudiæ, & cognoscere, quòd ipse Dux Mediolani propter intelligentiam, quam habebat cum ipso Duce Sabaudiæ, mouisset bellum contra ipsum Marchionem, Respondet, se de alio non recordari, quo fit, vt propterea non credatur, nec probatur pretensa intelligentia, & hoc fuit iudicare, non verò deponere, cùm nullos actus, nec iste nec alij exprimant, ex quibus colligatur talis intelligentia, imò ex dictis in proximo præcedenti teste potius apparet de contrario, ex eo, quòd vt ille testis dicit, Marchio Ioannes Iacobus omnia contulit cum Duce Sabaudiæ, & præterea exadiersō potius probantur actus & signa, ex quibus deprehenditur intelligentia contra Ducem Philippum, quàm contra Marchionem, hoc enim clarè demonstrat, & significat depositio, & remissio facta per ipsum Marchionem in manibus ipsius Ducis Sabaudiæ de omnibus locis, & terris, quæ non fuerant occupatæ, quæ remissio expresè declarat potius animum, & intentionem Ducis Sabaudiæ, ad aduersus Ducem Mediolani esse, quàm è contra, & hoc expresè probat iste dum ait, quòd Marchio consignauit, & remisit, quia dubitabat ne omnia occuparētur per Ducem Mediolani, & sic odio ipsius facta fuit consignatio, & remissio, hoc etiam expresè declarāt litteræ ipsius Ducis Mediolani, quas eidem Sabaudiæ Duci scribebat, quibus conqueritur de eo, & officialibus suis, ꝙ impedimento ei essent, ne vltra progrederetur ad occupationem reliquorum locorum, & terrarū Marchionis, Satis ergo patet, nec etiam hunc testem quicquam probare, & non omitto, ꝙ iste ait etiam, nempè, quod nunquam exposuit fuit confidentia inter Ducē Sabaudiæ, & Marchionem Montisferrati, nam vltra quod iudicat, in hoc ejus iudicium probatur falsū omnino quia vt in facto narratum, est ex multis conuentionibus postea initis, inter ipsos Marchionem Io. Iac. ejusq; filium, & Ducē Sabaudiæ, ac Ludouicum Principem eius filium per diuersa tempora apparet, ꝙ inter eos, quoad vixerunt, fuit perfecta vnio, & intelligentia, & maxima confidentia inter eos, actus autem ex quibus hoc declaratur non refero, quia in themate, seu relatione facti videri possunt.

Quinquagesimus secundus testis D. Ioan. Vincentius ex dominis de Cella, Marchionatus Montisferrati Respondit de auditu supra annos 20. in specie à Magnifico D. Antonio de Altauilla Camerario Marchionis Gulielmi junioris qui dicebat audiuisse à D. Anton. ei' genitore, & ēt ipse testis audiuit ait

a plu-

à pluribus aliis personis, quarum nomina non tenuit menti, saluo quod recordatur de D. Antonello de Marzanasco, ex dominis ipsius loci Marzanaschi, & illæ aliæ personæ, à quibus audiuit, erant inquit, nobiles, & antiquæ, & sic deo eorũ auditu, & intellectu deponit de bello prædicto Ducis Philippi cõtra Marchionem, & occupatione partis status Marchionatus Montisferrati, & dicebant, inquit, quod totum statum occupasset, nisi timuisset recursum ad Venetos, & quod occupata dicta parte dicti status à prædicto Duce Philippo, vt videns ipse Marchio Io. Iacobus resistere non posse prædicto Duci, consignauit reliquam partem dicti status Montisferrati in manibus Ducis Sabaudiæ, in custodiam, & guardiam, & deinde iuit ipse Marchio Io. Iacobus ad Venetos, & tãdem medio Venetorum prædictus Marchio recuperauit loca, & terras occupatas per dictũ Ducem Philippum, & quod deinde dũ vellet re habere illam partem status consignatam dicto Duci Sabaudiæ, & ipse recusaret restituere, transmisit prædictus Marchio filium suum D. Ioannem ad ciuitatem Taurini, in qua detentus fuit mandato prædicti Ducis Sabaudiæ, & quòd eo sic detento, prædictus Marchio Io. Iacobus pater etiam accessit ad ciuitatem Taurini, qui etiam detentus fuit, & quòd non potuit prædictus Marchio obtinere relaxationem, nisi prius fecerit quandam cessionem, seu donationem prædicto Duci Sabaudiæ, & quicquid ipse Dux voluit quia aliter facere non poterat, & insuper dicit ipse testis se recordari, quòd cũ prænominati, a quibus dicti audiuit præmissa dicebant erant homines senes & antiqui excedentes ætatem annorũ quinquaginta, & qui dicebant præmissa audiuisse, & intellexisse à suis antiquis, & maioribus, qui erant probi, & multi nobiles, & fide digni, & ipse testis erat ætatis annorũ 40. in circa quando præmissa intelligébat, & etiam ante illam ætatem, & eo iuniore existẽte, quia pluries, & in diuersis temporibus præmissa audiuit, & est res trita, & notoria inquit.

Ecce quomodo iste testis obnixè, & constanter affirmet, & qualitatem personarum, tempora, & loca, ac alias circonstantias describat exactè, & tamen nomina eorum omnium à quib. audiuit dicit non tenuisse menti, quomodo quæso affirmare audet, quod illæ aliæ personæ, a quibus audiuit vltra nominatas fuerint nobiles, antiquæ, & fidedignæ, si nominum eorum, nec quæ essent recordatur? & quomodo præcisè dicere potest, & recordari se ea intellexisse, cùm esset ætatis annorum quadraginta, eorum aurem a quibus audiuerit non recordetur? certè ex hoc solo suspectissimus redditur,

Præterea, & ista eadem recitat falsitates, quas cæteri, præcipuè verò, quòd medio Venetorum Marchio recuperauit loca, & terras occupatas, deponit quoque, & iste inuerisimile, & falsum quòd detento Ioanne, vt ait, ipse Marchio etiam accessit ad ciuitatem Taurini in qua & ipse fuit detentus, vt in aliis diximus.

Interrogatus, etiam, an prædicti à quibus suprædicta intellexit, declarauerint in specie tẽpus, & annum, quo ipse Dux Mediolani gessit bellum contra ipsum Marchionem, & si declarauerint causam, Respondit, quòd nõ recordatur de tempore dicti belli, sed quòd benè dicebant, & semper intellexit, quod prædictus Dux Philippus præmissum bellum mouit, habens intelligentiam cum Duce Sabaudiæ, nec recordatur, quòd aliter exprimerent dictam intelligentiam, nec per quos actus cognoscerent ipsam intelligentiam, saluo, quod dicebant, quòd Dux Sabaudiæ appetebat statum Marchionatus Montisferrati, vnde contra hunc militant dicta supra in proximè precedenti teste, & aduertendum, quòd dum iudicat deponendo de intelligentia, iudicat etiam dum vult allegare causam ipsius intelligentiæ, aut saltem innuere, seu significare causam dictæ intelligentiæ, nempè dum ait, quòd Dux Sabaudiæ, appetebat statum Marchionatus, loco enim causæ iterum iudicat, & de intrinsecis, seu ijs, quæ sunt in passione animi, quod omnium difficilimum est scire, & cognoscere.

Similiter interrogatus deponit, quod Veneti transmisserunt oratores ad Ducem Philippum, per quos mandauerunt eidem Duci, vt vellet restituere ipsi Marchioni Io. Iacobo statum, & loca occupata, alioquin mitterent bellum, inquit, contra ipsum Ducem, & ea de causa ipse Dux Philippum restituit prædicto Marchioni ipsa loca occupata per eum, hoc enim esse falsum supra in proximo præcedẽti teste probauimus, & iste addit plus illo, quòd Veneti transmiserunt oratores ad Ducẽ Philippum ea de causa, & expresè dicit, quòd ea de causa Philippus loca restituit, imò Philippus Dux nunquam contemplatione Venetorum, aut ob aliquam cominationem belli restituisset Marchioni, vt ibi diximus, sed restitutionem fecit in vim laudi, & capitulorum pacis celebratæ, & firmatæ medio, & intercessione Marchionum Ferrariæ, & Saluziarum.

Postremò super xvj. capitulo deponit de auditu ab eisdem, quòd Ioan. Iacobus fecerat quandam protestationem in scriptis, & corã notario, & testibus, & solemniter, quòd cessionem, & illa omnia, quæ fecerat, & disposuerat de locis ipsis, fecerat coactè, & quia aliter facere non poterat, nec habere relaxationem filij sui, & quòd non intendebat illa obseruare, alibi diximus esse mirum, quo dicitur de hac protestatione, & præcipuè, cùm fuerit facta, vt iste testis ait, in scriptis coram notario, & testib & addit, & solemniter, & nihilominus nulla in orbe terrarum appareat de hoc scriptura nec nominetur, imo sciant quis fuerit notarius, quique fuerint testes coram quibus facta sit, & quod magis est, dicitur facta protestatio, & nulla reperitur, nec ostenditur, aut allegatur deperdita

Quinquagesimus tertius testis, Gualinus de Guala de loco Tridini Marchionatus Mõtisferrati deponit de auditu a patri suo tam-

rum, & ſic non probat, quia nullum alium nominat, & ſimpliciter de auditu à genitore deponit de bello moto per Philippum Ducē Mediolani, occupatione ſtatus per ipſum facta, & quod dictus Marchio conſignauit Clauaxium, & nonnulla alia loca ſtatus Mōtisferrati Duci Sabaudiæ, vt illa ſibi gubernaret, & cuſtodiret, & deinde iuit ad ciuitatem Venetiarum, & tandem medio ipſorum Venetorum fuit dictus Marchio reſtitutus ad terras, & loca occupata, & ſic in idem vitium falſi incurrit, & iſte, prout & ceteri, & nihil deponit, quod officiat, niſi quod Dux Sabaudiæ noluit ſibi reſtituere loca ſibi conſignata, ſed iuſta ex cauſa mouebatur Dux Sabaudiæ ad recuſandum reſtitutionem, eo quia equū erat vt antequàm reſtitueret, ipſo Marchio obſeruaret promiſſa per eum & conuenta cum ipſo Duce Sabaudiæ in loco Tononi de anno 1432. De prætenſa autem detentione Ioannis primogeniti iſtē nihil dicit, ideò pergamus ad alios.

Quinquageſimus quartus, Franciſcus Plāta de loco Tridini deponit audiniſſe dici à quibuſdam antiquis, & antiquioribus ipſius teſtis, de quorum nominibus non recordatur & hoc ſupra annos 40. inquit, & ſic nullum nominat ex ijs, à quibus dici audiuit, quo caſu non probat, & præterea deponit tantum de bello moto per Philippum Ducem Mediolani contra Marchionem, & occupatione ſtatus, de recurſu Marchionis ad Venetos, medio quorum fuit reſtitutus, inquit, in bonis & locis occupatis per ipſum Ducem Mediolani, & dicebant, inquit, quod dicta de cauſa Veneti mouerunt bellum contra Ducem Philippū. vt bona, & loca occupata reſt tueret Marchioni Io. Iacob. & nihil aliud dicit ſcire: vnde nihil eſt quid officiat, & eſt tamen aduertendum, quod diuerſus eſt à precedentibus in eo, quòd dicit Venetos ea de cauſa mouiſſe bellum contra Ducem Philippum, alij autem dicunt, vt ſupra ponderauimus, quod minabantur mouere bellum, quæ quidem longè inter ſe differunt, vltra quòd, vt ſupra oſtendimus, hoc eſt penitus falſum,

Quinquageſimus quintus, Magnificus D. Ioannes Aloyſius de Vulpis Secretarius Marchionum Montisferrati, ciuis Caſalenſis, & moram trahens in loco Tridini, deponit audiuiſſe à genitore ſuo, & à plurib: alijs, de quibus non recordatur, quod Philippus Dux Mediolani mānu armata, occupauerat quaſi totum ſtatum Montiſferrati, & quod ex poſt medio amicorum dictus Philippus reſtituerat terras, & loca occupata Marchioni Montisferrati, eidem Marchioni, quo nomine eum Marchionem appellauerat ipſe teſtis non tenuit menti. Ecce nihil probat quoniam de auditu tantum à patre deponit, & recordatur de nomine Ducis Philippi, nomen autem Marchionis non tenuit menti, & etiam ſubiungit, non recordari intellexiſſe, qui fuerint illi, quorum medio reſtituta fuerint loca occupata, quo fit, vt nihil probent. Subiungit autem ipſe teſtis, quod ſimiliter intellexit ab eius genitore, & alijs perſonis curialibus, & nobilibus, in ciuitate Caſalis, in loco Ponniſſuriæ, in diuerſis locis, in aula, & alijs locis, & in ſpecie recordatur, inquit, intellexiſſe a quondam D. Antonio de Villanoua, qui erat Magiſter Cameræ Marchionis Bonifacij, & à quodā Antonello ex condominis Marzenaſchi, qui dicebant Marchionem Montisferrati fuiſſe detentum in ciuitate Taurini per Ducē Sabaudiæ, quo nomine nominarent ipſum Ducem non habet menti, & quod coactus fuit cedere, & tradere Clauaxium, & quædam alia loca prædicto Duci Sabaudiæ. Ecce nihil omninò probat, quia deducitur de detentione Ioannis primogeniti Marchionis Ioan. Iacobi, vt dicitur, facta per Ludouicū Principem, & locumtenentem Ducis Sabaudiæ, iſte autem deponit, & dicit, Marchionem fuiſſe detentum per Ducem Sabaudiæ, qui tamen non erat in ciuitate Taurini, vt ſepe diximus, & præterea ignorat nomen Ducis Sabaudiæ, ſicut & Marchionis, vt ſupra diximus, quo ſit vt non debeamus ſuper iſto teſte vltra immorari.

Quinquageſimus ſextus, D. Præsbyter Raynerius ex nobilibus ſancti Sebaſtiani, Marchionatus Montisferrati Reſpondit audiuiſſe ab hominib, loci Clauaxij, & ſancti Sebaſtiani, & non dicit à quibus, nec quemquam ſpecificè nominat, ideo non probat, & vlterius deponit, quod Marchio Guliel mus filius Bonifacij acceſſit ad ciuitatē Taurini pro quibuſdam ſuis negocijs, & dū vellet recedere ab ipſa ciuitate, & agro Taurini inquit, Dux Sabaudiæ, qui ipſo tempore erat, nixus fuit eum retinere, & hoc ſentiens dictus Marchio receſſit à dicta ciuitate, & venit Vulpianum, & ad ſtatum dicti Marchionis, & dicebant tales homines hæc verba, inquit, ſeu in effectu ſimilia, ſi ò pouero Signore, ſel foſſe ſtato deſtenuro gli ſaria accaduto come fù fatto à ſuoi prædeceſſori, & ſic iſte teſtis narrat fabulam, & materiam diuerſam.

Quinquageſimus ſeptimus, Ruffinus de Gonzano Seruitor, ſeu Correrius loci Tridini deponit de auditu à quodam auunctilo ſuo nominato Laurentio Portinario & ab alio ſenè Iacobo Catāneo in loco Tridini, ep Dux Mediolani mouit bellum contra Marchionē Montisferrati, & occupauerat partem ſtatus Mōtisfertati, & quòd poſt dictam occupationem dictus Marchio comendauit reliquā partem ſtatus, & filios ſuos Duci Sabaudię, & inde iuit extra ſtatum ſuum ad habendum auxiliū, & non recordatur, ſi dicerent ad Venetos, vel alios, & quòd medio illorum, ad quos iuerat, & recurrerat, fuit ipſe Marchio reintegratus, & teſtitutus ad loca, & terras occupatis p Ducem Mediolani, & quòd deinde prædictus Marchio Montisferrati miſſit filium ſuū Io. ad Ducem Sabaudiæ, pro habenda reſtitutione locorum ſibi conſignatorum, & quòd dictus Ioannes fuit detentus per ipſum Ducem Sabaudię. Iſte teſtis nec etiam quicquā probat quia non nominat, aliquem Ducem, neque

Me-

Mediolani, neque Sabaudiæ, imò inter rogatus respondet, nō recordari, quo nomine vocarent dictum Ducem Mediolani, & præterea non etiam recordatur de Venetis, quia dicit, quod medio illorum ad quos iuerat, & recurrerat, fuit restitutus, & diuersus est à proximè precedentibus, quorum vnus dicit Marchionem ipsum fuisse detentum per Ducem Sabaudiæ, iste verò dicit de Ioanne filio Marchionis, alter testis dicit de Guilelmio alio Bonifacij, ille verò de Ioanne filio Io. Iacobi, & præterea dicit fuisse detentum per Ducem Sabaudiæ, articulus verò loquitur de Ludouico filio Ducis, nec exprimit in quo loco fuit detentus, ideo non probat quicquam.

Quinquagesimus octauus, Rectus de Casali, de loco Verrolenghi, non etiam quicquam probat, quia deponit de auditu ab vno tantū, nempè à quodam Rolandino de Casali eius patruo, & ex præcise dicit, nō intellexisse ab alio quam à dicto patruo suo: Deponitq; de auditu ab eo de bello Ducis Mediolani, non bene vult, inquit, affirmare si esset Dux Philippus, & occupatione partis Status Montisferrati, & deinde dictus Marchio Io. Iacobus iuerat, inquit, per partes Alemaniæ ad ciuitatem Venetiarū: & deinde redierat, & ipso reuerso, recuperauit totum suum, quod sibi occupatum fuerat à prædicto Duce, Et dicebat insuper prædictus eius patruus, quod Ioannes filius dicti Marchionis Ioan. Iacobi detentus fuerat in ciuitate Taurini, sed an hoc fuerit, an non quit, postquam rediit dictus Marchio Ioannes Iacobus à Venetijs, vel post, non bene recordatur.

Iste testis nihil etiam probat, quia non dicit per quem fuit detentus Ioannes filius Io. Iacobi Marchionis, & eo ipso dicta quæsto dū aits sed hoc an fuerit postquam rediit dictus Marchio Io. Iacob Venetijs, vel post, non bene recordatur, ita enim legatur in ista depositione, non enim dicit nec quam rediit, vel post, sed postquam rediit, vel post, & existimo quidem fuisse scriptū fideliter, prout ipse testis loquitus est, quo dicit, vt nescit quid loquatur. Et nō omitto quod etiam dicit nempè, quod eo existente detento multæ fuerunt gentes armatæ nomine Ducis Sabaudiæ ad locum Clauaxij, pro capiendo ipso loco, & eo castellanus qui in dicto loco erat pro prædicto Marchione Io. Iacobo, Respondit dictis militibus Ducis Sabaudiæ, quòd non quam dictum oppidū restitueret, nec traderet, nisi prius in faciem vi deret Dominum suum Marchionem Io. Iacobū, & quod dictus Marchio ad præsentem locum Verrolenghi veniret, prout ipse eius patruus dicebat, se videre dictum Marchionem in ista terra Verrolengi. Hoc esse falsum ostendimus supra in texto, & septimo testib. ac quadragesimo, & quadragesimo primo, ad ibi dicta me remitto, Tantummodo hoc vnum est notandum, quod quadragesimus primus testis, vt ibi ponderauimus, dicit, quòd Marchio Io Iacobus erat tunc in loco Tridini, iste verò dicit, quod venerat ad locū Verrolenghi, & tamen ex instrumento mandati facti Ludouico Titione apparet ipsum fuisse tunc in ciuitate Taurini.

Quinquagesimus nonus, Paganinus de Vicino de eodē loco Verrolenghi, est suspectus propter affectionem, quam ostēdit erga Margaritam Ducissam Mantuæ, quia super generalibus ait, quod vellet si Ducissa Mantuæ filia quondam Marchionis Guilelmi foueret ius in causa, obtineret, & deponit de auditu ab vno tantum, nempe à Iacobino Vicino patruo suo, qui Iacobinus fuit inquit, Clauarius seu Thesaurarius in loco Tridini nomine Marchionis Guilelmi Senioris, & ex post fuit etiam Clauarius seu Thesaurarius in loco Balzolæ, atque, quòd Dux Mediolani aliter non recordatur, si cum nominaret, alias mouit guerram contra Marchionem Montisferrati, nec recordatur etiam, si nominabat dictū Marchionem, & sic etiam nescit nominare, aut non recordetur nominum personarū, non probat. Deponit de occupatione facta p Ducem Mediolani de ilam Montisferrati seu loca inquit existentia vltra Padum, & ait, quod facta dicta occupatione, dictus Marchio Montisferrati consignauit loca, & terras citra Padum Duci Sabaudiæ, aliter non nominando ipsum Ducem Sabaudiæ per nomen proprij, inquit, vt ea loca, & terras custodiret dictus Dux Sabaudiæ ipsi Marchioni Ioan. Iacobo, Sed errat dum ait, de terris, & locis citra Padū, quia etiam consignauit, & remisit loca, & terras vltra Padū, & vltra Tanagrum, & omnia, quæ supererant non occupata per Ducē Mediolani, excepto Clauaxio Vulpiano, & nonnullis alijs: Et facta inquit, consignatione, fuit ipse Marchio ad ciuitatem Veneriarum transeundo per terras Alemaniæ, & quod ex post dictus Marchio Montisserrati recuperauit loca, vt supra occupata per prædictum Ducē Mediolani medio, inquit, & ad instantiam dominorum Venetorum, sed quo medio, vel quia, via, an per bellum, vel aliter, non recordatur, quid de hoc diceret hoc etiam falsum esse iam diximus, & supra probauimus, quia nō medio, nec ad instantiam vt ille ait, Venetorum, Dux Mediolani occupata restituit, Sequitur dicens, quòd habita recuperatione à prædicto Duce Mediolani, ipse Marchio instantiam fecit apud Ducem Sabaudiæ, vt & ipse terras, & loca sibi consignata, & in custodiam data, restitueret, quod tamen denegauit facere, inquit, & q ex post nullus fuit filius dicti Marchionis Montisferrati ad ciuitatem Taurini, sed propter quam causam nullus fuerit, nec quo tempore nec quo nomine vocarctur ipse filius dicti Marchionis, non recordatur inquit, quid fuerit dictum per eundem patruum suum, & quòd dictus filius Marchionis postquam fuit in ciuitate Taurini, detentus fuit in dicta ciuitate, aliter non exprimendo ipse patruus suus modum detentionis, nec locum loci. Ecce quòd incerta est depositio illius, nullū enim nominat, & nominis alicuius non recordatur, neq; Ducum Sabaudiæ, & Me-

diolani, neque Marchionis, nec filij, neque etiam dicit per quem fuerit detentus in ciuitate Taurini, quo fit, vt nihil omnino probet.

Sexagesimus testis, Io Baptista Papientis de eodem loco Verrolenghi ait audiuisse annis quinquaginta elapsis, sed non recordatur a quibus, nec de loco, nec quibus presentibus nec si dicerent inquit, illi tales ea vidisse, vel intellexisse, & sic cum nullum nominet, à quo audiuerit, non probat. Et ait, quod quidam Marchio Montisferrati detentus fuit in partibus Sabaudiæ, seu Pedemontanis, ex hoc patet, quod nihil omnino probat, tum quia non nominat, quis esset ille Marchio, sed ait, quidam Marchio, nec per quem fuerit detentus, exprimit locum, sed generice, & alternatiue, seu dubitatiue dicit, in partibus Sabaudiæ, seu Pedemontanis, nec aliud dicit.

Sexagesimus primus, Georgius Cagna de loco Vulpiani deponit de auditu à genitore suo, & à duobus alijs, quos nominat, quod Illustriss. D. Ioannes filius Marchionis Io. Iacobi Marchionis Montisferrati detentus fuerat in ciuitate Taurini per Ducem Sabaudiæ, hic similiter falsum asserit, cùm Dux Sabaudiæ non esset in ciuitate Taurini, & interrogatus in specie, si nominarent illi Ducem Sabaudię, Respondit, nihil aliud scire, nec recordari, & sic nihil etiam probat.

Sexagesimus secundus, Rolandus Barbus de eodem loco Vulpiani, massarius terrarum, deponit de auditu à quodam appellato Dominico Cagna de dicto loco mariario, & laboratore terrarum, & à duobus alijs de eodē loco, quos pariter nominat, quod D. Ioannes filius Marchionis Io. Iacobi Marchionis Mōtisferrati detentus aliàs fuerat in ciuitate Taurini per tunc Ducem Sabaudiæ, an nominarent ipsum Ducem, de præsenti non recordatur, mirū profectò est, quo d omnes istis testes recordentur præcisè nominum Marchionis, & eius filij; Ducis autem Sabaudiæ non recordentur, & omnes per eundem modum, imò per eundem, & premeditatum sermonem loqui eos apparet, quo fit, vt non probent.

Sexagesimus tertius, D. Bernardus de Mōbello habitator loci Castagneti, eodem modo deponit de auditu à patre suo, à Victore Castaldo eius patruo, & à Vercellino Buzeto, & incertius deponit quàm alij, quia ait, quod quidam filius Marchionis Mōtisferrati dum iuisset ad ciuitatem Taurini, fuit ibidem detentus à Duce Sabaudiæ, & quod Marchio Montisferrati pater, de nomine non recordatur, misit pro habendo filio suo ad Ducē Sabaudiæ, & tamen illum habere non potuit donec dedit sibi Clauaxium, & Abbatiam, & certa alia loco, quæ nunc non habet menti, & sic cū nullū nominare sciat, nec recordetur, non probat, & est aduertendū quòd ait, Marchionem patrem misisse ad Ducem Sabaudię, pro habendo filio suo, quia multi alij, vt supra vidimus, dixerunt ipsummet Marchionē patrē fuisse ad ciuitatē Taurini pro obtinenda relaxatione filij.

Sed narrat ille aliam fabulam nempe, quòd existente detento dicto filio, cum aliqui dicerent patri Marchioni, quòd licet esset detentus filius suus, ꝙ propter hoc non curaret eū habere ipse Marchio alios filio pro regimine sui status, surrexit vxor prædicti Marchionis inquit iste que orrig'nem traxerat a domo prædicti Ducis Sabaudiæ, & dixit prædicto Marchioni, conueniens non esse, quod filius suus sic detentus remaneret, nec volebat illū perdere, & in istis verbis dictis per matrem præsens erat genitor ipsius testis, prout ipse testis sæpius dixit, & erant tunc Marchio, & vxor in ciuitate Casalis, cùm præmissa dicerentur, Dicens prædicta vxor, hæc verba, seu in effectu similia, è non voglio perdere el mio figliuolo a posta de terra. An hæc sint verisimilia, & an habeant hæc verba saporem, ni ipse considera, & certè est mirum, quòd iste testis recitet formalia verba dicta per matrem, & ea audiuisse dicat à patre, eaq; memoriæ comendauerit, & tamen non recordetur nec nominare sciant Ducem Sabaudiæ, nec Marchionem, nec filium, profectò hoc redolet manifestam falsitatem.

Sexagesimus quartus, Iacobus Succius de Castagneto cecus ab annis octocitra, Deponit de auditu à Selino Dacio, & Zaneno de Ocerro, & Victore Castaldo de eodem loco Castagneti, qui dicebant ea quæ narrat in præsētia multorum vsq; ad numerum duodecim, de quibus non recordatur, Ecce quomodo dicit fuisse vsq; ad numerū duodecim, & tamen eorum nō recordatur, certè hoc implicat contradictionem. Ab eis itaq; audiuisse ait, quod cùm semel Dux Sabaudię Amedeus vocasset, seu inuitasset Illustrem D. Ioannem filium Marchionis Io. Iacobi Marchionis Mōtisferrati ad quædam festa in ciuitate Taurini, & ex post voluisset ipse Ioannes recedere a dicta ciuitate, reperuit clausas portas dictę ciuitatis, quod exire non potuit, & cùm Ioannes diceret, quid hoc esset, fuit sibi responsum quod ipse erat captiuus, seu prigionerius prędicti Ducis Amedei, quod videns dictus D. Ioannes, misit nonnullos ad Marchionē Io. Iacobum patrem pro redemptione ipsius obtinenda, & cùm tractaretur apud Marchionē præfatum Io. Iacobum de redemptione dicti filij sui Ioannis, mater ipsius Ioannis dicebat prædicto Marchioni, quod daret de suo Duci Sabaudiæ, & filium suum redimeret, & quòd postea pro habendo dicto filio, dictus Marchio Ioan. Iacobus dedit Ducis Sabaudiæ Clauaxium, Abbatiam, Montanarium, & vsq; ad Montē regalem, & Septimum, & cætera alia loca, quæ nunc benè non habet menti, & subiungit, quòd prænominati, à quibus præ dicta dici audiuit, fuerant de eo tempore, quo facta fuerant dicta detentio dicti Ioannis. An verò etiam dicta istius testis sint verisimilia, & habeant saporem, sicut & præcedentis, tu considerat, & certè dicerem, hos duos testes cōtulisse inuicem de modo deponendi, nisi essent varij in verbis prolatis à matre, aut falsè istum contulisse cum quarto teste supra, qui etiam simi-

si nilem fabulam narrat, nisi etiam varietas obstaret, quia ille dicit, quod completis connuuijs, & festiuitatibus, Ioanes recedere volēs vt fuit ad portam castri egressurus, ibi fuit detentus personaliter tamquam captiuus, iste autem dicit, cùm fuit ad portas ciuitatis egressurus, fuit ei dictum quod erat captiuus. Me pudet amplius verba facere de istis testibus, quia quo magis progreditor eo magis falsos detego.

Vltimus autem testis, spectabilis D. Damianus de Deatis Casalensis secretarius Senatus Cæsarei, ex condominis villæ Deatorum, dominij Montisferrati Respondit, quod ipse testis ab annis duobus citra fecit quasdam extractiones, seu copias quarundam scripturarum repertarum in archiuio Castri Casalis, in quibus scripturis continebatur inquit, in effectu, & menno fiebat, quemadmodum Ioannes filius Io. Iacobi Marchionis Montisferrati fuerat detentus in ciuitate Taurini per Ducem Sabaudiæ, qui nominabatur, si benè meminit, Amedeus, & quòd antequam prædictus Do. Ioan: Iacobus potuerit habere relaxationem dicti Ioannis eius filij, fuit coactus facere fidelitatem, de aliquibus castris, & locis suis Montisferrati prædicto Duci Sabaudiæ, & quæ etiā supradicta ipse testis sepius dicit audiuit à diuersis personis, de quib. ad præsens nō recordatur & in specie recordat ait, se dicti audiuisse à Magnifico D. Beneuenuto à S. Geor. tunc Præside Montisferrati, & à domino Iacob. de Bossijs eius teste affine, qui fuerat post relaxationē præfati Dom. Ioannis, & insuper dixit ipse testis, quòd in dictis scripturis continebatur, qualiter Marchiones Montisferrati conquesti fuerant de præmissa detētione, & coactione apud Imperatorem, & qui Imperator vt credit, Federicus, reuocauit fidelitates factas per dictum Marchionem Ioan. Iacobum prædicto Duci Sabaudiæ, & quod priuilegium ipsius reuocationis ipse testis vidit originaliter, & legit, & autenticum erat, inquit, repositum in dicto archiuio.

Et interrogatus respondet, quòd dictæ scripturæ erant in archiuio prędicto, & centies ipse testis habuit in manibus, & erāt, ipse inquit, scripturæ in papiro, & non authenticæ, sed erant copiæ instructionum datarum ambasciatoribus, qui mittebantur ad Cæsarem prædictus querellis dandis.

Iste testis nihil probat, quia cùm scriptura, cuius ex tractionem dicit fecisse, siue instructiones, essent non authenticæ, sed copiæ, id eo sicut non creditur illi scripturæ, ita nec ipsi testi, est autem exhibita in processu eausæ præfensa scriptura extracta per ipsum testem, quę nullam fidem recipit ex eo, quòd fuerit reperta in archiuio, quia fuit in libertate Marchionum scribere instructiones pro libito, & eas reponere in archiuio, sed propterea non sequitur, contenta in ea vera esse, nisi probentur. Nec etiam fidem meretur ex eo, quòd dicat audiuisse à Beneuenuto, & ab illo Iacobo de Bossijs, quia illi non fuissent integri testes, cū alter fuerit Præses, alter verò camerārius Marchionū respectiuè. Prætereà falsum est, quòd fuerit detentus per Ducem Sabaudiæ, imò varietas est inter ipsum testem referētem, & scripturam relatam, ac illum Beneuenutum Præfidem, quoniam illa prætensa scriptura dicit, Ioannem detentum per Ludouicum primogenitum Ducis Sabaudiæ, nec nominatur ibi quis esset ille Dux, & similiter Beneuenutus in sua Cronica ita dicit, iste autem ait, quòd fuit detentus per Ducem, similiter falsum refert, quia neq; scriptura, neque etiam Beneuenutus dicūt, Ioan. Iacobum fuisse coactum facere aliquam fidelitatem Duci Sabaudiæ de aliquibus terris, & castris suis Montisferrati prout nec fecit, vt sepè diximus, ideo falsum etiam iste deponit, & consequenter in nullo ei est credendum.

Quare concludimus, supradictos omnes testes falsos, varioſq; omnino esse & ex eis non probari exceptionem prætensam vis, & metus, seu impressionis, vt deducitur parte Ducum Manuæ.

EIVSDEM DOMINI OCTAVIANI CACHERANI,

MAGNI CANCELLARII SABAVDIAE, DVCIS AD CAVSAM MARCHIAE SALVTIARVM.

SVMMARIVM.

1 BOna omnia præsumuntur libera.
2 Quilibet potest suum allodium ab alio in feudũ recognoscere.
3 Quitus ita generalis, omnia super quibus disceptabatur, amplectitur.
4 Exemplum parte non vocata sumptam, non probat.
5 Suspitia falsitatis oritur, ubi rei status repugnat.
6 Notarius ex sui datata, quis non præsumitur.
7 Instrumentum usu & negligentia amittitur.
8 Prescriptione longissimi temporis tollitur omne ius.
9 In clausula generali sumpta non minora comprehenduntur.
10 Referens non creditur nisi constet de relato.
11 Arbitrumentum meum prolatum non valet.
12 Vitium reale impedit præscriptionem.
13 Subditus Imperatori, non potest indicere bellum, non monito Imperatore.
14 Præscriptio interrumpitur ex litis contestatione.
15 Confirmatio vi exortu non valet.
16 Pignore tacito non transfertur dominium.
17 Vassallus ita sui præiudicium potest compromittere.
18 Præsumitur prosentea tu antiquus fuit.
19 Ex sententia acquiritur utilis actio in rem.
20 Præscriptio temporis cuius initij non est memoria in contrarium, habet vim privilegij, & ex ea acquiritur directum dominium.
21 Propter vim expulsivam illatam ius amittitur.
22 Iura Serenissimi Ducis Subaudiæ ex facto inducta.
23 Successor præsumitur ignorare instrumenta antecessoris.
24 Iudicis præsentia, & decretum cum iuramento supplent defectum insinuationis.
25 Relatum est in referente.
26 Imperator ex causis nucis potest impellere subditũ ad præstandum fidelitatem ultra subito.
27 De ingratitudine Vassalli creditur Imperatori præsumpta antiquis.
28 Per negligentiam decem annorum amittitur civilis possessio.
29 Propter violentia amittitur omne ius.
30 Exemplum cui non opponitur fidem facit.
31 In factis antiquis prolegui tote notarij præsumitur.
32 Falsa grammatica non vitiat contractum.
33 Compromissum probatur ex partium, & notarij assertione.
34 In antiquis instrumentis non requiritur quod testes sint pares Curiæ.
35 Instrumentum est veritas apparens, & probatio probata.
36 De feudo non potest compromitti sine consensu superioris.
37 Fallit quando compromissum fieret in parem Curiæ.
38 Instrumentum curens indictione non valet.
39 Marchio quis dicatur.
40 Ex recognitione facta ab ea, qui non est in possessione non acquiritur ius ei cui fit recognitio.
41 Tutores Principum possunt donare.
42 Fallit si agatur de magno præiudicio.
43 Deficiente potestate, & voluntate corruit omnis dispositio.
44 Dominia traditionibus non nudis pactis transferuntur.
45 Ex ficto titulo, & traditione ficta non transfertur dominium.
46 Certi modi sunt transferendi dominium.
47 Donatio facta Ecclesiæ, vel Principi non requirit traditionem.
48 Fallit in Principe recognoscente superiorem.
49 Nemo transferre quod non habet.
50 Ex instrumento abusiua non transfertur dominium.
51 Probatur tamen dominium contra recognoscentem.
52 Item fallit quãdo possessio de facili potuit apprehendi.
53 Allodialia non solent in feudum recognosci.
54 Principalis non potest impugnare gesta sui procuratoris.
55 Producens instrumentum censetur omnia in eo contenta fatcri.
56 Clausula, &c. non extenditur ad facultatem remittendæ possessionis, seu conflituendæ.

57 De-

57 Donatio ob defectum insinuationis infringitur.
58 Vasallus per suum factum non potest praeiudicare directo domino.
59 Interest directi domini non mutare vasallum.
60 Per longum tempus inducitur oblivio, & amissio possessionis.
61 Vasallus non praescribit libertatem nisi requisitus recusse.
62 Possessio licet amittatur non amittitur directum dominium.
63 Emphyteota non potest praescribere contra dominū
64 Nec sui possessionem mutare.
65 Mala fides defuncti nocet successorii immediato.
66 Praescriptio non procedit sine civili possessione.
67 Possessio posterior praesumitur viciosa.
68 Argumentum à sufficienti pertinet enumerationē validissimum.
69 Acephalus nemo esse potest.
70 Praescribere quis non potest quod non possidet.
71 Sine possessione non procedit praescripti.
72 Ex contrario actu impeditur praescripti.
73 Civilis possessio sine traditione non transfertur.
74 Malafidei possessor est qui sit non esse talem causā contrahendi.
75 Vicini, & convicini praesumuntur scire facta vicinorum.
76 Male fidei possessor nullo tempore praescribit.
77 Producens titulum invalidum amittit beneficium praescriptionis.
78 Error impedit dominij translationem.
79 Scientia officiali nocet domino.
80 Ex scientia officialis praesumitur notitia domini.
81 Praescriptione temporis cuius initij non est memoria extinguitur omne ius.
82 Fama non sufficit ad probandum vim.
83 Non est considerabilis metus, qui in virum constantem non cadit.
84 Inducie finitie potest licitè bellum renovari.
85 Contra vecillem, & vim inferentem bellum licitè paratur.
86 Praesertim si superior adiri nequeat, & periculum sit in mora.
87 Et ita de communi studio Principū Italiæ observatur.
88 Vasallus qui alium dominum recognoscit ipso iure, & facto feudum amittit.
89 Quando fellonia est notoria potest Princeps Vassallum privare feudo non expectata sententia.
90 Non nocet metus qui culpa evasit inferatur.
91 Quando primo dispositio inducit sequentem, sed necessaria non includit, tunc actio competit ex secundo.
92 Fuga seu prostratio incontinenti post cessatum metum non emissa purgat metum.
93 Metus ex actis subsecutis publicè factis purgatus praesumitur.
94 Et non impedit praescriptionem.
95 Metus purgatus praesumitur ex alta internallo facto alio loco.
96 Et geminato.
97 Unius respectu potest quis esse mala fidei alterius non.
98 Contractus per vim gestus non potest à superiore confirmari.
99 Nisi violentia illata sit culpa cōtractū impugnātis.
100 Mala fidei possessor potest praescribere confirmationem domini.
101 Invadens ratione iurie sui conservandi excusatur à culpa.
102 Spatio longissimi temporis purgatur vitium rei possessa per rem computatam.
103 In praeiudicium non subditi non creditur assertioni Principis.
104 Ex homagio facto pro uno Castro infertur ad ius alterius Castri.
105 Clericus habens bona secularia eorum ratione non dicitur subditus Papæ.
106 Pacta sunt non esse, & non apparere.
107 Subditi Imperatoris non possunt cōpromittere de feudo Imperiali sine consensu Imperatoris.
108 Nisi quatuor concurrentibus.
109 Imperatoris interest non mutare Vassallum.
110 Vasallus sine consensu domini iurisdictionem alterius iudicis prorogare non potest.
111 Sententia lata à iudice electo sine consensu domini est ipso iure nulla.
112 Etiam quod feudum sit frāncum.
113 In causa propria quis non potest esse arbiter.
114 Nisi feudum feras infra sexaginta dies.
115 Sententia nullo non potest executioni mandari.
116 Iurisdictionis prorogatio in iudicem extraneum nō transit in successorem.
117 Nec cedi, vel remitti potest.
118 Concessum propter singularem industriam personæ non est transmissibile.
119 Potestas arbitrorum extinguitur morte compromittentium.
120 Sententia lata super non comprehensis in laudo nō valet.
121 Nec sententia lata contra defunctum.
122 Executioni sententie praescribitur spatio longissimi temporis.
123 Iuri excipiendi sententiam nullam nō praescribitur.
124 Prorogatio iurisdictionis ad ferendam sententiam non extenditur ad illam exequendam.
125 Verbum pretensum non inducit approbationem.
126 Consensus subditorum, ubi agitur de superioritate multum operatur.
127 Argumentum à verisimile fortissimum est.
128 A possessione unius oppidi non infertur ad possessionem alterius.
129 Tantum praescribitur quantum possidetur.
130 Praesertim ubi de alterius possessionem apparet.
131 Verba universali Principum, sunt ampliandā in favorabilibus.
132 Superioritas praescribi potest translatiuè de uno superiore ad alium.
133 Praescriptione longissimi temporis tollitur directum dominium concurrente scientia, & patientia.

CONS. XIX.

VM Christianissimus Francorum Rex ius habere praetenderet super aliquibus ditionibus, & dominijs, Serenissimi Ducis Sabaudiæ, fuit de anno 1559. in capitulis pacis initæ inter Regias maiestates Hispaniarum & Francorum dictum, & concordatum: quod iura, & praetensiones praefati Regis Francorum decidi,

di, ac terminairi debe rent infra certum tempus tunc proximè sequuturum per deputatos vtriusque partis In cuius conuentionis executionem, de anno 1561. conuenientibus in Ciuitate Lugduni delegatis, & electis, tam ex parte præfati Regis, quàm ex parte Ducis, fuit in conuentu prædicto delegatorum propositum parte eiusdem Regis, eiusue nomine ad uersus Ducem Sabaudiæ, quòd idem Dux tenebatur restituere, seu dimittere, & relaxare multa oppida terras, & Castra tunc specificata, quæ fuisse, & esse dicebantur de Marchionatu Salutiarum, ad quæ restituenda olim cõdemnatum fuisse asserebant Amedæum Comitem Sabaudiæ anteceſſorem præfati Ducis per arrestum, seu sententiam latam per Carolum Francorum Regẽ de anno 1390. Et pro fundamẽto dictæ petitionis parte præfati Regis fuit productum exemplum dicti arresti, seu sententiæ, qua seu quo condemnatus dicitur præfatus Comes Amedæus ad restituendum Marchioni Salutiarũ respectiuè terras in dicto arresto nominatas. Ad cuius corroborationem exhibuerunt aliud exemplum vnius prætensæ inueſtituræ factæ anno 1355 qua dicunt apparere Amedæum sextum Comitẽ Sabaudiæ de prædicto tempore fuisse vaſſallũ Dalfini Regis, & veluti vaſſallum prorogaſſe iurisdictionẽ Regis Francorum, & curiæ parlamenti occasione controuersiæ inter prædictum Dalfinum, & Marchionem Salutiarum ex vna, dictum Amedeũ sextum partibus ex altera ratione superioritatis præfati Marchionatus subortæ, de qua prorogatione asserunt stare exemplum cuiusdam mandati facti per præfatum Amedeum sextũ in quosdam procuratores Parisienses procedendi in dicta causa cum ratificatione gestorũ præcedente obligatione bonorum anno 1370. die 25 Februarij, cuius mandati, & prorogationis vigore, dicunt factum fuisse processum in curia parlamenti Parisiensis, testesq; examinatos, & propterea secutam ratificationem dicti mandati, & prorogationis. Item produxerũt exemplũ alterius enuntiari arresti prolati anno 1045. in quo mandatur, primum arrestum exequi etiã manu armata si expediret. Item productum fuit quoddam exemplum quarundam literarum patentiũ Ludouici Ducis Sabaudiæ anno 1452. quibus asserunt prædictum Ludouicum cognouisse, quemadmodum post plures demonstrationes hinc inde factas, conuentũ dicebatur inter tunc Regem, & prædictum Ducem esse super sedendum ab exequutione prædicti arresti spatio sex mensium, quo durãte certiorem redderet Regiam Maiestatem de iuribus ipsius post præfatum arrestum repertis, ex quibus literis contendunt prædicti Regij delegati dictũ Ludouicum acquieuisse prædicto arresto, & cum nihil intra prædictos sex menses fuerit productum contra prædictũ arrestum, idcirco tanquam res iudicata debere aduersus modernum Ducem prædictorum Comitum, & Ducum hæredẽ, sortiri effectũ. Verùm, quia in prædicto primo arresto adducuntur iura partium; ideo ab re non esse putauit, ipsa summatim referre.

Narratur igitur primò in exemplo assertæ sententiæ fuisse in rerum natura, quandam Adelaydam filiam cuiusdam Oldorici comitissam Pedemontium, dominam Salutiarum, quæ cum bellum haberet contra Raymondũ Berengarium Comitem prouinciæ, & Forcal queri, rogauit Guigonem Delfinum eius patruum, vt ei auxilio esset, offerens se paratam recognoscere tenere ab eo in feudum Marchionatum suum Salutiarum, pront recognouit, ab eoque inueſtituram pro se, & suis hæredibus, ac ſucceſſoribus in perpetuum accepit, vt instrumento confecto tertia die Augusti de anno domini 1210. dicunt apparere, quam recognitionẽ fieri potuisse asserunt, eo quod proponatur dictam Adelaydã tunc Marchionatum prædictum in allodium habuisse, prout, & iuris præsumptione censendum dicunt
1 vulga l. alius C de seruit & aqua, † qualitate iurisdictionis non refragante, cùm iure allodij etiam haberi possit iurisdictio teste Panorm. in cap prudentia in princ. extra de offic delegat & propterea licuisse allodia sua recognoscere tenenda in feudum à Dalfino teste Spec.
2 in tit. de feud. §. 1. nu. 5. † quẽ sequitur ibi Bal. vers. si rem meam, Bart. in l. si aliqua m rem, n. 9. ff. de acquir poſſeſ.

Secundò dicunt Regij delegati, quòd cùm dicto tẽpore, vel paulo post fuissent orte plures discordiæ inter dictã Adelaydam, & Thomam tunc Comitem Sabaudiæ prętextu quarundam promiſſionum, quæ dicebantur interueniſſe contemplatione matrimonij, quod sperabatur contrahi inter agentem neptem Adelaydæ, & Dmedeũ filium dicti Thomæ, ac etiam ratione tutellæ Manfredi nepotis dictæ Adelaydæ, & plurium aliarum petitionũ, quas dictus Thomas aduersus Adelaydam, & Manfredum eius nepotem ab omni eo, quod tam ratione dictarum promiſſionum bonorũ mobilium, & immobilium quam alia quauis de causa petere posset, generaliter liberauit, voluitque omnes petitiones, & instrumenta super præmiſſis confecta, pro nullis, & nõ factis haberi, & si qua, vel quæ in futurum forsan reperirentur, ea reddere, & restituere promisit, pro inutilibusque teneri & reputari debere conuenerunt, vt de his asserunt constare instrumento confecto de anno 1216. quo fit, vt dato, quod dicta Adelayda eidem Thomæ in aliquo ratione dicti Marchionatus teneretur, † illud omne dictum Thomam quitasse,
3 & remisisse dicunt l. sub prætextu specierum vbi glo. C. de transac l. generaliter. C. de non num pecu.

Tertiò proponitur nomine regio quod de anno Domini 1290. Amedeus tunc Comes Sabaudiæ suis nuntijs requisiuit Manfredum filium, & locumtenentem Thomæ Marchionis Salutiarum, quatenus eidem Comiti fidelitatem præstaret pro castris Bargiarum, Scatnafixij, Buschæ, & Bernenijs; quibus nuntijs prædictus Manfredus respondit, sibi nec eius

patri

patri constituè pro dictis exactis, seu alijs bonis aliquādo ab aliquo Marchionem eidem, vel alteri Comiti aliquam fidelitatem præstitam nulle, & propterea ipse Manfredus curaret certior fieri, deinde responderet, & de his afferitur constare instrumento confecto vigesima octaua die mensis Octobris anno domini 1290. ex cuius instrumenti tenore, dicunt apparere, dictum Comitem fidelitatem duntaxat quatuor oppidorum, & non totius Marchionatus petuisse. Hincque summēdam esse coniecturam, quod si Comes jus aliquod ratione supremi dominij in dicto Marchionatu habuisset, potius eius rationē, quàm quatuor municipiorum habuisset, quamobrem illud neglexisse videtur argumento. l. item apud Labeonem, §. ait prætor, ff. de iniuris. Imo magis, attenta prædicta denegatione, omne ius, aut possessio, seu quasi, quam dictus Comes in prędictis bonis habere prætendebat, dici posset interruptam ita vt nunc præscriptio curere inceperit contra ipsum Comitem, eiusque successores:

Quartò deducitur, quòd mortuo dicto Mānfredo, quondam Thomas eius filius Marchio Salutiarū à Dalfino Viennensi certior factus recognitionis ab Adelayda factæ, & inuestiturę subsequutę omnia ratificauit eaque tenere, & inuiolabiliter obseruare promisit, cuius promissionis dicitur extare instrumēnum die quindecima Aprilis anno Domini 1291. confectum, ex qua ratificatione, & promissione contendunt continuatam esse possessionem, seu quasi directi dominij, & superioritatis Dalfinorum in dictos Marchiones absque aliqua interruptione.

Quintò addunt, quod prædictus Thomas Marchio post præmissa quosdā speciales procuratores constituit ad donandum pura, & irreuocabili donatione Humberto Dalfino, ac eius hęredibus, & successoribus Dalfinis Viennensibus Marchionatum Salutiarum, villas, castra, & pertinentias eiusdem, constante de præmissis, vt aiunt, instrumēto rogato die sexta decima Septembris 1343. in cuius mandati executionem, prædicti procuratores eidem Humberto Dalfino presenti, & acceptanti, p se, ac hęredibus, & successoribus suis Dalfinis Viennensi, prædictum Marchionatum cum eius pertinentij donauerunt, & cessernat, qua donatione facta, prædictus Humbertus eidem Thomæ ministerio prædictorum procuratorum Marchionatum prędictum infeudum dedit, & iuramentum fidelitatis suscepit, vt constare dicitur instrumento super hoc confecto, vltima die Octobris anno 1343.

Sextò, asserunt extare aliud iuramentum fidelitatis præstitæ à prædicto Thoma, Ludouico primogenito Caroli Regis, in quem dicitur prædictum Humbertum transtulisse Marchionatum Salutiarū, qui Thomas recognouit, se esse velle hominem, & vassallum dicti Ludouici eiusue successorum Dalfinorum Viennen, secūdum formam constitutionum, ac legū veterum, & nouarum contra omnes personas, excepto Imperatore Romanorum præsente ad hæc, & consentiente Federico ipsius Thomæ filio, ac declarante maiorem partem castrorum, villarum, & terratum dicti Marchionatus, quas recognouit tenere sub homagio, & fidelitate dicti Ludouici occasione prædicti Dalphinatus, de quibus fidelitate, & recognitione apparere dicitur instrumento super hoc confecto prima die Decēbris anno Domini 1354:

Septimò, quod mortuo dicto Thoma prædictus Federicus eius filius Marchio effectus, ratas habuit quascunque recognitiones, fidelitatesue a prædicto Thoma eius patre Humberto, & Ludouico prędictis factas, ac confessus est fuisse eius patri plenè satisfactū pro florenis 16000. quos prædictus Humbertus prædicto Thomæ soluere promiserat, & vlterius confessus fuit cuidam domino Lompiaci regio in Delphinatu gubernatori, se teneri fidelitatem præstare prædicto Regi occasione prędicti Marchionatus, prout instrumento super hoc confecto quarta die Septēbris anno Domini 1362. dicunt contineri.

Nec obstare dicunt instrumēta, & alia iura nomine Serenissimi Ducis in dicto arresto p̄ posita tanquam vitiosa, dictoq; Duci inutilia, pro inde maiestati Regiæ præiudiciū aliquod non afferentia, & potissimè quoddam instrumentum anno 1169. die sexta Decembris cōfectum, in quo dicitur, quod occasione cuiusdam controuersiæ motæ inter Amedeū tunc Comitem Sabaudiæ ex vna, & Manfredum Marchionem Salutiarū ex altera, prætextu quatuor castrorum in dicto instrumento nominatorum, quæ dictus Comes in manu sua posuerat, & tenebat, ac etiam totius Marchionatus Salutiarum, dictæ partes compromiserunt in Bonifacium Montisferrati Marchionem, qui sua arbitramentali sententia pronūciauit dictum Comitem prædicta quatuor castra in feudum dicto Marchioni tradere, ac eidem sexaginta millia florenos auri soluere dictumq; Marchionem suum Marchionatum Salutiarum a dicto Comite in feudum recognoscere debere, in quorum executionem prædictus Comes ipsum Marchionem de prædictis quatuor castris, & toto Marchionatu præuia ipsius Marchionis recognitione, & fidelitate inuestiuit, eidemque sexaginta millia florenos, soluit, vt in dicto instrumento continetur.

Quia respondere posse contendunt quòd de instrumento legitimè non constat cū instrumētum productum sit exēplum, sūpsum parte non vocata, ideo non probare auth. si quis in aliquo C. de eden. militareq; in eo suspitionem falsitatis, propter falsam latinitatem, & ortographiam c. ad audientiam de rescrip. quę quidem suspitio augetur ex eo, quòd proponatur, eo tempore nullum in rerū natura fuisse Bonifacium Marchionē Montisferati, nec aliquem Comitem Sabaudiæ, sed Maurianæ, nec lōcū Cunei veluti postea à Marchionib. Salutiarum ædificatum, cum igitur status rei repu-

repugnet,† suspitio falsitatis videtur oriri arg. l. vbi repugnantia §. quæ rerum natura. ff. de reg iur. & l. Aretusa. ff. de stat. hom. Item, quia notarius est incognitus, sine cognomine † & quis sui natura non præsumitur notarius cap. 1. de iud. in 6. instr. Socin. late cons. 133. col. 2. concluſio vol. 1. post Spec. Innoc. Bal. & alios per eũ allegatos, dicturq; aliena manu scriptũ, contra text. in authen. de tabel. cap. inter dilectos, §. instrumentum quoque de fide instr. & testes descripti in dicto instrumẽto non erant pares curiæ, nec in dignitate constituti, prout videtur requiri, attenta præsertim qualitate negotij cap. 1. quid si inuentura cap. 1. q testes sunt necessarij ad probandam nouam inuestiturã, & arg. l. 2. & l. ob carmen in princ. & § seq. ff. de test. Itẽ plura enunciantur non verisimilia, præsertim, quòd fuerit numerata, tãm egregia summa pecuniarum, quæ propterea imaginẽ falsitatis præ se ferre dicuntur. cap. quia verisimile de præsumptio. Bald. in l. scripturæ col. 2. C. de fide instr. Dec. cons. 94. col. 2.

Respondent etiam aduersus prædictam sententiam arbitramẽtalem, quòd quatenus fuerit prolata, ex eo vel aliquod ius Comiti acquisitum esset, videri ab eo recessum, cùm proponatur, quòd anno 1218. Comes Sabaudiæ renuntiauerit, cesserit, & remiserit prædictæ Adelaydæ, & Manfredo, nepoti omne ius quod idẽ Comes habere poterat in dicto Marchionatu, quò fit, vt iura sua perdiderit, & alia fortificauerit, §. præterea, vbi glo communiterq; Doct. quibus mod. feud. amitta. l. quæritur, § si venditor. ff. de ædil. edict. Et dato, quod non censeretur renuntiasse prædictis iuribus eidẽ Comiti ex prædicti instrumento, vel alio modo cõpetentibus, dicitur illud fuisse amissum ex non vsu, negligentia, oblionione ipsorum Comitum ob non petitas recognitiones, & fidelitates à prædicto anno 1169. vsque ad annũ 1353 l. si de eo. §. si fortè, vbi glos. in verbo, neglexit. ff. de acquir. possess. Bald. in 2. col. 9. vers. sed quæritur an per negligentiam, C. de seru. & aqua, glo. fin. in l. licet. C. de aeguir. poss. Alex. cõs. 1. nu. 20. vol. 5 qua possessione amissa, censetur etiam amissum ius illius possessionis Bart in l. si rem aliquam. ff. de pign. actio

Et præmissis omnibus cessantibus, dicunt adhuc videri sublatum ipsius Ducis directum dominiũ legitima præscriptione † longissimi temporis, imò & tanti cuius initij memoria non extat in contrarium, cum non appareat à dicto anno 1169 aliquos Comites Sabaudiæ fuisse recognitos in supremos, seu directos dominos ab aliquo Marchione Salutiarum, qui tanto tempore superioritatẽ præscribere potuerunt Bart in l. hostes col. 2. vers. idẽ de aliis Regibus. ff. de cap. & postli. reuers. cap. super quibusdam. §. præterea de verb. signifi. vulg. l. hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & estiua,

Nec etiam obstare dicunt quoddam instrumentum rogatũ anno 1300. die sexta mensis Nouembris, quo apparere dicitur, Amedeum tunc Sabaudiæ Comitem dedisse Marchioni Salutiarum, in augumentum alterius feudi totum ius sibi competens in castro Scarnafixij, qui Marchio cõstituerat se tenere dictum castrum ab ipso Comite vnà cum alio feudo, & ab ipso teneba', & huiusmodi feudum prædictus Comes interpretabatur esse prædictum Marchionatum Salutiarum, quia respondent, nullam prædicti Marchionatus fuisse factam mẽtionem, nec clausulam generalem in dicto instrumento comprehensiam ad eum se extendere posse, † cum similia non maiora expressis tantum cõprehendant, Dec. cons. 71. col. fin. circa medium, & si dicta clausula aliquem effectum sortiri debet, is esset dumtaxat respectu Castrorum Fargiarum, Tuschæ, & Bernerij, quæ dicitur Comes à se ipso teneri tẽpore dicti sui instrumenti prætendebat, e quibus castris non erat quæstio, nisi in eo, quod dici possent pars Marchionatus antedicti, & si dicti instrumenti tempore Marchionatus sub fide, & homagio prædicti Comitis fuisset veri simile est, quòd notarius in prædicto instrumento specialiter de eo mentionem recisset, cum, vt supradictum extitit, quæ speciali nota digna sunt, si omittuntur, censentur neglecta, d. l. item apud Labeonem §. ait prætor. ff. de iniur.

Nec Christianissimo Regi nocere putant aliud instrumentum factum anno millesimo trecentesimo trigesimo, secũdo die Februarij, in quo dicitur contineri, quòd cum Federicus primogenitus Marchionis Salutiarum, & Thomas eius filius desiderent Philippo de Sabaudia Principi Achaiæ, & Iacobo eius filio castra, & villas Retuelli, Carmagnoliæ, & Racconisij, idẽ Philippus eisdem Federico, & Thomæ dicta castra dederat, & contulerat in feudum tenenda, qui eidem Principi iuramentum fidelitatis fecerunt, & promiserunt eum iuare contra omnes, excepto tamen quod de feudis, quæ à dicto Comite tenebant, dictum Principem iuuare nullatenus tenerentur, & sic dictum Comitem in suum dominum recognoscere, videbantur.

Quia respondent, instrumentum prædictũ nihil ad causam proposità conferre, cum de dicto Marchionatu Salutiarum, de quo principalis erat controuersia, nullam faciat mentionem, & ipsius instrumenti tenore constabat, quod eiusdem instrumenti tempore Manfredus dicti Federici pater, & Marchio erat viuens, nec apparebat, quòd consensum præbuisset in feudationi ab eius filio factæ. Insuper dictum instrumentum videtur alterius instrumenti relatiuum, & de relato nullatenus apparet, † ergo non est credendũ referenti, vulg. auth. si quis in aliquo C. de eden. & aliunde non posse præfatum Serenissimum Ducem ex dicto instrumẽto arguere ex eo, quod dicti Federicus, & Thomas excipiẽdo dictum Comitem intellexisset in ipsa exceptione comprehendere Marchionatum, quia, vt supra dictum fuit, dictus Manfredus verus dominus, & Marchio Salutiarum, adhuc viuebat.

Nec

Nec etiam dicunt Christianissimo Regi of
fecere laudum, siue conuentionem factam an-
no 1367 die 5. Augusti, cùm fuerit res inter
alios acta, quæ non præiudicat Regię Maie-
stati, non vocatæ, nec interuenienti vulg. reg.
de qua in rub. C. res inter alios actæ. l. nam &
postea C. fin. & l. fcq. ff. de iureiur. cum simili-
bus: obstare q laudo prædicto, quod vi, & me,
tu, qui cæcidisset in constantem virum, fuerit
factum. l. 1. ff. de eo, quod metus causa gestū, fi
donationis, & l. fin. C. de his, quæ vi metusue
causa fiunt, Bald. in l. fin. §. fi quis, col. fin. C.
1 comm. de leg. † vbi dicit, quod arbitramentū
metu prolatū non valet, & cum legatur pro-
latum in exercitu existente ante Salutias, ergo
dicitur iustus metus, Alex. cōs. 98. nu. 3. & seq.
vol. 3. quem metum dicunt non fuisse purga-
tum ex actibus subsecutis, tanquam duraret
eadem causa metus. Bart. & Bald. in l. 2. C. de
his, quæ vi metusue causa fiunt Aret. latè cōs.
14. col. 10. vers. venio nunc ad tertium, & col.
seq. Dec. latè cons. 219. & 498.

Nec iuuari posse Serenissimum Ducū ali-
qua præscriptione quantumuis longissima,
& tanti temporis cuius initij memoria non
12 extat in cōtrariū propter vitium reale, † quo
affecta sunt prædicta oppida peuta. l. vitia. C.
de acquir. poss. § fortiùs instit. de vsucap. Balb.
de præscript. in 2 par. tertiæ par. princ. quæst.
12. col. 1. & seq. Abb. cons. 3. quæst. 16. & 18
vol. 2.

Nec etiam noxium esse Regiæ maiestati,
quod dicitur, prædictum Comitem potuisse
contra dictum Marchionem bellum moue-
re, & eum bonis, quæ ab ipso Comite in feu-
dum tenebat propter felloniam, & rebellionē
per eum commissam priuare, quia antequam
13 bellum indiceret † debebat requirere saltem
Imperatorem superiorem prædicti Marchio-
nis, quod cùm nō fecerit, prædictum bellum
fuit iniustū, Card. in clem. pastoralis, in princ.
nu. 12. de re iud. & debebat præcedere defini
tiua sententia, vt notant Doct. in titul de feud.
sine culp. non aliter. præsertim, vbi succes-
sor ob culpam prædecessoris esset feudo pri-
uandus, Felin. in cap. Raoul phus num. 25. de
rescriptis.

Præterea, cùm proponatur spectasse, & spe-
tare Regiæ maiestati iure dominij carū vendi-
catio, temporis præscriptione submoueri
non potest, vt C. ne rei dom. vel templo. cum
ibi relatis in gl. Accedat, quia si qua vigore
14 prædicti laudi potuit cautari præscriptio, † eā
dicunt interruptam ex prorogatione iurisdi-
ctionis in Regem Caroli facta de anno 1375
ex litis cōtestatione, processu, sententia vē in-
de secuta glo. communiter approbata in l. eū
notissimi, in verbo, innouata. C. de præscript.
30. anno. canonistæ in cap. illud de præscript.

Et Duci opinulari negant confirmationes
Imperatoris Caroli Quarti, & Caroli Quinti,
15 quia † cōfirmatione, eius quod vi extortum
est, non valet, Alex. cons. 21. vol. 6. & cons. 3.
nu. 3. & seq. vol. 5. Ias. cons. 165. post Bart.
in l. authoritatem, & ibi Alex. C. vnde vi, &
mala fides cauiata ex dicta violentia non so-
lum impedit præscriptionem respectu Mar-
chionis, cui dicitur illata, sed etiam respectu
Dalphini prætendentis se esse dominum dic-
tū prędicti Marchionis, Abb. in d. cap illud
num. 10. de præscript.

Nec ipsi Duci suffragari posse, quòd vir-
tute laudi emologati fuerit translati dominij,
aut saltem cōditio vsucapiendi oppida dimis-
16 sa, quia in contrarium videntur † tenere glo.
& Bart. in l. 1. ff. pro empto, per text. in l. si pro
fundo. C. de transact.

Nec etiam Christianissimo Regi nocere
dicunt quoddam aliud instrumentum anni
1364. vltima Februarij continens, quòd in
præsentia domini Lompiaci tunc gubernato-
ris dicti Dalphinatus dictus Marchio confes-
sus fuerat, & recognouerat se tenere in feudū
à dicto Comite castra, & villas Salutiarum,
Dragonerij, & alia in instrumento dictæ sē-
tentiæ arbitramentalis declarata, & quo dictus
Marchio renunciauit omnibus exceptionib⁹
quæ tibi competere poterant, qu a prædictū
instrumentum nullius videri efficaciæ, & ro-
boris contendunt cum coactis ad hoc qua-
draginta nominibus armatis, vi, et metu in di-
ctum Marchionem illato, omnia gesta fuisse
asserant.

Octauò, contra dicta omnia iura Ducis, si
quæ ex persona Comitum, Sabaudiæ haberi
possint, legitur de anno 1290. à Christianis-
simo Rege Carolo filio eius Regis, in quem
consensisse, & ipsius siue parlamenti Regij iu-
risdictionem prorogasse dicebatur Comes Sa
baudiæ, vt de eius consensu, & constitutione
procuratoris dicunt cōstare instrumento mā
dati confecto de anno 1373. & prolata senten
tia, qua pronunciatum fuisse dicunt dicto Co-
miti Sabaudię nullum ius competere in dicto
Marchionatu, sed eius directum dominium
spectare Regi Dalphino, & vtile Marchioni,
intra que Comitis esse inualida, eumque con-
demnatum ad restituendum Marchioni op-
pida, quæ tenebat de dicto Marchionatu.

Quæ quidem sententia videtur potuisse à
Rege proferri, saltem in præiudicium ipsius
Comitis ex dictis per Spec. in tit. de arbi. §. re-
17 stat vers. sed nunqui vassallus, vbi † apertè
dicit vassallum in sui præiudicium posse com
promittere, sequitur Aluar. & Præposi. post
alios per eum allegatos in cap. 1. §. si inter de
feg Corra. & Curt. in tractat de feud in 4. par.
princ. in 1. reg. quæst. 8. dicens doctores feu-
distas ita cōmuniter tenere, per text. in cap. 1.
§. si inter, de lege Corad. Alex. cons. 1. nu. 50.
vol. 3. præsertim in feudo franco, vt est huius-
modi Bald. in l. 1. col. 1. C. si à non competen-
di iud.

Nec obstat, quod fuerit prolata per Regē
successorem, quia hoc fieri potuit, cùm sub
nomine appellatiuo dignitatis Regiæ facta
fuerit prorogatio, inxta not. per Doct. in qua,
quoniā Abbas de offic. deleg. Bart. in l. quod
Principi, in fin. ff. de leg. 1. quam sententiam,
ex arresto prolato anno 1405. ordinatum fuit

ne

esse exequendam in quibusdam bonis, quæ in dominio Regio possidebat Comes.

Nec cõtra sententiam pugnare dicunt exceptionem nullitatis prædictæ sententiæ, quia
18 † cum sit de antiquo, pro ea præsumitur, l. Hęrenius, §. Caia. ff. de eund. & vlterius dicũt prescripsi iuri dicendi de eius nullitate, vt tenuit Angel. post glo. in l. sicut. C. de præscript. 30. anno.

Nec repugnare, quod ex dicta sententia, non secuta traditione, nullum fuerit acquisitum dominium, quia, & si non acquisitum dicatur propter traditionem non factam, tamen
19 † ex sententia acquisita actio vtilis in rẽ aduersus hæredes condemnati. l. nam. & post. ea. §. fin. ff. de iureiur. not. Bart. in l. nulles. §. si ff. de re ind. Alex. cons. 1. nu. 9. & 36. circa fin. vol. 5. In cuius sententiæ executionem Thomas Marchio Salutiarũ habitis litteris prorogationis à Carolo Rege ad faciendum fidelitatem, eam ministerio procuratorum in manibus gubernatoris Dalphinatus dicitur præstitisse, constante instrumẽto rogato anno 1490 vndecimo Februarii.

Nonò, eadem fidelitas etiam facta dicitur per Ludouicũ dicti Thomæ filium Marchionem Salutiarum occasione prædicti Marchionatus Christianissimo Carolo Regi Francorum, & Dalphino, vt apparet eiusdem litteris Regijs scriptis anno 1456. vndecima Februarij, nec non & Christianissimo Ludouico Frãcorum Regi tàm respectu oppidorum, quæ idem Ludouicus Marchio possidebatur ab excellentissimo tunc Duce Sabaudiæ, vt ex eiusdem Regis litteris hoc pariter attestantibus datis Lucteriæ 1498 vigesima prima Iulij, dicunt liquere.

Decimo simile fidelitatis iuramentũ Christianissimus Franciscus Francorum Rex suis litteris patentibus datis Mediolani anno 1515 vigesimo secũdo Octobris attestatur, Michaeli Antonio tunc Marchionem Salutiarũ ci præstitisse fidelitatem, & alijs litteris datis Alexandriæ vigesima nona Ianuarij 1528. idẽ attestatur de fidelitate pariter per Ioannem Ludouicum Marchionẽ propter Michaelis Antonij fratris mortem ministerio procuratorum præstita. Dicitur etiam Franciscum, & Gabrielem dicti Ioannis Ludouici fratres huiusmodi immediatè simpsisse.

Vndecimò, ex præmissis omnibus clarè cõtendunt apparere, prædictos Dalphinos, & successiuè Reges fuisse in titulata, & legitima possessione directi dominij, & superioritatis prædicti Marchionatus, proinde prædictorum oppidorum à Serenissimo Duce detentorum, prædictos dicti Marchiones fuisse homines vassallos Dalphinorum, & Regum cõsequenter ipsos Dalphinos, & Reges in superioritatem prædictam, ac directum dominiũ dicti Marchionatus longissima possessione bona fide absq; aliqua interruptione præscripsisse, & acquisiuisse à tanto tempore cuius hominum memoria non extat in contrarium, quæ † habet vim priuilegij, & cõcessionis, & ex qua acquiritur directum dominij, & superioritas vulg. l. hoc iure. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & astric. super quibusdam. §. præterea de verb. signif. Ita in l. traditionibus nu. 14. post Bald. Salic. & moder. C. de pac. quo fit, vt dato, sine præiudicio veritatis, quod si aliqui Comites Sabaudiæ aliquid iuris quandoque habuissent in dictis Marchionatu, & terris, illud tamen extinctum & præscriptum dicunt spatio trecentum annorum, & vltra.

Duodecimo dicebant, quòd propter vim expulsiuam tepius adiptã. Comitibus, & Ducibus in prædictos Marchiones resp. effectiue cũ
21 armis illatã, censendum † videri eos ab omni eorum iure, si quod per antea habuissent, excidisse, l. meminerint, & li quis in tantum C. vnde vi. §. dominò cõmittente si de feudo. fuerit contro, inter domin. & vas. & in cap. 1. qualiter dominus propriæ priue. Hæc sunt, quæ à Regijs delegatis in actis fuerunt producta, ex quibus arbitrantur ad Regium maiestatem vestri Marchionem Saluttiarum pertinere, oppida penitè tanquam alias ad dictos Marchiones spectantia, & eidem Regi à Duce restituenda, & remittenda.

Contra verò nomine Ducalis celsitudinis
22 fuerunt proposita infrà scripta fundamenta, † & ad eorum probationem, productæ iura in eis deligñata, ex quibus dicitur ipsa intentio Reg. maiestatis,

Primò, quod anno 1169 inter quondam Amedeum secũdum Comitem Sabaudiæ, & Manfredum tunc Marchionem Salutiarum respectu totius Marchionatus prædicti & aliquorum oppidorum, orta fuit controuersia quam præfato iuramentò compromiserunt in Bonifacium Marchionem Montisferrati, qui susceptã in se huiusmodi facultate, auditis partibus, præhabito voto plurium nobilium prudentium virorum, pronuntiauit dictum Manfredũ Marchionem Salutiarum, eiusue hæredes, & successores perpetuò sub fide, & homagio dicti Comitis, eiusue hæredum, & successorum tenere debere totum Marchionatum Salutiarum, quodque dictus Amedeus Comes donare, & solnere deberet prædicto Manfredo florenos sexaginta mille boni auri, & insti ponderis, quam quidem sententiã, seu laudũ prædicti Comes Sabaudiæ, & Marchio Salutiarum (volentes fidem & promissiones suas obseruare) expresse ratificarunt, & emologarunt, dictamque summam sexaginta millium florenorum auri prædictus Comes Marchionis prædicto numeraũt, qui recepta pecunia donauit eidem Amedæo Comiti præsenti pro se suisque hæredibus, ac successoribus Sabaudiæ Comitibus stipulanti, totum Marchionatum Salutiarum cum cõstituto, & aliis clausulis opportunis, qua donatione, cessione, & translatione sic facta, per eundemque Comitem acceptata, idem Comes prædictũ Marchionatum dedit in feudum eidem Manfredo, eiusque hæredibus in perpetuũ, ipsum de prædicto Marchionatu in ecclesiando qua investitura facta prædictus Manfredus fidẽ, & homagiũ præ-

præſtitit dicto Comiti Marchionatu prædicto, promiſitque, ac iuravit ſe, eiuſque hæredes, & ſucceſſores perpetuò eſſe bonos, & legales vaſſallos dicti domini Comitis, ac hærædum, & ſucceſſorum ſuorum Comitum Sabaudiæ, & latius vt apparet inſtrumento publico, recepto per Thomam de Placentia notarium anno Domini 1269. die ſexta Decembris.

Secundò, proponitur, anno 1235. aliũ Manfredum Marchionem Salutiarum generaliter recognouiſſe ſe tenere in feudum ab Amedeo tertio Comite Sabaudiæ totum illud, quòd Marchio ipſe à prædicto Comite habebat, & tenebat vbicunq; ſit, & haberet, & ſpecialiter caſtra, & territoria Bargiarũ, Fontanilii, Ronchalię, Buſchę, Scarnafiſii, & Bernetii clauſula adiecta, quòd ſi adiſcere poterit, quòd aliquid aliud ipſe, vel ei⁹ anteceſſores tenuerint in feudum ab ipſo Comite, quòd totum id eidẽ, vel eius hæredibus, & ſucceſſoribus conſignaret, & ita in genere & ſpecie, vt ſupra, fuit inueſtitus à prædicto Comite, vt conſtat inſtrumento rogato eodem anno 1225. vndecima Nouembris per Ioannem de Caluſio notarium.

Et prædicti inſtrumenti vigore impulſus Thomas Marchio Salutiarum an. 1291. & decima nona Ianuarii, conſtituit procuratores ad petendum inueſtituram, & iurandum fidelitatem Amedęo 4. Comiti Sabaudię iuxta formam dicti inſtrumenti. Ex quib inſtrumentis liquidò paret prædictos Manfredum, & Thomam Marchiones voluiſſe recognoſcere ſe tenere in feudum à prędictis Comitibus Sabaudiæ totum Marchionatum Salutiarum, ſi prętenſæ ſententiæ arbitramentalis, & inueſtiturę in ea comprehenſæ † quas ignoraſſe præſumuntur l. qui in alterius ff. de reg. iur. notiũ habuiſſent, ita nominatim de iure reſpondet Brun. conſ. 99. n. 1.

Tertiò præmiſſis additur, quod de an. Domini 1305. Mãfredus dicti Thomę filius Marchio tunc Saluttiarũ cõſtituit procuratorẽ ſpecialem Io. Franciſcum de ſuauis ad contrahẽdum, tranſigendum, donandum, & remittẽdum omnia eius bona allodialia, & feudalia, quę habebat in toto Marchionatu, Salut. Marchionatuq; Montiſferrati, & tota Italia Amedęo quarto, & ab eoq; inueſtituram accipiendum, & iuramentum fidelitatis eidem præſtãdum, prout conſtat inſtrumento recepto per quondam egregium Raymundum Iafredum de dicto an. 1305. tertia Auguſti in cuius mandati executionem eodem an. & die vigeſima ſexta Auguſti prędictus Fracíſcus Suauis procurator, & Petrus de ſancto Georg. legatus dicti Marchionis donationem fecerunt. interueniente decreto iudicis, & clauſulis opportunis adhibitis, prædicto Amedęo Comiti de caſtris, oppidis, & territoriis Salutiarum, Reuelli, Carmagnoliæ, Raconiſii, Polonghęriæ, Foſſani Ceruigliaſchi, Lagnaſchi, Cabalarii, Ieonis, Moneſſeroli, Rodulfiæ, Caſalis graſſi, Caramagniæ de quib. omnibus idem Suauis procurator nomine prædicti Manfredi Marchionis, & Federici eius filii fuit inueſtitus ab Amedeo Comite, eidemq; iuramentum fidelitatis prętſtitit, vt conſtat inſtrumento recepto per quondam Petrum Velli notarũ à Chiam beriaco dicto anno 1305. die vigeſimo ſexto Auguſti. Nec obſtat quod prædicta donatio tamquàm excedens ſommam 500. aurcorum ob defectum inſinuationis corruat, quia † iudicis præſentia, et decretum, necnon iuramentum ſupplẽt prædictũ defectum inſinuationis Bald. conſil. 105. num. 2. vol. 3. et quoad iuramentum Io. And. in additio. ad Specul. de inſtrum. editio. § porrò col pen. verſ. ſed quid ſi renuntiat Alex. in l. nemo poteſt col. 3. ver. fallit niſi ff. de l. 1. dicens iſtam eſſe communẽ, quam etiam crebriorem firmat Cur. iun. cõſ. 81. col. 3. verſic. præterea, Socin. iun. conſ. 67. num. 20. volum. 2. Pariſ. conſil. 26. num. 60. volum. 3. poſt plures citatos, Cagnol. in l. quis obligatione ff. de reg. iur. Iaſon. conſ. 51. nu. 3. vol. 1. et conſ. 169. num. 8. et 9. vol. 4. latiſſimè Tiraquel. in repetitio. l. ſi vnquam in præfatione num. 143. vbi dicit, iſtam eſſe communem opinionem, et ſecundum eam pluries fuiſſe iudicatum.

Quartò, ſimilis inueſtitura, ac fidelitas fuit iterum ſuſcepta, et preſtita reſpectiuè per prędictum Manfredum Marchionem Salutiarũ Eduardo Comiti Sabaudiæ filio præd. Amedei quarti, nominatim de caſtris, et locis Bargiarum, Buſchæ, Bernetii, et Scarnafiſii, et generaliter, ac ſpecialiter de omnibus quæ aliàs idem Mãfredus recognouit à prædicto Amedeo dicti Eduardi patre, confitendo ſe præmiſſorum occaſione eſſe vaſſallum ligium prædicti Comitis, vt conſtat inſtrumento recepto per quondam Ioannem Bermundi de Borgheto an. no 1325. die duodecima Octobris, Sed à dicto Amedeo patre prædicti Eduardi accepit inueſtituram pro locis Salutiarum, & aliis in prædicto inſtrumento deſignatis, ergo pro eis dicitur inueſtituram ab Eduardo accepiſſe, cum † relatum ſit in referente vulg. l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit. cum ſimilibus.

Quintò, præmiſſis accedit donatio facta per præfatum dominum Amedeũ prædicto Mãfredo Marchioni Salutiarum de caſtro cum pertinentiis Scarnafiſii in augumentum feudi, quòd dictus Marchio ab eodem Comite habebat, & tenebat, qua donatione facta eidem Manfredus Marchio fidelitatem, & homagiũ præſtit prædicto domino Comiti de dicto caſtro, & pertinentiis Scarnafiſii, ac de omni, & toto eo, ꝙ tenebat, & tenere debebat in feudum à prædicto domino Comite, quæ verba vniuerſalia, ſiue generalia nõ poſſunt aliter interpretari, nec intelligi, niſi de toto Marchionatu Salutiarum, cùm ex prędictibus inueſtituris, & inſtrumentis euidenter conſtaret, & conſtet prædictum Marchionem ſeu eius anteceſſores tenuiſſe, & tenere à dicto domino Comite, & eius anteceſſoribus in feudum totum Marchionarum Salutiarum, de quib. donatione, & inueſtitura extat inſtrumentum ſub die ſexta Nouembris anno 1330. quæ in-

ueſtitura corroboratur ex alia fidelitate Thomę Marchionis Salutiarum Amedeo Comiti præſtita occaſione locorum Bargiarum Buſchæ, Scarnatiſij, & Berneti, & generaliter de omnibus locis quæ ſoliti ſunt tenere in feudũ Marchiones Salutiarum à Comitibus Sabandiæ, inſtrumento recepto per Antonium Bezoni an. 1347. prima Ianuarii, ſed Marchiones Salutiarum anteceſſores ſoliti erant tenere in feudum prædictum Marchionatum, vt ex ſuprascriptis iuribus apparet, ergo pro eo dicitur præſtita fidelitas, & facta inueſtitura.

Sextò ad corroborationem præmiſſorum argui neceſſariò debet, & poteſt, ex alio inſtrumento fidelitatis, & homagii præſtiti per prædictum Manfredũ Marchionem Salutiarum Philippo de Sabaudia Principi Achaię de anno 1330 die 2. Februarii, occaſione caſtrorum, & oppidorum, Carmagnoliæ, Reuelli, & Raconiſii, in quo reſeruantur, & excipiuntur Comites Sabaudię, eiuſuè hæredes, & ſucceſſores, ex qua reſeruatione conſequens eſt, vt tanq ſuperiores, & domini fuerit reſeruati.

Et iura prædicti Sereniſſimi Ducis comprobantur ex inſtrumento fidelitatis præſtitæ de anno 1331. primo Nouembris per Federicũ Marchionem Salutiarũ, filium prædicti Manfredi, ſuo, & adminiſtratorio nomine Thomæ eius filii prædicto Philippo de Sabaudia Principi Achaię, eiusq; & eius ſucceſſorũ ſe eſſe hominem ligium profeſſus eſt, adiecta promiſſione, quòd infra octo dies curaret Thomam eius filium ratificaturum, vt de præmiſſis conſtat inſtrumento recepto per Reuiglionum de Sancta Iulia anno prædicto 1331. prima Nouembris, qui Thomas die ſexta eiuſdẽ menſis Nouemb. ratificauit prædictam patris fidelitatem, confitendo prędictum eius patrẽ, & ipſum Thomam fuiſſe, & eſſe homines ligios, & vaſſallos præfati domini Principis Achaiæ, & eius ſucceſſorum de tota terra eorũ quam poſſidebant, & in futurum poſſiderent, vt apparet inſtrumentis confectis ſub prædicta die ſexta Nouembris 1331. per Reuiglionum de Sancta Iulia, & Antonium de Mahonerijs notarios.

Septimò pro Sereniſſimo Duce Sabaudiæ adducitur, quòd cũ anno 1359. prædictus Federicus Marchio Salutiarum contra formam fidelitatis per eum præſtitæ iàm Comitib Sabaudiæ, quàm prineipibus Achaiæ aggreſſus fuiſſet, ac inuaſiſſet miniſterio quorundã eius ſubditorũ caſtrum, ac locorũ Butchæ, à Iacobo de Sabaudia Principe Achaiæ dicti Filippi filio tunc pacificè poſſeſſum, vt de prædicta inuaſione, & ſpolio apparet inſtrumento rogato per Henricum Mahonerũ ſub eodem anno 1350. die decima Auguſti, ad inſtarque publici hoſtis quam plurimas excurſiones in territoriis Comitis Sabaudiæ, & Principis Achaiæ tunc ſubiectis feciſſet, pluraque crimina, & damna ipſis Comiti, & Principi eorumuè ſubditis, cõtra fidelitatis iuramentum intuliſſet, quæ licet ſepius nomine prædictorum Comitis, & Principis requiſitus, reſarcire, ac emendare recuſaſſet, fidelitatemque & homagium pro dicto Marchionatu eidem Comiti plus debito præſtare, diſtuliſſet quinimo pro dicto Marchionatu iuramentum fidelitatis eiam Luchino Domino Mediolani de anno 1348. ſeptima Octobris, & D. Bernabono etiam Domino Mediolani de anno 1360. vigeſima ſexta Februarii præſtitiſſet, nollens tunc Comes prædictus præmiſſa pati, inuitaque prætermittere, pluribus hominib. ad hoc coactis ante oppidũ Salutiarũ, caſtra, eõſtituit, quòd videns dictus Marchio, ſciens ſe Comitẽ, & Principẽ iniuſtè offendiſſe, ad ipſum Comitẽ accеſſit, eũ eoq; ex eius libera ſpontanea uè voluntate conuenit, ac ſuper omnib. & quibuſcunq; quærellis, & controuerſijs, quas inuicem habebant cõpromiſſerunt in Aldemanum de Claromonte Dominum Altæ Ripæ, Ioan. de Moneraij, Gulielmum de Claromõte milites, & Filibertum Gerbaiſij ciuem Belicenſem dominum Boiuilij promiſeruntq; cũ iuramento, ac ſub pęna centum mille florenorum per partem non parentem committẽda, & parti obtemperanti applicanda, tenere, & obſeruare, quicquid per dictos arbitro diceretur, ſeu pronuntiaretur. Quiquidem arbitri aſſumpto onere arbitrandi, ſeu laudandi, habitoq; ſuper hoc conſilio, ac plena maturaq; deliberatione plurium procerum pronuntiauerunt, & declarauerunt inter cętera, quòd dictus Marchio, eiuſuè hæredes, ac ſucceſſores Marchiones Salutiarum tenerẽt, & tenere deberent ſub fide, & homagio ligio in perpetuũ a dicto Comite Sabaudiæ, eiuſuè hæredibus, ſucceſſorib caſtra, villas, & mandamenta Marchionatus Salutiarum, & Dragonerii, ac omnes alias villas, caſtra, terras, iuriſdictiones, & nobilitates quaſcunque, quas dictus Marchio tenebat, exceptis tamen illis, quæ infra tres ſeptimana eidẽ Comiti oſtenderet ab aliis Dominis in feudum teneri, & quod de prædictis Marchionatu, & oppidis præfatus Marchio, eiuſvè hæredes, & ſucceſſores perpetuò facerent, & facere tenerentur homagium, & fidelitatem ligiam eidem Comiti eiuſuè hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum. Pacto nominatim adiecto, quòd idem Comes omnia oppida prędicti Marchionatus eum eorum finibus, & territoriis, quæ tunc tenebantur, & poſſidebãtur per prædictum Comitem, apud eum tanquam verum dominum remanerẽt.

Et prædictam ſententiam arbitramentalem prædicti Comes, & Marchio eorum libera, & ſpontanea voluntate, ac ex certa ſcientia approbauerunt, ratificauerunt, & emologauuut, promiſeruntq; ſub eorum fide, & iuramento omnia, & ſingula in dicta ſententia arbitramentali contenta, & pronuntiata tenere, & obſeruare, fideliter adimplere, prout de præmiſſis omnib. publico inſtrumento die 5. Auguſti anno 1363. confecto manifeſtius poteſt apparere, præmiſſisq; vt dictum eſt, ita geſtis, Marchio Salutiarum ſua ſpontanea voluntate de omnibus prædictis iuramentum fidelitatis ligiæ, ſalue iure imperii Romani; eidem

Comiti

Comiti præstitit, secundum formam iuris, & consuetudinis feudorum, & prout solitum fuerat in huiusmodi homagij præstari, vt ex alio publico instrumẽto anno 1363. quinta die Augusti rogato etiam apparet per Ioannem Rausij notarium præfati domini Comitis.

Occasionibus prædictorum exequtionum, & confirmationem dictus Marchio, ipso, & dicto Comite vltima die Februarij, anno 1364. existentibus in quoddam Castro siue Bastita Montis lupelli patriæ Delphinatus, in præsentia domini de Lompiaco tunc Gubernatoris dicti Delphinatus sua pura, & libera voluntate absq; coactione quacunq; de iure suo certior factus contestatus fuit, ipsum tenere debere subsidie, & homagio ligio a dicto Comite prædicta castra, villas, & territoria Marchionatus Saluciarum, & Dragonerij cũ aliis suprascriptis, & ex abondanti denuò laudauit, approbauit, & ratificauit omnia, & singula a prædictis arbitris suis electis ordinata, pronuntiata, & declarata, eaq; cum iuramento tenere, & obseruare & perpetuò non contrauenire promisit, prout alio instrumento super hoc confecto dicto anno, & die per Bonifacium de mota receptore, dicitur plenius probari.

Quæ quidem omnia suprascripta pronuntiata, laudata, emologata, & promissa Carolus Quartus Romanorum Imperator dominus, & superior Comitis, & Marchionis, de omnib. & singulis suprascriptis certior factus, sua authoritate Imperiali, ex certa scientia, per literas suas patentes debitè subscriptas, & signatas cum derogatione omnium incontrarium facientium ratificauit, & confirmauit. vt constat instrumento, seu litteris patentibus confectis quarto idus Maij anno 1365. Et licet, vt nonnulli asserere volunt, & conantur dictus Imperator precibus Bernabonis domini tunc Mediolani, quorundam aliorum deuictus, dictam confirmationem renocasse dicatur, ipse tamen Imperator de veritate gestorum certior factus, alijs suis litteris patentibus legitimè subscriptis, & subsignatis octauo idus Augusti anno 1372 renocationem prædictam annullauit, & renocauit eaque omnia iterum confirmauit, statuitque, ac expresse mandauit, quod prædictus Marchio, & eius successores secundum formam prædicti laudi in futurum iurare deberent prædicto Comiti, & eius successoribus fidelitatem, & homagium pro dicto Marchionatu, quam, & quod ipsi Imperatori tenebantur, suprema tamen Imperiali fidelitate, & authoritate salua, non obstantibus quibuscunq; facientibus in contrarium, & c. ex qua declaratione, (& si sola fuisset) ius competebat præfato Comiti compellendi dictos Marchiones ad fidelitatem eidẽ præstandam, † attenta præsertim causa pacis ex his, quæ notat Fald. consil. 326. & duobus seq. & cons. 335. vol. 1.

Nonò hæc iuuari videntur alio priuilegio prædicti Caroli quarti Imperatoris, in quo narrat, quòd cum Marchia Salutiarum virtute cuiusdã sententiæ prolatæ contra Marchionẽ tanquam ingratum, esset deuoluta, ideo tam ex dicta causa, quam ex aliis quibuscunq; rationabilibus quib. ad eum, & sacrum Imperium deuolui potuit, & deuolutus fuit præfatus Marchionatus, prædicto Amedeo Comiti Sabaudiæ donauit, & tradidit, vt constat Imperiali priuilegio concesso anno 1375. tertiò idus Nouembris.

Et licet non requireretur alia probatio ingratitudinis, vel felonie secundum Bal. in cõs. 328 num. 8. vol. 1. vbi dicit, satis esse magnam causam ingratitudinis deuenire modiũ principis, & de ipsa ingratitudine, & sententia, credidit Imperator, teste Soc cons. 97. nu. 15. & plurib. seq. vol. 3. pie certum cum timus in antiquis, Crauet. de antiqu. tempo. in prima part. num. 32. post Corn. & Soc per eum allegatos; attamen de causis, quibus idem Marchio inemerito debuerit Marchia priuari, manifestè constabat, & cõstat præsertim ob felonias comissas in recognoscendo etiam inuitũ, aut taltem ignorãte prædicto Imperatore, & Comite dictum Marchionatum à Luquino, & Barnabone Domijs Mediolani, constat instrumetis supra designatis in septimo fundamento, & quia inimicis ipsius Imperatoris iunctus fuerat amicitia.

Decimò iuribus, & priuilegijs suprascriptis accedit instrumentum mandati alterius quõdam Mãfredi Marchionis Salutiarũ an. 1384. vndecima Februarij per Vbertinum de Pergamo notarium receptum, quo idẽ Marchio constituit Thomam eius filium, & Antonium de Braida ad recognoscendum ab Amedeo Comite Sabaudiæ, & sumendum inuestituram, & confirmationum nominatim de castris, & oppidis Cardeti, Iurris Sancti Georgij & generaliter de omnibus alijs villis, castris, locis, & omni de alio feudo quarumuis rerum castrorum, & locorum, & omniũ, eorum, quę prædictus Marchio, & eius pater sine auus, aliue eius antecessores tenuerunt à prædicto domino Comite, cuiusc patre auo, aut alijs antecessoribus. In cuius mandati exequtionẽ prefatus Thomas inuesti turam generalem pro omnib. locis accepit, & iuramentum fidelitatis præstitit constante instrumento recepto per Michaelem de Crosio notarium publicũ anno 1384. die decima nona Martij.

Cui famulatur aliud instrumentum mandati facti per quondam Galeatum Marchionẽ Salutiarum ad præstandum fidelitatem, & suscipiendum inuestituram ab Amedeo Comite Sabaudiæ de omnibus, quæ ab ipso Comite in feudum tenebat, de quo instrumento legũtur Rogati Bellinus, de Merlino, et Gulielmus de Gulesia notarij Mediolanenses anno 1,90. die 22. Nouembris.

Vndecimò prædicta omnia fuerunt cõprobata, et ratificata in alio instrumento trãsactionis initæ inter prædictum quondam Amedeum Comitem Sabaudiæ, et Thomã prædictum effectum Marchionem Salutiarũ anno 1413. die 22. Iunij, in quo ipse Thomas dicens se plenè in formatorum de fidelitatibus, e ho-

magiis per eius prædeceſſores anteceſſoribus dicti domini Comitis etiã ab antiquiſſimo rẽpore, videlicet ab anno 1169. & die ſexto Decemb. vſq; in eum diẽ facti, & nominatim de fidelitate præſtita per Federicum eius patrem & Manfredum eius auum, volensq; veritatẽ, & bonam fidem agnoſcere, confitetur ſe tenere velle, & debere à prędicto domino Comite in feudum caſtrum, & villam Salutiarum, caſtram, & villam Dragoncrii, & ſingula caſtra, loca, & villas dicti Marchionat⁹, cum vniuerſis, & ſingulis iurisdictionalib. & quibuſcunq; pertinentijs, & generaliter totum dictũ Marchionatum Salutiar. exceptis caſtris Reuelli, & Carmagnoliæ, quæ dicit ſe tenere in feudum à Principe Achaiæ, ratificando etiam idem Marchio laudum prolatum inter prędeceſſores dicti domini Comitis de dicto anno 1169. ſexto Septẽbris, & aliud in quo interuenit Federicus pater ipſius Thomę, receptum per Io. Rauaſij ſub anno 1363. quinto Auguſti, ſaluis tamen, & reſeruatis iurib. Cęſaris, & quòd laudum dicit fuiſſe emologatum per eius patre, vt conſtat inſtrumento recepto per Bonifatium de motta anno 1364. vlimo Februarij.

Quibus per actis, eodem inſtrumento prędictus dominus Comes eundẽ Thomam de dictis caſtris, oppidis Salutiarum, & Dragonerii, cæteriſq; vniuerſis, & ſingulis per eum, vt ſupra recognitis, accepto iuramento fidelitatis, inueſtiuit, & vlterius conuentum inter eos fuit, quòd omnes vaſſalli, & ſindici villarum, & locorum dicti Marchionatus promittere, & iurare deberẽt obſeruare in præſcripta omnia, & ſingula, & obuiare, toris viribus quicunque contra facere volẽti, etiam ſi eſſet dictus Marchio, & eius ſucceſſores, vt apparet inſtrumẽto rogato per Ioanuem Bombat, & Ludouicum de Pariſetto anno 1413. diem vigeſima ſecunda Iunii ſigilis prædictorum dominorũ Comitis, & Marchionis munito.

Quę quidem conuentiones, & pacta fuerũt ratificata a vaſſallis, & vniuerſitatib. Marchionatus Saluzarũ, quę ipſi Marchioni remanſerunt, & à Comite non detinebantur, ſcilicet Salutiarum, Carmagnoliæ, Alpiaſchi, Verzolii, Sancti Petri, Mantæ, Melli, Fratleni Reuelli, Brozaſchi, Dragonerii Vallis Mairanæ. Cãpi, Breſini, Sancti Damiani Vallis Feneriæ, caſtri magni, Sancti Frontis, necnon ab Azone de Salutiis Guilelmo de Sancto Damiano, Ioanne de Salutiis, dominis quamplurimum caſtrorum dictæ Marchiæ, ac per dominum Ternauaſii, & Motæ Iſnardorum, per Conſtantius de Salutiis condominum valligranæ, per dominum, & communitatem Coſtigliolarum, & ferè per omnes alios vaſſallos, & vniuerſitates Marchionatus prædicti, conſtantib. de prædictis ratificationib. publicis inſtrumẽtis in actis productis, quæ gratia breuitatis hic deſignari ommittuntur.

Duodecimo prædictæ recognitionis, fidelitates, & homagia prædictorum Marchionũ confirmantur ex inſtrumento fidelitatis, & homagii præſtitis per dominum Valerianum naturalem de Salutiis dictum Bardo actorio nomine dominæ Margaritæ Marchioniſſæ matris, & tutricis domini Ludouici filii prędicti Thomę, & Marchionis Salutiarũ, in quo inſerto tenore, præcedẽtis inſtrumenti, aſſerit Marchionatum Salutiarum moueri, de feudo ligio domini Amedæi primi Ducis Sabaudię, petẽs ſe nomine prędicti Ludouici de dicta Marchia inueſtiri, quem prædictus Dominus Dux de dicto Marchionatu nomine prędicti Ludouici inueſtiuit, ab eoq; fidelitatem, & homagium, accepit, vt conſtat inſtrumento rogato a Guidone Columbo Ducali ſecretario anno 1417. die decimo Februarii.

Qui quidem Ludouicus Marchio Salutiarũ anno 1424. certior redditus inueſtiturarum, & fidelitatum præſtitarum ab eius anteceſſorib. & eorum nomine Comitibus, & Duci Sabaudiæ reſpectiuè, & omnia ratificando, & repetendo, fidelitatem, & homagium demnò præſtitit prædicto Amedeo Duci Sabaudiæ de toto prædicto Marchionatu, prout etiam conſtat inſtrumento fidelitatis, & inueſtiturę recepto dicto anno 1424. vigeſima quarta Auguſti per Gulielmum Bolomier

Tertiodecimo vltra prædictas fidelitates, & homagia demonſtratur, & probatur ius directi dominii, & ſuperioritatis Ducũ Sabaudiæ in dictos Marchiones ex eo, quòd Ludouicus Marchio Saluarum actor, & reconuẽtus, ac Ludouicus de Cabilone conuentus adiuerunt anno 1429. & de menſib Ianuarii, & Martii prædictum Amedeum Ducem Sabaudiæ tãquàm eorum dominum, & ſuperiorem, ac iudicem competentem, & prout ex actis debitè per Ponbat, & Bolomier notarios ſcriptis apparet, & inſtrumento ratificanonis vnius ſententiæ prolatæ à dicto Amedeo Duce Sabaudiæ inter prædictum Ludouicum Marchionẽ Salutiarum ex vna, & Manfredum, Io. Galeaz & Vgonium ex Marchionib. Salutiarum ex altera, in qua inter cætera pronontiatum legitur, quod ſi contingeret inter ipſas partes, vel earum ſucceſſores controuerſias moueri, ꝙ eo caſu huiuſmodi controuerſiæ cognoſcerẽtur per præfatum Ducem, ſeu ſucceſſorem in Ducatu, & non alibi, tamquàm ab eorũ Principe, & domino ſuperiore, ac immediato, iudicesq; competẽti, et ordinario, vt liquet inſtrumento rogato per Andream de Braida de Caſtelerio anno 1433 die vndecima Octob. nec non, et ex proceſſu, ac ſententia prolata in cõſſ. domini Ducis inter dominam Amedæum de Salutiis quondam domini Manfredi et Vgoninum, Galeaz et Ioanonum de Salutiis, qua condemnauit dicta domina Amedæa erga præfatos dominos ad reſtituendum quandam hæreditatem cum ſubſecutis litteris executionis dictæ ſententiæ ſub an. 1443. ſextadecima Septemb. debitè ſigillatis, et ſubſcriptis.

Quarto decimò prædicta omnia coadiuuãtur ex inſtrumento inueſtiturę, et fidelitatis præſtitæ per dictum Ludouicum Marchionẽ domino Amedæo nono Sabaudiæ Duci anno 1466. vndecima Decembris de toto Marchio-

chionatu,& de omnibus bonis,quę ipſe Marchio tenebat, in quo inſtrumento fit relatio ad alias præcedentes inueſtituras recepta per Antonium de plaſtro ſecretarium, ſalua fidelitate debita Imperatori.

Quintodecimo iura Regia etiam reſpectu vaſſalis inferioritatis eliduntur, & Ducalia confirmantur ex inſtrumento recuſationis factæ per ipſum Ludouicum Marchionem re quintioni gubernatoris, & Parlamenti Dalfinatus, vt faceret fidelitatem Dalphino, quòd facere recuſauit, aſſerens ſe & eius anteceſſores ſoiitos,& obligatos eſſe facere fidelitatem Ducibus Sabaudiæ, de qua recuſatione cõſtat inſtrumento rogato anno 1476. vigeſima nona Ianuarij per Ioannem Marentinum notarium a Carmagnõlia oriundum, qua recuſa-
28 tione attenta concurrente † negligentia præſertim decem annorum petendi prædictã inueſtituram, amiſſa dicitur ciuilis poſſeſſio cõpetens prædictis Delphinis. Bart. in l. ſi de eo §. ſi forte ff. de acq. poſſeſſ. gl. fi. in l. licet C. de acquir. poſſ. quæ loquitur in ciuili poſſeſſione Dec. conſ. 400. num. 6.& 7. Fely. in c. licet cauſam cotum. 7 verſ. limita tamen,& in c. vigilanti numero 7.& 8. de præſcript. & ibi Pariſ. num. 16.& 11. Alciat. de præſumpt. reg. 2 cap. 21. num. 9.

Quinimo eam fidelitatem,& homagiũ præſtitit Illuſtriſſimæ quondam Yolanti primogenitæ,& ſorori Chriſtianiſſimorum Franciæ Regum Duciſſæ Sabaudiæ, & tutrici Illuſtriſſimi Philiberti Ducis Sabaudię,& latius,vt cõſtat litteris patentib. dicti Ludouici debitè ſubſcriptis, & eius ſigillo ſigillatis anno 1478. ſeptima Ianuarij,qua recuſatione ſtante, iuncta prædicta fidelitate,& homagio factis, diceretur præſcriptum aduerſus dominium,& ſuperioritatem Dalphini ſine Regis, ſi quam habuiſſent,iuxta not. per Brun. d. conſ. 35. & 99. Old. conſ. 177. nu. 10.

Quæ quidem fidelitas, & homagium per eundem Ludouicũ Marchionum miniſterio Federici eius fratris, & ſpecialis procuratoris, de cuius mandato cõſtat inſtrumento per Petrum Millaneſij de Carmagnolia ſecretarium dicti Marchionis recepto anno 1479. die vigeſima ſecũda Martij iterum fuit repetita de caſtris Salutiarum, valle Dragonerij, valle Padi, loci Caſtellarij, locorũ Carmagnoliæ, & Reuelli, ac aliorum ſingulorum caſtrorum, villarum,& generaliter de toto Marchionatu Salutiarum cum inueſtitura ſibi facta, & remiſſione commiſſionis,& caducitatis, ſi quæ domino Duci competebat ratione inueſtituræ intra debitum tempus nõ petitæ, prout etiam conſtat inſtrumento rogato Philippo de Caburetto anno 1479. vigeſima ſexta martii.

His accedit alia fidelitas, per præfatum Ludouicum Marchionem facta quondam Carolo primo illius nominis Duci Sabaudiæ, & inueſtitura ab ipſo recepta de toto Marchionatu Salutiarum, vt ſu pra-miniſterio quondã domini Thomę naturalis de Salutiis procuratoris ſpecialis dicti Ludouici conſtante inſtrumento mandati ſub die decima ſeptimadecimo bus 148 2. per Stephanum ſerpent Saluti ſem rogato,quę fidelitas,& inueſtitura factę legitur coram gubernatore Dalphinatus,vt in inſtrumento rogato a Philippo de Caburetto anno 148 . duodecima Nouembris apparet.

Sextòdecimo prædicta omnia munita legũtur priuilegio confirmationis inuictiſſimi Imperatoris Caroli quinti,ſententiarum arbitramentalium,donationum,venditionum,inueſtiturarum,recognitionum homagiorum, & fidelitatu factarum à Marchionibus Salutiarũ Comitibus, Ducibus ſue Sabaudiæ reſpectiuè,ac cõfirmationum obtentarum à Sereniſſimo Carolo quarto,& in ſpecie laudi,& inueſtiture in eius exequtionem ſubiecturę,de quibus in d. inſtrumento rogato Thome de Placentia anno 1169. die ſexta Decembris. Item alterius laudi cum recognitione, & homagio, de quibus in dicto inſtrumento Ioannis Ratiſij anno 1363 quinta Auguſti. Itẽ recognitionis factæ per quondam Marchionem Federicum conſtante inſtrumento per Bonifacium demora ſub anno 1364. vltima Februarij. Itẽ alteri s recognitionis de toto Marchia factæ per Ludouicum nepotem Federici,de qua eſt rogatus Guielmus Bolomerij anno 1426. vigeſima quarta Auguſti, in quo sut inſerta duo alia inſtrumenta recognitionum Thomæ patris dicti Ludouici anno 1413. vi geſimatertia decima Iunij,& recognitionis ſecundę dicti Ludouici,& de toto Marchionatu,de qua eſt rogatus Antonius de Plaſtro anno 1469 die vndecima Decembris,& generaliter mutorũ aliorum,quod priuilegium legitur datum Brucellis tertia Martij 1554.

Cui ſimulatur aliud priuilegium eiuſdem Caroli quinti Imperatoris confirmationis,confirmationis cũ inſertione priuilegij Caroli quarti tertiò idus Nouembris anno 1375. de quo ſupra facta eſt mentio,& cum relatione,ac inſertione inſtrumẽti mandati facti de an. 1479. vigeſima ſecunda martij per Ludouicũ Marchionem Saluti arum, ad præſtandum homagium, & fidelitatẽ domino Principi,& Duciratione dicti Marchionatus & quorumcunq; iuſ quę tenebat,& poſſidebat,ſpecificè pro caſtris Salutiarum, Dragoneri , valis Dragoneri, vallis Padi, Caſtellarij,ac locis, & caſtris Carmagnoliæ,& Reuelli,cum inſertione alterius inſtrumenti mandati dicti Marchionis Ludouici eiuſdem tenoris cũ ſubſequutis in ramentis procuratorum,ac homagiis, & conceſſione inueſtiturarum in forma,quòdquidem privilegium legitur datum Brucellis tertia Decembris 1555.

Et ſi dicatur, quondam Franciſcum Marchionem Saluti arum fuiſſe inueſtitum à prædicto Carolo quinto Roma. Imperatore, ex cuius inueſtitura, videtur derogatum iuribus ipſius Sereniſſimi Ducis in dicto Marchionatu, Reſpondetur,nõ conſtare de dicta inueſtitura,& quatenus de ea appareret, dicitur ex te ſcripto eiuſdem Caroli quinti declaratu fuiſſe,per conceſſiones,& inueſtituras factas pre-

dicto Franciſco Marchioni Salutiarũ, & alijs perſonis nouiſſe præiudicare iuribus ipſius domini noſtri tunc Ducis, vt conſtat reſcripto Imperiali ſub die decima ſeptima Iunij 1536. debitè ſigillato, & ſubſcripto. Præterea ea inueſtitura Duci veluti tertio præiudicare non poteſt.

Decimo ſeptimò ex prædictis omnibus liquidiſſimè conſtat, ſiue initium ſumam' à ſententia arbitramentali prolata anno 1169. ſiue à donatione, & inueſtitura de anno 1305. ſiue à laudo, & inueſtitura de anno 1362. vel a tranſactione, & inueſtitura anni 1413. Illuſtriſs. & Excel. Comites, & Duces Sabaudiæ legitimè iuſtis titulis, & cauſis ac bona fide preſcripſiſſe directum dominium, & ſuperioritatem in tota Marchia Salutiarum, ac in ipſos Marchiones, quibus deficientibus cenſeri debet cõſolidatum vtile dominium cum directo in fauorem præfati Sereniſs. Ducis, non obſtantibus exaduerſo adductis, quæ facilè tolluntur ex ſu præſcriptis fundamentis, & iuris allegationib. infra deſcribendis.

Decimooctauo extra omnem dubitationẽ ſunt iura Sereniſs. Ducis reſpectu oppidorum ab ipſo legitimè poſſeſſorum, quæ nunc nomine Regiæ maieſtatis agentes vendicare, tãquàm de Marchia olim fuerint, arbitrantur, cum à prædicto anno 1363 & citra ſaltẽ vſq; ad annum 1536. quo quondam illuſtriſs. & Excellentiſſim. Dux Carolus eius pater iniuria ſpoliatus fuit, dato quòd in Marchionatu comprehenderentur, ſemper pacificè iuſtis titulis, & cauſis ſcientibus, & conſentientibus Marchionibus Salutiarũ, Dalfinis, & Chriſtianiſſimis Regibus pro tempore exiſtentib poſſederint, ita vt præſcriptione centum annorũ & vltra penè tanti tẽporis cuius initij memoria hominis non extat in contrarium prædicta oppida cum eorum pertinentijs pleno iure ad præfatum Ducẽ ſpectare, & pertinere pro comperto ſit.

Cuius iura etiam adiuuantur eadẽ antiquiſſime poſſeſſione vaſſallorum, & vniuerſitatũ prædictorũ, quæ potuerunt præſcribere libertatẽ aduerſus prædictos Marchiones, & alios dominos, ſi qui fuiſſent, vt Comites & Duces Sabaudiæ dumtaxat in dominos haberent, vt infra multis iuribus comprobabimus.

Decimononò, dato citra veri præiudicium quòd Chriſtianiſſimi Reges in prædictis oppidis ea ratione, quia aliàs erant de Marchia aliquòd ius ſuperioritatis habuiſſent, illud totum remiſerunt, ceſſerunt, & quittarunt Excellentiſs. Philiberto, & Carolo Ducibus, vt conſtat litteris patentibus Ludouici Franeorum Regis datis Ludguni vigeſimanona Iulii 1499. quib. ſuo, & eius hæredũ, ſucceſſorumve quorumcunq; nomine promiſit, quod nunquam erit impedimento nulloque tempore moleſtiã, litemve aliquam ex cauſa, ſeu iure ei, vel alteri ſpectanti, mouebit prædicto Duci eiuſvè ſucceſſoribus occaſione terrarum, & locorum, quæ & quas præfatus Dux tunc tenebat, & poſſidebat.

Quam remiſſionem, renunciationem, & promiſſionem ac iurium ti quæ habebat, ceſſionem, etiam fecit Chriſtianiſſimus Franciſcus Rex, moderni Regis auus conſtantibus litteris Regis patentibus datis Lugduni anno 1521. quo fit, vt bellum ab eo motum, tanquam contra promiſſiones, & pacta factum, fuerit omni iure etiam naturali illicitum, & iniuſtum, vt in ſimilibus terminis cõcludit Barbat. conſ. 8. col. 3. vol. 1.

Hinc ſequitur vigeſimum, & vltimum fundamentum, quòd quatenus Chriſtianiſſimi Regis aũquod ius in vendicãdis prædictis oppidis habuiſſent, illud totum amiſerunt, propter violentie, & vim† expulſiuã in illis commiſſam, & hoc tam ex iuris communis diſpoſitione, de qua in prædicta l. ſi quis in tantum, & l. menuncrint. C. vnde vi, quàm ex promiſſione Regia, de qua in litteris Regiis debite ſubſcriptis laxatis de anno 1488. die vigeſima ſexta Maii, confirmatis aliis litteris Regiis die octaua Iulii eiuſdẽ anni in actis productis, quibus cauetur, quòd deberent reponi caſtra Saluiarum, & Carmagnoliæ in manibus deſcriptorẽ in dictis litteris cuſtodieuda, donec cognitum fuiſſet ſuper controuerſia ſuperioritatis Marchionatus prædicti, ſub pœna mille marcharum auri, & amiſſionis iurium.

Nec ſilentio prætereundum eſt, quòd præfatus Sereniſſimus Dux quàm plurima ex oppidis ſupradictis teneat, & poſſideat, eiuſq; anteceſſores tenuerint, & poſſiderint non ſolũ titulo vniuerſali tãmq; directi domini, & ſuperiores totius Marchiæ Salutiarum, ſed etiam iure ſpeciali, ex particularibus, & legitimis titulis, ex quibus etiam ius ſibi competeret alia loca à maieſtate Regis vi detenta vendicandi, vt inquiri poteſt ex inſtrumentis infra deſignatis, & productis, videlicet inſtrumento recognitionis per Manfredum Marchionẽ Saluiarum, Amedæo Comiti Sabaudię factę, & inueſtituræ inde ſequutæ locorum Bargiarũ, Fontanilis, Roncaliæ, Scarnafilii, & Berneiii, rogato per Ioãnem de Caluſio 10. Nouẽbris anno 1235. & repetito per Thomã Marchionẽ anno 1291. 19. Ian. Item inſtrumẽto donationis factę per Manfredũ Marchionẽ Amedeo Comiti, & inueſtituræ de anno 1305. die vigeſimaſexta Auguſti, de locis Salutiarum, Carmagnoliæ, Reuelli, Raconiſii, Polungheriæ, Rodulfie, Moneſteroli, Lagnaſchi, Lumbriaſchi, Cerugliaſchi, Cabalarii Leonis, Foſſanii: Caramagnæ, Caſalis graſſi, quæ donatio cum inueſtitura inde ſubſecuta fuit repetita per eundem Mãfredum Eduardo Comiti Sabaudiæ de anno 1325. duodecima Octobris, vt conſtat inſtrumento receepto per Ioannem Rainaudum de Borghetto. Item inſtrumento donationis factæ a Manfredo Marchione Salutiarum cũ ratificatione Federici eius primogenitii, Principi Achaiæ de omni iure, q̃ eidem Marchioni competere poterat in locis Montisregalis, Foſſani, Saniliani, Clarafci, Albæ & Reuigliaſci, rogato per Simeonem de Canalibus anno 1314. die 30. Martii. Item inſtru-

ſtrumento alterius iteratę donationis cum inueſtitura, & fidelitate ſubſecutis factæ Philippo Achaiæ per Federicum Marchionẽ Saluciarum cum conſenſu Thomæ eius filij, & domi-
næ Margharitæ de Viancio eius vxoris de locis Carmagnoliæ, Reuelli, & Raconiſij, recepto per Ioannem de Marhioneris calendis Maij anno 1324. quę donatio fuit per eoſdem etiam repetita de prædictis locis in forma cũ conſtituto, & clauſulis opportunis, & inueſtitura ſubſecuta, conſtante inſtrumento etiam recepto per prædictum Ioãnem de Mahonerijs anno 1329. die vigeſimaſexta Iunij, quę inueſtitura enim fidelitate occaſione dictorum trium locorum fuit de anno 1330. die 2. Februarij confirmata, ſeu iterum facta, vt conſtat inſtrumẽto recepto per Nicolinum Marcheti quibus anno & die fuerunt per prædictum Marchionem ratificata geſta, de quibus in inſtrumentis rogatis 1324. 1320. ſupra deſignatis & eodem anno 1330 die 2 Aprilis Federicus Marchio ſumpſit inueſtiturã ab Amedæo Comite de locis prædictis Bargiarũ, Buſchæ, Bernetij, & Scarnafiſi, conſtante inſtrumento recepto per Ioannem Rainaudum de Borghetto, quæ inueſtitura fuit repenta per Thomam Marchionem filium prędicti Federici per Amedæum Comitem, vt apparet inſtrumento recepto ab Antonio Bezono anno 1347 prima Ianuarij, & de anno 1358. vigeſimaoctaua Auguſti, repetita per Federicũ Marchionem, prout conſtat inſtrumento recepto per Bonifaciũ de motta, & anno 1348. die 6. Decembris dominus Iacobus de Sabaudia Princeps Achaiæ inueſtiuit Thomã Marchionem Saluciarum de caſtris, & locis Carmagnoliæ, Reuelli, & Raconiſij, conſtante inſtrumento recepto ſupradicto tempore per Antonium Mahoneriu m.

Ius etiam competit Sereniſs. Duci in caſtris & oppidis cum pertinentijs Caſtelerij, Sancti Frontis, & Paytanæ titulo venditionis à Domino Azone fratre Federici Marchionis factæ D. Amedæo Comiti Sabaudiæ, quæ caſtra, & oppida vna cũ oppidis Caſidi, & Oncini prędictus Comes dedit in feudũ prædicto Azoni, vt apparet inſtrumento rogato per Ioan. de Alleua anno 1363. quarta Iulij, cum conſenſu prædicti Federici Marchionis; vt conſtat alio inſtrumento recepto per Ioãnem Rauaſij die quinta Auguſti eiuſdem anni ſuperius etiam deſignato, in quo per prædictum Federicum Marchionem iterum recognoſcuntur, vt feuda Comitis Sabaudiæ caſtra, oppida, & territoria infra nominatim deſcripta, videlicet Saluciarum, Dragonerij, & ipſi Comiti liberè quittat, & remittit oppida Bargiarum, Vallis Padi, Buſchę, Lagnaſchi, Ternauaſij, Cabalarij Leonis, Bonę vallis, Moneſteroli, Ruſtiæ, feuda Vallis ſancti Frontis: quæ oppida tenebat præfatus domino Azo, & generaliter omnia quæ tenebat ipſe Comes de terra Marchionatus, quæ omnia fuerunt ratificata, & repetita per prædictos Marchionẽ, & Comitem reſpectiuè in loco Montisſupelli patriæ Dalphinatus in præſentia domini de Lompiaco tunc gubernatoris Dalphinatus conſtante inſtrumento recepto per Bonifacium de Motta anno 1364. vltima Februarij.

Et omnia ſupraſcripta tam reſpectu titulorum, & iurium vniuerſalium, quam particularũ exordiẽdo à ſtatuto prolato de anno 1169. ſexta Decembris, vſque ad annum 1413. vigeſima ſecunda Iunij, fuerunt alia tranſactione ſeu conuentione inhita inter Amedeum Comitem Sabaudiæ, & Thomam Marchionem Saluciarum iterum cum iuramentis, & clauſulis opportunis ratificata, & approbata conſtante inſtrumento recepto per Ioannem Bõbar, & Ludouicum de Pariſetio ſub prædicto anno 1413. die. 22 Iunij ſingulis prætatorum Comitis, Marchionis munito.

Supraſcripto etiam tempore tranſegit, & conuenit prædictus Thomas Marchio cum domino Ludouico de Sabaudia Principe Achaię reſpectu caſtrorum, & oppidorum Carmagnoliæ, & Reuelli, remittendo eidẽ Principi quæcunq; oppida, quæ ex prædicto Marchionatu fuerant, ab eodem Principe poſſidebantur.

Quas quidem tranſactiones, & conuentiones ratificarunt, & obſeruare promiſerunt, vt ſupra dictum fuit, ferè omnes vaſſalli, & vniuerſitates. Marchionatus præſertim Saluciaru Carmagnoliæ, Reuelli & Dragonerii, vt cõſtat pluribus inſtrumentis ratificationum iporum vaſſallorum, & vniuerſitatum, quæ gratia breuitatis deſignari ommittuntur Et præmiſſa omnia, & ſingula fuerunt quartò reperta, & facta per Ludouicũ Marchionem Saluciarum filium prædicti Thomæ, conſtante inſtrumento fidelitatis præſtitæ per prædictum Ludouicum Amedeo primo Duci Sabaudię, anno 1424. vigeſima quarta Auguſti. Ex prædictis igitur clarè patet de optimo iure prędicti Sereniſs. Ducis non ſolum in prædictis oppidis à Maieſtate Regia petitis, ſed in toto Marchionatu.

Super eſt, vt contrariis fundamentis, & iuribꝰ pro maieſtate Regia ſupra adductis, & productis reſpondeamus. Et primo ad oppoſita aduerſus exemplum ſeutentiæ arbitramẽtalis anni 1169. quòd veluti exemplum fidem non
30 faciat, dicimus quod cùm alias, & nunc huiuſmodi † exemplum proponatur productum, & ei non fuerit oppoſitum, dicitur fidem facere Felin. in c. ſicut num. 23. de re iud Dec. in auth. ſi quis in aliquo nu. 20. in fin. C. de edendo, moti ex doctr. Bar in l. 1. C. de relat. 1. Cur. iun. in d. auth. ſi quis in aliquo nu 3

Secundo reſpondęri etiam poteſt, quòd eſi
31 ſit exemplum antiquiſſimũ, & † tanti tẽporis cuius initii non extat hominis memoria in cõtrarium, plenè probat, omniaque ſolemnia extrinſeca in eo interuenijſſe præſumẽtur, notariumq; qui recepiſſe legitur præſumi fuiſſe notatium, vt teſtantur communiter doc. in c. Albericus de teſtib. Aret. conſil. 36. Iaſ. conſil. 114. num 3 lib. 1. & in d. auth. ſi quis in aliquo in 4. & 9. fallentia, & ibi Dec. in 7. fallentia, Fe-

lin.in cap.sicut nu.23.& plurib. seq. de reiud. Rub.consil.10.nnm.7.& seq. Dec.latè consil. 36.col.2.& 3. Boer.decis.281.num.14.in factis enim antiquis pro notarij potestate præsumitur Franciscus Marius dec. Dalsi. qnæst.489. num.14.post Bald.in auth.quas actiones C.de sacrosan.eccles.

32 Nec irritatur ex † falsa grammatica,cùm id procedat in bullis, & rescriptis, non autem in contractibus , sententijs arbitramentalibus, alijsve huiusmodi instrumentis glos. Bald. & DD.in d.cap.ad audientiam de rescript. Bart. in l.Imperator.ff.de statu hom.quibus authoritatibus famulantur gl.& DD.in l.decreta.ff. de re iudic.

Nec obstat , quòd præsupposita illius fide , adhuc non prosit Serenis.Duci propter defe-
33 ctum compromissi,cum partes,vt & notarius fateantur compromissum fuisse factum , quo casu probatur compromissum vulg.l. optimè C.de contrahen. & committ. stipul. quàm ad hoc notat Bart.in d.auth.si quis in aliquo col. fin. C. de eden.Alex. post Spec.per eum allegatum consil.6.num.7.volum.4. Paris consil. 33.col.1. & 2. volum. 1. Ang. in l. sciendum col.3. ff. de verb. oblig. & in terminis nostris quod & si landum latum non procedente cōpromisso non valeat iuxta notata in cap. examinata de confirm.vtil.vel inut, attamen vbi in instrumento laudi fit mentio de compromisso præsentibus partibus , & non contradicentibus,huiusmodi laudum valeat, licet non probetur compromissum , tenet Imol. in d.l. sciendum col.pen.ff.de verbor. oblig. quē refert,& sequitur Hippol.in l.1.§.si dicatur ff.de quæst. Franc. Marc. in decis. Delphinatus q. 440. Afflict.decis.117.num.1. idemque dicendum est de omnibus enunciatiuè enarratis in dicto instrumēto, vt ea probet inter ipsas partes d.l. optimam.

Nec contra dictam arbitramentalem sententiam pugnant assertæ aliæ præsumptiones videlicet,testes non fuisse pares curiæ , nec in dignitate constitutos , quia hoc necessariò nō
34 requiritur , attento † præsertim instrumento inuestituræ antiquæ,vt notant Iser.Bal. & doctor. per illum text. in d. cap.1. qui teste sunt necessarij, & in tit.si de inuestitut. jnter dom. & vassallum lis ori.in princ.nam consuetudo admittit instrumenta inuestiturarum cum testibus etiam extranei .

Nec etiam vrget quod dicitur,non esse verisimile Comitem numerasse tantam pecunię quantitatem,& quòd non esset tunc in rerum natura aliquis Bonifacius Marchio Mōtisferrati, nec aliquis Comes Sabaudiæ , nec locus Cuneis,& Noni,quia cùm per instrumentum appareat de contrario,tolluntur exaduerso allegatę præsumptiones l.si quis chirographum, vbi glo.ff.de probat.l.1.vbi Bart. C. qui & aduersus quos, Bald.in d. cap.ad audientiam circa finem de rescript. Dec. consil.400. num.8.
35 Instrumentum † enim est veritas apparens,& probatio probata, vt latè concludit Decius d. consil.39.nu.6.Paris.consil.101.num.1.& consil. 104.num.6.& seq. volum.1. post plures doct. citatos, & cùm in sequentibus instrumētis de quibus supra verf.11.prædicta omnia,& verf. sextodecimo,ac in verf.& omnia suprascripta fiat mentio de dicto laudo , & quatenus constare possit Gulielmum , prædicti Bonifacij patrem tunc fuisse in humanis,non propterea sequitur quin prædictus Bonifacius diceretur Marchio Montisferrati,cùm Marchionis primogenitus etiam dicatur Marchio viuēte patre , ex late,& differtè scriptis à Tiraquello de iure primogen.quæst.33. per totam . Et prædicti exempli fides corroboratur,præsertim in confirmatione Imperatoris cùm per renotē intentum,dicatur legitimè probatum ita,concludit Paris.consil.23. num.87. vol.1. Rippa in l.si constante nu.10.ff solut.matrim.post alios DD.per eum relatos,ex quibus apparet de veritate prædicti laudi .

Nec obstat quod dicitur,laudum prædictū non potuisse proferri à prædicto Bonifacio Marchione Montisferrati, tanquàm in eum non potuerit fiue consensū Imperatoris supe-
36 rioris compromitti iuxta magis † communē opinionem DD.in cap.cùm tempore de arb. Alex.consil.1.nu.30.vol.5.quia ad hæc duobus modis respondēri potest ,

Primò retorquendo in partē aduersam ea, quæ à principio proposui, videlicet , quod si Marchionatus Saluzzarum anno 1210.tempore enunciatę recognitionis prædictæ Adelaydę habebatur iure allodij , ergo priori tempore etiam vti de allodio potuit compromitti in prædictum Bonifacium .

Secundo,respondēri potest , quòd etiam ff
37 Marchia prędicta iure feudi tēta fuisset,adhuc † potuit compromissum fieri,quando cōpromittitur in pares curiæ, & citra præiudicium domini absentis , vt concludunt omnes DD. in cap.1. si inter de lege Corradi vbi Afflict. latè, sed in casu nostro prædictus Bonifacius Marchio Montisferrati,vt notorium est , erat par curiæ , cùm etiam esset vassallus eiusdem Imperatoris rationes sui Marchionatus , prout erat Comes Sabaudiæ ratione Comitatus, & in laudo referuatum est ius Imperatoris absentis,ergo valuit compromissum,& laudum subsequitum .

Tertiò,respondetur,in contrarium adducta tolli ex ratificationibus Imperatorum subsequutis de quibus supra.

Nec Regiæ maiestati prodest,Serenissimoue Duci obest prædictum instrumētum recognitionis factę per prædictam Adelaydā Guigoni Dalphino,inuestituraq; ab eo facta quia de eis legitimè non constat, cùm dumtaxat referuatur in prætenso recenti exemplo assertæ sententiæ prolatæ anno 1390.regulare est , non credi referenti,nisi cōstet de relato,vulg. authen.si quis in aliquo C. de eden

Præterea omissis oppositionibus falsæ grāmaticæ,& orthographiæ, quæ aduersus assertum instrumentum opponi possunt , dicitur, non habere solemnia requisita ad esse instru-
38 menti, cum † deficiat indictio,quo casu non valet,

valet, vt in auth. vt præponatur nomen Imperatoris, in princ. cap. inter dilectos de fid. instr. per quæ iura, ita notat Bart. in l. si quis. §. si initium in repet. col. 5. ff. de edend. Felin. in cap. inter dilectos, col. 7. de fid. instr.

Item nō iniuria inficiari posset anno 1210. aliquam Adelaydam filiam Oldorici Comitissam. Pedemontium, fuisse Marchionissam Salutiarum, cùm ex instrumento confecto inter Bonifacium Marchionem Montisferrati, & Ciuitatem Vercellarum prætextu pacti de retroundēdo adicti in venditione loci Tridini anno 1202 cuius memuit Beneuenutus in sua Cronica Marchionali, & dicti instrumēti originale vidi in quodam libro instrumentorum posito in archiuio Ciuitatis Vercellarum intitulato liber Bissoni, & de eo meminit Paris. cons. 23. num. 235. in fin. vol. 1. appareat anno prædicto 1210. aliam fuisse Adelaydam seu Alasiā filiam Bonifacij Octaui Marchionis, vxorem tunc Māfredi Secundi Marchionis Salutiarum, & aliam Manfredi Tertij, & hæc est veritas, & ita vidi probatum per Franciscum Marchionē Salutiarum in causa Mōtisferrati.

Sed demus citra veri præiudicium prędictā Adelaydā Comitissam vxorem, aut aliam extitisse, vt aliqui dicere voluerunt, Manfredi Marchionis Salutiarum, nō propterea potuit recognoscere prędictum Marchionatū à prędicto Guigone patruo, cùm ad eam non iure allodij, nec iure feudi spectaret. Nam tunc Marchia prædicta ad dictū Manfredum Marchionem Salutiarum eius maritum, seu nepotem iure feudi pertinebat secundum iuris cōmunis dispositionem, qua Marchio is propriè dicitur, qui de Marchia est inuestitus, cap. 1. 39 quis dicatur Dux Marchio Comes, † vbi Bal. & cōmuniter Doct. bonus text. in §. præterea Ducatus de prohib. feud. alien. per Feder. & Aluar. in tit. qui feud. dare poss. §. & quia collat. 1. dicit, quòd Ducatus Marchionatus, Comitatus, & cęteræ Baroniæ sunt feuda regalia, in eisque secundum iustitiæ vigorem militant consuetudines feudorum, & in cap. ad audientiam col. fin. de præscript. dicit, quòd quando ecclesia cōcedit iurisdictionem, in dubio præsumitur concedere in feudum, sic in Imperatore, arguendō à solitis.

Et dato, quòd Marchionatus esset tunc allodium non erat ipsius Adelaydæ, sed Manfredi mariti, seu nepotis, quò fit, vt nec in eo aliquod ius haberet, etiam respectu possessionis, nisi fortè iure familiaritatis, vel cohibitionis, quo iure quis non dicitur possidere ex l. iure familiaritatis. ff. de acq. possess. Hinc sequitur, quod nec dominij, nec etiam possessio 40 nis ius aliquod ex † prætensa recognitione acquiri potuerit prædicto Guigoni Delphino vulg. reg. l. nemo plus iuris, & ibi glo. l. inuitus. §. plerunque, l. in omnibus. §. fin. ff. de reg. iur. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. cap. qui autem de iure patronatus, cap. nuper de donat. inter vir. & vxo. cap. gratia. 1. quæst. 1. Cyn. Bart. & Doct. in l. cùm talia. ff. de iur. & fac. ignor. Zenzel. & Innoc. in clem. Rom. de iureiur. Petr. Iaco. in suis libel. sub rub. de rei vend. vers. decimo ponit, Abb. cons. 3, col. 2. vers. venio ad quintū, vol 2 Socin cons. 86. nu. 7 vol. 1. post Bart. Imo. Ang. Paul. de Castr. & Ant. de Butper eum citatos, & cons. 166. nu. 3. & his accedunt dicta Bal in l. 2 col. 8. C. de fertu. & aqua, dicentis ex recognitione, vel iuramento, fidelitatis prætiuō alicui non ei nequiri possessionem, si recognoscens, seu iurans non erat in possessione, sed alius, sequitur Natta cōs. 398. nu. 28. & seq. facit tex. in l. 1. §. itē acquirimus vers. sed vero domino. ff. de acq. poss. & scripra Bart. in l. quod meo col. fin. vers. sed si rustici. ff. de acq. poss.

Imò dato, quòd ipsa Adelayda fuisset in possessione, & tradidisset actualiter possessionem prædicti Marchionatus, attamen non transtulisset dominium, quod non habebat d. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. & l. nemo. ff. de reg. iur. & si dicatur dictam Adelaydā fuisse tunc curatricē, aut administratricem prædicti Marchionis, ideò potuisse illam recognoscere in feudum à prædicto Delphino, cum 41 tutores, † curatores, & administratores principum possint etiam donare, multò magis ex causa recognoscere, vt notat Innoc. in cap. grādi de supplen. negl. præla. Gem. cons. 57. Felin. cons. 16. nu 8, Respondetur, primò non constare prædictam Adelaydam fuisse tunc curatricē, aut administratricē prędicti Marchionis.

Et admisso eam curatricem fuisse, adducta in contrarium procedunt, quando non multum lęderet Principem, cuius tutelam, curam, 42 seu administrationem gerit, secus † autem si afferret enormę præiudicium. Gem in d. cap. grandi post Io. And. & Io. Monach. & ibi Philip. Franc. Mart. Lauden. in tract. de offic. dom. vers. 84. Sed in casu nostro agebatur de enormi præiudicio propter mutationem status personarum Marchionum, cùm vasallagium sit species seruitutis. l. si cuius. §. si vsufructus, & ibi glo. in verbo oportet. ff. de vsufruct. Iacobus de S. Georgio in verbo, dictiq; vassal. promisse, recognoscere, nu. 7. Abb. in cap. veniens in 2. nota, de acc. Bald. cons. 327. nu. 5. & 9. vol. 1. Lauden de prine num. 300. Dec. in cons. 468. num. 7. post Bald. in cap. significauit col. 1. de reser. & in cap. cæterum in fine de iur. ergo non potuit facere dictam recognitionem.

Accedat quia prædicta Adelayda fecit præ dictam recognitionē non vti tutrix, curatrix, seu administratrix, sed nomine proprio vt ex eius lectura videri posset, ergo militat regul. l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi cap. cùm super de officio deleg. quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui. Debet enim in omni dispositione concurrere potestas, & 43 voluntas, quorū altero † deficiente corruit dispositio d. l. multum interest. d. cap cùm super de offi. deleg. Abb. d. cons. 3. col. 5. Bald. cons. 326. col. 2. vol. 1. Socin. iun. cons. 72. num. 12. vol. 1. Dec. cons. 198 nu. 3.

Sed, demus ad prædictam Adelaydam pleno iure spectasse Marchiam Salutiarum, ad huc

44 hinc dicitur ex huiuſmodi recognitione † nõ eſſe translatum dominium, hęc poſſeſſionem ciuilem in dictum Guigonem Dalphinum ex reg. l. traditionibus. C. de pact. glo. in l. licet. C. de acquir poſſeſſ. vbi traditionibus veris, vel fictis, non nudis pactionibus dominia transferuntur, latè Alex. conſ. 10. vol. 4. & ratio eſt ſecundum Bald. in l. ea lege in princ. verſ. 3. præmitto. C. de condit ob cauſam, quam etiam ſcribit tacito Bald. Andr. Barb. in add. ad Bal. in tit. quid ſit inueſtitura col. 2. in verbo ibi videas, quia ſi dominũ transferetur ſolo pacto, nunquam eſſet in rerum natura obligatio dãdi, cùm principia naturalia nõ poſſint ab ipſo initio in totũ ab actibus hominum remoueri, naturaliter enim dominium à poſſeſſione cępit. l. 1. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. à qua pronomina poſſeſſiua meum, tuum, & ſuum prodiere, hinc dicit Bald. in d. tit. quid ſit inueſtitura, col. 1. quòd firmius eſt, quod eſt traditione ſubrixum, quam verbum ſimplex.

Et hanc opinionem tenuit Bart. poſt gloſ. Dyn. Cyn. & Iacob. per eum allegatos in l. ſi aliquam rem, num. 8. & 9. ff. de acquir. poſſeſſ. dicens omnes Doctores tenere, quòd quãdo
45 eſt fictus † titulus, & ficta traditio, tunc ex recognitione dominium non transferatur, ne concurrant duæ fictiones in eodem ſubiecto, contra reg. l. 1. C. de dotis promiſ. & opinionẽ Bart ſequitur Alber. ibi nu. 3. licet de Bart. mentionem non faciat, Paul. de Caſt. nu. 3. affirmans hanc eſſe communem opinionem, Imol. col. 2. & fin. pariter aſſerens Doctores ita communiter ſentire, impugnans limitationes Ang. quod etiam firmat Alex. col. 6. 7. 9. & 10. poſt Spec. Bald. Butr. Ang Paul. de Caſt. in locis per eum citatis, Aret. col 6. Saiſel. col. 2. & 3. Rip. nu. 33. 34. & ſeq Petrus Iacob. in libellis ſuis circa finem primi libelli Io. Fabri in §. æquè col. 5. nu. 5. inſtitut. de act. poſt Innoc. in cap. dilectus de capel. monach. & opinionẽ Bart. ſequitur etiã Bald. conſ. 337. nu. 12. licet Bart. non alleget vol. 1. Paul. de Caſt. conſ. 11. col. 1 vol. 2 loquens in recognitione feudali, Cum. conſ. 165. Fulgoſ. pulchrè conſ. 5. reſpõdens ad plura in cõtrarium adducta, Oldrad. conſ. 133. col. fin. Anchar. conſ. 310. col. fin. Abb. d. conſ. 3. quæſt. 24. vol. 1. Alex. conſ. 9. nu. 12. & conſ. 69. nu. 6. & 7. vol. 5. Aret. conſ. 14. col 6. & ſeq. quam opinionẽ etiam ſequutus eſt Felin. in d. cap. Rodulphus dum refert, & ſequitur Bara. in d. l. ſi aliquam rem, Guid. Papæ quæſt. 272. col. 3 verſ. licet autem ex tali recognitione, Dec. conſ 564. nu. 1. poſt Bart. in l. cùm fallã. C. de iur. & fact. ignor. & in d. l. ſi aliquam tem, Boer deciſ 211. nu. 24. & 25. Crau. conſ. 157. nu. 7. poſt Io. Andr. Socin. &
46 Calcan. motus ratione Io. Andr. † quia certi modi dati ſunt à iure acquirendi dominium, inter quos non eſt huiuſmodi, videlicet per recognitionem, Afflict. poſt Bald. & Oldr. per eum citatos in tit. de capit. qui curi. vendit. in princ nu. 10. concludens, per recognitionem non conſtitui feudum. Ruin conſ. num. 2. & 5. vol. 2. dicens Doct. communiter in hanc ſententiam deſcendere, & huiuſmodi contractũ non valere, ſequitur Balb. in repet. l. Celſus in 2. par. num. 6. in fin. ff. de vſucap. Moderni Pariſ. de feudi. §. 1. glo 5. num. 26. Ex quibus omnibus patet, hanc eſſe communem, & veram concluſionem. Quæ comprobatur etiã ex eo, quia dato, & non conceſſo quòd fuiſſet expreſsè facta donatio per prędictam Adelaydam prędicto Guigoni Dalphino de prędicto Marchionatu, non propterea diceretur translatum dominium, niſi interueniente, vt dictũ eſt, traditione vera, vel ficta d. l. traditionibus C. de pact. & l. quotiens & ibi Doct. præſertim Iaſ. C. de rei vendic. Ergo multò minus debet cenſeri translatum ex ficta ſeu præſumpta donatione, cũ maior ſit vis actus veri nulli, quàm ficti, ſeu præſumpti, vt not. cõmuniter Doct. in d. l. ſi rem aliquam. ff de acquir. poſſ.

Nec obſtat, quòd idem Iaſ. ibi nu. 5. limitãdo d. l quoties, extendat diſpoſitionem l. fin.
47 C. de ſacroſanct. eccleſ. qua cauetur † dominium rerum donatarum, vel venditarum eccleſiæ transferri in eccleſiam ſine traditione, etiam procedere in donatione facta Principi quod etiam videtur ſentire Iſern in d. tit. quid ſit inueſtitura col 1. & 2. quia vltra, quòd prædicta extenſio, & limitatio non eſt tuta, ex his, quæ notat glo. & poſt eam Doct. in d. l. fin. in verbo, centum annor. & Crot. in repetitio. §. diui. l. filius fam. col. 32. verſ 2. limita. ff. de leg.
48 1. attamen data illius veritate, † non procedit in Principe inferiore recognoſcente aliũ ſuperiorem, ſed in ſupremo Principe, vel eo, qui non recognoſcit ſuperiorem, aut habet iura Imperialia; ita ſentit Iſern. loco proximè allegato, dũ loquitur de Principe, qui poſſet legi derogare, quod non poteſt inferior, ſic etiam loquuntur omnia iura adducta per Iaſ. d. nu. 5. ſequitur Afflict. lib. 1. conſtit. reg. quæſt. 22. vbi diſtinguit inter Principem ſuperiorem, & inferiorem. Nam appellatione Principis in dubio intelligitur de ſupremo, vel eo, qui ſupremi iura habet cap. 1. de rer. permut. vbi Doct. not. & in clem. 1. de baptiſmo; ſed prædicta Adelayda recognoſcebat Imperatorem ſuperiorem etiam reſpectu appellationum, vt ex lectura prædicti inſtrumenti legitur, & prędictus Vgo Dalphinus etiam recognoſcebat Imperatorem, vt atteſtatur Franc. Mart. deciſ. 455. nu. 7. & 9 quod, & actis conſtat, ergo non tranſtulit dominium dicti Marchionatus, etiã quòd fuiſſet domina locumque non haberet d. l. fin C. de ſacroſan. eccleſ. Præterea limitatiò Iaſonis d. nu. 5. loquitur quando quis donat. Principi ſuperiori ipſius donantis, vel Princeps donat ſibi ſubdito, ſecus quãdo donario fit Principi, qui nullam iuriſdictionem habet in donantẽ, & quòd ita debeat intelligi patet ex dictis à Iaſone in d. l. quoties num. 6. vbi loquitur de Principe, qui dicitur lex animata, & cuius contractus habent vim legis, proinde de Principe ſupremo, ſed Guigo Dalphinus non erat ſupremus Princeps præfatæ Adelaydæ, ergo in eo non procedunt, quæ de Principe ſuperiore dicuntur.

Nec

Nec pariter ex prætenſa inueſtitura facta à prætato Guigone dici poteſt translatam fuiſſe naturalem poſſeſſionem in dictam Adelaydã cum apud ipſum Guigonem non eſſet, & ne-
49 mo,† transiert, quod non habet, nec vtile dominium in prædictam Adelaydam, cùm ea in
50 ueſtitura fuerit † verbalis, & abſiua, cap. 1. quid ſit inueſtitura, ac facta extra prædictum Marchionatum, quo caſu nõ transfertur dominium, nec poſſeſſio ſecundum communẽ concluſionem, de qua per Iſern. & Bald. in d. tit. quid ſit inueſtitura col. 1. & ibi communiter Docto. per Iaſ. in d. l. quoties nu. 31. poſt glo. Dyn. Cyn. Gul. Bald. Ang. Imol. Paul. de Caſt. Butr. & Alex. per eum allegatos Alex. d. conſ. 9. nu. 12 vol. 5. Affict. d. quæſt. 22. Soc. ium conſ. 76. nu. 69 & ſeq. vol. 1.

Et quamuis Guido Papæ dicat, quod licet ex huiuſmodi recognitione non transferatur
51 dominium, nec poſſeſſio, ex ea tamen † probatur dominium contra recognoſcentem, ſ etiam voluit Ripa in d. l. ſi aliquam rem, num. 40. moti ex l. cenſualis C. de donat. Nihilominus hæc probatio non operatur effectum ſuũ contra tertium Ripa d. nu. 40. vbi in hoc impugnat Guidonem tanquam dicentem contra textum in d. l. cenſualis, & Lantepen. ff. de acquir. rer. dom. & id etiam tenet Bald. in l. quidam in fine, in fin. ff. de cond. inſtit. Iacob. de Sanct. Geor. in ſua inueſtitura in dicto verſ. dicitque vaſſalli proferunt recognoſcere, nu 26 poſt Bald. & Imol per eum citatos, cõcludentes, huiuſmodi recognitionẽ non præiudicare priori dom n o vt infra probabitur, & priorem dominum non ſolum intelligunt eum, qui priorem titulum habuerit, ſed etiam eum, cui primo res eſt tradita pulchra glo in tit. ſi de feud. fuerit controuer. inter dom. & agnat. ibi facti in verbo ſi facti, circa fin. quã notat Barbat. in addit. ad Bald. in tit quid ſit inueſtitura col. 1. in verbo in fin. Calcan. cõſ. 126. Dec. conſ. 545. & cõuenit reg. l. quotiens. C. de rei vind. Sed primò, & titulum, & poſſeſſionem habuit Comes Sabaudiæ, vt ſupra probatum fuit, & latius infra demonſtrabitur, ergo eſt præferendus.

Nec obſtat ſi dicatur, ergo ex rationibus, & authoritatibus ſuprà ſcriptis recognitio, & inueſtitura, de qua in dicta ſententia arbitramentali lata in fauorem Comitis anno 1169. non etiam tranſtulit dominium, & poſſeſſionem in Comitem Sabaudiæ, quia reſpondetur ibi fuiſſe verum titulum donationis, & emptionis, ſeu permutationis. Præterea cum legatur facta in loco Noni, qui locus ad aduerſarijs proponitur olim fuiſſe de Marchia Saluciarũ, & quatenus non fuiſſet de Marchia, erat in limitrophis, & in confinibus Marchionatus, ita vt facile eodem tempore, & loco eius
52 poſſeſſio potuiſſet apprehendi, propterea † dicitur fuiſſe translatam poſſeſſionem, & per conſequens dominium. l. clauibus. ff. de contrahen. empt. l. quod meo. ff. per venditorẽ. ff. de acquir. poſſeſſ. glo. in l. Natura filius. in verbo, poſſideri, in fin. cum glo. ſeq. ff. de acquir. poſſeſſ. Barb. in apoſtillis ad Bald. in tit. quid ſit inueſtitura, col. 1. in verſ. incipiente, verbo trãſfertur poſſeſſio, & Bald. in d. col. 1. verſ. nũ talis inueſtitura, per text. in d. l. ciuibus, cui applaudet text. in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. quæ iura ad hoc notat Iern. in d. tit. quid ſit inueſtitura col. 1. Hinc dicit Barb. in apoſtillis ad Bal. in verbo, ibi videas, quod aliqua inueſtitura ſit traditiua per aſpectum vnius, in quo propter prætentam ſuam repreſentatur actus, laſſatis in terminis inueſtiturę in l. quotiens, nu. 31. C. de rei vend. quod non extitit in aſſerta recognitione ſiue fidelitate Adelaydæ, quæ fuit facta in Ebrodunenſi Ciuitate multum diſtante à Marchua, in quam ex dicta Ciuitate non dabatur acceſſus, & ideo nominatim dixit Bald. in d. tit. quid ſit inueſtitura col. 1. verſ. nota ergo, quòd inueſtitura extra rem corporalem facta non dat veram poſſeſſionẽ, quod expreſſe firmat Alex. conſ. 9. num. 12. vol. 5. per text. in cap. per vnum de donat. poſt Innoc. Dyn. Butr. per eum citatos.

Et quod Dalphini non haberent prædictos Marchiones, vt eorũ vaſſallos conſequenter, nec directum dominium, poſſeſſionemue eiuſdem in dicto Marchionatu, dignoſci poteſt ex quodam fœdere inito inter Guigonem fratrem Ioannis Dalphini, & Philippum de Sabaudia Principem Achaiæ, in quo conuenerunt ſe inuicem iuuare aduerſus quamlibet perſonã, exceptis tamen patre prædicti Dalphini, Imperatore, Regibus Franciæ, & Siciliæ, ac Marchione Saluciarũ, dum Margharita ſororum ipſorum Dalphini, & Guigonis, & vxor Marchionis, vel ex ipſa, & dicto Marchione filij fuerint in humanis, ſi vero morietur, eo caſu iidem Marchio Saluciarum excepti non habeat. vt conſtat inſtrumento recepto per Simeonem de Canalibus anno 1311. Nam ſi Marchio fuiſſet vaſſallus prædicti Dalphini, vtique etiam mortua vxore tenebatur eum excipere, & defendere, ſ. domino committente, in titulo ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat. glo. penu. in cap. 1. in tit. huc mutuo lex, quam Aluar. ibi dicit communiter receptã, & refert, ac ſequitur Dec. conſ. 400. nu. 4. Alex. conſ. 15. nu. 5. vol. 5. Grat. diſc. 5. nu 34. & ſeq. vol. 1. glo. & Doct. in ru. qualiter dom. propr. priu. & in titulo ſi vaſſal. de feud. ab alio inter pell. fue. & dom. defen. noluer.

Idque clarius demonſtratur ex quodam alio inſtrumento aſſertæ donationis quondam Thomæ Marchionis Saluciarum miniſterio ſuorum procuratorum emanato in dicta ſententia anno 1390. quo dicitur Thomam Marchionẽ Saluciarum donaſſe Humberto Dalphino anno 1343 die vltima Octobris Marcenionem bona ibi deſcripta, in quo inſtrumento partes ipſe enuntiant, licèt falsò, Marchionatum, & oppida in dicto inſtrumento deſcripta fuiſſe allodialia à nemine vnquã recognita, nec tenta in feudum, cõmunque proprietatem pleno iure ſpectare ipſi Marchioni, & tanquam allodialia dom. ntur, & recipiantur, ergo conſequens eſt ante † reſcriptam

53 ptam † donationem non moueri, nec teneri in feudum à Dalphino cap.1. de allodijs, & ibi Doctor.& glos.magna in l. si familiæ C.famil. herciſc. vbi Alberic. dicit allodium dici quaſi aliundè non recognitum, ſequitur Socin.iun.conſil.75.num. 22. & ſeq vol.5. Abb. d. conſil. 3. colum.2. Iacob.de Sancto Georg. in verbo, dictique vaſſalli promiſerunt recognoſcere num.7.

Cùm igitur Chriſtianiſſimus Rex veniat ex perſona dicti Humberti Dalphini, vt atteſtatur Franc.Mart.quæſt 337.nu.4.& pars hoc idem confitetur,quæ propoſita dictorum pro
54 curatorum acceptauit, & propterea † nõ poteſt infirmare,& infringere.l. cum à matre C. de rei vend. l. ex qua perſona. ff. de reg.iur & vlterius procuratores Marchionis,& Dalphini aliàs illud inſtrumentum produxerunt ex
55 qua productione † dicuntur fateri omnia in eo contenta vulg.l.cùm præcum. C. de liber. cauſ. Iaſ. latè conſ.47. col.4. quòd quidem inſtrumentum aſſertæ donationis à quibuſdam procuratoribus quondam Thomæ Marchionis Salutiarum Humberto Dalphino factæ,& inueſtituræ feudalis, indè ab eodem Dalphino ſubſequutæ de prædicto Marchionatu anno 1343.vltima Octobris impedimento Duci eſſe non poteſt, quia caret fide publica, cùm ſit exemplum, & non apparet illud eſſe antiquum,aurſumptum ſeruatis ſeruandis; Et admiſſa illius fide,dicitur ex dicta donatione nullum fuiſſe translatum dominium, cum nulla interuenerit traditio, non quidem vera, cùm donatio legatur facta in loco Villenouæ Sancti Andreæ apud Auinionem procul à rebus donatis, nec etiã ficta, quia nullus actus ſictus habilis ad translationem, ſeu acquiſitionem poſſeſſionis interuenerit.

Nam ex aſſerta inueſtitura facta à procuratoribus prædictis traditione enſis tanquã abuſiua, vti facta extra loca donata,& per procuratores non habentes eam poteſtatem, nulla fuit translata poſſeſſio,Bart.in l.1.in princ.col. fin.verſ.quæro pone,quòd tutor.ff.de acquir. poſſeſſ. Minus ex prætenſo conſtituto dictorũ procuratorũ, cum ipſi non poſſiderent Dec. in l.cõtractus ff. de reg.iur. Rebuff in 3. tomo coment.tit.de mater poſſeſ.in præfatio.nu.73. poſt Ruin.conſ.46.& 54. vol.4. nec mandato huiuſmodi facultas ſic conſtituendi concede-
56 batur,& non † extenditur virtute clauſulæ,& cætera; Dec.in l.contractus col 4. verſ & ſupræſcripta.ff.de reg.iur. præſertim in locis Salutiarum, Dragonerij,& alijs non à mandãte, ſed ab alijs poſſeſſis;vt ex prædicto inſtrumẽto apparet, quorum nec totius Marchię dominium fuit translatum,cùm nulla fuerit tradita poſſeſſio,nec etiam præſcribendi cõditio acquiſita, ſtante præſertim ciuili poſſeſſione Comitis Sabaudiæ,de qua in prioribus donationibus,& inueſtituris,cum ad eam acquirẽdam requiratur traditio poſſeſſionis vacuæ, Bart.in l.Celſus col.3.verſ.procedo,& quæro. ff.de vſucap.quem ibi refert,& ſequitur Balb. in 2 par.in 7.& 8.concluſione poſt glos.Bald. Alex. Aret.Felin.& Iaſ. per eum citatos, concludens præſcriptionem non inchoari, alio ciuiliter poſſidente.

Et dato, quod vigore aſſerti conſtituti dici poſſet omnem poſſeſſionem fuiſſe in Dalphinum translatam, attamen ex conſtituto precario prædicti Dalphini facto eodem tempore, loco, & inſtrumẽto videtur omnem ſuam poſſeſſionem ſaltem ciuilem amiſiſſe Bart.in l.quod meo in fin.& l.interdum in princ.& §. fin.ff.de acquir poſſeſſ.

Accedat, quod prædicta donatio non potuerit fieri niſi de bonis expreſſis in inſtrumẽto mandati, & illorum prætextu dicitur non
57 valere † ob defectum intinuationis, cui non ſuffragatur clauſula,quòd tot ſint donationes, quot ſummæ nõ excedentes aureos 500.quia obſtat diſpoſitio.l.ſancimus in princ.C de donat.glo.in §.ſi quis autem, in verbo,plures intelligantur eandem Bart.in l.Modeſtinus col. fin.verſ.ego indiſtincte.ff.de donat cuius opinionem dicit communem Alex.in l.1.§.ſi vir, col.in ff.ſolut.matr. Præpoſ.in cap.Imperialem,in princ.col.8.de prohib. feud. alien. per Feder. Curt. de feud.car.41.col.1.& 2. Crem. ſing. 131. & iuramentum procuratorum non ſupplet, cum ad iurandum non fuerint conſtituti nec addi poteſt virtute dictæ clauſulæ, & cætera, & dictamine ſapientis, Socin. in l. Gallus, §. item credendum, col 3. ff. de lib.& poſth conſ. 24.nu.22. vol.1. Pariſ.conſ.45.nu. 40.& ſeq.vol.1.

Addi etiam poteſt,prædictam donationem non valere propter pactum,ſeu condinonem reſolutiuam in ea appoſitam,cuius caſus euenit.l.2.ff. de in diem adiect. Dec.conſ.332.nu. 2.laſin d l.pecuniam nu.4 ſi cert. per. & qua-
58 tenus ſubſiſteret,non poteſt † præiudicare iuribus prioribus Comitum Sabaudiæ, & Principum Achaiæ tam reſpectu directi dominij, & quaſi poſſeſſionis ſuperioritatis,quam alterius iuris in prædicta Marchia,& eius oppidis competentis l ſi functiones l. cenſualis. C. de donat.& ibi Bar.Bal. & Salic. bonus text. in l. ex liberis.C.de acquir.poſſeſſ.Felin.in cap.cũ cauſam nu.3.de probat.& in cap.olim el 1.de reſtitut.ſpol.& ibi Innoc. Butr.& Abb.Socin. conſ.266.nu.11.Aret.conſ.14 col.4.Ripa in l. ſi aliquam rem nu.40 ff.de acquir.poſſeſſ.poſt Spec.Bald.Socin. Cor. per eũ allegatos,canoniſtæ communiter præſertim Panorm.in cap. verum nu.30.de foro compet.poſt Hoſt.Abb. in terminis noſtris conſ.3.col.5.verſ.venio ad quintam,vol.2.dicens Doct. ita communiter tenere in cap cæterum de iud. Aret conſ.14. colu.4. per tex. in cap ea te de iureiur. Franc. Marc. in ſimilibus terminis in ſuis deciſ. Dalph.d.deciſ.455.nu. 20.& plurib.ſeq. Iacob.de Sanct. Georgio in ſua inueſtitura verſ. dictiq; Vaſſalli promiſerunt recognoſcere num 26. latè Bella.conſ.33.col.12.verſ.1.quæritur, & ſeq.Mart. Laud.in tract. de confœder.pace, & conuent.princ. nu.8. & his conſentiunt Spec. in tit.de feud.§. quoniã verſ.15. & Bald.in l.2. C.de oper.libert. & confert reg.l.nã, & poſt-

ca

ea §. ſin cum ſeq. ff. de iureiur. l. non debet. ff. de reg. iur. & cap. 1. de conſtit. in 6 & ratio
59 † poſſit. Ma præmiſſorum eſſe licitur, quia † intereſt directi domini non mutare vaſſallum, latè Abb. in d. conſ. 3. in 10. quæſt. in cap. auditis nu. 20 vbi Felin. nu. 26. & communiter Doct. de præſcript. quibus omnibus ſaltem ſimul iunctis liquidò patet, nullum fieri poſſet pro Chriſtianiſſimo Rege validum fundamẽtum in aſſertare cognitione prædictæ Adelaydæ, & donatione prędicti Thomę dicto Humberto, inueſtituraq; inde ſequuta.

Nec aduerſus directum dominium, ſuperioritatẽue Celſitudini Ducali vigore laudi prolati anno 1169. & inueſtituræ ſubſequutæ ſpectanti pugnat negligentia Comitum non petẽdo fidelitates à Marchionib⁹ ab anno 1169.
60 vſque ad annum 1363. ex qua † dicunt inductam obliuionem, peramiſſionem poſſeſſionis d. l. ſi de eo. §. ſi fortè. & l. ſi id, quod ff. de acquir. poſſeſſ. Quia reſpõderi duobus modi poteſt

Primò, quòd cùm requirere iuramentum fidelitatis, vel obedientiã præſtari dependeat à voluntate domini, & propterea dicatur meræ facultatis non poteſt Vaſſallus ex non vſu
61 ſimplici libertatem præſcribere, † niſi interpellatus recuſauerit fidelitatem, vel obedientiam, tanquã liber præſtare. Iaſ. conſ. 37. in fin. vol. 1. Brun. conſ. 35. nu. 3. & 4. & conſ. 89. nu. 1 & ſeq poſt. Bald. Aluar. Abb Felin. & Iaſ. per eum citatos, vbi dicit præſumi, quod ſemper vaſſallus præſtitiſſet obedientiam, & reuerentiam ſi fuiſſet interpellatus,

Secundò reſpondetur, quòd licet amittatur
62 † poſſeſſio, attamen non perditur directum dominiũ, nec ius ſuperioritatis, niſi alius præſcribat, aut acquirat teſte Bald. in cap. ad audientiam, col. 2. verſ. item nota. de præſcript. per text. in l. nec vtilẽ. ff. ex quibus cauſis maio. Bart. expreſsè in l. ſi ego, in fin. ff. de neg. geſt. Et eſt de mente Bal. conſ. 201. nu. 1. & 2. vol 1. Brun. d. conſ. 99. num. 6. & 7. quinimo ex enunciatis in aſſerto arreſto prolato anno 1390. apparet, quòd ſi Manfredus filius Thomæ Marchio de dicto anno 1390. notitiã habuiſſet de dictis inueſtituris prioribus, vtique fidelitatem præſtitiſſet Comiti.

Et ſi dicatur, præſcriptionem longiſſimam tanti temporis cuius initij hominis memoria non extat in contrarſũ à prædicto anno 1169. vſque ad annum 1363. fuiſſe inductam, & ſic præſcriptione eſſe acquiſitũ directũ dominiũ dicti Marchionum. Reſponderi poteſt contrarium in facto eſſe verius, vt inſtrumentis inueſtituræ anni 1235. 1291. 1320. & clarius anni 1305. plenè liquet.

Sed admiſſo, quod non liqueret, adhuc reſponderi poteſt, non ſubeſſe aliquam præſcriptionem contra prædictum Ducem, nec eius anteceſſores. Nam ſi volumus proponere præſcriptionem Marchionum, & tunc aut loquimur de præſcriptione illius Marchionis, qui legitur inueſtitus tempore prædicti laudi, & is quoad vixit, nullo tempore præſcribere potuit propter malam fidem, cùm ſciret Marchiam moueri de directo dominio Comitis, ab eoque ſe inueſtitum fuiſſe. cap. fin. de præſcriptione.

Prædicta adiuuãtur argumento eorũ, quæ dicit Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua verſ. 44. de emphiteuta, quòd ex quo non habet ciuilẽ poſſeſſionem, ſed naturalem tãtum d. l. 3. ex
63 contrario. ff. de acquir poſſeſſ. cum ſimilibus, non poteſt † præſcribere contra dominum, qui habet ciuilem, l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vect. vel empliteu. pet. nam ex quo à principio propoſuit Marchiam, vt feudalem poſſidere, nõ potuit, non ſuperueniente noua,
64 & iuſta † cauſa, ſibi poſſeſſionem mutare l. cũ nemo. C. de acquir. poſſeſſ & Spec. refert. & ſequitur. Afflict. in tit. ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agua. §. ſi quis per 30. in 6. notabili num. 17. & ſeq. dicens de hoc eſſe text. rotundũ in l. malè agitur. C. de præſcrip. 30. anno. per quæ iura dicit Felin. in cap. vigilanti col 4. verſ. limita. 7. de præſcript ſolam poſſeſſionem naturalem, vel detentionem non inducere poſſeſſionem neceſſariam ad præſcriptionẽ contra ciuiliter poſſidentem, quòd ẽt probatur in l. acquiritur in fin. iuncta. glo. ff. de acquir. rer. dom. Iaſ. laudatiſſimè in d. conſ. 37. vol. 1. poſt multos Doctores per eum citatos, dicens hanc eſſe veram, & indubitatam communem iuriſconſultorum opinionem, his proximè accedunt, quæ ſcribit idem Iaſ. in l. fin nu 55. & 56. ff. de conſtit. princ. poſt Bal. Ang. & Flotia. & per text. in l. hęc autem iura. ff. de ſerv. vrb. prædio. quòd ſi dominus ſtetit annos centum, quibus vaſſallo non impoſuit ſeruitium, nec vſus eſt in iuriſdictione, p. opterea vaſſallus non præſcripſit libertatem.

Nec etiam eius hæres, aut ſucceſſor immediatus in dicta Marchia potuit præſcribere, cùm mala fides defuncti eum afflecerit, dica-
65 turque † ipſe ſucceſſor immediatus in mala fide, ſaltem ficta, l. cũ hæres. ff. de diu. & temp. præſcrip. Bal de præſcrip. in 2 pat. 3. par. princip. quæſt. 12. col. 5. 6. & in 4. par. 4. par. princip. quæſt 11. col. 2. dicens, hanc eſſe communem opinionem, & cùm non appareat quo tempore perierint prædicti Marchiones, præſumuntur quilibet eorum viciſſe annis centum glo. communiter recepta in l. 2. ſi dubitetur. ff. quemad. teſta. aperi. Alex cõſ. 1. nu. 43. vol. 5, Dec. conſ 575. nu 10. & ex iuribus à Regijs deputatis producti ſub capite Pedemontium ex exemplo ſumpto per Verqueriam ſub vigeſima Nouembris loquente de Ciuitate Taurini apparet prædictum Manfredũ Marchionem Saluti arum adhuc viuere anno 1222.

De præſcriptione autẽ aliorum ſucceſſorũ qui forſan potuiſſent ex perſona propria præſcriptionem inchoare, non apparet, quo tempore voluerint incipere prædictam præſcriptionem, minusq; quòd fuerit perfecta, præſertim ante prædictum annum 1235. quo fuit facta inueſtitura de omni, & toto eo, quod ipſe Marchio à dicto Comite tenebat in feudũ, vbicunque eſſet, & ſpecialiter de Bargijs, & quibuſ-

53 ptam † donationem non moueri, nec teneri in feudum à Dalphino cap. 1. de allodijs, & ibi Doctor. & glos. magna in l. si familiæ C. famil. herciſc. vbi Alberic. dicit allodium dici quaſi aliunde non recognitum, ſequitur Socin. iun. conſil. 75. num. 22. & ſeq vol. 5. Abb. d. conſil. 3. colum. 2. Iacob. de Sancto Georg. in verbo, dictique vaſſalli promiſerunt recognoſcere num. 7.

Cùm igitur Chriſtianiſſimus Rex veniat ex perſona dicti Humberti Dalphini, vt atteſtatur Franc. Mart. quæſt 337. nu. 4. & pars hoc idem confitetur, quæ propoſita dictorum pro
54 curatorum acceptauit, & propterea † nõ poteſt inſtrmare, & infringere. l. cum à matre C. de rei vend. l. ex qua perſona. ff. de reg. iur & vlterius procuratores Marchionis, & Dalphini aliàs illud inſtrumentum produxerunt ex
55 qua productione † dicuntur fateri omnia in eo contenta vulg. l. cùm præcum. C. de liber. cauſ. Iaſ. latè conſ. 47. col. 4. quòd quidem inſtrumentum aſſertæ donationis à quibuſdam procuratoribus quondam Thomæ Marchionis Salutiarum Humbertõ Dalphino factæ, & inueſtituræ feudalis, inde ab eodem Dalphino ſubſequutæ de prædicto Marchionatu anno 1343. vltima Octobris impedimento Duci eſſe non poteſt, quia caret fide pubiica, cùm ſit exemplum, & non apparet illud eſſe antiquum, aut ſumptum ſeruatis ſeruandis; Et admiſſa illius fide, dicitur ex dicta donatione nullum fuiſſe translatum dominium, cum nulla interuenerit traditio, non quidem vera, cùm donatio legatur facta in loco Villenouæ Sancti Andreæ apud Auinionem procul à rebus donatis, nec etiã dicta, quia nullus actus rictus habilis ad translationem, ſeu acquiſitionem poſſeſſionis interuenerit.

Nam ex aſſerta inueſtitura facta à procuratoribus prædictis traditione enſis tanquã abuſiua, vti facta extra loca donata, & per procuratores non habentes eam poteſtatem, nulla fuit translata poſſeſſio, Bart. in l. 1. in princ. col. fin. verſ. quæro pone, quòd tutor. ff. de acquir. poſſeſſ. Minus ex prætenſo conſtituto dictorũ procuratorũ, cum ipſi non poſſiderent Dec. in l. cõtractus ff. de reg. iur. Rebuff in 3. tomo coment. tit. de mater poſſeſ. in præfatio. nu. 73. poſt Ruin. conſ. 46. & 54. vol. 4. nec mandato huiuſmodi facultas ſic conſtituendi concede-
56 batur, & non † extenditur virtute clauſulæ, & cætera; Dec. in l. contractus col 4. verſ & ſupræſcripta. ff. de reg. iur. præſertim in locis Salutiarum, Dragonerij, & aliis non à mandãte, ſed ab aliis poſſeſſis; vt ex prædicto inſtrumẽto apparet, quorum nec, totius Marchiq; dominium fuit translatum, cùm nulla fuerit tradita poſſeſſio, nec etiam præſcribendi cõditio acquiſita, ſtante præſertim ciuili poſſeſſione Comitis Sabaudiæ, de qua in prioribus donationibus, & inueſtituris, cum ad eam acquirẽdam requiratur traditio poſſeſſionis vacuæ, Bart. in l. Celſus col. 3. verſ. procedo, & quæro. ff. de vſucap. quem ibi refert, & ſequitur Balb. in 2 par. in 7. & 8. concluſione poſt gloſ. Bald. Alex. Aret. Felin. & Iaſ. per eum citatos, concludens præſcriptionem non inchoari, aliter ciuiliter poſſidente.

Et dato, quod vigore aſſerti conſtituti dicti poſſet omnem poſſeſſionem fuiſſe in Dalphinum translatam, attamen ex conſtituto præcario prædicti Dalphini facto eodem tempore, loco, & inſtrumẽto videtur omnem ſuam poſſeſſionem ſaltem ciuilem amiſiſſe Bart. in l. quod meo in fin. & l. interdum in princ. & §. fin. ff. de acquir poſſeſſ.

Accedat, quòd prædicta donatio non potuerit fieri niſi de bonis expreſſis in inſtrumẽto mandati, & illorum prætextu dicitur non
57 valere † ob defectum intinuationis, cui non ſuffragatur clauſula, quòd tot ſint donationes, quot ſummæ nõ excedentes aureos 500. quia obſtat dispoſitio. l. fancimus in princ. C. de donat. glo. in §. ſi quis autem, in verbo, plures intelligantur eandem Bart. in l. Modeſtinus col. fin. verſ. ego indiſtincte. ff. de donat cuius opinionem dicit communem Alex. in l. §. ſi vir, col. in fi. ff. ſolut. matr. Præpoſ. in cap. Imperialem, in princ. col. 8. de prohib. feud. alien. per Feder. Curt. de feud. car. 41. col. 1. & 2. Crem. ſing. 131. & iuramentum procuratorum non ſupplet, cum ad iurandum non fuerint conſtituti nec addi poteſt virtute dictæ clauſulæ, & cætera, & dictamine ſapientis, Socin. in l. Gaius, §. item credendum, col 3. ff. de lib. & poſth conſ. 24. nu. 22. vol. 1. Pariſ. conſ. 45. nu. 40. & ſeq. vol. 1.

Addi etiam poteſt, prædictam donationem non valere propter pactum, ſeu conditionem reſolutiuam in ea appoſitam, cuius caſus euenit. l. 2. ff. de in diem adiect. Dec. conſ. 332. nu. 2. laſin d l. pecuniam nu. 4 ſi cert. pet. & qua-
58 tenus ſubſiſteret, non poteſt † præiudicare iuribus prioribus Comitum Sabaudiæ, & Principum Achaiæ tam reſpectu directi dominij, & quaſi poſſeſſionis ſuperioritatis, quam alterius iuris in prædicta Marchia, & eius oppidis competentis l. ſi functiones l. cenſualis. C. de donat. & ibi Bar. Bal. & Salic. bonus text. in l. ex liberis. C. de acquir. poſſeſſ. Felin. in cap. cũ cauſam nu. 3. de probat. & in cap. olim el 1. de reſtitut. ſpol. & ibi Innoc. Butr. & Abb. Socin. conſ. 266. nu. 11. Aret. conſ. 14 col. 4. Ripa in l. ſi aliquam rem nu. 40 ff. de acquir. poſſeſſ. poſt Spec. Bald. Socin. Cor. per eũ allegatos, canoniſtæ communiter præſertim Panorm. in cap. verum nu. 30. de foro compet. poſt Hoſt. Abb. in terminis noſtris conſ. 3. col. 5. verſ. venio ad quintam, vol. 2. dicens Doct. ita communiter tenere in cap. cæterum de iud. Aret. conſ. 14. colu. 4. per tex. in cap. ea te de iureiur. Franc. Marc. in ſimilibus terminis in ſuis deciſ. Dalph. d. deciſ. 455. nu. 20. & plurib. ſeq. Iacob. de Sanct. Georgio in ſua inueſtitura verſ. dictiq; Vaſſalli promiſerunt recognoſcere num 26. latè Beſſa. conſ. 31. col. 12. verſ. 1. quæritur, & ſeq. Mart. Laud. in tract. de confeder. pace, & conuent. princ. nu. 8. & his conſentiunt Spec. in tit. de feud. §. quoniã verſ. 15. & Bald. in l. 2. C. de oper. libert. & confert. reg. l. nã, & poſt-

ea

ea §. fin. cum seq. ff. de iureiur. l. non debet. ff. de reg. iur. & cap. 1. de confess. in 6 & ratio
59 potissima præmissorum esse dicitur, quia † interest directi domini non mutare vassallum, latè Abb. in d. cons 3. in 10. quæst. in cap. auditis nu. 20 vbi Felin. num. 26. & communiter Doct. de præscript. quibus omnibus saltem simul iunctis liquidò patet, nullum fieri posse pro Christianissimo Rege validum fundamentum in assertare cognitione prædictæ Adelaydæ, & donatione prædicti Thomę dicto Humberto, inuestituraq; inde sequta.

Nec aduersus directum dominium, superioritatemue Celsitudini Ducali vigore laudi prolati anno 1169. & inuestituræ subsequutæ spectanti pugnat negligentia Comitum non petẽdo fidelitates à Marchionib⁹ ab anno 1169.
60 vsque ad annum 1363. ex qua † dicunt inductam obliuionem, permissionem possessionis d. l. si de eo. §. si fortè. & l. si id, quod ff. de acquir. possess. Quia respõderi quoibus modi potest

Primò, quòd cùm requirere iuramentum fidelitatis, vel obedientiã præstari dependeat à voluntate domini, & propterea dicatur meræ facultatis non posse Vassallus ex non vsu
61 simplici libertatem præscribere, † nisi interpellatus recusauerit fidelitatem, vel obedientiam, tanquã liber præstare. Ias. cons. 37. in fin. vol. 1. Brun. cons. 35. nu. 3. & 4. & cons. 89. nu. 1 & seq. post. Bald. Alnar. Abb Felin. & Ias. per eum citatos, vbi dicit præsumi, quòd semper vassallus præstitisset obedientiam, & reuerentiam si fuisset interpellatus,

Secundò respondetur, quòd licet amittatur
62 † possessio, attamen non perditur directum dominiũ, nec ius superioritatis, nisi alius præscribat, aut acquirat teste Bald. in cap. ad audientiam, col. 2. vers. item nota. de præscript. per text. in l. nec vtile. ff. ex quibus causis maio. Bart. expresse in l. si ego, in fin. ff. de negg. gest. Et est de mente Bal. cons. 201. nu. 1. & 2. vol 1. Brun. d. cons. 89. num. 6. & 7. quinimo ex enunciatis in asserto arresto prolato anno 1390. apparet, quòd si Manfredus filius Thomæ Marchio de dicto anno 1390. notitiã habuisset de dictis inuesturis prioribus, vtique fidelitatem præstitisset Comiti.

Et si dicatur, præscriptionem longissimam tanti temporis cuius initij hominis memoria non extat in contrariũ à prædicto anno 1169. vsque ad annum 1363. fuisse inductam, & sic præscriptione esse acquisitũ directũ dominiũ dicti Marchionatus. Respondeti potest contrarium in facto esse verius, vt instrumentis inuesturæ anni 1235. 1291. 1320. & clarius anni 1304. plenè liquet.

Sed admisso, quòd non liqueret, adhuc respondeti potest, non fuisse aliquam præscriptionem contra prædictum Ducem, nec eius anteccessores. Nam si volumus proponere præscriptionem Marchionum, & tunc aut loquimur de præscriptione illius Marchionis, qui legitur inuestitus tempore prædicti laudi, & is quoad vixit, nullo tempore præscribere potuit propter malam fidem, cùm sciret Marchiam moueri de directo dominio Comitis, ab eoque se inuestitum fuisse. cap. fin. de præscriptione.

Prædicta adiuuãtur argumento eorũ, quæ dicit Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua vers. 44. de emphiteuta, quòd ex quo non habet ciuilẽ possessionem, sed naturalem tãtum d. l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. possess. cum similibus,
63 non potest † præscribere contra dominum, qui habet ciuilem. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vect. vel emphiteu. pet. nam ex quo à principio proposuit Marchiam, vti feudalem possidere, nõ potuit, nõn superueniente noua,
64 & iusta † causa, sibi possessionem mutare l. cũ nemo. C. de acquir. possess. & Spec. refert. & sequitur. Affilct. in tit. si de feud. fuer. controu. inter dom. & agna. §. si quis per 30. in 6. notabili num. 17. & seq. dicens de hoc esse text. rotundũ in l. malè agitur. C. de præscrip. 30. anno. per quæ iura dicit Felin. in cap. vigilanti col 4. vers. limita. 7. de præscript tolam possessionem naturalem, vel detentionem non inducere possessionem necessariam ad præscriptionẽ contra ciuiliter possidentem, quòd ẽt probatur in l. acquiritur in fin. iuncta. glo. ff. de acquir. rer. dom. Ias. latissimè in d. cons. 37. vol. 1. post multos Doctores per eum citatos, dicens hanc esse veram, & indubitatam communem iurisconsultorum opinionem, his proximè accedunt, quæ scribit idem Ias. in fin nu 55. & 56. ff. de constit. princ. post Bal. Ang. & Floria. & per text. in l. hęc autem iura. ff. de seru. vrb. prædio. quòd si dominus stetit annos centum, quibus vassallo non imposuit seruitium, nec vsus est in iurisdictione, propterea vassallus non præscripsit libertatem.

Nec etiam eius hæres, aut successor immediatus in dicta Marchia potuit præscribere, cùm mala fides defuncti eum afficerit, dica-
65 turque † ipse successor immediatus in mala fide, saltem ficta. l. cũ hæres. ff. de diu. & temp. præscrip. Bal de præscrip. in 2 par. 3. par. principi. quæst. 12. col. 5. & 6. & in 4. par. 4. par. princip. quæst 11. col. 2. dicens, hanc esse communem opinionem, & cùm non apparcat quo tempore perierint prædicti Marchiones, præsumuntur quilibet eorum vixisse annis centum glo. communiter recepta in l. 2. si dubitetur. ff. quemad. testa. aperi. Alex cõs. 1. nu. 43. vol. 5. Dec. cons 578. nu 10. & ex iuribus à Regijs deputatis producti⁹ sub capite Pedemontium ex exemplo sumpto per Verquerium sub vigesima Nouẽbris loquente de Ciuitate Taurini apparet prædictum Manfredũ Marchionem Salutiarum adhuc viuere anno 1222.

De præscriptione autẽ aliorum successorũ qui forsan potuissent ex persona propria præscriptionem inchoare, non apparet, quo tempore voluerint incipere prædictam præscriptionem, minusq; quòd fuerit perfecta, præsertim ante prædictum annum 1235. quo fuit facta inuestitura de omni, & toto eo, quod ipse Marchio à dicto Comite tenebat in feudũ, vbicunque esset, & specialiter de Bargijs, & quibus-

quibuſdã alijs locis, adiecta prouiſione, quòd ſi adiſcere poterit, ipſum Marchionẽ, vel eius anteceſſores aliquid aliud tenuiſſe in feudum ab ipſo Comite, id totum ei ſignificaret, & recognoſceret. Item ex inſtrumento mandati quondam Thomæ Marchionis Saluciarũ ad aſſumendũ inueſtituram ab Amedeo Comite ſpecialiter de quibuſdam caſtris, & generaliter de toto eo, quod apparet ipſum Marchionem tenere, vel tenere debet de anno 1291. ex quibus liquido conſtat, prædictos Marchiones non habuiſſe animam acquirendi directũ dominium debitum prædictis Comitibus. verùm potius illud conſeruandi, ergo neceſſario ſequitur, quòd non præſcripſerint aliquod directum dominium, cùm ſine poſſeſſione, vel
66 quaſi præſertim ciuili, regulariter † non procedat præſcriptio, cap. ſine poſſeſſione de reg. iur. in 6. & poſſeſſio non acquirit niſi animo, & corpore, quorum altero ceſſante non acquiritur. l. 3. ff. de acquir. poſſeſſ.

Nec Duci officit recognitio inde facta Dalphino dicto anno 1343. cũ ſit poſterior, ideo
67 † vitioſa teſte Bald. in cap. licet cauſam col. 4. de prob. nec primis recognitionibus factis Comitis Sabaudiæ inueſtituriq; inde ſub ſequutis nocet, vt cõcludit Abb. poſt Hoſtien in c. verum nu. 30. de foro compet. Guid. Pap. dec. 305. Franc. Mart. d. deciſ. 455. num. 22. iunctis alijs ſupra plenè aliegatis.

Et alio quidem apud me vrgentiſſimo argumento, non potuerunt Marchiones præſcribere directum dominium Marchionatus ſum pto arg. 4 ſufficienti partium enumeratione,
68 quod in † iure eſt validiſſimum vulg. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieu. iur. Nã aut dicimus d. Marchiones, prout pars aduerſa aſſerit à prædicto anno 1169. vſque ad annum 1210. quo propter aſſertam recognitionem Adelaydæ dicuntur iucepiſſe recognoſcere Dalfinos, non recognouiſſe Com. Sabaudiæ, nec alios dominos, & iſto caſu, cum non præterierit tempus centum annorũ, iure cautum eſt, eos non potuiſſe aduerſus prædictos Comites directum dominium præſcribere, ita vt ipſi Marchiones nullum aliud in ſu-
69 periorẽ recognoſcerent, eſſentque † acephali iuxta glo. & communiter canoniſtas in cap. cum non liceat, in cap. ad audientiã, & in cap. auditis de præſcript. Rom. conſ. 371. Franc. Marc. d. deciſ. 455. num. 11. Iaſ. in l. fin. nu. 55. ff. de conſtit. prin. Balb. de præſcript. in 2. par. 5. par. princ. quæſt. 12. verſ. ſexto quæro.

Aut dicimus, dictos Marchiones aliquos alios dominos recogoouiſſe, & hoc caſu im-
70 poſſibile eſt, quòd præſcripſerint † aliquod directum dominium, quod non poſſidebant, ſeu quaſi, moder. Paril. in 1. par conſuet. Pariſ. §. 35. num. 13. & 14. poſt Bart. & Ancha per eum allegatos, ità quòd nullo tempore dici poſſunt Marchiones præſcripſiſſe prædictum directum dominium, & ſuperioritatem, cùm animum illud poſſidendi non haberent. arg. l. cùm nonſtimi §. fin C. de præſcript. 30. anno-
71 & † ſine poſſeſſione in corporalib", vel quaſi, in incorporalibus, non procedat præſcriptio cap. ſine poſſeſſione de reg. iur. in 6. l. qui in ſeruitute. ff. de reg. iur. l. ſine poſſeſſione. ff. de vſucap. Balb. de præſcript. in 3. par. 3. par princ. col. 1. & ſeq. Pariſ. conſ. 21. nu. 1. ita in terminis noſtris decidit Balb. de præſcript. in 4. par. 4. par. princ. quæſt. 11. col. 2. poſt glo. Bar. Bal. Salic. Ang. Pau. de Caſtr. & Iaſ. per eum allegatos, amplians hoc procedere, non ſolum reſpectu ipſorum vaſſallorum, ſed etiam eorum ſucceſſorum. arg. l. neque. C. de vſufruct.

Accedit quod quatenus dici poſſet, prædictos Marchiones præſcripſiſſe, receſſum dicitur à iure quæſito præſcriptione, ex donatione, tranſactionibus, inueſtituris, iuramentis,
72 fidelitatibus † & recognitionibus, inde factis, quas ſupra plenè probauimus. Alex. poſt Spec. & Bart. per eum allegatos in conſ. 118. nu. 10. verſ. quinimo ſi præſcripſiſſet vol. 2. Et ex his puto concludenter ſublatũ omne fundamentum, quod fieri poſſet prætextu allegatæ præſcriptionis ipſorum Marchionum aduerſus directum dominium Comitum ſiue Ducum Sabaudiæ.

Aut volumus loqui de præſcriptione Dalfinorum, & tunc, ſi loquimur reſpectu Guigonis prætendentis titulum ex enuntiata recognitione, & inueſtitura Adelaydæ, certè non potuit is præſcribere, cum nullam, vt ſupra probauimus, ex dicta recognitione acquiriuiſſet poſſeſſionẽ, ſeu quaſi, cùm non apud Adelaydam, ſed penes Manfredum Marchionem eſſet, Bald. in d. l. 2. col. 8. C. de ſeruit. & aqua poſt Innoc. in cap. olim inter. de reſtit. ſpolia. & ſine poſſeſſione, vt ſæpè dictum eſt, non procedit præſcriptio. At concedamus citrà veritatis noxam, vtranq; poſſeſſionem fuiſſe penes Adelaydam, adhuc dicitur nullã fuiſſe translatam in Dalfinum, non quidem naturalem; quia eam noluit tranferre, ſed penes ſe retinere, glo. magna in fine in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſeſſ. glo. in fi. vt certo. §. ſi duobus vehiculum in verbo. dominum. ff commoda. & in l. licet, in fine magnę glo. C. de acquir. poſſeſſ. nec ciuilem, qua nulla traditio vera, vel ficta interuenit ſine quarum
73 † altera non acquiritur in caſu noſtro aliqua poſſeſſio, Curt. iun. in d. l. traditionibus col. 2. C. de pact. nam in ea acquirenda, vt prædictũ eſt, requiritur animus proprius, & corpus ſaltem alterius d. l. licet, in princ. C. de acquir. poſſeſſ. & l. quod meo in princ. ff. eo. tit. de acquir. poſſeſſ.

Ex præmiſſis conſequens eſt, vt ſicut Dalfinus etiã ſi antea fuiſſet dominus, & poſſeſſor prædicti Marchionatus, non tranſtuliſſet vigore dictæ inueſtiturę veluti abuſiuæ, ac ficię, & in loco multum remoto à dicto Marchionatu factæ, vtile dominium, nec naturalem poſſeſſionem in prædictam Adelaydam teſte Bald. in cap. cęterum, col. penult. de iud. & Iaſ. in prædicta l. traditionibus. C. de pact. latè Affict. in 1. in 1. lib. quæſt. regni. d. quæſt. 22. ſic prædicta Adelayda nullam poſſeſſionem in Delfinum virtute prædictæ verbalis recogni-

tionis

tionis trā fallit, cùm correlatiuorum eandem sit virtus. l. in C de indic. vidui toll. Bald. in 4. cap. ceterū, col. 3. eo maximè, quia ciuilis possessio haberi non potest, nisi ei correspondeat dominium, seu quasi Bald. in tit. de his, qui feud dare possunt, in verbo, Marchio col. 1. Afflict. d. quæst. 22 col. 2. & dominia nō aliter transferuntur, nisi sequuta traditione vera, vel ficta, vt supra abundè probatum legitur, sed in recognitione Adelaydæ nō intervenit aliqua traditio vera, vel ficta, ergo ciuilem possessionem non acquisiuit Dalphinus, proinde præscribere non potuit, præsertim propter eius malam fidem, cùm non solum dicatur malæ fidei, qui scit, vel scire debet rem nō esse cōtrahentis, sed etiam qui credit eam esse contrahentis, tamen scit, vel scire debet con-
74 tractum non valere, quia titulus † nō sufficit, non existente iusta causa putandi contractum valere. l. Celsus, & ibi glo. ff de vsucap. Balb. de prescript. in 2. par. 3. pat. princ. quæst. 1. vers. ex quo nota. At prædictus Guigo sciebat, seu scire debebat, quæ paria sunt l. quod te. ff. si cert. petat prædictam Adelaydam eius neptē, non esse dominam Marchionatus, & ei nullo iure pertinere, stante maximè alio Marchio-
75 ne, cùm coniuncti † & vicini præsumantur habere notitiam qualitatis, & iuris suorum eō iunctorum, & vicinorum. l. octaui. ff. vnde cogna. l. si ita, in fin. ff. de fund. instr. cap quoddā de præsumpt. Bart. in l. 1. col. 3. ff. si cert. petat. Dec. cons. 36. num. 8. cons. 206. nu. 6. Balb. de prescript. in 4. par. 4. par. princ. in 29. quæst. col.
76 3. ergo † propter malā fidem non potuit aliquo tempore præscribere cap. fin. de prescrip. Card. Paris. cons. 110. num. 101. & seq. & cons. 114. num. 9. & seq. vol. 1. post Innoc. Ant. de Butr. Bart. Bald. Imol. Io. de Mileis per eum allegatos, Signor. cons. 10. col. 13. vers. plus dico.

Idem potest dici de eius hærede, & successore Abb. d. cons 3. quæst. 14. & ratio esse potest,
77 quia producendo † titulum inualidum tollitur præsumptio tituli validi, & bonæ fidei resultantis ex antiquissima prescriptione, ita sentit Afflict. in tit. si de feud fuer. controu. inter dom. & agnat. §. si quis per 30. in 6. not. num 6. arg. l. non solum. §. de vno ff. de ritu nup. & l. omnes. §. Lucius. ff quæ in fraud. cred. conueniunt, quæ dicit ibi Afflict. paria esse, non producere inuestituram, & procedere inualidam, quod intelligitur in odium producentis.

Si verò loquimur respectu aliorū Dalphinorum, cùm non constet quo tempore perierit prædictus Guigo, nec quo tempore successores inceperint esse in quasi possessione directi dominij prædicti Marchionatus, deque eorum animo acquirendi prædictum directum dominium, non possunt dici præscripsisse, iuribus supra allegatis. Et si dicatur Dalphinos saltē incepisse præscribere de anno 1291. quo dicitur facta asserta recognitio, & fidelitas à Thoma Marchione Salutiarum Dalphino.

Respondetur, non constare de dicta recognitione, & fidelitate, nisi per relationē factā in dicto exēplo sententiæ prolatæ anno 1390. cui non creditur, non constito de relato dict. auth. si quis in aliquo. & dato, quòd constaret, dicitur facta ex erronea, & infecta causa propter assertam recognitionem Adelaydæ nullam, & inualidam, vt supra probauimus, nam putans dictam recognitionem eum afficere, iterum recognouit, & propterea non transtulit directum dominium in dictum Dalphinum, etiam si vera traditio intervenisset, text. est in l. dedi. §. subtilius. ff. de cond. cau. data, vbi Bart. & in l. 1. col. 2. vers. 3. casu. ff. de offic. procu. Cæsa. & in d l. si aliquam rem, num. 5. & ibi Rip. num. 16. & 17. ff. de acquir.
78 possess. vbi † errore recognoscens rem suam, vti alterius, non transfert dominium facit tex. in l. nec ignorans. C. de donat. quem ad recognitionem erroneam in materia feudali citat Bald. in tit. de feud. guar. nu 7. relatus à Felino in cap. quod super, nu. 3. de fid. instr. & Iacob. de S. Georg. in sua inuestitura in verbo, dictiq; vassa. promisse. recogno. nu. 13.

Et quòd nō acquisierint aliquod directū dominium, seu superioritatem in dicto Marchionatu præsertim titulo præscriptionis vsq; ad annum 1343. manifestè probatur ex asserto instrumento donationis Thomæ Marchionis Humberto Dalphino anno 1343. vlt. Octobris, quo prædicti Thomas, & Humbertus fatentur prædictum Marchionatum pertinere pleno iure ipsi Thomæ, & esse de eius puro, & franco allodio, absque eo, quòd ab aliquo antea teneretur in feudum, si igitur tenebatur à prędicto Thoma iure allodij, & pleno iure, à nemineque in feudum recognoscebatur, ergo nec etiam à prioribus Dalphinis pēdebat, quò fit, vt præscribere non potuerint sine possessionem d. l. siue possessione. ff. de vsucap. cū similibus, & hinc fundamēto non video iure posse responderi.

Aut verò loquimur de præscriptione post prædictum annum 1343, & respondetur eam non procedere contra dictos Comites, stante eorum priori iure, & continuata possessione, seu quasi, de qua constat iuribus supra allegatis, quò fit, vt asserta possessio, seu quasi Dalphinorum dicatur clandestina respectu antiquioris, & titulatæ possessionis ipsorum Comitum, quibus, vt supra probauimus, non potuit fieri præiudicium, quam longissimo tempore cōtinuauerunt pacificè quoad ipsos Dalphinos, illis scientibus, leu saltem eorum magistratibus, vt apparet instrumento recognitionis, & iuramenti fidelitatis Federici Marchionis erga Amedeū Comitem Sabaudiæ in præsentia gubernatoris Dalphinatus, recepto per Ioannē Rauasij de anno 1364. vltima Februa
79 rij, quorum gubernatorum † scientia, iuxta communem conclusionem, sufficeret ad inducendam præscriptionem inferioris aduersus superiorem. Bart. in l. si publicanus. §. fin. ff. de publie Bal. cons. 201. in fine vol. 2. Balb. de præscript. in 2. par. 5. par. prin. vet. f. 2. quæst. est. an requiratur, post Bar. Card. Imol. Panor. Alex. Ias. Iacob. de Sancto Georg per eum allegatos,

80 allegatos, addens quòd ex scientia † officialis præsumitur notitia domini Boer. quæst. 264. nu. 19. Crau. de antiq. temp. in 4. par. nu. 136. Dydac. lib. relec. regulæ possessor malæ fidei par. 2. fol. 157. post Bart. Abb. Aret. Iacob. à Sancto Georg. Bald. Tiraq. & Crau. per eum relatos, ergo multo magis scientia prædictorum officialium protulit ad inducendam præscriptionem Comitum, & Ducum Sabaudiæ, qui eo respectu non erant inferiores, seu subditi Dalphinorum argu. auth. multo magis. C. de episc. & cler.

Et hac scientia, & patientia attenta, præfatus Comes ponit in oppidis à Marchione retentis præscripsisse, prout præscripsit directû dominium aduersus prædictum Dalphinum spatio longissimi temporis. In oppidis verò, quę ex aduerso tanquam alias esserit de dicto Marchionatu, petuntur, præscripsisse directû, & vtile dominium tanto tempore cuius initij memoria non extat in contrarium, & per Cõmites, & Duces legitimis multiplicatis, & cõtinuatis titulis, scientibus, patientibus, & non contradicentibus Marchionibus Salutiarum, Delphinis, & eorum successoribus pro tẽpore existentibus, continnè, & pacificè ab anno prædicto 1363. vsque in annum 1536. prout apparet ex instrumentis, laudi, remissionis factæ die 5. Augusti anno 1363. & 1304. vndecima Februarij, accedẽtibus pluribus rescriptis confirmatorijs Caroli Quarti Imperatoris, & alijs pluribus tractationibus, recognitionibus, & inuestituris supra designatis.

Ex quibus negari non potest, consolidatũ fuisse in ipso Comites, & Duces vtile dominium dictorũ oppidorum cum directo, quod ipsos Marchiones prius vtiles dominos prædictorum locorum, & acquisitam conditionem præscribendi directum dominium aduersus dictos Dalphinos, si aliquod apud eos extitisse dici posset, vt latissimè concludit Bald. de præscript. in 2. par. princ. quæst. 2. col. 3. & 4. dicens Doctor. ita communiter concludere, & in 1. par. 3. par. princ. quæst. 12. facimt quæ
81 latissimè idẽ scribit de præscript. † cuius initij memoria non extat in contrarium in 2. par. 3. par. princ. quæst. 6. col. 4. & seq. & in 1. par. 5. par. princ. col. 6. vers. 2. limita. post glos. Ang. Bald. Abb. Anch. Alex. Socin. & Felin. per eũ allegatos. Paris. in rub. de præscript nu. 14. & 16. Dec. consi. 496. nu. 5. & 6.

Quinimò, dato citra veri præiudicium, quòd Delphini à prædicto anno 1342. incepissent præscribere directum dominium, & superioritatem prædicti Marchionatus aduersus ipsos Comites: dicitur huiusmodi præscriptionem fuisse naturaliter interruptam in prædictis oppidis naturaliter, & ciuiliter à Comite possessis, in quibus Dalphini nunquam, præsertim post prædictum annum 1363. aliquem actũ respicientem directum dominium, & superioritatem fecerunt. I naturaliter, & ibi Bart. ff. de vsucap. glo. & Doctores in l. cùm notissimi. C. de præscript. 30. annõ. canonistę communiter in cap. illud de præscript. Balb. late in 3. par. 6. par. princ. quæst. 1. Ite m fuisset interrupta ex quo scierunt Marchiones fidelitatem fecisse Comiti Sabaudiæ, Bald. in 1. non ignorabit. C. ad exhibendum, quem refert, & sequitur Dec. consi. 400. nu. 7.

Nec officit, quòd ex aduerso obijcitur cõtra laudum prolatum anno 1363. 5. Augusti, & omnia in eo contenta, illud scilicet. tanquã vi vel metu factum irritum esse. I. fin. C. de his quæ vi metúsve cau. fiant. I. in omnibus cautis pro facto, ff. de reg. iur. cũ similibus, quia multifariè potest responderi. Primo nullam vim fuisse, nec probaria tunc Comite Sabaudiæ illatam

Nam quod attinet ad oppida, quæ tunc à Comite possidebantur, & quæ Marchio prædictus Comitem retinere consensit, non apparet aliquã vim præsertim expulsiuam, in eius fuisse à Comite illatam, tum quia non cõstet, Marchionem in eorum possessione tunc extitisse, cùm nec appareat Comitem, vel alium eius mandato, aut nomine vi oppida prædicta
82 occupasse, nec † ad hæc probanduni sufficeret fama, vt concludit Bald. consi. 68. in fine volu. 3. ergo militat reg. l. qui accusare. C. de edendo.

Nec argumentum, quod adducitur ad probandum prædictam vim illatam fuisse in dictis oppidis dimissis, videlicet ex eo, quod laudũ legitur prolatum in exercitu ante Salutias, est concludens, ex reg. l. non hoc C. vnde legitimi. I. neque natales. C. de prob. l. fin. C. de cal. fieri enim potuit exercitum Comitis esse ante Salutias, nullam tamen vim in prædictis oppidis à Comite possessis, & à loco Salutiarum distantibus, & separatis illatã fuisse. Nec etiam dici potest vim fuisse illatam respectu Ciuitatis Salutiarum, contra quam exercitum constituerat Comes Sabaudię, quia non sequitur, ergo Marchionẽ vi expulit, cùm ex obsidione necessariò ad expugnationem non arguatur, prout experientia rerum magistra nõnun quam docuit.

Et si dicatur ex prædicto exercitu saltẽ vim compulsiuam, & metum in dicto Marchione præsumi ad compromittendum in prædictos arbitros, seu arbitratores, respondetur huiusmodi metum non præsumi cadere in constantem virum, cùm credendum sit Marchionem Ciuitatem Salutiarum multis hominibus armatis munitã tunc habuisse, nec apparet Comiti affuisse tormẽta bellica quibus posset prę dictam ciuitatem mœuijs, turribus, fossiue circundatam expugnare hinc consequens est, vt
83 † considerabilis iure non dicatur huiusmodi metus cùm in virum constantem non contigisset. I. metum. ff. de eo, quod metus cau. I. interpositas. C. de transact. cap. cùm dilectus eodem tit. Iaf. consi. 72. nu. 1.

Et admisso citra veri præiudicium, & hæc erit secunda responsio, quòd dici posset vim aliquam, metumve, Marchioni fuisse à Comite illatum, dicitur huiusmodi metum, & vim licitè potuisse inferri, bellumque, quod inter ipsos Comitem, & Marchionẽ ante exiterat

(vt ex cronicis, & assertis iudicijs liquidò constat teste Bartol. in l. legata ff. de adi. lega. circa fin. quem seq. Afflict. si de feud. fue. contro. inter domin. & agnat. §. naturales in 4. not.) re-
84 nouare, inducarum † enim tempore finito sine noua indictione seu diffidatione posse bellum renouiseere sentiunt Bald. de pace const. 1. vers. vassalli 2. in fin. Dec. in cap. nouit nu. 6. de iud. post Bald. in c. volentes de offic. deleg. & alios per eum citatos.

Nam cùm ex iuribus supra nomine Serenissimi Ducis designatis præsertim sententia arbitramentali anni 1369 donationibus, recognitionibus & inuestituris annis 1235. 1395. & alijs factis manifestè appareat Marchiones Salutiarum recognouisse Comites Sabaudiæ in eorũ directos dominos prætextu dicti Marchionatus, & Thomam Marchionem patrem Federici, ipsumq; Federicum à fidelitate defeciſſe, multas expilationes, damnaque subditis Comitis Sabaudiæ, & Principis Achaiæ intuliſſe, inferentibusque opem præstitiſſe, vt ex Cronicis, & instrumento inuasionis & spolij loci Buschæ anno 1349. decima Augusti liquet, inuestituraq; de Marchionatu à Luchino domino Mediolani anno 1348. & à Bernabone etiam domino Mediolani an. 1360. accepiſſe, proinde inobedientes, rebelles que fuiſſe, necessariò sequitur prædictum Comitem iure potuiſſe pro sua iurisdictione, iureve tam respectu directi dominij, quam possessionis, seu quasi superioritatis tuendo, ve-
85 luti in eo turbatus, † & quodammodo spoliatus bellum contra ipsum Marchionem mouere, seu potius renouare, ac eum vtili dominio dicti Marchionatus præsertim prædictorum oppidorum propria authoritate priuare argumen. cap. authoritatem 15. quæstio. 6. & ibi glo. cap. iustum, & cap. dominus noster 23. quæst. 2. cap. dilecto in fine de senten. excom. in 6. Abb. & canonis, in cap. olim nu. 7. de restit. spolia. quem refert, & sequitur Ancha. consil. 287. col. fin. Card. consil. 19. colum. 2. Bald. in repet. l. si quando in 9. & 10. quæst. C. vnde vi Grat. respons. 9. nu. 53. & plurib. seq volum. 1. Et hæc præsertim procedunt, vbi non adesset
86 † copia alicuius iudicis superioris, vel non timebatur à Marchione agebatur q; de maximo damno Comitis arg. not. in leg. si alius §. bellissimè ff. quod vi aut clam. vbi glo. in verbo, & magna, & ibi Bartol. & Alexan. in apostillis, glo. in Innllus C. de iud. in l. generali C. de decu. lib. 11. Bartol. in l. hostes num. 9. 10. & 15. & ibi Alexan. ff. de capt. & postlimit. reuer. Bal. in rep. l. 1. colum. antepen. C. vnde vi Alexand. in l. 1. §. nunciatio colum. 1. & sequ. ff. de oper. nou. nunciat. vbi plura cumulat, & consil. 11. colum. fin. & consil. 135. num. 2. volum. 1. Bartol. in l. 3. §. cùm igitur ff. de vi & vi arma. quem sequitur Fel. in d. cap. vigilanti num 8. latissimè Sayssel in repet. l. vt vim colum. 44. ff. de iustit. & iure & in l. ex hoc iure colum. 5. versic. hoc autem, eodem titul. Marin. Laud. in tract. de Bello q. 5. Abb. latè in cap. 1. num. 5. versic. ex quibus dictis, de imun. eccle. & in cap. 1. nu. 10. de dolo, & contum. Felin. in cap. 1. nu. 14. de iud. Rub. consil. 13. num. 8. & 9. Socin iun. consil. 68 num. 74. & plurib. sequ vol.
87 3. Rebuff. de reticis. contract. gl. 12. nu. 7. † Idq; consuetudine notoria principium Italiæ introductum est; vt possint inuicem ex iusta causa bellum mouere.

Non obstat quod dicitur Comitem debuisse Imperatorem prius adire, quàm arma mouere, aut saltem causa cognita aduersus prædictos Marchiones procedere, eosque conuincere de culpa, saltem ad effectum euocandæ possessionis, vt notant Doct. in tit. de feud. sine culpa non amittend. quia præmissa procedunt, nisi fellonia esset talis, qua vassallus feudũ perdidisset ipso iure, & sic esset iniuria notoria, quæ secum traheret executionem, quia tunc eña transit in successorem querella non præparata, nec indiget aliqua sententia iudicis & dominus tunc potest inuadere possessionẽ propria authoritate, & procedere parte non citata; ita tenent Innoc. Hostien. Abb. & communiter Doct. in cap. ea te per illum text. de
88 iureiuran. concludentes, vassallum † ipso iure & facto amittere feudum, quando alium dominum recognouit, eiq; iramentum fidelitatis præstitit, & his concordat glo. de prohib. feudi alienat. per Federicum §. callidis, in verbo, reuertatur, Alex. consil. 124 nu. 2. volum. 1. Bal. in d. tit. de prohib. feudi alien. per Feder. §. in super col. fi. vers. ex his etiam apparet, ponens exemplum in fellonia commissa in allenando, quæ contrahitur ipso iure, quem ibi sequitur Præpos col. 3. in fin. Abb. d. consil. 3. in 9. quæst. col. 9. Socin. consil. 37. nnn. 22. & & 23. & consil. 4. nu. 27. & seq. eod. lib. 3. Marsil. in rubr. de probat. nu. 216. vbi expresè dicunt quod quando rebellio est notoria, potest, princeps priuare, reis non citatis, quòd præsertim militat etiam respectu euocandæ possessionis,
89 vbi † fellonia esset notoria in committendo, prout in casu nostro, ita concludit Felin. in d. cap. Rodulphus num. 37. de reseript. Afflict. in tit quo tempore miles §. sancimus colum. 4. vers. secundus casus fallentiæ, & tribus colum. seq. vbi col. 6. & 7. post Bart. Bald. Iser. & Luc. de Penn. affirmant, dici notoriam felloniam, qua constat instrumentis publicis, quod etiam sentit Alex. d. cons. 124. colum. 2. in princ. vol. 1. Dec. cons. 422. num. 13. quibus concedat Cravet. cons. 18. num. 7. post Bald. Abb. Cor. Fulgos. & Socin. per eum citatos, Paris. consil. 101. nu. 19. & seq. vol. 1. Egid. Bos. de Principe nu. 288. & seq.

Suprascriptis deseruiunt scripta Bal. in d. tit. de feud. sine culp. non amittem. in prin. vers. sed sine aliqua declaratione, post Inno in cap. ex ratione de appel. quem refert, & sequitur Alex. consil. 6 col. fin. vol. 3. quòd quando vassallus ratione culpæ est priuatus ipso iure, si sine aliqua declaratione sit facta executio, non propterea dicitur contraria iuri; Sed in casu nostro constat de fellonia notoria per instrumenta fidelitatum factarum aliis Principibus non recognoscentibus nunc saltem de facto

Imperatorem, item de inuasione castrorum possessorum à Comite, siue à Principe Achaiæ, ergo iure potuit Comes arma contra Marchionem, bellumve mouere, aut renouare vt expressè in simili casu respondet Paris. consil. 1. num. 16. 17. & num. 33. & pluribus seq. vol. 1. quo sit, vt attentis inuestituris, homagijs, iuramentis fidelitatum, nec non fellonijs ipsorum Marchionem erga prædictum Comitem præstitis, & commissis, liquidò constat precedente legitima, & iusta causa proueniente ex culpa, & facto dicti Marchionis, fuisse motum seu renouatum bellum, metumve illatum, & propterea † laudum prædictum ex eo capite irritum dici non posse, nec habere locum edictum de eo, quod vi, metusve causa gestum est l. si mulier vbi glo. & Bar. & in l. qui in carcere ff. de eo quod metus causa gestum erit, & in l. qui neq; §. solutum ff. de verb. signific. gl. in cap. ad eius in verbo, inuita, distinctio. 5. Innoc. in cap. cùm locum de sponsa Dec. in d. l. in omnibus causis num. 2. ff. de reg. iur. post Batt. Alexan. & Paul. de Castro per eum citatos & in cap. fin. colum. 1. de appell. Alexand. cons. 99. num. 1. volum. 3. Afflict. decisio. 149. num. 5. his arridet text. in l. quis sit fugitiuus §. 1. ff. de ædil. edic. vbi fugitiuus non dicitur, qui ex causa aufugit, sic vis legitimè illata, non dicitur vis, Decius. consil. 42. num. 6. hinc dicit Socin consil. 38. num. 3. volum. 3. per text. in l. fin. ff. de eo quod met. causa quod recepta per metum non sunt restituenda, si edocetur de iustitia inferentis metum, Romanus consil. 369. colum. 3. in princip. post Ioannes Andr. quem dicit communiter receptum.

Et dato citra veri præiudicium, quòd aliqualis metus, seu timor fuisset à principio in ipso Marchione respectu compromissi, non propterea laudum, seu arbitramentum potest dici metu prolatum l. 3. §. 1. iuncta. leg. qualem ff. de recept. arb. quas ad hoc coniungit Dec. d. consil. 42. colum. 4. versic. non obstat quod sententia, post Bal. in l. cùm non solum §. necessitate col. 2. versic. sed pone iudex. C. de bonis quæ liberis, hinc sequitur, oppida, quę proponitur fuisse de Marchionatu Saluciarum, & Dimissa penes Comitem vigore dicti laudi, & pacis, siue concordiæ in eo contentæ; non dici retenta, & acquisita ex causa belli, sed pacis, vti proxima, quamuis bellum fuerit causa mediata, argumen. l. in bello iuncta glo. ff. de capt. & post limit. reuer. vbi, & si capris in bello, & redeuntibus tempore pacis sit postliminium, id tamen dicitur postliminium in pace, & quod recuperatur non dicitur recuperatū ex causa belli, sed pacis, quæ est exclusiua belli.

Præmissis alludit, quòd argutè dicit Bald. in tit. de prohib. feudi alien. per Feder. §. illud, nu. 1 † quòd quando prima dispositio inducit sequentem, sed non includit necessario eius effectum, tunc ex secunda includitur eius effectus, & actio competit ex secunda nos autem ex prima arg. l. quæcunq; gerimus. ff. de actio. & oblig. nam bellum quidem inducit pacem, sed non includit cap. noli. 23. q. 1. quia pax est exclusio belli, ideo acquisitum ex laudo ex causa pacis proxima, non ex bello dicitur acquisitum.

Potest, & tertio responderi, esse probatum, attenta iuris communis dispositione prædictā arbitralem sententiam, siue conuentionem fuisse sponte factam ex eo, quòd facta prædicta conuentione, exercitus à Comite dimissus, habitāve facultate confugiendi ad Dalphinum primogenitum Regis Francorum, seu Lucem Mediolani (quos in dominos lic et in debito, dicebatur recognoscullie, & qui potentiores dicto Comite erant) non confugit arg. l. fin. ff. de lib. exhi. & notariorum per glos. fin. & DD. in d. cap. ad id quod. de iponf. & matri. † vbi adducit versus, effuge cum poteris ne consensiste puteris. Nam si per stitteris illius vxor eris, & in cap. ex litteris de desponsi. impub. Alciat. cons. 5. nu. 14.

Quartò respondetur, quòd quatenus constare posset compromissum laudumve, seu conuentionem vi vel metu fuisse factam, attamen ex subsequentibus ratihabitionibus, inuestituris, & iuramentis fidelitatum sponte, & ex interuallo in alieno territorio, in præsentiaque Magistratus factis. in quibus causa dicti metus cessabat, † purgatus dicitur l. 2. & ibi glo. Bar. Bald. Ang. Alber. Alex. & Paul. de Cast. C. de his quæ vi metusve causa gesta sunt c. accepta de restit. spolia. glos. in d. l. si mulier, in verbo, ratum ff. de eo quod metus causa gestum erit, vbi dicit, † ex isto posteriore consensu posse causari præscriptionem, maximè longissimi temporis: sequitur etiam glos. in d. l. qui in carcerem, leg. si ob turpem, vbi glos. ff. de condit. ob turpem causam, Dec. in d. l. in omnibus causis, num. 12. ff. de regul. iur. post Bald. Gem. & Alex. in consiliis per eum allegatis, Socin. consil. 4. num. 22. volum. 3. Iason. cons. 73. num. 1. volum. 1. & cons. 227. colum. penult. Rebuff. de rescind. contract. glos. 12. num. 5. Idque maximè dicitur procedere in oppidis à Marchione dimissis, & à Comite retentis l. qua in ratione §. interdum ff. de acquiren. rer. domin. & §. interdum institut. de rer. diuisio. leg. minus instructus C. de acquir. possess. l. penult. C. de vsucapien. pro empt. & pro transac. Iason. d. l. traditionibus num. 7. C. de pact. bonus text. in l. quamuis ff. de furt. vbi & si res furtiua non possit vsucapi nisi ad dominum reuertatur, tamen si furi dominus contractu aliquo dimiserit procedit vsucapio, cui accedit tex. in l. certè §. Iul in fin. ff. de precar.

Nec obstat l. si pro fundo, in fin. C. de transact. quia potest responderi, quòd ibi dimissio non fiebat ad finem transferendi dominium, sed solùm, vt importeretur finis controuersiæ. At in casu nostro dimissio fit ad finem transferendi saltem vtile dominium, quod dicebatur esse penes Marchionem, ergo ex ea transferri potuit, Iason. d. l. si pro fundo in 6. nota. C. de transac. quod præsertim locum sibi vendicat quando dimittens habet causam à retinente arg. glos. fin. in d. l. si pro fundo, & sic

ſic in caſu noſtro, in quo Marchio dimittens fuerat inuestitus & ſic cauſam habebat à Comite, vt ex inſtrumentis ſuperius deſignatis appareat.

Poſſet etiam reſponderi, dato quod res dimiſſa non poſſet præſcribi attamen illi actioni, ſiue iuri, propter quam ſeu quod ad tranſactionem deuentum eſt, præſcribitur, Hoſtien. in ſumma de vſucap. in tit. de tranſact. lib. 2.

Sed vana videtur huiuſmodi de præſcriptione contentio, quia ſi præſupponimus Marchionem fuiſſe dominum prædictorum oppidorum, non ne ex ipſa dimiſſione fuit translatum dominum quod habebat? certè ſic text. eſt in l. ſi ſeruus in fin. ff. de acquir. rer. domin. vbi ſi rem meam poſſideas, & eam velim tuã eſſe, fiet tua quamuis poſſeſſio apud me non fuerit, cui ſimulatur tex. in l. 2. C. de acquiren. poſſ. & in l. ſequitur §. tunc in poteſtate, verſ. idem dicendum eſt, & ſi voluntate mea alij tradita ſi ff. de vſucap.

Et quod ſequens ratificatio, recognitio, & fidelitas fuerit ſpontè facta, clarè apparet ex eo quod præmiſſa facta leguntur ex interuallo anno ſeq. 1364 in caſtro ſiue Baſtita Monislupelli patriæ Dalphinatus, præſẽtibus pluribus perſonis fide dignis, præſertim Rodulpho domino de Luppij gubernatore Dalphinatus, & ceſſante exercitu Comitis, ex quibus omnibus tollitur præſumptio violentiæ, imo probatur libera, & ſpontanea voluntas tolliturq; omnis metus, ſi quis ante fuiſſet, & tenet contractus. l. ſi per impreſſionẽ. C. de his quę vi metusvè cauſa fiũt, vbi conuentio facta cũ eo qui conſtitutus eſt in aliquo officio, in prouinũa, vel loco vbi cõtrahitur, reſcinditur tamquàm per impreſſionem facta, ergo a contrario ſenſu, ſi fiat in alio loco, cui non præſit contrahens, non reſcinditur, veluti metu facta, cui, adſtipulatur tex in l. vni C. ſi rector prouin. l. vnic C. ſi quacunq; pręd. poteſtas in earum ratione, & Bart. in d. l. ſi ob turpem, colum. fin. verſ. item exemplum eſt. ff. de cond. oſi turpem cauſam, quem refert, & ſequitur Alex d. conſil. 98. colum. fin. verſ. dicit enim Bald. volum. 3. affirmans docto. communiter
95 tenere, metum cenſeri purgatum, ſi † ex interuallo, & alio loco, vbi ceſſet cauſa metus ratificatur, his accedit l. non eſt veriſimile. ff. de eo, quòd met cauſa geſt erit Abb. & communiter doctor. in d. l. 2. C. de his, quæ vi, metusvè cauſa fiunt. Pariſ. conſil. 10. num. 52. & ſeq volum. 1. hinc dicit ibi Bal. colum. 2. quòd actus ſequens ſponteus duo operatur, primo purgationem præcedentis actus, ſecundò renũciationem exceptionis metus; quòd coadiuuatur ex dictis gloſ. magnę in d. l. 2. in verſ. nam quia certum erat, quam ſequitur Ang. ibi col. 2. verſ. item nota litteram, quòd quando actus ſequens eſt ſponte factus, præſumitur quòd etiam actus præcedens ſit ſpontè factus Decius conſil. 336. num. 1. & conſil. 421. num. 13. vbi actus, qui ſequitur declarat intentionem, & qualitatem actus præcedentis: hisque deſeruiunt ſcripta de contractu geminato, ex quo inducitur animus magis deliberatus, & error non præſumitur nihilq; con
96 tra eum opponi poteſt, cùm duplex † vinculum potentius liget. c. 1. de treug & pace Bar. in l. eum ſcimus. C de agric. & cenſ. Dec. cõſ. 216. in fin. Rub. conſ. 132. nu. 9.

Poteſt etiam & quintò reſponderi, quòd quatenus dici poſſet vim aliquam, aut metũ tunc fuiſſe à Comite Marchioni illatum, & propterea cauſatam malam fidem, id procederet ratione vtilis dominij, quoad ipsũ Marchionem cui vis, vel metus dicitur incuſſus, non autem reſpectu Dalphini, cui nulla vis, nullus metus dicitur poteſt dici illatus, Bar. in l. ſi quis in tantam num. 32. C. vnde vi, nã
97 fieri poteſt, † vt vnius reſpectu quis ſit malæ fidei, & propterea non perſcribat, & reſpectu alterius ſit bonæ fidei, credens ad ſe pertinere dominium directum, & illud aduerſus hunc præſcribat l. qui Balneum §. fin. ff. qui pono. in pig. habean. per quam ita notat. Bart. poſt glo. in l. naturaliter, num, 11. ff. de vſucapien. quem refert, & ſequitur Barbat. in apoſtil. ad Abb. in cap. illud de præſcript. poſt Butr. Anchar. & Aret. per eum allegatos; quos ibi ſequitur Pariſ. nu. 14. & 33. per text. in l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. quam opinionem etiã ſequitur Balb. in tract. præſc. 1. part. in 1. par. 3. par. prin. quæſt. 4. poſt Bart. Bal. Ang. & Imol. per eum citatos faciunt quæ idem Balb. ſcribit in 2. par. 3. par. prin. q. 1. verſ. & nota quòd bona fides, idẽ ſentit Abb. in c. ſi diligenti in vltimo notabili de præſcript. Aret. conſ. 17. colum. 9. verſ. non obſtat præmiſſis, & hæc opinio ſine ſcrupulo loc. in habet, ſtante ſcientia officialium Dalphini, de qua in dicto inſtrumento ratificationis de anno 1364. coram gubernatore Dalphinatus factæ.

Nec officiunt, quæ aduerſus confirmatio-
98 nẽ Caroli quarti obijciũtur, illũ ſcilicet † nõ valere ex dictis Bart. & Alex. in l. authoritatẽ C. vnde vi, quia reſpondetur prædicta iura loquiſde eo, qui per violẽtiam illicitam intraſit, vel per obreptionem obtinuit cõfirmationẽ, ſed in caſu noſtro dicitur, nullam vim ſaltem expulſiuam fuiſſe illatam, & quatenus illata probetur legitimè, dicitur illata proprer culpã
99 Marchionis, quo caſu † confirmatio tenet, veluti ex iuſta cauſa facta, ita in terminis noſtris concludit Laudenſis in tract. de Principe. nu. 12. Alex. conſ. 92. nu. 46. vol. 6. vbi nu. 45. dat aliã reſponſionem videlicet, quando ſpolians poſt ſpoliationem impetraſſet rem à ſpoliato quia tunc videtur remiſſa ſpoliatio, & dicta cõfirmatio veluti à ſuperioris authoritate emanata, dat cauſam, vt præſumatur bona fides. Laudenſis in d. tract. de principe nu. 283. poſt Bal. in l. 1. C. de fur. quinimo dicit Bald. conſ.
100 303. nn. 4. vol. 1. quòd † licet male fidei poſſeſſor non poſſit præſcribere dominiũ, poſſet tamen præſcribere confirmationẽ dominij, iuxta not. in l. in bello. §. ſi quis ſeruũ ff. de captiu. & poſtlim. reuer. Idem tenet conſil. 366. num. 5. volum 3. et in l. 2. C. quod met. cauſa, quem

tefert, sequitur Balb. de præscript. in d. 4. part. 3. part. princ. quæst. 3. colum. fin. Decr. decis. 211. num. 4. post Bald. Card. Alex. Aflict. & Zasi. per eum relatos, his accedunt dicta per Imol. in cap. cùm nostris num. 26. & cap. litera nostras num. 18. de concess. præben. vbi post Butr. & Io. And tenet, quòd confirmatio electionis nullæ præstat coloratam causam possidendi, & præmissa locum præsertim dicuntur habere, quando confirmans fecit tenorem cõfirmati, & vtitur clausulis ex certa scientia, & non obstantibus, prout in casu nostro, quia confirmatio omnino validat actum factum. Alex. consil. 1. num. 34. 39. 40. & sequ. volum. 5. & consil. 92. num. 47. volum. 6 Rurin. consil. 196. num. 6. volum. 1. Dec. latè consil. 536. num 8. 12. & 13. Paris. latissimè consil. 3. num. 38. & plurib. seq. volum. 4 & cons. 1. num. 105. post Felin. & Curt dicens cõsensum principis superuenientem conualidare detentionem, seu possessionẽ occupantis, si de occupatione est certior redditus Paris. cõs. 1. nu 105. vol 1.

Ex quibus manifestè constat, non esse locũ dispositioni. 1. si quis in tantam. C. vnde vi, quę etiam limitatur non procedere, quando inuadens ius habuerit non solum in proprietate, sed in possessione respectu ciuilis possessionis, vt
101 directus dominus, & ratione iuris i fui conseruandi inuadit, quia tunc excusatur à dolo, & lata culpa Bald. in auth. licentiam col 2. in fin C. de epis. & cler post. Inn. in cap. cùm officijs de testa. quos refert, & seq. H. pol. sing. 167. adducens Cepol. cons. 4. idem tenentem facitunt adducta per Rub. d. consil. 13. num. 11. & seq. Crau. cons. 18. num. 9. & sequen. post Dec. cons. 565 num. 7. Præterea, præscriptum dicitur iuri dicendi contrachum fuisse meticulosum spatio 30. annorum. l. sicut C. de præscr. 30. annõ. Bald. cons. 189 volum. 5. & spatio lõ-
102 gissimi temporis † secundum aliquos videtur purgatum vitium rei possessiæ per vim cõpulsiuam Balb. de præsc. in 2 par. 3. par. princip. quæst. 12. colum. 1 vers. secus in rẽ vendita per metum. Crau. de antiq. temp in 4. par nu. 209. & seq. Natta consil. 436. col penul. Decr. dec. 142. nu. 18. post plures per eum allegatos, licet id nolim firmare propter c. fi. de præsc.

Minusque celsitudini Ducis nocet asserta sententia prolata, vt dicitur anno 1390. per Carolum Regem Francorum, quia respondetur non constare legitimè de prædicta sententia, cùm fuerit producta quoddam exemplum sumptum non seruatis de iure seruandis, cui non fit mulatur antiquitas temporis, cùm saltem enunciatiuè deberet proponi, & data citra veritatis, præiudicij illius fide, dicitur, prædictam sententiam non valere tam respectu partium quam iudicis.

Primo quia non constat legitimè de allegata submissione, seu prorogatione iurisdictionis Regiæ in asserta sententia relata, cùm in magnum præiudicium, tertij non subditi, & de facto alieno non credatur assertioni principis,
103 † nec habet locum elem. 1. de proba. a. dicit Paul. de Castr. cons. 47. colum. fin. lib. 2. cui conueniunt dicta Socin. consil 120 nu. 11. volum. 3. Abb. in cap. cum nobis col. 2. de test. Cravet. de antiquit. temp. in princ nu. 44. vers. similiter non procedit, dicens rationem esse, quia sicut Princeps non potest præiudicare non subdito aliquid faciendo, multominus aliquid asserendo, quàm rationem eiam ponit Soc. cons. 87. col. 4. vol. 3.

Nec regiam maiestatem inuat quod dicitur, Amedæum sextum Comitem Sabaudiæ an. 1355. fecisse homagiũ ligium Carolo Dalphino occasione prętensi tractatus Dalphinalis, de quo asseritur constare quodam exemplo instrumenti exhibito, quia respondetur, asserta exemplum fuisse decumptum à quibusdam scripturis priuatis inuentis in asserto archiuio cattarum Regis, non seruatis seruandis, & esto quòd prætenium instrumentum, cum quo collatio facta legitur, fuisset prout non fuit, vt requirebatur, productum. adhuc dicitur, illud nullam fidem facere, veluti scriptura panitus priuata, cùm non appareat aliquem notarium de eo fuisse rogatũ. Accedat, quod assertum homagium legitur factũ Dalphino, non autem Regi Francię, ac sub modis, & cõditionibus de quibus in enunciato tractatu inter prædictum Regem, & Dalphinum, ac Comitem Sabaudiæ, de quo legitimè non apparet, & data illius fide, dicitur, ex fidelitate præstita Dalphino, necessariò nõ sequi fuisse præstita Regi, cũ tunc Delphinatus omnino à Regno Franciæ separatus esset, vt testatur Franc. Mart. dec. 455. & decis. 1024. nu. 1. & seq.

Et quatenus dici posset Regi factum fuisse homagium prætextu quorundam bonorum
104 in ditione Regia existentium, † non infertur ad homagium, & subiectionem respectu aliorum bonorum Regiæ, Maiestati non subiecto rum, cùm regulariter ex separatis non inferatur. l. fi. ff. de calum. & l. si maritus quondam. C. de donat. inter vir. & vxo. alioquin diceremus, Comitem Sabaudiæ si de Comitatu controuerti cõtigisset, potuisse prorogare iurisdictionẽ Regis Franciæ, non obstante quòd ab Imperatore moueretur, & dependeret dictus Comitatus, quòd tamen facere non potuisse pro cõperto habendum est, vt infra latè probabimus, & his adstipulantur scripta Socinii in dictis consilijs 27. num. 6. & 120. colum. volum. 3. quod licet clericus sit subiectus
105 Papæ, † si tamen habeat bona temporalia in dominio Principis secularis, non dicitur eorũ ratione subiectus ipsi Papę, sed domino secularis, cui famulantur notata in c. ceterum de iud. & in c. verum de foro competenti, idq; dignosci potest ex lectura exempli dicti homagii, & prætensæ cõuentionis assertarum litterarum Regiarum in eo relatarum, in quibus persona Imperatoris excipitur, & expressius in capite conuentionis seu fœderis facti inter Regẽ Franciæ, & Comitem Sabaudiæ anno 1410.

Et si dicatur, de prædicta submissione, & prorogatione constare exemplo prætensi mãdati facti à prædicto Amedeo 6. 1376. a Regiis deputatis producto, Respondetur dictũ exem-

exemplum, esse exemplum exempli alterius exempli, & propterea non probare, & dato, quod illud esset primum exemplum, carerer indictione, subscriptione, & signo notarij, & admissa illius fide nihil regie Maiestati prestare respectu prætenſę ratificationis assertorum gestorum per enunciatum Guis de villieres ſa eorum, cui non apparebat ipſum aliquid egiſſe nomine predicti, Amedei, ideò non entis nullam esse ratificationem, argum. c. ad diſloluendum vbi gl. de desponſ. impub. cum ſimilibus,
1065 † paria enim ſunt non esse, vel esse & non apparere, l. 1. ff. ſi quad. paup. fec. dicatur, nec cõſtat nominatos in aſſerto mandato, vel aliquẽ ipſorum mandatum acceptaſſe, & eius mandati virtute aliquando cõparuiſſe, vel aliquid egiſſe viuente prædicto Amedæo Comite, obcuius mortem extinctum dicitur eius mandatum. l. inter cauſas in princ. & l. ſi præcedente. ff. mandati, nec aſſerta ſententia legitur in eorum vel domini conſtitutentis perſona prolata, quo fit, vt nullo iure poſſit aliquod fundamentum fieri in prædicto mandato.

Sed demus citra veritatis noxiam aſſertioni prædicti Regis credendũ eſſe, ni hilominus Ducali celſitudini nullo ex capite nocere poteſt, ſiue dicamus prædictum Comitem ſe ſubmiſiſſe compromittendo in arbitrum, ſeu arbitratorem, vel iuriſdictionem prorogando, ad quod probandum pro conſtati præmitto ipſos Comitem, & Marchionem tunc eſſe vaſſallos, & ſubiectos Imperatori, vt ex pluribus iuribus, & inueſtituris ſupra deſignatis demõſtratur, iuncta etiam iuris communis diſpoſitione, de quâ in d. l. deprecatio, & communiter DD. in l. cunctos populos. C. de ſum. trini. & fid. catho. Lauden. de princip num. 17. &
1067 propterea non potuerunt ſibi cõſenſu Imperatoris compromittere de dicto Marchionatu in Regem Francię tanquam in arbitrum c. cùm tempore, vbi Hoſtien. Ioan. And. Ant. de Butr. Imol. & Abba. de arbit. Ludou. Rom. in l. 1. §. & poſt operis, in fine. ff. de nou. oper. nuntia. Martin. Laud. in tract. de princip. num. 261. quos refert, & ſequitur Ia ſon in l. fin. num. 119. C. de iure emphit. & conſil. 15. num 13. volum. 4. Afflict. deciſ. 138. num. 1. & 2. poſt Iſer. in d. c. 1. §. ſi autem inter pares, verſ. item nota ex hac littera de leg. Conrad. Bald. conſ. 121. incipiente à capite incohantes col. 4. nu. 11. verſ. 2. alia principali ratione, & 217. & ſeq. lib. 3. vbi nominatim in caſu noſtro reſpondit in fauorem Comitis Sabaudiæ, pro quo etiã conſuluerunt, vtrab Illuſtribus Dominis meis Caſſiano à Putheo Præſide, & Petrino Bello cõdelegatis intellexi, Chriſtophorus, & Ioannes Caſtillionei, & Iacobinus à Sancto Georgio iureconſulti prudentiſſimi, quorũ reſpon ſa hactenus non vidi, idem Afflic. in d. §. ſi autem inter pares num. 7. vbi poſt Iſer. dicit, illũ tex. procedere quatuor concurrentibus, primò, quòd ſiat in pares curiæ. Secundò quòd ſiat ſine prædicio domini. Tertiò quòd fiat tanquam in arbitrum, Quartò quòd dominus
1108 ſit abſens, † vel negligens, alias iſtis non cõcurrentibus compromiſſum de re feudali ſine conſenſu domini fieri non poteſt, hanc etiam opinionem ſequutus eſt Socin. conſil. 87. numero 6. volum. 3. & Socin. Iun. conſilio 77. num. 77. & pluribus ſequ. vol. 1. vbi poſt Alex. & Dec. per eum citatos, dicit eam eſſe magis communem, Curt. de feud. in 4. par. in 1. reg. quæſt. 8. & 9.

Nec etiam vti in arbitratorem potuit compromittit, vbi feudi poſſeſſio in alium transfertur, vt concludit Iſern. in d. §. ſi autem inter pares, Cur. in d. tract. in 4 par. in 1. reg. quæſt. 7. & 9. affirmans hanc eſſe communem opinionẽ, Socin. Iun. in d. conſil. 77. num. 82. poſt Butr. Abb. & Præpoſit. per eum allegatos, ſed in caſu noſtro propter aſſertum arbitramentũ, fieret translatio ciuilis poſſeſſionis competentis Comiti ratione directi dominij, prædicti Marchionatus in Chriſtianiſſimum Regem, qui, ſaltem de facto, ratione dicti Dalphinatus, & Marchionatus non recognoſcebat Imperatorem, ergo non potuit in eum tanquam in arbi-
1109 tratorem compromitti, † Intererat enim Imperatoris non mutare vaſſalium, & habere ſibi obedientem. Bal. conſil. 333. col. 2. volum. 1. Socin Iun. d. conſil. 77. num. 80. his ſimulatur regula, ſeu communis concluſio, de qua per Dec. conſi. 39. num. 4. quod de rebus, quę alienari non poſſunt, nec etiam compromitti licet, ſed Marchia veluti res feudalis, non potuiſſet alienari, vt in titulo de proh. feudi alie. per Loth. de proh. feud. alien. per Feder. ergo nec de ea comprimitti potuit.

Minusque potuerunt eiuſdem Regis Francorum iuriſdictionem prorogare ſine Imperatoris conſenſu, cuius ſolius erat cognitio cap. 1. apud quem, ſeu quos controu. feudi definit. Nec Regi ſe ſubijcere reſpectu dicti Marchionatus, & prædictarum terrarum à Comite poſſeſſarum, quæ ab Imperatore, ſaltem mediatè, vt ſupra demonſtrauimus, pendebant cap. per venerabilem. §. inſuper, qui filij ſunt legitimi, ita decidit Bart. communiter à probatus in l. 1. §. & poſt operis col. 2. verſ. item dico hodie. ff. de nou. oper. nuntia. expreſſe
1110 dicens, † vaſſallum non poſſe prorogare iuriſdictionem alterius iudicis ſine conſenſu dominj, ſequuntur ibi Bald. Paul de Caſt. & Roman. colu. pen. & fin. poſt Innoc. & Hoſt. in locis ſupra allegatis, improbantes dictũ Spec. in titulo de arbit. §. reſtat. Alex. col. fin dicens, opinionem Bartoli eſſe magis communem, quam etiam ſequitur ibi And. Barb. in apoſt. qui allegati in individuo in caſu dictæ ſententiæ conſil. Bald. 404. & ſeq. vol. 1. ſed apud me ſunt, vt ſupra citaui, conſ. 121. 217. & ſeq. vol. 3. Ias. col. penult. & fin. adducens pro opinione Bart cap. ex tranſmiſſa, & cap. ex tenore de foro compet. idem ſentit Bart. in l. 1. in 2. opoſ. ff. de iud. Bald. in l. decernimus. col. 2. C. de ſacroſ. eccl. & in reper. l. 1. col. 5. & penult. C. de emanc. lib. Abb. conſ. 3. col. 4. in 5. dubio & conſ. 82. col. 3. vol. 1. & in cap. ex tranſmiſſa in 6. not. de foro compet. Felin. in cap. ſignificaſti, nu. 2. de foro compet. poſt Bald. & Ang.

per eum allegatos, sequitur Soc. in d. cap. signi nealti, col. 20. conf. 87. nu. 2. & conf. 99. nu. 16. vol. 3. Affict. in cap. Imperialem, §. præterea 2. nu. 28. & seq. post Bal. ibi num. 21. Laud. col. fin. de probat. feud. alien. per Feder. vbi dicit,
111 † sententiam hoc casu esse ipso iure nullam etiamsi superi or non prohibeat, Iacob. à Sancto Georgio in verf. dictique vasalli promiserunt nu. 26. Egid. Bost. in tract. de Principe, & eius priuil. num. 261. affirmans procedum esse nullum, Mar. Laud. in d. tract. de Princ. verf. 33. Barb. in cap. cæterũ col. 2. in fin. & col. 9. in princ. & ibi Dec. col. 2. & 5. de iud & in cap. ecclesia sanctæ Mariæ col. 8. de constit. Curt. in suo tract. de feud. in 7. par. quæst. 5. cõcludens, hanc esse communem conclusionẽ Franc. Mart. in decis. Dalfi. quæst. 400. nu. 12. Boer. decis. 114. num. 4. 5. 12. & 14. referens, & sequens opinionem Bald. in d. conf. 121. col. 5. verf. 2. alia principali ratione, dicens eã procedere secundũ iura feudorum, Maranta de ord. iud. 4. par. distinct. 12. nu. 19. vbi dicit hanc esse receptissimam Doctorum sententiam, Gramm. decis. 103. nu. 133.

Nec Ducem offendit, quod feudum prædicti Marchionatus præsupponatur fransum ex instrumento sententiæ arbitramentalis Bonifacii Marchionis Montisferrati anno 1169. quia, cùm pars conetur impugnare prædictũ instrumentum, nõ potest se ex eo iuuare cap. ex eo de reg. iur. in 6. & dato, quod posset se iuuare, dicitur Comites, & Marchiones in eo capite continere immunitatẽ à seruitio personali recessisse, vt ex pluribus inuestituris, & pactionibus sequentibus euidenter apparet, quæ derogant prioribus vulg. l. pacta nouissima cum materia. C. de pact. quibus etiam cessantibus, respondetur, in feudo franco respectu seruitiorum non posse iurisdictionem sine consensu superioris prorogari iuxta commu-
112 nem iurisconsultorum sententiam, † de qua per Curt. in d. tract. in 7. par. quæst. 5. post Io. And. & Aret. per eum relatos Felin. & Dec. in d. cap. cæterũ col. 5 de iud. post Paul. de Castr. Bald. Cald. Rom. Alex. & Franc. in loc. cis citatis, Boer. decis. 114. nu. 11.

Alio etiam ex capite non potuerunt prædicti Comes, & Marchio in dictum Christianissimum Regem veluti arbitrum, seu iudicẽ consentire cùm, & ipse, seu eius filius, qui etiã tulit assertam sententiam prætenderent ius directi dominij in ipso Marchionatu, & iure cautum legitur, neminẽ in causa propria posse arbitrium, aut iudicẽ fieri. l. pen. ff. de recept. arbit. cap. inter 23. quæst. 4. & cap. 1. & 2. quæst. 4. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud. vbi
113 Iaf. nu. 1. † & conuenit dispositio Rubr. C. ne quis in sua causa sibi ius dicat, Abb. in cap. gn tauallis nu 9. de iureiur. & dato, quòd in eum saltem tanquàm in arbitratorem compromitti potuisset, non tamen potuit post sexaginta dies pronuntiare, cùm dicto tempore extinguatur eius potestas argum. l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de æd. ædict. per quem text. Ita 1. notat. Bart. in l. si quis arbitratu nu. 8. vbi dicit quòd quando compromittitur in aliquem ex contrahentibus, & sic interesse prætendenti-
114 bus circa substantialia, †|& principalia, tunc tenetur arbitrari infra sexaginta dies, & Bart. sequitur Alex. ibi colum. 6 post Cast Raph. & Imol. sequitur Abb. in d. c. quintaullis num. 37. versic. primo casu de iureiuran & opinionem Bar. dicit communem Balb. de præscrip. in princ. quæstio. 4 par. princ. versic. 34. quæro, quem refert, & sequitur Rebuff in tertio Tomo commentariorum suorum in tit. de arbit. art 1. glo. 14. num 16. post Rom. singul. 705. & 706.

Hinc sequitur, quòd cùm sententia prædicta ex defectu iurisdictionis censenda sit nulla, non potuit iure proferri, nec prolata mitti executioni etiam si tres essent sententiæ conformes Didac. pract quæst. cap. 33. colum. 5. ex
115 quibus omnibus patet, istam esse veram, † & communem cõclusionem, quæ præsertim locum sibi assumit, si appareret Imperatorem fuisse prohibiturum, prout habita notitia prohibuit in casu nostro, vt constat literis patentibus prædicti Caroli quartis datis 10. Nouembris 1378. in actus productis, quod facere potuit, non obstante, quod Rex incepisset cognoscere, teste Bal. de prohib. feud. alie. per Feder. §. penul. col. pen. nu. 22. & ibi Præpos. num. 5. Bal in l. 1. col. 2 C. si nõ à compet. ind. Bosius loco proximè citato.

Sed admisso, citra veri præiudicium, quòd in Regem compromitti eiusve iurisdictionem prorogari potuisset, attamen iure non potuit laudum, seu sententia à Regis successoribus pronuntiari, attenta qualitate Comitis & Re-
116 gis, † in quem compromissum iurisdictioue prorogata extiterat. cuius fidem veluti sororij sequutus fuerat, nec non considerata qualitate facti, seu causæ arduæ, quibus stantibus, huiusmodi potestas non erat transitoria in successorem glo. fin. in l. sed inter pellatur. §. fin. ff. de receptarbitr. id sentit Specul in tit de arbi. §. 1. in fin. per tex. in l. in compromissis. ff. de arbitr. & in l. si quis arbitratu. ff. de ve rb. obligat. Bald in l. fin. §. sed si quis colum. 1. & 2. C. communia de leg. quem ibi sequitur Iaf. num. 4 & Bal. in tit. de his, qui feu. dare poss. §. Marchio, num. 26. quibus in locis etiam loquitur in casu nostro, & conf. 457. num. 2. vol. 5. Io de Anna, conf 19 & Iudoci. Bologn. conf. sequen. fuciunt notata per Barto. in d. l. si quis arbitratu colum. fin. & ibi Iaf. in 5. notabili num. 7. ff. de verbor. oblig. Socin. in rep. in 4. & vlti. notab. idem firmat, Barto. in l. si stipulatus fuerit. ff. de verbor. obligat. per tex in l. cùm stipulatus fim à Proculo eodem tit. quem sequitur ibi Imol. num. 1 Paul. de Cast. num. 2. Alex. vers. quod autem. Iaf. & Socin. locis supra proximè citatis, Iaf. in l. quominus, quæst, 30. ff. de fin. ex pres sè dicit, arbitrium collatum in personã vnius,
117 non posse transferri in successorem, † multò minus cedi. Cur. Iun. consi. 36. qui omnes cõcludunt potestatem arbitri, vel arbitratoris nõ esse transmissibilem, nec cessibilem, quò sit, vt nec etiam potuisset Rex, in quem compromis-

sum

lum dicitur, remittere cognitionem prædictæ controuersiæ parlamento regio, cùm eius regis esset electa persona, & bona fides, erat enim sororius Comitis, & sic in primo gradu affinitatis, de quo plurimum in causa tam arduæ considere poterat, vt expresse narraturin arresto prædicto, quæ qualitates non suberãt in rege successore, minusque in parlamento Regio Parisiensi Bartol. in l. qui liberis §. hæc verba, num. 4. & ibi Paul. de Castr. & Barb. in apostil. ad Bart. ff. de vulg. & pupil. post Imol. Angel. Io. Andr. Specul. per eum allegatos, sequitur Bal. in d. consil. 121. & 217. & seq. vol. 3. qui idem tenuit in cap. 1. col. 2. vers. sed pone, de inuestit. in mat. facta, quem refert, & sequitur Felin. in cap. cùm ex officij col. 3. in princ. de præscript. hinc dicit signanter Bald. consil. 275. num. 3. vol. 2. Id, quod propter singula-
118 rem industriam conceditur, † sui natura nõ esse transmissibile, nec prorogari debere. ff. de tutel. l. tutella cap. quoniam Abbas de offic. deleg. & in cap. fin. colum. fin. de offic. deleg. vbi etiam loquitur in casu illius prorogationis, quem seq. Felin. in d. cap. quoniam Abb. nu. 2. vbi in fine dicit, istam esse communem opinionem, & sic esse tenendum in consulendo, & iudicando, Ruin. consil. 143. nu. 9. vol. 4. latissimè Dec. in d. cap. fin. § cæterum col. 9. & seq. de offic. deleg. vbi dicit, esse attendendam affectionem, & qualitatem personæ, & facti, sequitur Iacob. à Sanct. Georg. in sua inuestit. in princ. col. 2. vers. addo vobis.

Sed dato, non tamen concesso, quòd in successorem transiret, attamen non potuit Rex successor pronuntiare attenta morte compromittentium, seu prorogantium iurisdictionẽ ante prolatam sententiam per ipsum successo-
119 rem, qua morte † superuenta exstincta fuit eius potestas. l. diem proferre. §. 1. l. sed si inter pellatur §. fin. ff. de recept. arbitr. cap. fin. de arbitr. & vbique glos. Bart. in l. si quis arbitratu col. fin. vbi Bald. Ang. & communiter doctores. ff. de verbor. oblig. Ang. consil. 247. colum. 2. Abb in cap. quintauallis num. 18. de iureiur. Socin. iun. late consil. 66. num. 7. & seq. volum. 1. Lanfran. de arbitr. in 6. part. in princ. nu. 46. & seq. Rebuff in d. tit. de arbitr. glos. 14. nu. 19. Nec in casu nostro habet locum l. nulla, C. de procurat. quia non apparet, litem fuisse contestatam cum aliquo procuratore dicti Comitis proinde nullum extare tempore sententiæ dominum litis.

Sed demus, citra veri noxiam, prædictos Comitem, & Marchionem potuisse de Marchionatum compromittere, vel Regis iurisdictionem prorogare, adhuc dicitur prædictum laudum, seu sententiam quatenus cõcernunt iura Delphini non valere, quia cum Delphino nullam extitisse controuersiam, nec de aliquo iure Delphini compromissum, cuiusue occasione iurisdictionem prorogatum fuisse legimus. Nam si prætensas litteras familiares a Comite Sabaudiæ scriptas prædicto gubernatori Delphinali, ex quibus sumitur fundamentum potestatis allecti laudi, siue sententiæ cuius tenor in principio dictorum consiliorum Baldi describitur obseruamus, nihil horum factum dignoscemus, hinc sequitur laudũ siue
120 sententiam prolatam, super † non compræhensis in compromisso, seu prorogatione nõ valere. l. si cùm dies §. plenum. l. non distinguemus. §. nunc de officio. ff. de arbitr. Bart. in l. cum Aquiliana col. 2. ff. de transact. Ang. cons. 248. circa fin. Rom. late consil. 371. Abb. in d. cap. Quintauallis num. 26. de iureiur. Felin. consil. 51. num. 2. & seq. & dicit Dec. consil. 11. col. 3. vers. & ideo, post Bald. & Rom in consiliis per eum allegatis, quòd huiusmodi laudum prorogari non potest, idem Dec. consil. 434. num. 2. dicit, posse dici de eius nullitate, Alex. consil. 124. nu. 5. & seq. vol. 2. Ial. d. consil. 168, num. 15. & 16. post Bart. Bald. Ang. Rom. Butr. Abbas per eum allegatos, Socin. iun. d. consil. 77. num. 75. vol. 2. & si dicatur Bald. errasse in facto, attento prædicto mandato supra designato, respondetur de eo non constare, & contra illud militare supra opposita.

Aliunde dicitur adstantem sententiam velu-
121 ti in definitam † prolatam esse nullam, rei quæ iudicatæ vim non obtinere. l. in summa. §. iu fin. ff. de re iud. l. fin. ff. quæ sentent. sine app. rescin. ac Comite successore non vocato. l. ea quæ C. quomodo, & quando iudex, vbi glos. l. de vno quoque ff. de re iud. l. idem proferre §. proinde. ff. de arbitr. Bartol. in d. l. si quis arbitratu. num. 7. sequitur ibi Bald. & Ang. col. fin. Paul de Castr. col. 2. Alex. colum. 6. Abb. in cap. Quintauallis col. fin. vers. contrarium puto, de iureiur. Alexan. d. consil. 124. num. 12. & seq. volum. 2. Dec. cons. 523. nu. 7. & 8. loquens in sententia Principis, cons. 606. num. 11. & seq. & cons. 198. col. 4. vbi loquitur in sententia Imperatoris, Saysel. in leg. vt vim colum. 1. ff. de iust. & iure, nec sufficeret intimatio dictæ sententiæ Bart. in leg. ne quicquam §. vbi decretum in 1. & 2 lectura. ff. de officio præsid. col. 1. facit text. in d. cap. pastoralis, de re iud. & ibi Card. §. denique num. 2. sequitur Bald. consil. 53. num. 5. & 126. num. 6. vol. 3. Alex. consil. 123 col. penul. volum. 4. Fel. in cap. quæ in ecclesiarum nu. 66. de constit. Bald. cons. 159. num. 2. vol. 5. continetque euidentem iniquitatem, vt ex eius tenore apparet cùm narretur, Comitem non fuisse auditum in omnibus exceptionibus suis, quo casu non tenet sententia, Card. in d. clem. pastoralis. §. rursus num. 2. & 5. cap. inter cæteras de re iud. Dec. consf. 8. num. 5. cuius executioni, admissa
122 illius † validitate, dicitur legitimè præscriptum Ial. in l. imperium col. 7. ff. de iurisdict. omn. iud. Balb. de præscript. in 4. part. 4. part. princ. quæst. 31.

Nec Duci nocet, quod ex aduerso dicitur, iuri dicendi sententiam nullam fuisse præscri-
123 ptum, quia † in contrarium est communis sententia, de qua per Balb. de præscrib. in d. 4. par. 4. princ. quæst. 32. quod præsertim habet excipiendo, quia quæ sunt temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendũ. l. purè in fin. ff. de doli mali excep. l. licet. C. eodem

tit. Alex.conſ.82.nu.11. vol.3. & nominatim Card.in clem.1. nu.12.de re iud. Balb.de præſcript.in 4.par.5. par. in princ. queſt.2. & in 4. par.4.par.princ.quæſt.37.

Præterea vis aliqua fieri non poteſt,in aſſerta ſententia, etiam data illius validitate, quia cum nulla fuerit ſequuta traditio nec Dalphino,nec Marchioni,dicitur nullum ex ea fuiſſe acquiſitum dominium,nec poſſeſſionē. Alex. conſ.1.num.5.vol.5. Dec.conſ.164. num.35. & ſeq. poſt gloſ & Bart. per eum allegatos,& conſ.598. num.2.Caſſiod.de cau.poſſ.& proprie.deciſ.7.dicens hoc etiã procedere in corporalibus, nec repugnat exemplum aſſertarũ literarum executorialiũ laxatarũ anno 1405. quia eſt exemplum exempli, ſumptum non ſeruatis ſeruandis, & primum exemplũ caret ſubſcriptione, ſigillo, & aliis ſolemnitatibus, vt ex ſubſcriptione exemplantis legitur,& ſic in eo, veluti ſcriptura omnino priuata, nullũ poteſt Regia Maieſtas ſumere fundamẽtum.

Accedat, quòd etiam ſtante prædicta prorogatione,nec Rex prorogatus,multò minus etiam eius ſucceſſor potuit dictam ſentẽtiam
124 exequi, cum prorogatio † ad hoc ſe non exrẽderet.l.à diuo Pio in prin.de re iudic. Alex. in l.cum quædam puella, in penult. notabili. ff.de iurisd.omn.iudic.per text.in l.epiſc.C.de epiſc.aud.& ibi Iaſ.in 3.notab poſt Specul.Io. Andr. Alber. Butr. per eum citatos Sayſel.col. 2. Marant.de ord.iud.in 4.par.diſtinct.12.nu. 13. ex quibus paret, hanc eſſe cõmunem opinionẽ, nec prætenſæ litteræ Ludouici Ducis Sabaudiæ Regi opitulantur,tum quia data citra veritatis præiudicium illarum fide,non dicitur fateri prædicta arreſta fuiſſe prolata: at-
125 tentis verbis ibi poſitis videlicet † prætenſũ arreſtum Felin.in cap iurauit de probat. Dec. in cap. ad hæc de reſcript cum etiã tanquam factæ in fauorem dicti Ducis non debeant in eius odium retorqueri.l.quod fauore.ff.de legibus,& inducta ad vnum effectum, non poſſunt operari contrarium. l.legata. ff. de adm. lega.

Addatur quod ab ipſis arreſtis (quatenus aliqua fuerint) Comites ſeu Duces,Sabaudiæ, & Marchiones Salutiarũ receſſerunt,vt apparet inſtrumento conuentionis ſeu tranſactionis poſteà initæ inter Amedeum Comitem,& primum Ducem Sabaudiæ,& Thomam Marchionem Salutiarum, quia conuentum fuit, Marchionem prædictũ debere recognoſcere ſe tenere Marchionatum Salutiarum in feudum à prædicto Comite,ab eoque inueſtiturã ſumere,ei iuramentũ fidelitatis præſtare,prout factã extitit,cum ratificatione quarumeũq; præcedentium inueſtiturarum, fidelitatum, & ſententiarum arbitramentalium,quæ tranſactio tollit effectũ prædictæ ſententiæ. l.minor annis viginti quinque. ff. de minor. & ibi Bart. & Doctor. Dec. conſil.565. col.penult. verſ. poſtremò conſiderandum eſt Et huiſmodi cõuentio fuit ratificata ab omnibus ferè vaſſallis,& vniuerſitatibus ipſius Marchionatus, vt conſtat quampluribus inſtrumentis ratificationum eodem anno 1413.& alij ſubſequentibus factis,de quibus ſupra in vndecimo fundamento pro Ducali Celſitudine tacto, quibus ſtanubus validiora apparent iura Ducis, quàm Chriſtianiſſimi Regis,per ea, quæ notat Franc.Mart.quæſt.337.nu 4.5.& 6.
126 vbi † conſeuſus ſubditorum multum operatur,quando contrahitur ſuper iure ſuperioritatis,& his conueniunt ſcripta Bald. in præludijs feudorum fol.3,verſ.quæro in corporalibus, quòd in acquirenda poſſeſſione iuriſdictionis ſufficit obedientia ſubditorum.

Item ex pluribus inueſtituris inde factis Ludouico Marchioni filio prædicti Thomæ a Ducibus Amedeo, Filiberto, & Carolo primo illius nominis Duce,quibus ſupra ſcientibus,ſeu ſcire valentibus regibus Dalphinis, Aut ſaltem eorum parlamentis,gubernatoribus Dalphinalibus,vt conſtat dicto inſtrumẽto ſupra citato 1476.29.Ianuarij, & alio rogato per Philippum de Caburetto anno 1482. 12.Nouembris itẽ ex alijs literis a Rege ſubſcriptis anno 1488.die 26. Maij, quibus, cauſa differentiæ totius Marchiæ Salutiarum cõmittitur determinationi Archiepiſcopi Auxitanen.& Ducis Borbonij,apud quos cõmuni conſenſũ fuerunt remiſſa cuſtodienda caſtra, oppidaq; Salutiarum,& Carmagnoliæ reſpectiuè, & interim nihil noui fieri debere, ſub pœna mille marearum auri, & amiſſionis iurium: quæ conuentio fuit confirmata alijs litteris Regijs 1488 Iulij,quibus litteris attentis propter bellum inde parte Regis ortum, dici iure poteſt,ſuam Maieſtatem iura, ſi quæ habebat,amiſiſſe, & attenta prædicta cuſtodia dictorum locorum Salutiarum, & Carmagnoliæ nullo tempore,nec à Delfinis, nec è Marchionibus potuerunt præſcribi. Abb. conſ.3. quæſt.10 Boer. deciſ.211. nu.9. poſt alios per eũ relatos Ex quibus Regijs literis anni 1488. clarè quilibet cognoſcere poteſt, quòd nulla inferebatur Duci Sabaudiæ moleſtia in prædictis oppidis ab eo poſſeſſis,& nũc petitis,quia ſi de eis fuiſſet cõtrouerſia,& contentio, vtiq; inter partes fuiſſet conuentum, quòd eorum remitteretur cuſtodia penes præfatos ſequeſtrarios,ſicut conuentum fuit de remiſſione cuſtodiæ prædictorum locorum Salutiarum, & Carmagnoliæ, & aliarum terrarũ poſt dotatam præfatarum litterarum a Duce eidem Marchioni captarũ, & nihil inter partes actũ fuerit de oppidis iandiu dimiſſis, & à Comitibus,Ducibusue pacificè poſſeſſis,& nunc petitis, veriſimile eſt, quòd de eis nulla extabat lis ſeu controuerſia arg.cap. nonnè præſum-
127 pt. & l. cùm prætor. if. de iud. Nam † argumentum à veriſimili forte eſt in iure. l. in obſcuris ff.de reg.iur.cap.inſpeximus de reg iur. in 6.l.generaliter.§.cum autem.C de inſtit. & ſubſtit.latè Euerard.in locis legalib.cap 5.

Nec poteſt ſe aliqua præſcriptione iuuare Regia Maieſtas præſertim reſpectu oppidorum,quæ Comites Sabaudiæ à prædicto anno 1363.tenuerunt,& poſſederunt,cũ Delphini, & Marchiones reſpectiuè eorum prætextu à

dicto

dicto tempore citra, & vsque in annum 1536. quo fiunt bellum motum, nunquam fuerint in possessione seu quasi videlicet Delphini directu dominij, Marchiones verò vtilis dominij prædictorum oppidorū. Nam ex asserta clandestina possessione, seu quasi prætensi directi dominij respectu ciuitatis Saluti arum, & aliorum locorum, quę possidebantur, à Marchionibus tempore recognitionum, & inuestitu-
128 rarum, non infertur ad † possessionem aliorum locorum separatorum, quæ possidebantur à Comitibus Bar. post glos. & Dyn. in l. 3. in princ. ff de acquir. possess. quem ibi sequitur Angel. Paul. de Castro. Imol. Aret. Alex. Ias. & Socin. qui etiam idem dicit in l. 1. §. veteres in fin. eod tit. dicens Bar. in d. l. 3. in prin. esse communiter approbatum, cuius sententia præcipuè locum habet in præscriptione in qua dicitur tantum esse præscriptum quantū
129 † possessum l. quod me o §. fin. vbi cōmuniter docto. ff. de acquir. possess. cap. auditis vbi glo. Hosti. Abb. Imol. Card. Felin. & Panorm. de præscript. Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdicto nu. 1. ff. de itinere, actuq; priuat. vbi Alex. & And. Pom. in appostill. post plures doctor. per eos allegatos, plura ad hoc cumulat collegium Papiense conf. post tractatum monetarum Alberti Bruni colum. 4. versic. confirmatur post Dec. conf. 85 num. 6. & 7. Balb. latissimè de præscriptio. in 2. part. princip. colu. 4. vsque in fin.

Nec obstāt dicta Innocentij in d. c. dilectus de capel. monac. & alia supra in contrarium adducta, quia procedunt, vbi alius non possi-
130 debat, secus autem † vbi de alterius possessione apparet, ita loquuntur Innocen. in d. cap. dilectus, & Dec. conf. 271. num. 5. Aufre. in additio. ad qnæstio. capellæ Tholos. quæstio. 323. Balb. in d. 2. part. pt inc. colum. penul. latè Zas. conf. 10. colum. 3. & 4. vbi ad aliqua, quæ possent in contrarium adduci congruè respondet, & dicit hanc esse communem sententiam doctor sed in casu nostro constat de continua, & pacifica possessione, seu quasi Comitum, & Ducum à dicto anno 1363. & citra vsque in annum 1563. in prædictis oppidis respectu directi dominij quoad oppida vassallorum, & pleni dominij quoad alia, ergo ad ea non extenditur asserta possessio', seu quasi Delphinorum in ciuitate Salutiarum, & aliorum locorum.

Quinimò cōstanter ausim affirmare, quòd quatenus Christianissimis Regibus aliquod ius in prædictis oppidis tam ratione possessorij, quam petitorij competere potuisset, id omne amiserunt, attentis remissionibus, cessionibusq; ab eis factis Philiberto, & Carolo Ducibus l. cùm quædam versic. dum enim alij C. de admi. tuto. l. creditor ff. de reg. iur. & in tit. quib. mod. feud. amittat. §. præterea. vbi Bald. de quibus remissionibus, & cessionibus constat litteris patentibus Ludouici XII. Francorum Regis Lugduni Dat. die 29. Iulij anno 1499. quibus promittit suo & eius hæredum, ac successorum quorumcumque nomine, nunquam erit impedimento, nulloq; tempore molestiam, litemve aliquam ex causa, seu ci, nec alteri spectanti mouebit prædicto Duci, & eius successoribus nec mouenti consentiet, occasione terrarum, & dominorum, quæ & quas prædictus Dux nunc tenebat, & possidebat. Similem renunciationem, cessionem & quitationē etiam fecit Franciscus Rex suæ Maiestatis auus, suis litteris patentibus, dat Lugduni anno 1523. quarum literarum verba, & si sui natura sint vniuersalia, seu generalia omnia amplectentia, & nihil excludentia vulgata l. Iulianus ff. de leg. 3. Bald. in tit de cap. qui cur. vend. colum. 1. et 2. eo magis sunt vniuer-
131 salia, quod † si Principe proferuntur l. beneficia vbi doctor. ff de constit Princ. præsertim si in coniunctum aliquo gradu agnationis, vel cognationis proferatur, quibus renunciationibus, e promissionibus stantibus, negari non potest, quin saltem excellentissimus Carolus Dux spatio longissimo, cum titulo, et bona fide præscripserit dominium, et superioritatem prædictorum oppidorum, vt in tit. si de feudo fuerit contr. inter. dom. et agna. §. si quis per 30. vbi Isern, Bald. et Aluar. cap. cū olim extra de priuileg et cap. cum personæ eodem tit. in 6. et in tit. qualiter olim feud. pote. alle. §. fin.

Prænarata multo magis procedunt stante allegata præscriptione libertatis ducētum annorum, et tanti temporis, cuius initij memoria hominis non extat in contrarium vassallorum, et vniuersitatum dictorum oppidorum ab excellentissimis Comitibus, et Ducibus possessorum probantium se præscripsisse libertatem nō recognoscendi ipsos Marchiones Saluti arum, aut Delphinos aliumuè directū dominium, aut superiorem præterquam Comites, et Duces Sabaudię pro tempore existentes quod facere etiam in commodum, et vtilitatē ipsorum Comitum, et Ducum legitimè potuerunt, et possunt d. cap. cùm olim extra de priuileg. et d. cap. cùm personæ, de priuileg. in 7. per quæ iura ita notat Abb. post glos. et Innoc. in cap. cùm non liceat, num. 13. et seq. de præscr. et ibi Card. late in fine, Paris. nu. 42. dicens, omnes doctores communiter conclu-
132 dere superioritatem, † et obedientiam præscribi posse translatiuè de vno superiore ad alium, et cap. ad audientiam num. 16. de præscript. Innoc. in cap. auditis num. 2. Paris. latè nu. 18. vbi dicit, subditos posse pro eorum iure, et interesse comparere, et assistere in hac lite, Hostien. et Panormit. in cap. nimis in fin. de iureiur. Card. in clem. pastoralis versic. et illud num. 2. et 3. de sentent. et re iud. et ita post plures doctor. concludit Bal. de præscrip. in 1. parte 5. part. princip. quæst. 12. colum. 1. 2. quibus addo Oldrad. conf. 172. num. 3. et 5. per not. C. de long. temp. præscrip. quæ pro libertate, in rubro, et nigro, et in l. possideri § si seruus ff. de acquir. possess. hisque confert doctrina Bart in l. hostes nu. 6. ff. de cap. et postlim. reuers. quam dicit communiter approbatam Balb. de præscript. in 2. pat. 5. par. princip.

quæst.

quæſt. 2. Socin. conſil. 120. colum. 8. volum. 3.

Non obſtat, Abb. in d. c. ad audientiam, nu. 15. quia non loquitur in hac præſcriptione libertatis tranſlatiuæ, ſed in præſcriptione vtilis dominij in odium vaſſalli. Item non procedit data ſcientia, & patientia Marchionũ, & Delphinorum, vt concludit idem Abbas d. num. 15. quæ reſponſio corroboratur alia commu-
133 ni concluſione, quòd † præſcriptione longiſſimi temporis præſcribitur directũ dominiũ contra ſcientem, & patientem, quam opinionem tenuit Bald. in auth. niſi tricennale. C. de bon. mater. Roma. in l. 2. ff. de vſucap. Felin. in rubric. de præſcript. num. 4. & ibi Pariſ. num. 14. de præſcript reſpondentes ad argumentũ Imo. in cap. fin. eod. tit. hanc etiam opinionẽ ſequitur Abb. in cap. nimis. colum. 1. & 2. de iureiur. Balb. de præſcript. in 2. par. princip. quæſt. 2. colum. 3. in fin. poſt Bal. Felin. & Iaſ. per eum citatos, quæ multo fortius procedit in præſcriptione ducentum annorum, & tanti temporis, cuius initij memoria hominis nõ extat in contrarium, vt concludunt omnes Doct. præſertim moder. in l. traditionibus C. de pact. & alijs locis ſupra allegatis, & hæc multò fortius procedunt in caſu noſtro, vbi non ſolum tacitus conſenſus reſultat ex ſcientia, & patientia, ſed expreſſus ex traditione, ſeu quaſi reſultante ex dimiſſione prædictorũ oppidorum penes Comites, & Duces Sabaudiæ, ex qua ſcientia, & patientia negari non poteſt, quin reſultet, & probetur prædictorũ vaſſallorum, & hominum bona fides, & niſi huiuſmodi antiquiſſimæ præſcriptiones, præſertim titulis, & bona fide muniæ, ſubſiſterẽt, diceremus omnia, quæ ad anteceſſores Principes immemorabiliſi tempore deuenerunt, fas eſſe alijs principib. qui ea prius poſſederũt, vendicare, quod profectò eſſe totum orbem turbare, ne dicam ſubuertere. Hoc enim iure diceremus Imperatorem totam Galliam, Delphinatum, & Prouinciam, necnon ipſum Marchionatum, veluti alias iuris ſacri Imperij, & ab Imperatoribus poſſeſſa, poſſe iure repoſcere, quod certò ſcio Magiſtratus Regios iure non conceſſuros, quò fit, vt attentis iuribus nomine Ducis productis, Regia maieſtas ad reſtitutionem Salutiarum, Carmagnoliæ, Reuelli, & totius Marchionatus condemnari iure debeat.

PETRINI BELLI CONSILIARII DVCIS SABAVDIAE AD EANDEM CAVSAM MARCHIAE SALVTIARVM.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum finitur morte vnius ex conſtituentibus.*
2 *Item morte arbitratoris, vel arbitrij.*
3 *Compromiſſum factum in aliquem ſub minimè dignitatis tranſit in ſucceſſorẽ niſi in eum cadat diffidentia.*
4 *Arbitri, & arbitratoris poteſtas terminatur anno, aut ad plus triennio.*
5 *Compromiſſum in amentem non valet.*
6 *Iuriſdictio quæ habetur iure feudali, ſen ſpeciali non poteſt prorogari.*
7 *Arbiter non exequitur ſuam ſententiam.*
8 *Iudex prorogatus non exequitur ſuam ſententiam.*
9 *Laudum, ſuper quo non præceſſit compromiſſum, emologari non poteſt.*
10 *Verbis narrativis inſtrumenti creditur in antiquis.*
11 *Vaſſallus poteſt imponere ſeruitutem feudo ad ſui præiudicium.*
12 *Vaſſallus poteſt conſtituere vſumfructum in feudo.*
13 *Vaſſallus poteſt alium de feudo recognoſcere, & quando id intelligatur.*
14 *Conceſſiones Principum intelliguntur ſinè iniuria tertij.*
15 *Præſcriptionem perficere poteſt hæreditas iacens.*
16 *Poſſeſſio ciuilis non continuatur in poſteros, niſi ſuccurrat apprehenſa.*
17 *Superioritatis ius non vendo amittitur.*
18 *Iuriſdictionem quis non amittit, etiam ſi ea per centum annos non vtatur, ſi caſus toto eo tempore non euenit.*
19 *Poſſeſſum ciuilem non perdit dominus etiam ſciens, & negligens, ſi fructuarius à naturali fuerit deiectus.*
20 *Libertas non præſcribitur non vtendo etiam per cẽtos annos ſine facto præſcribentis, vt puta intercurrendo poſſeſſionem domini num. 25.*
21 *Directum dominium perdit dominus ſi recuſauerit illatam fidelitatem, & inueſtitur.*
22 *Inueſtitura, aut fidelitatis renouatio non eſt neceſſaria in feudo franco.*
23 *Fruſtinarius emphiteuſa, aut vaſſallus, & eorum hæredes non præſcribunt contra dominum etiam per mille annos.*

24 *Poſſeſ-*

4 Poſſeſſionis cauſam nemo ſibi mutat, fallit ſi factum extrinſecus accedat vtilitatis contractus num. 72. vel ſi mutet cauſam iniuſtam præcedentem iuſtam num. 73.

25 Interuerſio eſt neceſſaria ad præſcribendum libertatem.

26 Interuerſio non eſt ſimplex abſtinentia neq; verbalis contradictio.

27 Tempus petendæ inueſtituræ non currit niſi à die ſcientiæ.

28 Reſtitutio cõceditur vaſſallo aduerſus ignorantiam, & earſum temporis ad petendam inueſtituram intrà quadriennium à die ſcientiæ etiamſi iam elapſi eſſent centum anni.

29 Vaſſallus amittit feudum propter non renouatam inueſtituram, ſi dominus velit.

30 Vaſſallus intra tempus non recognoſcens excuſatur ne amittat feudum, ſi ab initio fidelitas fuit præſtita proſe, & ſucceſſoribus.

31 Malafides impedit præſcriptionem libertatis.

32 Fœmina eſt incapax feudi etiam fœminei dummodo ex tali maſculo.

33 Filius duplex à viro reprobatur.

34 Recognitio alterius facta à vaſſallo non præiudicat vero domino ſi ſcio, nec quo ad dominium nec quo ad poſſeſſionem, & num. 37. vbi vide.

35 ſcientia, & patientia requiritur eias contra quam quis vult præſcribere tam in corporale, & nu. 51.

37 præſcriptio non currit in incorporalibus etiã in mille annis niſi probetur ſcientia.

38 Dominium non transfertur ſolo animo, ſed requiritur traditio.

39 Præſcriptiones non procedunt ſine falſi, & iuris ad manutenendo.

40 Poſſeſſio naturalis non trahit ad ſimilem.

41 Poſſeſſio non continuatur in hæredes ſine apprenſione, ſed fallit in ſuis hæredibus at in feudis num. 42.

43 Princeps adipiſcendo poſſeſſionem ſui ſtatus adipiſcitur etiam poſſeſſionem omnium illi annexorum, quando poſſeſſio eſt formata.

44 Iuramento alicuius ſtatur in dependentibus ab animo.

45 Poſſeſſio defuncto prodeſt hæredi vlteriori ad vſucapiendã etiam ſi medius hæres poſſeſſionem paſſus non ſit, modo ob alio non ſit apprehenſa legitima.

46 poſſeſſio ciuili non poteſt dici ſtare in pendenti, ſed ſtatim eiq; cæpit vacare eoniungitur naturali, ſed limita in naturali vaſſalli, aut fructuarij.

47 Promiſſio, & confeſſio facta ex cauſa erronea erat falſa non obligat.

48 conſuetudine induci poteſt, vt dominio tranſferantur etiam per nouum modum iurſcripto incognitum.

49 L. cenſualis C. de donat. quæ requirat ad eius diſpoſitionem.

50 Præſcriptio centenaria requiritur contra imperium vel principem habentem iura imperij, & num 66.

52 Præſcriptio in rebus incorporalibus ſi non adſit ſcientia, & patientia requirit ſpacium centum annorum.

53 Imperium merum non præſcribitur, niſi quis habeat coſtrum, & territorium in quo illud exerceat.

54 Præſcriptio ſuperioritatis requirit ſpacium centum annorum.

55 Titulus non requiritur in præſcriptione quando bene affectar peciuditium.

56 Titulus non requiritur in omni præſcriptione etiam centenario cui ius reſiſtit.

57 Titulus putatiuus non ſufficit cum agitur de præſcribendo in alieno territorio nec quando concurrit cã corporatiua traditio num. 58.

59 Bonafides requiritur in præſcriptione etiam centenaria, quando de malafide ab initio apparet.

60 Malafides præſumitur in occupatione feudi, & cauſis ardius.

61 Bart. opinio in l. ſequitur §. ſi viã de vſucap. reprobatur.

62 Confirmatio iuris alicui non probat iuſtam præſcribendi cauſam etiam ex longiſſimo tempore.

63 Titulus veris, & tempus 40. annorum requiritur in præſcribenda electione primarie, aut ſi titulus non adſit requiritur tempus immemorabile initu.

64 Quadriennium quod datur pro reſtitutione ex capite ignorantiæ eſt vtile etiamſi lapſi ſint centum, & vltro anni.

65 Scientia ſpecifico requiritur quando requiritur pactus ſuſtentatione.

67 Præſcriptio non currit fauore dubitantis ab initio, ſicus ſi ſuperueniunt.

68 Reſtitutio in integrum non datur pro quærendis, ſed pro quæſitis ſic.

69 Poſſeſſio ciuilis amittitur ſtatim etiam ab ignorante cum quis poſſeſſionem ingreditur cum tanta potentia cui reſiſti non poteſt.

70 Dominus poteſt Vaſſallum ſuum rebellem armis cõpeſcere, & quod capit in bello poteſt retinere num. 82.

71 Scientia rectoris prouintiæ habetur pro ſcientia domini.

74 Præſcriptio noua eſt incohanda, cum primum tempus eſt extinctum.

75 Genere remoto remouetur, & qaælibet ſpecies.

76 Inuaſio nedum alienarum rerum, ſed ea propriarũ eſt prohibita & afficit rem, & committatur etiam ſingularem ſucceſſorem nu. 77.

78 Præſcriptio non poteſt procedere poſt inuaſionem, quam fecerit reſtituta poſſeſſio priori poſſeſſori.

79 Præſcriptio violenta non perficitur etiam in mille annis.

80 Inuaſionis etiã purgatur ex ſuperuenienti confeſſu.

81 Metus præſumitur ducere quandiu ducas potentia opprimatis, ſed non in ſucceſſoribus a.

82 Interruptioni poſt completam præſcriptionem non eſt locus.

83 Præſcriptio 200. annorum habet vim priuilegij.

84 Tituli allegatio non requiritur in præſcriptione 200. annorum.

85 Interruptionis effectus non ſequitur ex actis iudicialibus inualidis.

86 Malafides in præſcribente non purgatur per ſententiam.

87 Sententiæ exequendæ iuri præſcribitur ſpacio 30. ann.

88 Excipiendi ius etiam extinctum renouatur reſtitutio actore.

89 Error iuris non excuſat in præſcriptione longi temporis, ſed longiſſimi ſit.

90 Malafides impedit etiam centenarii præſcriptionem.

91 Dominium particularium rerum tranſit ſine traditione.

tione, cum super vniuersali iure est pronunciatū.
92 *Traditionem rei an operetur sententia pro possessore lata.*
93 *Contextorum vno præscripto aliud non continetur.*
94 *Tranymissibile quæ non sunt ad extraneos hæredes non transeunt cum vniuersitate.*

CONS. XX.

Missa facti narratione, quæ ex serie eorum, quæ in hoc consilio dicentur, patebit. Videndum est, quis habeat in ista Marchia potiora iura, Rex Franciæ, an dominus meus, dominus Dux. Et primo videbimus de Marchia in vniuerso, subinde dicetur de particulari iure castrorum eiusdē, quę vendicat prædictus Rex. Sciendum est tamen prius, quòd annis ferè ducentū elapsis, fuit de hac ipsa Marchia inter Delphinum primogenitum Regis, ac Marchionem ipsum alterum pro suo prætenso directo iure, alterum pro suo vtili parte vna, & D Comitem Sabaudiæ, qui tunc erat, longa cōtentio, super qua prædictus Delphinus ad Regale fastigium morte patris pro uectus, diffinitiuam sententiam protulit in sui, & dicti Marchionis fauorem, atque in odium prædicti Comitis Quam quidem sententiam consultus Bal. latissimè impugnauit, & inualidam, ac nullam demonstrauit, vt est in libro eius consil. 121. à capite inchoantes, in consil. 318. petita venia, & consil. ibi, antecedenti, quod est causa sequentis, licet impressorum inscitia fuerint in duo diuisa, super qua etiam sententia consulti Christophorus de Castelliono, & Ioannes etiam de Castellio, illius qui iurisconsul. idem respondetur, idemq; post eos D. Iacob. à sancto Georgio, & Anto. Ponzilionus, quorum consilia extant, omnesque improbant latè sententiam illam, vt dixi, nullam, siue in Regem fuerit compromissum, tanquam in arbitrum, siue vti in arbitratorē siue etiam si sit eius ordinaria iurisdictio pro-
1 rogata, fundamenta potiora sunt, quòd † morte Comitis collitigantis esset finitum compromissum l. diem proferre §. 1. & l. sed interpellatur §. vlt. ff. de arbit.

2 Item, quòd † esset finitum morte etiam arbitri, nempe ipsius Regis Bart. in l. si quis arbitratu ff. de verb. oblig. Io And. Abb & alij in c. vno delegatorum de offic. deleg. & quamuis à multis damnetur Bar. dum voluit, litigatoris morte finiri compromissum etiam in arbitratorem, vt per Alex. in d. l. si quis arbitratu, tex tamen in c. vlt extra de arbit. tuetur opinionem Bartol. qui hoc generaliter statuit in omni compromisso, neque enim aliud quàm compromissum est, cū ad arbitratorem itur, quod Abb. ibi dicit, sed quicquid sit de dicto Bartoli, satis est, quòd morte arbitratoris, sicut arbitr. finitur compromissum.

Neque dici potest, quòd transiuerit ad successorem, etiā si sub dignitatis nomine fuisset in eum compromissum, cessat enim in Reg[c]e successore magna confidentia, quam habebat Comes in Regem mortuum, qui erat e sororius, siue, vt Itali dicunt, cognatus, cum è contra, Rex successor esset suspectissimus, vtpotè aduersarius in ea lite, facit dicta Bart. in l. q ni liberis 3. hæc verba colum 2 vers. vlt. hanc l. inducō ff. de vulg. & pup. substit. quem ibi sequuntur Paul. de Castro, & alij.

3 Quod etiam † si aliàs transiret in successorem, non tamen tranſit, si in eum non cadit affectio. Hoc idem voluit Bart. in l. si stipulatus, vers. oppono ad secundam de verb. oblig. dum distinguit, an vis arbitrandi competat iure suo, & pro se, an vero alieno iure pro alio, quam distinctionem sequitur Henric. Bohic. in d. e. vlt. de arbit. & Bald. loquens de hoc ipso laudo in c. 1. §. Marchio col. 3. de his qui feud. dare possunt & latius in cap. 1. vers. sed pone dño domini de inuest. in mar. facta D. meus Rui. in cons. 143. nu. 9. lib. 4. vbi istam opinionem dicit communem.

4 Potestas etiam † arbitri, & arbitratoris secundum multorum opinionem terminatur anno, aut ad plus triennio Bart. in l. si quis arbitratu de verbor. oblig. quod multum commendat Bal. in tit. de lege Corra §. 1. col. 5. addens quod, qui tanto tempore est in mora non est bonus vir. & quòd lapsu anni inducitur tacita prorogatio, & etiam arbitri renunciatio cōpromissi quæ omnia multo magis huic casui cōgruunt, vbi post quatuordecim annos fuit iudicatum.

Fuit etiam res reducta ad eum statum, à quo
5 incipere non poterat, neque enim valet † cōpromissum in aduersarium l. pen. ff. de arbitr. ergo neq; in eum succedentem arbitro, neque ob aliam causam est inductum per iura feudorum vt pares eligantur, nisi, ne dominus in sua causa iudicet, vt in tit. an apud iud. vel cur. de contro. inter epis. & vass. in princ. de contro. feudi apud pares ter. & de conten. inter dom. & fidelem in principio.

Et vbi fuisset prorogatio, & non arbitrium, adhuc non valuisset, quia quamuis ordinaria
6 iurisdictio sit prorogabilis † secus in ea, quæ habetur iure feudali seu speciali Barto. in l. 1. col. 2. vers. sed si essemus ff. de iud. Bal. in c. Imperialem § vlt. col. 7. vers. quæro an vassalli de prohib. feu alie. per Freder vbi etiam Afflict. idem Bald. C. si a non compe. iud. l. 1. col. 2. in 5. oppositione, & vbi potuisset prorogari, certum est tamen, quòd si dominus sciat, & prohibeat, etiam lite iam cepta finitur instantia, & acta corruunt Ioa Nona. in c. accusatur de hæret. quem refert, & sequitur Bal. in d. §. vlt. de prohib. feudi alie. per Feder.

Aliud etiam incidenter addo circa dictam sententiam ab alijs non tactum, quia hoc nūdum contigerat, quod cùm Franciscus Rex anno 1536. sub prętextu executionis dictæ sēntentię multa oppida Ducis inuaserit, & occupauerit, & ei ac subditis eius grauissima damna intulerit, omnia hæc fecit sua magna potentia, & per vim armorum, repugnante iu-

stitia,

7 stitia, quia † arbiter suam sententiam nõ exequitur, Bal. in l. vlt. in 6. not. C. de iud. neq; pariter suam exequitur maximè extra sua iurisdictionem, et territorium iudex prorogatus Alex. in l. cùm quædam puella num. 6. C. de iurisdict. omn. iud. vbi allegat concord. et. fuit dictum Specul. in tit. de comper. iud. additio. §. 1. vers. sed quis exequitur, multo ergo minus exequi potest eorum successor. Cætera ad impugnationem dictæ sententiæ latius habentur in præallegatis consiliis Baldi, Ioannis, et Christophori de Castellio; et Iacobini, à Sancto Giorgio: ea igitur sublata, sunt inuestiganda reliqua partium iura.

Inchoando igitur à iuribus dominorum Comitum, et Ducum Sabaudiæ, quæ sunt tempore priora, et ab homagio facto Amedeo Comiti per Manfredum Marchionem in exequtionem laudi inter eos prolati per Bonifacium Marchionem Montisferrati vsque de anno 1169. obijciebant iamdudum illi instrumento agentes pro Delphino, et Marchione quædam satis leuia. Nempe quòd non constabat de compromisso, quod instrumentum habet malam latinitatẽ, et ortographiã, quòd eo tempore Comites Sabaudiæ nondum eo titulo erant inigniti, imo erat Sabaudia sub variis domicilijs, qui Imperatorem recognoscebant, et ipsi vocabantur Comites Maurianæ, quod nemo erat tunc temporis Bonifacius Marchio in Montisferrato, quod in illo instrumento Marchio Salutiarum vocat se dominum Cunei, qui locus nondum erat constructus: neque in rerum natura, quòd instrumentum dicitur actum in loco Noni, qui pariter nondum erat constructus, quod testes in eo descripti non sunt titulati, quod notarius vocat se Thomam de Placentia, absq; alio cognomine, quòd non dicit in subscriptione sua, an aliena manu conscripserit, quod narratio est nimis confusa, et generalis, neque exprimit causas controuersiæ, quòd omnia fuerunt expedita nimis breui tẽpore, ita vt non credatur interuenisse debitã causæ cognitionem, quòd non dicitur quorum Marchio ille Bonifacius consilium participauerit, quod Comites Maurianæ non erant tantarum opum, vt tantum possent parare pecuniam in quanta fuit facta condemnatio erga Marchionem, qui fuerunt sexaginta millia floreni auri, quòd cùm Comes vsque tunc prætenderet Marchiam illam sibi subesse, non est verisimile, quòd tantam pecuniam erogasset in causa nouæ recognitionis, quod cum Marchio per traditionem baculi titulo donationis tradiderit Marchiam, et de ea per traditionem ensis fuerit inuestitus, verisimile est, quòd illud fuerit primum homagium sibi factum quòd deniq; ius illud est præscriptione sublatum.

Pro sustentatione dicti laudi multa respondebat præfatus Iacobinus, vt est in dicto suo consilio folio 25. & seq. vbi videndum erit. Augebatur tamen difficultas ex eo, quod dicit Bal. in tit. de pace Constan. in versic. sententiæ quoque, quod nõ potest emologari laudum,
9 † super quo nõ præcessit compromissum per c. examinata de constr. vtili vel inutili, quæ erat tamen potissima pars responsionis dicti Iacob. ad suprascriptum obiectum.

Potest dici, quod ex narratione notarij, & partium in dicto instrumento apparet, quòd compromissum præcesserat, & de eo allerit illemet notarius se rogatum facit l. optimam cum sua materia C. de contrahen. & commit. stipul. Secundo respondeo, quòd illa decisio Ang in l. sciendum. ff. de verbor. oblig. relata per Alex. in cons. 84. super consultatione lib. 5. quòs omnes citat decisio Neap. 117. promissio, quæ, & ipsa dicit, quòd illud dictum Baldi non est verum.

Causæ etiam cognitio probatur, quia narratur in dicto instrumento ibi, examinatis diligenter quæstionibus ab vtraque parte, & par-
10 ticipato consilio plurium, quibus † verbis cretur, præsertim in antiquis d. l. optimã, & l. cùm aliquis C. de iure delib. cum vulg. fortius inter eadem partes Io. And. in c. cùm in iure peritus de offi. deleg. refert decis. Neapo. 83. num. 3. Alia obiecta cùm nõ sint probata, neque sint probabilia, & contra ea stet, virtus instrumenti publici, facileq; si esset necesse, nedum ex annalibus, sed etiam per publica documẽta probaretur contrarium, non sunt habenda in consideratione.

Et circa instrumentum ante dictum. Sciendum est, quòd in illa contentione agitata Parisius circa annum 1387. fuit originaliter exhibitum, quod constat etiam ex eo, quòd pars aduersa quæ suprascriptas leuissimas oppositiones obiecit, non obmisisset istam grauiorem, quòd instrumentum non erat originale, sed exemplum, quod tamen subticuit quod constat ex oppositionibus seriatim, & extense narratis in proœmio sententiæ tunc per Regem prolatæ, quòd etiam ostenditur ex transcripto, quod nunc habemus, quod fuit exõplatum tunc temporis, videlicet anno 1375. quod fuit initium dictæ controuersiæ super qua fuit postea per Regem pronunciatum an no 1390. Debet igitur exemplo credi, tum quia aliàs fuit productum originalem in causa, tum quia est de antiquo, tum denique quia facto aduersarij perierunt domino Duci mul ta iura. Regij enim milites etiam ex primoribus magno studio ea perquisiuerunt totis istis temporibus bellicis, & ea exportauerunt, aliqua ex his allegat Do. Iacobinus in dicto consilio carta 26. vers. non obstat etiam.

Videndum est modo, quid iuris ex illo laudo, & subsecuta donatione, atque homagio in Comitem translerit, & vbi Marchia per Marchionem teneretur iure allodij prout tã ex parte Comitis, quàm etiam Delphini in illa antiqua cõtrouersia præsupponebatur, pro cuidubio ex donatione ipsa plenissimũ ius, & in dominio, & in possessione fuisset Comiti quæsitũ, etiã si mera, & simplex fuisset donatio iuxta l. si quis argentum §. sin autem C. de donat. & multo magis cùm fuerit ob causam quia

quia ex grandi pecunia data, & quatuor cæsris in feudum traditis, & in hac parte præcedit res ab isque probabili dubio.

Quod si dicamus, ipsum Marchiam fuisse apud Marchionem iure feudi, adhuc dicam tenuisse, quòd factum est, certum est enim, 11 quòd † potest vassallus feudo feruitutem imponere ad sui præiudicium tex. est, vbi Bald. dicit esse not. in c. 1. §. quid ergo, de inuestitu. 12 de re aliena. fac. Item † potest vsumfructum in eo constituere Bart. & alij in l. 3. §. ex contrario de acquir. possess. & in terminis nostris 13 † potest alium de feudo recognoscere, si hoc ex certa scientia faciat. Bal. de feudo guardiæ §. si verò, in l. functiones C. de donat. & idem Bal. in cons. 363. quæritur primo lib. 1. dicit, quòd vassallus subijciendo se alij salvo iure Imperatoris non peccat Host. in c. verum ex de foro compet. distinguens bona fide hoc faciat, an in fraudem domini, quòd hoc casu non est quærendum, cùm expresse sit reseruatum ius Cæsaris. Idem etiam voluit ibi Anton. de Butr. maximè si accedat patientia domini supremi, & quàuis Imola ibi dicat, quòd ad præiudicium dominij non valet hæc recognitio, neque in proprietate, neque in possessione, nihil tamen obstat quando res est cum tertio, & quia habetur consensus domini. Bald. etiam in l. 2. C. de operis liber. distinguit, quia, aut tractatur de domini præiudicio, & non valet quod fit, aut vassallus potest vtiq; domino tam supremo, quam medio satisfacere, & valet, maximè quo ad personalem obligationem, hæc omnia recitat Iacobinus in sua inuestitu. in gl. dictique vassalli promisse. recognoscere nu. 23.

Quicquid tamen ipse ibi dicat (quod tamẽ seruiet ad ea, quæ dicentur infra diua examinabuntur homagia facta Delphinis per eosdẽ Marchiones) longè refert, an vassallus simpliciter recognoscat de feudo alterum, vel quod ipsum feudum alienet. certum est enim, quòd præcedente valido titulo, & traditione, transiit in contrahentem possessio & etiam vsucapiendi conditio, quod respondit ex his, quæ habentur, & not. in c. 1. §. si quis per triginta, si de feud. fuerit contro. inter domi. & agnat. quòd vltra non prosequor, quia nolo immorari, vbi non est probabile dubium, neque placet mihi multiplicare allegationes, quæ impleant cartas.

Maximè etiam confirmantur iura Comitum postquam dicta homagia approbata, & confirmata fuerunt ab Imperatoribus, videlicet anno 1365. & 1375. per Carolum quartum, qui etiam asserit in altero dictorum priuilegiorum, quòd cùm Marchia Salucienſis, fuerit per sententiam deuoluta, & adiudicata Cameræ Imperiali, donat eam dicto Comiti, altero verò eorum confirmat expresse dictũ laudum, & homagium anni 1169. quod latè tractat D. Iacobinus in dicto suo consilio cat. 26. vers. sed respondetur, quod Imperator, quod latius fecit Carolus quintus etiam per geminata priuilegia.

Quòd si obijciatur, quod dicta confirmatio Imperialis seró interuenit, quia iam erat ius quæsitũ Delphino etiam ex triplicatis recognitionib. & homagijs anni videlicet 1210. anni 1290. & anni 1343. quia ratificatio debet inuenire extremã habilia respõdeo quòd non præbet impedimentum quod de iure non fuit effectum, regula non præstat de reg. iur. in 6. cum vulg. nullitas verò atque invaliditas eorum apparebit ex infra dicendis.

Et hoc idem seruiet ad aliud obiectũ, quod pars faciebat, dicẽdo, quòd ille concessiones Principum recipiunt restrictionem à regula l. 2 §. meritò & §. si quis à Principe ff. ne quid 14 in loco publ. vt scilicet † intelligantur sine iniuria tertij, cùm enim tertius, idest Delphinus, nullum posset in ipsa Marchia validũ ius prætendere, præsertim contra Comitem, & longè minus contra Imperatorem, saltem, & multo magis contra Marchionem, si vera est glo. in c. 1. §. præterea de cap. Corra. quam ibi sequuntur Bald. & alij plerique, faciunt latè in hoc adducta per Balb. in tract. de præscrip. in 4. quartæ quæstio etiam 4. quod procedit, siue ille Comes Amedeus vixerit totos illos annos 41. si- 15 ue etiam prius mortuus, sit quia † hæreditas iacens potuit præscriptionem perficere l. cum hæredes in princ. in glo. ff. de acquir. possess. l. ceptum, & l. nunquam §. vacuum ff. de vsucapio.

Verùm quoniam à dicto anno 1169. nullum potest apparere instrumentum homagij renouati erga Comites, qui per tempora fuerunt, saltem de Marchia in vniuerso ex verbis explicitis, & claris vsque in annum 1363. qui sunt anni ferè ducentum, neque illa ciui- 16 lis † possessio, quæ erat apud primum Comitem acquirentem, fuit continuata in eius posteros, nisi apparet de eius apprehensione d. l. cum hæredes & l. qui vniuersas §. quòd per colonum de acq. possess. & not. in l. si hos- 17 mo ff. de vsucap. videtur illud † ius superioritatis tanadiu non vtendo amissum l. hæc autẽ iura. ff. de seruit. vrb. prædio. quod fortius procedit, si casus vtendi interim cuenit, Alexan. cons. 16. lib. 5. latè tradit Balb. d. tract. de præscriptio. secunda quintæ post tertiam quæst. vers. circa primam num. 6. vbi etiam dicit, quòd quãdo libertas præscribitur contra inferiorem à Principe supremo, sufficiunt 40. anni sic videtur Marchioni tanto tempore quæsita libertas: Augebatur hæc difficultas ex homagio medio hoc tempore facto per Adelasiam Delphino, & alijs duobus supra relatis

relatis, ex quibus videbatur interuersa possessio Comitum per iura in interdum. §. vltim. in l. quamuis §. 1. l. peregrè. §. vltim. de acquir. possess. per Bar. eod. tit. in l. quod meo in prin. vers. & idem dico, dum dicit, quòd si is qui est in castro, concedit alij iurisdictionem, transfert in eum possessionem, quod dixit Bald. in d. l. 2. in 9. colum. versic. seu quid si quis C. de seruit. quod prius dixit Host. in c. verum de foro comper

Neque videbatur tuta responsio, quam dabant huic obiectioni Dom. Iacobinus, & Anton. Ponzilionis dum dicebant, quòd † etiam si quis per centum annos non vtatur iurisdictione, non proprerea eam amittit, per dicta Bartol. in l. in filijs C. de decur. lib. 10. & in l. cùm scimus C. de agric. & censit. lib. 11. quia Bar. loquitur, & ita intelliguntomnes, quando casus toto eo rempore non euenit, quod hoc casu non videtur dici posse, cum sit necesse contigisse multos casus præstandi seruitij, multos etiã renouandæ fidelitatis propter mortes tam Comitum, quam Marchionum.

Neque pariter tuta videbatur responsio, quam dabant prædicti DD. dum distinguebat inter ciuilem possessionem, quę requiritur super naturali, quam alius habet seu quæ alterius ministerio habetur, & ea, quæ per se subsistit, quia primo casu cùm naturalis, puta quæ est penes seruum, aut procuratorem, aut colonum vsurpatur, & dominus eam recuperare negligit, proculdubiò etiam ciuilem suã amittit. At secundo casu, vt cùm naturalis est apud fructuarium, emphiteutam, vassallũ
19 si † ij deijciuntur Dominus sciens, & negligẽs ciuilem non perdit. glo. in l. 1. in fin. ff. vsufructu. quemad. cau. vbi Bald. in 2. lec. rationem reddit, glos. est etiam de hoc minus vulg. in l. 3. §. in amittenda in gl. vlt. de acquir. possess. not. Bart. in l. 1. in §. non autem alij, in l. 3. §. vnde vi. ff. de vi. & vi armata, & in l. si homo de vsucapio. Quamuis enim verum id sit, vt propter neglectam alienam naturalem, nõ amittat dominus ciuilem suam, secus tamen si hæc ipsa ciuilis negligatur, qui videtur casus nosser.

Neq; dici potest, ex eo, quòd Marchiones retinuerint suam naturalem, quæ erat obnoxia seruire Comitibus, quòd retinuerint ipsi ministerio eorum ciuilem suam, obstat enim quod dicit Bar. in d. l. si homo, quod sicut per amissionem huius naturalis non fit præiudicium domino in sua ciuili, sic nihil ei prodest adeptio, vel retentio huius naturalis in vassallo, si negligat dominus suam ciuilem, quòd pendet à ratione l. 3. §. in amittenda, & l. quẽadmodum ff. de acquir. possess. quòd hisdem regulis procedunt, possessionis acquisitio, & amissio.

Augebatur insuper hæc difficultas, quia quamuis non potuerint Mrachiones ita libertatem præscribere, vt sint acephali, potuerunt saltem, vt alij subsint, qui sit acceptior, Abb. post glo. & Calder. in c. cùm non liceat colu. penul. versic. ex quo infertur, de prescript. vbi etiam dicit quòd potest talis ex persona alterius superioris, prout hic Delphini, allegare præscriptionem, quia interest sua non mutare dominum, c. vltimo de maior. & obed. c. auditis de præscriptio.

Imo & potest Marchio etiam ex suo iure eam allegare: quamuis enim ad alieni iuris acquisitionem nemo sine possessione præscribat, & consequenter neque possit cuilem dominj præscribere, potest tamen præscribere adipsius ciuilis extinctionem, ita declarat ibi Panorm. in vers. secũdo potest, & vers. in præscriptione, vbi dicit, quòd implicat contradictionem, quòd quis sit vassallus, & liber, sed nõ ideò minus sequitur effectus abnegatiuus, per quẽ subtrahatur quis ab aliquius obedientia, quia non obedientiam præscribit, sed libertatem, hæc Abbas, quæ non vidi tractata à prædictis consultoribus, cùm tamen videatur multum vrgentia.

Pro resolutione quærendũ est primò, quid ex obiecta negligentia, quæri potuerit Marchionibus, & subsequenter quid quæri potuerit Delphinis. Circa primum, de negatiua seruitij nihil inuestigare opportet, cùm ex suprascripto laudo feudum esset francum à lege seruitij, vnde frustra ab eo sumeretur argumentum, quia non entis nullæ sunt qualitates, & nihilo secundum phisicam rationem, nihil sequitur.

Restat igitur examinare negatiuam homagij, nunquid cùm non fuerit tanto tempore præstitum, dicatur præscripta † libertas, & dico, quòd non, per illam ipsam l. hæc autem iura, quæ in contrariũ allegabantur. exigit enim ibi iurisconsultus factum præscribenti, quòd si nihil nouisfecerit, ius alterius saluũ manet, vt in fine illius legis dicitur, vnde propter illã l. dixit Ang. in l. 2. C. de præscriptio 30. anno. quòd etiam si per centũ annos dominus non imponeret seruitium vassallo, non propterea liberabitur, cùm non fuerit requisitus ad homagij, & seruitij præstationem, ibi etiam dicit Bald. quòd si per centum annos non imposuit dominus aliquod onus vassallo, si ipse non gessit se pro libero, libertas ei non quæritur, & si ciuitas, inquit, per centum annos non vtatur iurisdictione, quam habet in castro, non propterea eam amittit, quo vltimo excepto, vix dici potest, casu non euenisse, nõ est igitur in causa præscriptionis ipse nõ visus, etiam si euenerit casus, sed ipsa voluntas domini, & an habuerit necesse, ita Felin. in c. ad audientiam num. 19. de præscrip. latius per eũ in c. cùm accessissent col. 10. versic. hanc regũlam limita de constitu. quod mihi videtur pẽdere à ratione l. cùm de indebito. ff. de probat. cùm enim alia possit sumi coniectura, nõ debet ea sumi, per quam ius intereat.

Præterea non reperitur, vt puto, iure cautum, quòd ob non renouatam fidelitatem
21 amittat dominus ius suum, † nisi ita casu, cum oblatam recusat accipere, & inuestire iuxta not. in tit. per quos fiat inuest. in glo. vlt. imò in contrarium est decisio Bal. in d. l. male agi-

tur

tur quæ est l. 2. C. de præscript. 30. an. ibi enim dicit, quòd si dominus stent per centum annos, quòd neque exegit seruitia à vassallo, neque homagium petijt, non propterea contra eum præscribitur. Et hoc dictum refert, & sequitur solemnis doctor. dominus Crau in tractatu de antiq. temp. 4. parte, sectione, quæ incipit circa præmissa nu. 38.

Confert; quæ dixit idem Bald. in tit. quid sit inuestitura in principio. vers. quæro. Nos habemus, quòd ad hoc, vt habeat quis actiuã possessionem iurium necesse est adesse aliquod patiens possessum, sed vassallus, vt ibi inquit, in nullum habet, aut exerceat hanc possessionem actuam, neque sine ea potest præscribere, quod dicit esse de subtile ad intelligendũ forte etiam dici posset, quòd etiam posito q̃ non posset dominus ipsum hanc renouationẽ negligere, quod nõ puto, hoc tamen non pro-
22 cederet † in feudo franco, in eo enim non est necessaria renouatio inuestituræ, aut fidelitatis, quæ sunt correlatiua Bald. C. de cond. insert. l. si plures col. 2. ver sic dicitur autem francum, refert Iaſon vſi. feud. num. 115. & Affl. in tit. per quos fiat inuesti. §. nulla col. 2. cessat igitur omnis negligentia, & consequẽter omnis præscriptio.

Vel solue, & hoc videtur mihi tutissimum
23 fundamentum, quòd † neque fructuarius, neq; emphiteuta, aut vassallus præscribit aduersus dominum quantouis tempore, etiam mille annis, neq; pariter eorum hæredes tex. est in l. competit C. de præscrip. 30. anno. aper tius in l. neque fructuarius C. de vsufruct. vbi Bal. Salic. & Paul. de Cast. nisi domino possessionem interuerterint, ita etiam dixit Specu. in tit. de locato §. nunc aliqua, ver sic. 44. cuius hæc sunt verba. Item dixit Rofred. quòd si emphiteuta per mille annos possideret, & possionem nõ interuerteret, hoc est, quòd dominum venientem non admitteret, nunquàm præscriberet; licet enim pensionem non soluat, & in animo suo fingat, quòd vult rem illam possidere, vt propriam, non prodest,
24 quia † nemo mutat sibi causam possessionis, Speculatorem, & illud dictum de mille annis, refert, & sequitur Afflict. in tit. si de feu, fuer. contro. inter dom. agna. §. si quis per 30. colum. 13. in 6. nota. num. 16. & multa in hoc congerit Balb. in dicto tract. in 4. quartæ q. 11. num. 4. quo magis miror, quòd in ea parte in 8. quæst. alleget Iaſ. referentem pro contrario illud dictum Specu. vers. 44.

Ad idem est nota. distinctio Salic. in d. l. comperit, aut vassallus inquit, vult præscribere ipsum ius vassallitium, vt videlicet sit talis, forte, quia non potest ostendere suum titulum, vel quia præscribit contra alium, & præscribit communi tempore dicto §. si quis per 30. aut vult præscribere libertatem, & nõ potest quantouis tempore, nisi prius interuertat, & hanc distinctionem comprobat Alexand. cons. 78. num. 13. lib. 5. sequitur Iaſ. consil. 57. lib. 1. per totum, & secundum eam debet intelligi Panorm. in d. c. cùm non liceat supra allegatus pro contrario, ne aliàs repu-
25 gnet iuribus, & receptæ sententiæ, quod † requiratur interuersio, aliàs nullum quantumuis tempus sufficiat. Potest etiam solui dictum Abb. vt restringatur ad meros subditos prout verè de eis loquitur: nos verò loquimur de vassallo, qui ius suum meritur à domino, & cuius præscriptio tendit ad quærendum ius in re, quod est secus in subdito, qui re nullam habet, quòd declarat ibi Abbas, si rectè consideretur in versic. nam secundum Calderinum, & secundum has distinctiones veniunt intelligendæ omnes auctoritates in contrarium supra allegatæ, quæ volunt hæc iura non vtendo amitti, vt sit verum, si sequatur interuersio, vel si sit seruitus merè personalis, aut etiam merè realis, in qua tamen contrarium hominis factum interueniat iuxta d. l. hæc autem iura. Interuersio igitur Marchio
26 ni fuit necessaria, † vt se à iugo Comitis subduceret, neque simplex abstinentia dicitur interuersio Angel. in l. 2. versic. sed in quantum de præscript. 30. anno. probatur in l. qui rem ff. de acquir. possess. neque est interuersio verbalis contradictio Bald. d. l. 2. C. de seruitut. colum. 8. versic. dic quòd per solam verbalem, & sunt iura in l. 3. §. si rem ff. de acquir. possess. in l. inficiando in prin. & l. si quis vxori §. neq; verbo ff. de furt. quamuis neque de ea appareat.

Neque pariter interuersionis instar habuit recognitio illa Adelasiæ, de qua mox dicetur ad aliud propositum, ita Spec. in tit. de iurisd. omn. iud. §. 1. vers. illud, refert sequitur Guid. Pap. decis. 305. si vassallus in fi. quod infra latius comprobabitur.

27 Insuper cùm vassallo † non currant tempora petendæ inuestituræ nisi à die scientiæ Bald. quæ fuit prima cau. benef. amit. in prin. de capit. Contra. in princ. de prohib. feu. alie. per Federic. §. præterea, multò id magis debet concedi domino, cùm ad id ex feudali lege non obligetur. Et sicut restituitur vassallus aduersus huiusmodi ignorantiam, & cursum temporis, æquè restituetur dominus, &
28 hæc † restitutio competit intra quadriennium à die scientiæ etiam si iam lapsi essent centum anni Bald. in l. falsam C. si ex fal. instru. Crau, qui latè comprobat d. tracta. de antiq. temp. 4. parte, sectione, cuius initium est, materia ista, num. 45. post Balb. in d. tracta. in 4. quartæ quæst. 19. num. 10. & etiam prima parte sextæ in 22. casu.

Dum etiam dixi supra, quòd vassallus amittit feudum propter non renouatam fidelita-
29 tem, dicit Specul. debere intelligi † si dominus vult, ne aliàs inducta in fauorem, retorqueantur illi in odium, vt in tit. de feud. §. quoniam vers. 28. ibi, vnde & si postea, quod multum congruit huic casui, si quis velit in perniciem domini vertere longeuam vassalli abstinentiam in renouanda fidelitate, & homagio.

30 Excusatur etiam † vassallus intra tempus non recognoscẽs, si ab initio fuit fidelitas præ-

stita

sita pro se, & successoribus Bal. quæ fuit prima caubenef. amit. in princ. sequitur Ias. cõs. 159 col. 3. lib. 2. Felin. de fimo. c. ne deci nu. 9. quod latius tractant Canonistæ in c. veritati de iureiur. & voluit Affli. in d. §. nulla, per quos fiat inuestitu. æquè igitur hoc proderit domino iudicantur enim ad paria, & in multis potior est causa domini, quod non est nũc necesse comprobare.

Obstat postremò Marchioni malafides, sciuit enim saltem primus rem esse affectam, & 31 per † eam impeditur præscriptio libertatis Balb. in d. trac. tertia quartæ quæst. quã opinionem dicit tenendam in consulendo, & in iudicando, quod etiam procedit in hærede committitur enim eum mala fides defuncti c. si diligenti & c. fin. de præscrip. vbi Feli. in 5. colum. istam opinionem attestatur communem, idque etiã procedet si velit à se ipso inchoare ipsam, vt in dictis locis reprobata opinione Host. & Bartol. qui aliter tenuerunt latè comprobat Balbus in d. tract. in 2. tertiæ in quæst. 12. numero 12. Et per ista concludenter, vt puto, est probatum, Marchionibus ex suprascripto temporis lapsu non esse quæsitam libertatem, neq; præscriptam.

Descendo modò ad iura Delphinalia, & cum initium sumat ab homagio Adelasiæ siue Adelaidę, quæ anno 1219. Marchiam suppositit Delphino, qnærendum est in primis de ipsius Adelasiæ iuribus. Contra ea, & dictum homagium hæc obiecit dictus Iacobinus in dicto suo consilio carta 35. vers. nec est curandum opponit enim, quòd ipsa non erat capax feudi, quia fœmina, cui potest addi etiam si feudum sit fœmineum, dummodo 32 exet masculus, † vt in cap. 1. de feudo fem. & tunc extabat quidam Manfredus, quod probant iura per aduersarios tunc producta, cùm esset contentio Parisijs obijcit, quòd ipsa non possidebat Marchiam, quòd non poterat alienare sine consensu domini, siue is esset Comes, siue esset Cæsar, quòd Dalphinus fuit in mala fide, quia contra iura mercatus, contra scilicet iura in tit. de prohib. feud. alien. per Lothar. & per Federic. multa alia obijciebat.

Ego confirmo, quia ex illomet instrumento ostenditur, quòd illa Adelasia non poterat esse de agnatione, & prosapia Marchionum, vocat enim Guigonem illum Delphinum patruum suum, porro patruus est frater patris l. 1. §. tertio gradu Iurisconsultus §. tertio gradu ff. de grad. est autem notorium, quòd nullo sibi inuicem agnationis gradu attinebant Marchiones, & Delphini. Aderat etiam tunc temporis quidam Manfredus, qui dicitur nepos dictæ Adelasiæ, fortè eius nepos ex filio prædefuncto, quod sit verisimilius ex inuestitura Imperatoris anni 1206. in Manfredum fortè avum huius iunioris, & maritum huius Adelasiæ, quæ omnia, imò ferè singula probant, quòd nullum ius competebat huic mulieri in illa Marchia, siue in dominio, siue in possessione. Neque enim magis possessionem transferre potuit, quæ non possidebat, quàm dominium, quæ non erat domina, facit vulg. regula nemo plus iuris de reg. iur. & in specie facit quod dicit Petr. Paul. Paris. in cons. 27. num. 127. & cons. 101. num. etiam 101. lib. 1. quod non sufficit ostendere titulum translatum, nisi & ostendatur de iure, & potestate transferentis, & hic est grauis, & euidens defectus, qui non potuit esse ignotus Delphino, cùm esset patruus, & ostendit apertissimè in inualiditatem, & malam fidem ipsius.

Posito verò, citra omne præiudicium, quod fuisset verè Marchionissa. Videndum est, quid voluerit, & quid potuerit transferre. Quòd vtilia iura & naturalem possessionem à se abdicare voluerit, neque ipsi aduersarij sunt dicturi: neque enim hoc inter eos agebatur, neque congruit qualitati eius, quod agebatur, fatendum est igitur, quod directa iura, & ciuilem possessionem voluit Dalphinus acquirere. Aduersus hanc acquisitionem obijciebant antiqui consultores, & rectè, vt est in consil. Ponzilioni fol. 22. verfic. vltimò notandum, quòd ibi fuit fictus titulus, 33 & ficta traditio, & consequenter duplex † fictio, quę à iure reprobatur. Bartol. in proprijs terminis in l. si aliquam, in vltimo membro, ibi, quandoque interuenit fictus titulus ff. de acquir. possess.

Non potuit etiam, quatumuis fuisset Marchionissa, directa iura, & ciuilem possessionẽ transferre, quia illa non habebat, sed erant penes Comitem, aut saltem penes Cæsarem. obstat igitur, quòd nemo dat quod non habet iux. dictam reg. nemo plus iuris, & reg. id quod nostrum, eod. tit faciunt quæ in istis terminis dixit Anton. de Butr. in cap. verum col. 3. de foro compet. ibi enim quærit, an no- 34 ceat ecclesiæ recognitio, † quam alteri facit eius vassallus, & dicit, in proprietate quidem non per reg. c. cum super de re iud. non etiã, in possessione, quia patientia possessi non potest formare quasi possessionem ad præiudicium domini, nisi ipsius domini concurrat scientia, & patientia, siue hoc faciat vassallus mala fide, siue bona. Idem etiam voluit ipse Anton. in colum. lo vlt. in vers. secundus casus de restit. spol. dicit enim, quòd vassalli patientia potest quidem sibi nocere, sed vt præiudicet domino, requiritur patientia domini, redditque ibi rationem, quare malitia coloni alienantis præiudicet domino, non sic in malitia vassalli alterum recognoscentis, quia scilicet in corporalibus possessio regulatur ab apprehensione, in quo multum potest organum coloni, sed in corporalibus possessio regulatur ab animo non vassalli, sed domini, quod etiam dixit in cap. olim el primo co. tit. in 1. col. verfic. alij dicunt, cõsimili etiam modo arguendi vtitur Bertol. in l. vsucapio versic. formo vnum dubium ff. de vsucap. ibi enim dicit sic: vtile dominium remansit penes emphiteutam directum erat domini, nullum igitur transtulit, ide m etiam

Bart. in l. quod meo in princip. verſ. ſed ruſtici, dicit quod ſi ruſtici qui nulla vtebantur iuriſdictione, niſi paſſiua, concedunt eam alteri, & conſtituunt ſe eius nomine poſſidere, non transferunt in illum quaſi poſſeſſionem, cùm
35 nullus eſſet apud eos vſus ipſius, & quòd † requiratur ſcientia, & patientia eius contra quē quis vult præſcribere, dixit Bald. in d. l. 2. C. de ſeruit. num. 18. & hoc idem per multa exēpla cōfirmat Ant. de But. in c. vlt. col. 20. verſ. vnde remanet concluſio col. 21. verſi. ideò in puncto iuris, & toto num 37. vbi hoc examinat per 3. col. de cauſa poſſeſſ. & propr. dicitq; ibi, quòd ſi Titius facit confiteri alienos ſubditos eſſe ſuos, & abiurare priorem dominum, nullum propterea quæritur in eos ius, nec præiudicat vero domino: concurrit; quia incorporalia propriè, & verè non poſſidentur. ſed quaſi l. 4. ff. vſufr. l. quotiens de ſeruit. & hæc quaſi poſſeſſio nihil eſt aliud, quàm ſcientia cum patientia eius, contra quem poſſidetur Bartol. in l. 1. §. 1. verſic. vlterius quæritur ff. de itin. actuque priuileg. in leg. prima §. vltimo ff. de aqua plu. arcen. vtique non concurrente dicta patientia, nullam ſequi quaſi poſſeſſionem neceſſe eſt dicere, facit quod in conſil. 27. num. 101. ſupra allegato dixit Pariſius, quod niſi in corporalibus
36 probetur poſſeſſio, & in incorporalibus † patientia, etiam in mille annis non currit præſcriptio, quod etiam dixit in dict. conſil. 101. num. 105. lib. 1. & hinc eſt, quòd incorporalia tenacius inhærent, & difficilius amittuntur, quòd dixit Anto. in dicto c. olim lo vlt. colum 2. in fine, huc etiam tendit, quod dixit Brun. in conſil. 20. num. 2. quod id quod dicitur, quod contractus factus in re, vel eius conſpectu transfert poſſeſſionem non procedit in incorporalibus, quia aliud eſt locus, aliud iuriſdictio, vel ſuperioritas, & traditio conſiſtit in patientia allegat Anton. in dicto c. vltim. de cauſa poſſeſſ. & propriet.

Et hoc fortius comprobatur ex eo quia in acquirente, & animus, & corpus requiritur, neque alterum ſufficit, in amittente verò exigitur animus d. l. 3. §. in amittenda & d. l. quē admodum Innoc. de reſtitu. ſpol. c. in literis Bal. C. de leru. l. 1. num. 7. in fine, not. in l. vlt. ff. quemad. ſer. amitta. per Innoce. in cap bonæ de poſtul. præla. ignorantia verò Comitum præſumitur l. verius ff. de probat. & debet de ea ſtari eorum dicto, vt dicam latius infra loco magis congruo nota in §. aliæ inſt. de actio. per Bart. in d. l. 1. §. 1. de itin. actu que priu. & ipſa qualitas actuum Delphini in quærendo, & qualitercumq; poſſidendo hoc oſtendit. Sequitur igitur, nullam eſſe in eum poſſeſſionem translatam, conſequenter igitur nullum eſt illatum domino præiudicium l. quamuis §. 1. de acquir. poſſeſſ. qui tex. licet loquatur in colono, qui aliter poſſidet, quam vaſſallus, vt iam dixi ſupra, ratio tamen illius l. quòd non fiat præiudicium in eo caſu domini, quia non eſt tradita poſſeſſio, & conſequentet neque interuerſa, quam rationem conſiderat etiam Bar. in l. interdum §. vltim. de acquir. poſſ. qui optimè congruit huic noſtro caſui.

Multo autem minus fuit ex illo homagio tranſlatum dominium propter antedictam reg. nemo dat, quod non habet, nemo plus iuris, & reg. id quod noſtrum, facit dictum Speculat. ſupra allegatum, & Guid. Pap. dicta
37 deciſio. 305. quòd ſi † vaſſallus meus me abnegat, & alium recognoſcit mihi non præiudicat, fortius dixit Bald. in leg. cum falſa. C. de iur. & fac. ignor. quòd ſi quis rem ſuam propriam confiteatur eſſe alterius, non tranſfert in eum dominium, ſequitur D. meus Dec. conſil. 564 nu. 3. multò ergo minus illud transferret cùm non habeat dicit etiam Bald. in tit. de capit qui cur. vend. num. 13. allegando Odofred. in l. traditionib C. de pac. quod ſimplex recognitio vaſſalli ſibi non præiudicat. ſunt enim, inquit, certi modi conſtituendi feudum longè ab hoc diuerſi, & dixit idem Bald. in conſil. 135. inter caſtrum verſic. nec dici poteſt libr. 3. quòd ſi ſubditi ſubtrahunt ſe ab obedientia domini, non derogant eius iuri, imo inſtar furti faciunt ſui, & qui eos recipit, muſor dicitur, vnde, & capi poſſunt, & reduci veluti apoſtatæ, quia pacto debitorum creditorum iura non conuelluntur, & propterea, idem Bal. in d. l. 2. de ſeruit. in 9. colum. verſic. vel dic, ſic dixit, abſit vt rebellio ſubditorum priuet poſſeſſione ſuperiorem, niſi cum capiant, vel expellant, dixit etiam Spec. in tit. de feud. §. quoniam ſuper, verſ. 4. quęritur, quod qui ſe hominem alterius erroneè conſtitut, vel abſque cauſa, ſibi non præiudicat, & dixit Bal. in d. l. 2. verſ. ſed nunquid ciuitas, quod ciuitas, vel caſtrum poteſt ſe alteri ſubijcere ad ſui præiudicium, ſed non vt tollat, vel minuat ius veri domini, & in eadem l. colum. 10. verſic. Sed quid ſi quis, dicit, Quòd qui exigit ab huiuſmodi hominibus iuramentum fidelitatis, quaſi poſſeſſionem in eos non acquirit ſi tales iurantes eam tradere non poterant, quod fuit dictum Bart. in d. l. quod meo, vt dixi ſupra, & dixit idem Bald. in l. nec ſi volens C. de lib. cau. & quòd ſi Rex Francorum facit aliquam ciuitatem confiteri eſſe ſuam, & ſibi iurare fidelitatem, non valet quod fit, poſito quòd verè non eſſet ſua, & eum ad hoc allegat Iaſ. in vſib. feud. num. 53. & dixit Affict. in tit. de controuerſ. inueſtit. §. ſi quis de manſo. col. 15. quòd ſi quis facit alienos homines confiteri eſſe ſuos, facit ſibi præſtari iuramentum fidelitatis, non quæritius, neque poſſeſſionem, dixit etiam Bart. in d. l. quod meo, in princ. in fine comment. quò per huiuſmodi recognitionem poſſeſſio non transfertur, & eſt text. de hoc in tit. de inueſtit. de re aliena fac. in §. quid ergo, vbi dicitur, quòd poteſt quidem ſibi ipſi vaſſallus nocere, ſed non domino etiam quanto vis tempore, vbi gloſ. dicit, ex longiſſimo, & ibi Bald. ſequitur poſt Iac. de Bel. quem allegat addens, quod cuius

non

non nocet factum eius nō nocet decuria cōtra eū præscriptio. faciunt appositissimè quæ dixi supra allegando Iacob. in sua in inuestitura in gl. dicitq; vassalli promisserunt recognoscere num. 23. licet enim supra ab initio dicta, quæ confirmatur ex hic aggregatis per me. non obsterit homagio facto per Manfredum Amedeo Comiti, quia ibi non fuit statum in puris terminis recognitionis, obstant tamen maximè huic simplici recognitioni, & homagio ne obstet D. Comiti habenti anterius ius directum subalternum ad dominium supremum Imperatoris. Quinimo vassallus ita recognoscens amittit feudum, quod dixit Iacob. in d.glo. & nu. 23. in fine versic. aduertite tamen, quòd etiam dixit Thomas grammatic. in consil. 31. num. 2.

Considerandum est insuper, quòd nulla in illo homagio interuenit traditio, sine
138 qua † dominium transferri non potuit l. traditionibus C. de pact. §. per traditionem. Inst. de rer. diuis. neq; recognitio illa est habilis ad tradendum dominium etiam si quis esset dominus propter dicta iura, & quia animus nō sufficit ad dominij abiectionem l. si quis vi §. diffitentia. ff. de acquir. possess. not. Bart. in d. l. si aliquam colum. 2. versic. secundum membrum. Et quamuis, si Delphinus fuisset dominus Marchiæ per abusiuam traditionem annuli, aut ensis potuisset transferre possessionē eius in inuestitum, & maximè præsupposito, quòd iam per prius ita inuestitus, fuisset in possione ipsius Marchiæ iuxt. not. in §. interdum instit de rer. diuis. & iuxta ea quæ not. in c. 1. quid sit inuest. cùm tamen ipse nunquam fuisset ante illum actum aut possessor, aut dominus illius Marchiæ, quod ex illa recognitione, & homagio dominium, & possessionem eius quæsierit, rursumq; quòd eam in inuestitum retransfulerint, iure, vt puto, non probabitur, & repugnat omnibus decisionibus supra allegatis, & præsertim notatis in d.c. verū de foro compet.

Frustra igitur, stantibus supradictis, quæritur, an saltem vsucapiendi conditio sit translata, cùm enim ad præscribendum non quęliber possessio sufficiat, sed requiratur mens
139 iustificata per bonam fidem, quia † præscriptiones non procedunt sine facti, & iuris adminiculo, vt per Bald. in d.l. 2. col. 5. versic. 3. quæro C. de seruit. cumque ciuilis possessio ad præscribendum sit apprimè necessaria, quod Bar. & omnes alij dicunt in d. §. ex contrario, & Abb. in cap. causam de præscript. constet autem ex illo homagio, neque ciuilem fuisse translatam, neque potuisse transferri, frustra præscriptionis materiam ingredimur, & si ultra præscriptioni pars aduersa initiatur, quæ vt dixi, & probasse arbitror, nunquam ciuiliter possedit quod præter præallegatos omnes dixit etiam Gozad. in cons. 9. col. pen. vers. præterea præsupposito.

Sed vt neque hæc pars videatur neglecta, licet multa doctè, & copiosè cōscripserint prędicti Iacobinus, & Ponzillo, vt est in eorum consilijs maxime in consil. D. Iacobini fol. 35. versic. Aggredior nunc materiam. Ego spicilegium faciam post messorum terga, absque astringendo fasciculos ab eis collegatos.

Primum igitur, quod in facto notatu dignum puto, est quòd ab illo instrumento Aquilaiæ vsque ad alterum, quod dicitur fecisse quidam Thomas Marchio anno 1291. intercedunt anni 81. quo interuallo, cum nulla sit facta renouatio, iam obstat aduersario obiecta alijs negligenna, & possessionis amissio, retorquenturq; in eam sua iacula, quod multo magis obstabit, si de eo fidem non faciat, prout hactenus nō fecerūt vsq; in aliud enim sequens anni 1343. sunt anni 133. intermedij.

Aliud etiam est considerandum, quod cū nulla neque ciuilis, neque naturalis esset in Delphinos translata possessio, impossibile est secundum notissimas iuris regulas, quod potuerint præscribere, regula sine possessione de regul. iur. in 6. l. sine possessione ff. de vsucap. glo. & Bart. in l. 1. C. de seru. fugit. dū volunt, quòd quādiù alius possidet ciuiliter, tu etiam si possideas naturaliter, nunquam incipis præscribere, multo ergo minus si nullo modo possideas, imò etiam posito, quòd illa ciuilis Comitum fuisset vacans sine propter eorum ignorantiam, siue propter negligentiam, siue naturalis esset penes Marchiones siue etiam si fuisset apud Delphinos, non
140 † transisset tamen naturalis illa ciuilem ad se quid probatur ex his quæ volunt Io. Audr. in addit. Specul. in rubr. de feudis, & Bald. in tit. de Cap. Corra. §. 1. Abb. in d.c. ad audientiam colum. 5 de præscript. & est receptissima opinio quòd si tertius tandiù feudum possideat, vt illud præscribat, in quo procul dubio requiruntur 30. anni d. §. si quis per 30. non tamen præiudicat domino in sua ciuili, de quo latius dicam infra versic. quod si obiciatur in 2. carta, quamuis de illa naturali, & iure vassallitico præscripto sit quæstio, an valuerit ad præiudicium domini, qui forte cogetur alium habere in vassallum quàm quem velit. quod non prosequor, quia non pertinet ad rem istam.

Ad obiectū qui fiebat de possessione, quę non transit ad hæredem nisi appareat de apprehensione. Respondeo, quod non apparet creuisse ex hoc iura aduersariorum neq; Marchionis, vt supra est conclusum, neque etiam Delphini, in quem transferre ciuilem possessionem, & directa iura non potuit, qui illa non habebat. Respondeo secundò quod reg. quod possessio non continuatur in hę-
141 redem secundum aliquos † non procedit in suo glo. in d.l. cùm hęredes in princ. & in §. sui inst. de hæred. qual. & differēt. inst. in suis de liber. & posthum. verum quia hæc opinio habet multos contradicentes. Respōdeo tertio
142 quod dicta reg. non † procedit in feudis, ita Bal. in l. eū antiquiorib. C. de iure delib. col. 6. vers. 12. refert & sequitur Iaf. in l. quotiēs col. 6. vers. & nota perpetuò C. de rei vindic. Respondeo quarto, quod cùm agatur de qua-

possessione iã formata,& in esse producta, eo ipso quòd princeps adipiscitur possessionem
43 sui status,† adipiscitur etiam possessionẽ omnium illi annexorum,& ab eo dependentium secus si ageretur de quasi possessionem de nouo formanda, aut si aliquis tertius illa connexa, & dependentia vsurparet, ita notabiliter distinguit Ant. de But. in c. vlt. sub nn. 20. vers. sed si ageretur,& versic. credo quòd solo ingressu ciuitatis, sub num. 22. de causa poss. & proprie,& eandem distinctionem facit ibi nu. 33. allegando Petr. de Bellaper. in l. seruitutes ff. de seruit. & Cyn. in l. 2. C. eod. tit. Cùm igitur ciuilis possessio Comitũ esset iamdiu formata,& in esse producta, sequitur quòd transiuit in quoscunque eorum statim cùm adepti sunt possessionem sui Comitatus. Hanc tamen distinctionem inter formatam, & formandam aliter intelligit Balb. in d. tract. in 2. quartæ quæst. 1. in fine vers. & dicitur, & in secunda quæstio. nu 7. & fortè minus rectè. sed neque illo modo ipsius minus potest adaptari ad hanc rem nostram, secundum tamen priorem modum intelligit ipse Ant. in eod. tract. in tertia quarte quæst. in fine.

Potest etiam responderi quinto, quod cum de interuertione dictæ ciuilis possessionis nõ appareat,& sit quid ab animo dependens, sta-
44 bitur ipsorũ Comitum iuramento † an eam animo retinuerint, & iurabit etiam successor Bal. in tit. si de inuestit. inter domin & vassall. lis oria. in princ. colum. 2. Alex. in l. vlt. in fin. comment. ff. ne quis eum qui, iurat etiam filius super facto patris, maximè in his quæ sunt sibi verisimiliter nota, iuxta illud nemo nouit patrem nisi filius firmat Bald. in d. titul. si de inuestit. §. 2. verfic. not. filios & per Dec cons. 536. num. 12. versic. nec obstat, & Afflict. de consuetud. recti feud. §. si à iudice num. 10. & quod credatur asserenti se nunquam habuisse animum deponendæ suæ ciuilis possessionis dixit Felin. in cap. vigilanti colum. penult. de præsc. allegando Gemin. in cap. Pontifices 7. quæst. 1. Respondeo etiam sexto, quòd repetita postea recognitio, & fidelitas per Marchiones etiam si longissimo interuallo sufficit, ita Bald. in cap. 1. num. 7. de capit. qui cur. vend. & coniungetur hoc tempus vltimum factæ renouationis cum tempore illius primæ etiam vacationis, ita probatur in glos. in leg. Pomponius §. non autem secundum tertiam lecturam ff. de acquir. possess. & quamuis Bartol. ibi nullam illarum trium lecturarum glo approbare videatur, multisque placeat prima, & hanc tertiam reprobent, comprobatur tamen ex text. in leg. 2. si eam rem, versic. etiam hæredi ff. pro empto. ibi enim
45 dicitur, quòd † hæredi vlteriori proderit ad vsucapiendum possessio desuncti, etiam si medius hæres possessionem nactus non sit, nisi, dicit ibi gl. alius in medio possederit, quæ text. etiam si cauilletur, non potest euadi quando probetur coniungi primum, & vltimum tempus etiam si medio tempore nemo possederit, id fuerit possessio vacans, ad idem est text. in l. qui cum hærede §. vlt. & in l. qui fundum in prin. illo eo. tit. pro empt. quamuis glo. in d. l. cui fundum, in vers. hæredi, aliter sentiat, dum vult, quod hæres adiret antequam serui possessionem derelinqueret, quæ est manifesta diuinatio, & lex illa esset de indubitabili, repugnatq; verba text ibi. An nihilominus tempus longeuæ possessionis processerit, ad quæ iura nirum est non aduertisse subtilem Clau. de Seisel. in d. §. non autem, qui impugnat Rapha. & Aretin comprobantes dictam tertiam lectu. illius gl. & qui Aret. omnino erit videndus, quia aliqua dicit, quæ conferunt supradictis, licet non alleget d. iura. Quamuis enim possessio sit vacans per multum tempus, non est tamen facta interuersio, nisi postquam sit per alium apprehensa, & propterea non debet impediri coniunctio ipsorum ad præscriptionem, prout notatur in suprascriptis locis, & etiam in d. l. cùm hæredes, quæ allegabatur pro contraria, & hoc est fortè, quod sensit D. Iacob. in d. suo cons. dum allegauit Bald in l. cùm miles ff. ex qui. cau. ma. vt in fol. 33. vers. Item etiam si præsupponeremus, Qui tamen fuit contentus illo solo dicto Baldi, ad probãdum quòd coniugantur possessio prima anni 1169. cum altera anni 1363. etiam si fuisset interim vacans absq; alia comprobatione.

Confirmatur dicta tertia lectura, illius gl. ex alia gl communiter recepta in l. ceptam ff. de vsuc. quod inchoata præscriptio potest perfici, etiam si nemo possideat, dummodo nemo alius interim apprehẽdat, secus tamen in præscriptione nondum cœpta, quia eam non potest inchoare hæreditas iacens, quæ est differentia, de qua dixi supra, inter possessionem formatum, & formandam.

Et ratio quæ allegatur, est, quia possessio est apta continuari in hæredem, si non sit per alium occupata, quia hæres fingitur eadem persona cum defuncto. hæc inquam ratio nõ minus procedit in secundo vlteriori hærede, quàm in primo, certum est enim quod hæres hæredis, testatoris est hæres, quæ fuerunt verba & rationes Dyni in reg. sine possessione, quem refert, & seq. Balb. in d. tract. in tertia tertiæ in tertio requisito in princip. num. 2. & in tertia sextæ in princip. num. 12. in 3. limitatione.

Neque obstat si dicatur, quod illud homagium Adelasiæ intermediũ destruit istud fundamentum, quia impedit coniungi ista tempora, & secundum opinionem Aretini, & alia supra in id adducta, & multò fortius impediunt alia duo subsecuta dictis annis 1291. & 1343. de quibus fiet sermo suo loco, quia iam responsum est, nullam translatam possessionem, nullum dominium, nullum secutum validum effectum ex illo homagio, quod pariter probabitur de alijs, frustra igitur ab eis obijcitur de reg. non præstat impedimentum, & inter alia confert ad d. reg & ad hanc rem nostram, quod dixit Felin. in d. c. ex tenore de rescriptis in 3. col. allegando dictum Abb. in cap 2. de reb. eccles. non alien. qui dixit, quòd occupans

cupans rem ex titulo inualido dicitur raptor, & magis in proposito facit quod dicit Bart. in l. bonorum ff. rem rat. hab. quod defectus medio tempore impediens & postea cessans, non habetur in consideratione, quod si ita est, cū impedimentum est aliquod, multò id magis cum est nullum, facinat quæ dicam infra de citatione, litis contestatione, & sententia inualidis, quæ non interrumpunt præscriptionem, licet eam interpellarent, si essent valida.

46 Quòd si obijciatur, quòd illa tenuis possessio non potuit tamdiu stare in pendenti, imo statim cùm cœpit vacare, quæsita & coniuncta fuit naturali iuxta glan. l. fed & si nolit ff. de acq. pos. Respondeo, quod istud non procedit in naturali, quam habent fructuarius, aut vasallus iure suo, hæc enim vacantem ciuilem nunquam trahit ad se, ita Bart. ibi & sequitur Alex. & Ias. qui illam l. legerunt cum l. clam possidere §. qui ad nundinas ad fi. commen. qui reddunt rationem, quia isti non habuerūt animum eam acquirendi, & fortè aptior est ratio, quia nō potuerunt mutare sibi causam possessionis, nullo facto extrinsecus interueniente, quamuis enim is, qui naturalem vsurpauit, solam eam ab initio habuerit creditur, tamen ab initio habuisse in animo plenā possessionem acquirere non sic in alijs, quos constat ab initio sua naturali fuisse contentos, quę fuit ratio Bart. ibi.

Quòd autem tituli illi Delphinorum nulli fuerint, atque inualdi, quod attinet ad primū per Adelasiam factum, satis supra demonstratum est. Restat id comprobare de reliquis, capio igitur secundum anni 1292. Dicitur autē de eo, quod Thomas Marchio narrās, & credens quòd ex homagio dudum facto per Adelasiam ipse, & prædecessores sui facti sunt vasalli domini Delphini. Hinc est, quòd ipse homagium, & fidelitatem renouauit, & præstitit, vel præstaturum obtulit. Neque enim est adhuc nobis visum illud instrumentum quod tamen erit diligentissimè eōsiderandum. Sed præsupposito, quòd instrumentum illud eantet, vt dixi, & habeat clausulas substantiales requisitas, ac omnia solemnia, adhuc tamen dicitur, quod in nullo obstat dominis Comitibus, & Ducibus, in primis quidem, quia stante inualiditate tituli Adelasiæ, quæ ex supradictis redditur euidentissima, secundum istud

47 homagium, † quod in illo substantiatur ex erronea, & falsa causa redditur ineficax, facit dictum Spec. supra allegatum in tit. de feudis §. quoniam vers. 4. quæritur, quòd qui per errorem, & falsam causam facit se hominem alterius, in nullo sibi præiudicat, multo ergo minus præiudicat tertio, quod etiā probatur in l. 2. ff. de doli except. imo reprobatur ibi Barto. qui dixi, quod si promissio sit facta ex certa scientia, valet, cum sit causa ipsa liberalitas, de quo per Alex. cons. 13. col. 2. lib. 1. sic neq; obligat error in promissione. l. si is qui plus ff. de cond. inde. & l. qui sine de cond. sine causa: sic non obligat in solutione, cùm possit repeti. l. 1. & l. quod indebitū ff. de eōd. inde. sic neque obligat in liberatione l. si cum te ff. de pactis, sic & multo magis non obligat in obligatione, cùm nihil magis sit consensui contrarium, quam error l. 2. ff. de iud. cū vulg. & est generale in omni negotio subueniri errāti l. qui testamento vbi Bal. not. ff. de exec. tut. quæ omnia citat Dec. cons. 350. col. 2. cōl. 408. vbi improbat contractum cui iuramentum accesserat, & in cons. 600. num. 6. & propterea Bal. in cons. 215. proponitur col. 1 lib. 2. loquens de inuestitura multoties renouata pro solis masculis, cum antiqua includeret etiam fœminas, dicit, quod præsumitur erroneè factum, cùm quis facit, quod non tenetur facere, & quod dicitur de erronea causa, multo magis dicendū est de falsa, vt per Dec. cons. 318. num. 4. cons. 375. num. 28. cons. 525. nu. 6 quam materiam latè tractat. Felin. in c. quod super col. 1 & 2. de fide instr. Et magis in specie facit quod dicit Bald. in tit. de feud. guar. §. vlt. quòd si facta sit fidelitas per errorem, vel per impressionem non valet, quod etiam dixit in l. non ideirco C. de iur. & facti ignō. loquens de eo, qui soluit censum, vt ex contractu emphiteutico, qui postea defectus est inualidus vnde habet locū quod dicitur, à primordio tituli posterior formatur euentus, quod latius prosequitur Iacobinus à Sanct. Georgio in dicta sua inuest. in glo. dicti quę vasalli promiserunt. Fuit etiam nulla illa renouatio, & recognitio propter prohibitam alienationem feudorum d. titulis de prohib. feudi alien. per Lotha. & per Feder. vbi etiam tollitur omnis præscriptio vt in c. 1. §. præterea de cap. Corra. intellige quo ad domini præiudicium.

Et quamuis gl. ibi intelligat exclusam præscriptionem longi temporis, non etiam longissimi quam nonnulli Doct. sequuntur, probabilius est tamen, vt neque longissima possessio, & præscriptio etiam 40. annorum attēdatur, alias enim lex illa Corradi, & Lotharij esset inanis, cùm ex d. §. si quis per 30. si de feu. fuer. contro. iam esset inductum, vt non curreret præscriptio in feudis nisi 30. annorū, & sic longissimi temporis, & multo esset inanior promissio Federici, de qua in d. c. Imperialem, quæ tamen inducta fuit ad amplificādum d. l. Corradi, & Lotharij, melius igitur multò intellexit glo. in d. tit. de inuestitu. de re alie. fac. §. quid ergo, quæ etiam longissimam præscriptionem dixit exclusam, & confirmatur ex eo, quod dicit Abb. in c. vlt. de præscrip. nu. 5. arguendo de personas ad tempus, & in hanc partem potest induci tex. in l. vlt. C. de sacrosanct. eccles. statuitur enim primò ibi, vt nulla contra ecclesiam currat præscriptio, subiungitque Imperator, cordi nobis erat hoc in omne æuum extendere, sed vt euitetur infinitas, restringitur ad centum annos, erant igitur verba illa, nulla præscriptione obstante, apta excludere etiam centenariā præscriptionem, nisi quòd visum est obuiare infinitati, quanto igitur magis excludent quadragennariam? Et cùm Afflict. ind. §. præterea

rea de cap. Conrad. nu. 29. dicat, quod glo. illa communiter damnatur, non est vltra super hoc disputandum.

Obstant præterea huic secundo homagio omnia obiecta contra prædictum, quòd sint fictus titulus, & ficta traditio, quod Marchio vtilia iura, & naturalem possessionem transferre noluit, directam vero, & ciuilem nō potuit, quòd nulla est secuta traditio, quod sine possessionem non procedit vtucap. quod non valuit illa recognitio ad præiudicium domini, quicunque is esset, siue Comes, siue Imperator, quod Marchio fuit in mala fide, submittendo alteri quod alijs prius iam erat submissum: aut saltem est hæres primi subuittentis, cuius mala fides in eum transijt. quoa in deteriore fide fuit Delphinus, qui sciebat esse feudum, quòd probat tex. in d. c. Imperialem §. præterea Ducatus: iuncto vers. seq ibi, aliud autem feudum, quæ est dictio repetitiua, etiā consimilis qualitatis l. vlt. vbi Bald. C. de his, qui a non domino, quem in hoc citat Dec. cons. 86. col. vlt. quem tex ad hoc allegauit Iacob. in d. suo cons. & melius probatur in cap. 1. quis dicatur Dux ibidem dicitur, is, est Marchio, qui est inuestitus de Marchia. conuertūtur igitur diffinitio, & diffinitum l. omnis diffinitio de reg. iur. tot igitur obiectionibus stantibus, apparet quod neq; hoc secundum homagium nocuit,

Verùm quia præmissis multum videtur repugnare decisio Guido Pap. 272. quæ incipit, vtrum dominium libet aliquantulum super ea insistere. Concludit enim ibi, quòd si priuatus quispiam recognoscat ab alio rem suam transfertur in illum dominium, & censetur ab eo recognitum directum, per l. censualis C. de don & ibi Bald. qui dicit, esse ibi casum quòd si rem propriam recognoscō a monasterio in censualem ex certa scientia, statim efficitur censualis. Addit decisio, quod licet non transferatur ex ea dominium, quod habet pro absoluto inducitur tamen eius probatio, prout in simili dicitur de extraiudiciali confessione, quæ noninducit obligationem, sed eius probationem, hæ sunt rationes eius.

In contrarium arguit primò, quòd sūt certi modi dominij querendi, inter quos iste non reperitur. Item quia arguendo a partium enumeratione, siue recognoscens esset dominus, siue recognitus, siue neuter, dominium non transijt, primo casu non, quia nuda traditio non transfert dominium l. nunquam nuda de acq. rer. dom. & quia, vt est dictum. iste non est modus a iure ad hoc inuentus, aut approbatus siue adsit constitutum, reseruatio vsufructus, aut quid similis effectus; secundo casu iam, quod suum est amplius suum effici non potest, tertiò modo adhuc est certus, quod nemo plus iuris, &c. l. nemo plus iuris de reg. iur. l. traditio de acq. rer. dom.

Neque dominio nuda voluntate abijciuntur l. si quis, vi, §. dominia de acq. poss. aut est verus titulus, & vera traditio, aut verus, & ficta, aut, è contra, vera, & fictus, aut vtrunque fictum. Primo modo esse non potest, quia recognitio non est verus titulus, neq; etiam traditio. Secundo etiam modo esse non potest quod si non potest esse verus, vt dictum est, neque potest etiam adesse ficta traditio, sed nulla, & sic cessat tertium membrum; quartum verò est cæteris debilius, si enim ex vero sit, non transfertur, nisi adsit vera traditio, aut ficta à iure inuenta, quanto minus transferet, si vtrumq; cessat, seu sunt argumenta contraria quę, quanto vincant conclusionem auctoris aperte dignoscitur

Sustineri tamen potest decisio auctoris ex
48 consuetudine patriæ, quam allegat, quia cōsuetudine induci potest, vt dominia transferantur etiam per nouum modum iuri scripto incognitum, vt per Innoc. in cap. 2 de consuetud. Et ita intelligendo, cùm consuetudo illa sit localis, alibi non facit ius, nec præiudicat.

Item contra illam decis. est contraria decisio eiusdem 315. quæ repugnantia, vel ex eo fit euidentior, cum vtrobique alleget dictum Io. Fab. in §. æquè Inst. de actio. Nisi quòd in prima decisione loquitur in recognitione merè reali, quæ non est adeo repugnans liberati in secunda loquitur de mixta personali, videlicet habente onus reale coniunctum, & quia facilius inducitur obligatio patrimonij, quàm personæ, & bonorum, vt pater ad sensum.

49 Non obstat d. l. censualis, † requiritur enim ibi, quòd constet, quòd animo donandi id factum sit, vt ibi dicit glos. item quòd ex certa scientia, vt expressè dicit Bald. item illud intelligitur præsumptiuè, potest enim contrarium probari, vt in. glos. ibi, item fallit ū ex coniecturis præcedentibus, vel sequentibus appareat de alia intentione, quàm donandi vt l. præses, quæ statim illam sequitur. Constat autem ex tot recognitionibus tam multis factis quod omnes fiebant in necem Comitum, neque enim solis Delphinis fecerunt recognitionem istam; sed Principi Achaiæ, Luchino Vicecomiti, Bernaboni Vicecomiti; quæ omnes probantur per documenta publica; fortè etiam dici potest, quòd in d. leg. censualis concurrat in inducenda præsumptione donationis calor; publicæ personæ, qui actui assistit, videlicet censitoris, & est in arg. quod dicit Bar. in l. iura. C. de omni arg. de scr. lib. 11. quòd licet alias confessio erronea non præiudicet mihi in dominio rei meæ transferendo, nocet tamen propter calorem iudicij, & loquitur in consimilibus terminis de eo, qui passus est prædia sua per aliium possideri.

Illam etiam decis. 272 in ro, quòd dicit talem recognitionem valere, etiam ad tertij præiudicium latè impugnat Ripa. in d. l. si aliquam num. 40. & seq.

Posito autem, quod extrema ad præscribendum habilia interuenissent non tamen esset præscriptum per Delphinum contra Comitem præscribebatur enim cōtra Imperium

50 † quo casu cētenaria præscriptio requiritur, dicta l. vltima. C. de sacrof. Eccle. Felin. in d. c. ad audientiam de præscrip. col. penul. vers. amplia primò, quod etiã procedit in eo principe, qui habet in suo statu iura Imperij Feli. ibi in tertia ampliatione Alex. in consil. 84. lib. 5. num. 23. subdens, quod alia opinio, quæ habet, quod contra inferiores Principes à supremo præscribitur communi tempore, restringitur ad eos, qui non habent iura Imperialia, quod etiam dixit Paul. de Castr. in consil. 34. super primo dubio col. 2. lib. 2. quem allegat Alex. licet sub alio num. in consil. 2. col. 3. in fin. lib. 1 & ita intelligendo nihil obstat, quod dixit Bar. in l. cum ponsus. §. in vectigalibus. ff. de publicia. in rem actio. licet eum etiam in inferiore Principe reprobet ibi Alex. in additio.

Et hoc maximè est tenendum in præsenti casu, vbi est euidens, & principalissimum præiudicium ipsius Imperatoris, quia si procederet Delphino præscriptio cum illa iura Delfinatus Regi obuenerint, qui recusat pro Delfinatu subesse Cæsari, in pari causa erit ipse Marchia, pro quo facit text. in d. cap. ad audientiam de præscript. vbi agebatur de præscribendo censu contra vassallum, & tamen dicitur, quod principaliter tractatur de præiuditio Papæ.

Præterea siue contra Cæsarem, siue cõtra Comitem præscriberetur, necessaria erat patientia eius, in quem præscribebatur, quod est supra latè responsum & firmat Bart. in l. 1. §. de nuque. ff. de aqua pluuia arc. & in l. 1. §. hoc interdicto vers. fateor tamen de itin. actuq; priua. scriben. in l. 1. & 2. C. de seruit. Alex. consil. 6. col. 3. & 4. lib. 5. quæ patientia nunquã affuit; imo neque simplex, & nuda scientia, & hoc clare ostendit ipsa qualitas factorum. quam enim notitiam in cere potuit homagium vnum, aut alterum factum in camera, & clandestine nullo præcedente, nullone sub sequente facto partium, quod verisimiliter potuerit innotescere? pro quo faciunt dicta glo. & Bar. in l. si duo, col. 2. vers. quæritur glo. ff. vti poss. & melius congruit quod dicit Ant. de But. in cap. petuenit col. 17. vers. ad tertiũ de censib. quod multo plus operatur multiplex præstatio, quàm vnum, aut alterum factum, quod etiam considerant Doct. in leg. si certis annis. C. de pac.

Facit etiam, quia cùm nullus actus, vt dixit tradituus aut apprehensus possessionis corporali ministerio interuenerint, & cùm etiã in incorporalis. corporale quoddam ministerium requiratur, quod dixit Bald. in d. l. 2. C. de seruit in 4 col. vers. quæro qualiter acquiratur possessio in iuribus, minusq; apparet de aliquo actu continuatiuo, & qui habuerit actum successiuum, qui potuerit innotescere is, quorum interest scire cessat præscriptio, propter quod cessat obiectum, quod faciebat Alex. in dicto consil. 16. colu. 4. vers. nec ad hoc obstat si dicatur.

Rursum, vt hoc repetam, quòd requira-

51 tur scientia, † & patientia eius contra quem præscribitur, dixit Bartol. in l. quotiens. ff. de seruit. & Iason l. imperium colu. 10. vers. circa aliud in quo dubitat Bar. ff. de iurisd. omn. iudic.

Et est not. quòd Iason paulò supra vers. ve-

52 ritas est contra Bart. dicit, † quòd si non adsit scientia, & patientia aduersarij, requiritur ad præscribendum spacium centum annorum, quod tempus aliqui voluerunt requiri, etiam cùm de ipsa iurisdictione quærenda agitur, quos refert Balb. in d. tract. in secunda quinte vers. circa 4. quæstionem. quæ est 5. Iason. late quem allegat in dicta l. imperium.

Item & est, not quòd ibidem dixit Iason

53 colum. versicu 2. limita, † quòd ad hoc, vt 9. præscribat quis miertum imperium, necesse est, quod habeat castrum, & territorium, in quo illud exerceat, quæ omnia cessant in Dalphino, qui nihil vnquam apprehendidit, nihil posset, & cuius iura, si quæ habuit semper fuerunt occultissima, ita vt neque ex vero, neque ex verisimili potuerint innotescere dominis Comitibus quorum intererat saltem vsque in annum 1370. vel circiter. vnde si sublato illo homagio Adelasiæ, noua inchoetur præscriptio ab illo secundo anni 1291. posito quod ei non obstaret tanta, & talia, prout visum est supra, & alia, quæ mox subiungam, apparet tamen ex supradictis, quod centenaria præscriptio erat necessaria, tum quia præscribebatur contra habentem iura imperialia, tum quia nunquam affuit scientia, neq; patientia iolorum Comitum, quòd præter Iasin d. l. Imperium, tenuit etiã Balb. in d. tract. in secunda quintæ vers. 2. est quæstio an requiratur scientia, quod tempus constat non esse decursum, cum facta sit notoria interuersio anno 1363. ex bello in dicto Marchioni, de quo infra fiet sermo, sed & ex alijs infra dicendis fortius probabitur, centenariam præscriptionem fuisse necessariam.

Insuper considerandum est, quòd si in præscribendo merum imperium, aut iurisdictionem, & scientia cum patientia, & longissim. 40. annorum curriculum exigitur, aut si desit patientia, requiruntur anni centum, quòd dixit Balb. in d. tract. in 2. §. in 2. quæst. cum tamen sint res, quę acquiruntur, & exercetur per facta valdè notoria. & valdè continua, cùm exercens continuum habeat tribunal & banna, quæ semper vigent, sitque in subditis continua patientia, & obedientia. Neq; possent hęc tandiu tolerari per eũ cui præiudicantur, quando sit in aliqua negligentia quanto magis dictum tempus annorum centum debet exigi in eo, qui tractat de præscribenda superioritate per solos actus recognitionis bis aut ter in centum quinquaginta fere annis sibi factę, quod est factum sui natura occultissimum, & clandestinum neque est aptum natuę innotescere; & insuper cùm illud sit valdè graues, & magis præiudiciale factum quàm precedens, cum

valdè minus interfit domini, quod ſquis acquirat contra Vaſſallum ſuum merum mixtumq; imperium, & omnimodam iuriſdictionem, quàm ſi ſuperioritatem ipſam ſuper quo Doct. in materia ipſa præſcriptionis non modicam vim faciunt, & citius, & facilius quæri conſentiant, ea quæ leuioris ſunt præiudicij, quod dixit Bart. in leg. ſeruitutes la grandæ ff. de ſeruit. in d.l. 1. §. denique de aqu. plu arcen. Ant. de Butr. in c. peruenit de cenſib. Balb. in d. tract. in ſecunda tertiæ quæſt. 6.
54 in fin. imo † quod in præſcribenda ſuperioritate dictum tempus centum annorum exigatur, dixit idem Balb. in dict. tract. in ſecunda quintæ in 2. q. in fin. allegat. c. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſignific.

In omnem verò caſum, quod interueniſſent habilia ad præſcribendum loquor de traditione, & poſſeſſione, ſeu quaſi, quæ tamen nunquam interuenerant, erat tamen neceſſarius titulus quàuis aliàs in præſcriptione incorporalium nõ ſoleat eſſe neceſſarius. Ceſſat enim hic ratio, propter quam regula-
55 riter non requiritur, † quæ eſt læuitas præiudicij, vt per Dyn. in reg. ſine poſſeſſione de reg. iur. per Bart. in d. l. ſeruitutes, hic enim de graui præiudicio manifeſtè apparet, ita Bart. & Paul. de Caſtr. in d.l. ſeruitutes, latè comprobat Balb. in ſæpè allegato tract. in ſecunda tertiæ quæſt. 6. num. 10. verſ. limit. iſtam & in ſecunda quartæ q. 2. num. 1. & 2.
56 Et eſt regulare † in omni præſcriptione, cui ius reſiſtit c. 1. de præſcript. in 6. Abb. in c. ſi diligenti colum. penult. de præſcript. prout reſiſtit in præſenti caſu, vt in tit. de prohib. feud. alien. per Lothar. & de prohib. feu. alie. per Feder. in princ. iunct. tit. de capit Corra. 9. præterea, quod etiam dixit Abb. in d. c. ſi diligenti colum. 8. verſ. ſed an de iure. Imo fortius, titulum hoc caſu requiſiuit Ant. de Butr. etiam in præſcriptione centenaria, vt per eum in d. c. peruenit col. 18. verſ. an tempus deducatur in iudicio.

Et dictus titulus debet eſſe verus, & puta-
57 tiuus † non ſufficit, cùm ageretur de præteribendo in alieno territorio Bald. in l. vlt. colu. 8. verſic. attende, & verſic fallit quandoque, C. de edic. diui Adr. toll. refert Balb. in repet. l. Celſus in 2. not. in fin. & quòd non prodeſſet iuſtus error, neq; putatiuus titulus, cum res eſſet alienari prohibita, ita vt etiam verus titulus, & vera traditio non poſſet dominium transferre probatur in l. nemo poteſt, & ibi glo. ff. pro legat. not. Bald. in l. nullo, C. de rei vend. & Bald. in d. 2 notab. in 2. limitatione, & propterea ceſſat obiectum, quod videbatur fieri poſſe ex his, quæ dixit Bartol. in dict. leg. Celſus col. 2. verſ. ſed quis eſt ius error, quod videlicet, ſit iuſtus error etiam in facto proprio, cùm pars ipſa cum qua contrahitur aſſerit rem ita ſe habere, prout hic dicitur, quod illæ Thomas Marchio aſſeruit præceſſiſſe homagium illud per Adelaſiam factum prædeceſſoribus Delphinis, nihil enim prodeſt iuſtus error, vbi verus exigitur titulus.

Facit etiam aliud, nam Delphinus ipſe fuit in mala fide, rem de iure alienari prohibitam acquirendo c. qui contra iura de reg. iur. in 6. l. quemadmodum C. de agr. & cenſi. lib. 11. & non ſolum eſt in mala fide, qui ſcit vel ſcire debet. rem non eſſe vendentis, ſed etiam qui ſcit vel ſcire debet, eam, vel ex ſe ipſa, vel ex perſona, non eſſe in libero comercio Balb. in ſecunda tertiæ q. 1. nu. 3. in fine.
58 Non etiam ſufficit † putatiuus titulus, quãdo concurrit cum eo putatiua traditio, quod dix, ſupra allegando Bar. in d. l. ſi aliquam de acq. poſſ. cui nunc addo Bald qui idem dicit in d. l. nullo col. 2. verſ. diſtinguamus ergo C. de rei vindica. imo traditio ipſa debet eſſe eo nomine facta, eum qui §. vlt. ff de publiciar. no. Salic. in d. l. nullo. Et quod vera traditio requiratur voluit gloſ. in d. l. Celſus, reddens rationem, quia cum in vero titulo requiratur traditio, neque aliàs trasferratur dominium, abſurdum eſſe dicere, quod plus poſſit putatiuus, & fictus titulus, quàm verus, refert Bal. in d. l. celſus num. 27.

Item erat neceſſaria bona fides, vt per omnes ſcribentes in d. l. Celſus per canoniſtas, in d. c. ſi diligenti in c. vigilanti de præſcrip, & in c. vlt. eo. tit. per Balb. in d. tract. in quarta quartæ quæſt. 4. in fin. in ſecunda tertiæ q. 6.
59 ſub num. 20. verſ. ſed contrarium, vbi fortius eam exigit † etiam in præſcriptione centenaria, quando de mala fide ab initio apparet. quod dixit Petrus Paul. Pariſin conſ. 104. nu. 133. conſil. 101. num. 111. conſ. 27. num. 116. ſi 1. etiam quando de mala fide præſumitur, vt d. conſ. 27. num. 118. & d. conſ. num. 125. dixit, quod talis mala fides cõtinuatur in omnes ſucceſſores allegat conſi. Abbas 3. quod incipit. Nitar in 16. quæſt. lib. 2. vbi Abbas
60 dicit † quod in cauſa ardua, qualis eſt occupatio feudi mala fides præſumitur, quod repetit Pariſ. dicto conſ. & num. 101, & quod afficiat ſucceſſorem etiam à ſe incohantem etiã in præſcriptione centenaria dixit ibi nu. 140. vbi iſtam opinionem atteſtatur commu nem, & ibi nu. 141. replicat quod dixit de mala fide in vſurpante feudum, quæ quidem bonafides, tantum abeſt, vt in præſenti caſu in Delfino appareat, vt de mala conſtet, tam ipſius qui vt dixi ſupra, contra iura eſt mercatus; quam etiam Marchionis, quem conſtat fuiſſe malæfidum.

Sciendum eſt enim, quod illomet anno menſe Ianuarij, cùm Aprili factum ſit inſtrumentum cum Delfino, idem ille Marchio conſtituit procuratorem ad tranſigendũ com ponendum, & concordandum, ac ponendũ totam Marchiam, & omnia caſtra, ac quicquid habet in Italia domino Comiti Sabaudiæ, Cuius mandati vigore D. Procurator donauit, & ſubſequenter in feudum recepit dicto nomine à prædicto Comite nominatim in ſpecie loca iſta, Salutias, Carmagnoſiam, Reuellum, Foſſanum, Bricheraſium, & Pologheriam, Ceruinaſcum, Laynaſcum, Cabalarium Ieonis, Moneſtarolium, Ruffiam, Caſale-

salegrassum, & Caramaniam. Quæ omnia loca, exceptis tribus primis, quæ de præsenti occupat Rex, vendicantur per eum à moderno Duce, tàquam indebite occupata, de qua particulari occupatione dicetur latius suo loco. Perpendat igitur, qui his est facturus iudicium, quia bona fide versaretur ille Marchio, & an serio ageret cum Delfinis, an verò colluderet in voce Comitum, cùm intra trimestre duas istas recognitiones tam contrarias, & repugnantes fecerit.

Neque obstat si dicatur, quòd cùm agatur de præscribenda libertate contra seruitutem, & sic vbi nullum exigitur factum præscribentis, bona fides non erat necessaria, quod dixit Bart. in l. sequitur §. si viam de vsucapien. & in le. naturaliter circa fi. comenti illo cod. tit. Quia respondeo, quod opinio † illa Bart. communiter damnatur vt per Bal. in l. 1. colum. 3. de seruit. & per omnes apostill. ad Bar. in d. §. si viam, & in d. l. naturaliter, & per Bal. in d. trac. in secunda tertię quæst. 13. & hęc mala fides afficit hæredem etiam in vtente accessione defuncti, quòd dixi supra, & firmat Balb. vbi suprà proximè in 12. quæst. nu. 12. Quamuis hoc motiuum reddatur impertinēs ex alio, videlicet quia tendit ad sustinendam præscriptionem libertatis in Marchione, quæ fuit latissimè supra exposita, & nunc quæritur de præscriptione Delfini, cui non potest congruere hæc libertatis acquisitio.

Ad id etiam, quòd dicebam supra, quòd assertio Marchionis præbuit Delfino iustam erroris causam, potest etiam respōderi, quòd Marchio nihil noui iuris credidit, aut voluit trāsferre, posito quod bona fide ageret, quod tamen ferè est impossibile, p id quod proximè supra dixi de alio contractu gesto cū Comite, sed solum voluit antiquum, si quod erat confirmare, non igitur præbuit ei iustam præscribendi causam, etiam ex longissimo tempore, ita Pau. de Cast. in terminis in cons. 79. quia frustra col. vlt. vers. breuiter contrarium lib. 1. qui & ipse in ardua, & graui causa respōdit, faciunt; quæ dixi supra car. 15. vers. nec obstat si dicatur.

Considerandum est etiam circa ea, quæ dicta sunt supra in materia præscriptionis, quod diutina possessio in corporalibus, & longeua patientia in incorporalibus, ideò præiudicant quia facilè præsumant iura, quòd titulus, & bona fides ab initio interuenerint, cùm non sit verisimile, quòd quis tam negligens sit, & supinus in re sua, vt eam patiatur tandiu sine causa occupari. At in præsenti causa, in qua tot seculis, & annis saltem 132. tria tantum homagia sint facta, quæ singula mille scatēt morbis, & vitijs, & cùm ea, etiam si fuissent vera, neque ex vtero, neq; ex verisimili venerunt ad notitiam Comitum, quod per eiusmodi actus sit adepta vlla possessio, minusq; vlla inducta præscriptio, vix (vt puto) psuadebitur cupiam, qui & iura, & rationem iurium intelligat, & consideret.

Quamuis enim vel ex vno actu constituatur quis in quasi possessione iuris, puta eligēdi: quod dixit. Baldus. in tit. quid sit inuestit. in §. si vero vassallus, allegan. Gofredum in summa, & Innocen. de capit. mo. cap. dilectus, not. canonistæ in c. cùm ecclesia, post glosibi de causa possess. & prop. hoc tamen ideò est, quia subsequitur confirmatio superioris. quod Bald. dixit in d. §. si vero vassallus, aut saltem ideò est, quia collegæ, & capitulum patiuntur illum interesse, & cœligere, vt per Doc. in d. c. cùm ecclesia, præter etiam quod tractatur de feui præiuditio, maximè si ille eligat cumulatiuè cum cęteris, nō autem solus, & priuatiuè quoad cœteros, de quo per Anto. de But in d. cap. cùm ecclesia, & in d. cap. peruenit de censi. colum. 11. At quòd ex tali quali etiam bino vel trino actu seorsum, & clam facto etiam si esset validus, tantum generetur præiudicium, non videtur rationabile, neque iuridicum, imò arguen- 63 do à dicto exēplo, & simili electionis † quando agitur de ea præscribenda priuatiuè ad alios, quòd requiratur verus titulus, & tēpus 40. annorum, aut si titulus non adsit, quod requiratur tempus immemorabilis initij, dixit Ant. de But. in d. c. peruenit, latè comprobat Balb. in d. trac. in prima quintæ quæst. 6. vers. prima conclusio.

Ad hoc igitur vt Delfini præscribere potuerint patet ex his, quæ dicta sūt supra, quòd fuit eis necessaria traditio, & possessio Item titulus. item bona fides. Item diutina patientia Comitum cum tempore habili, quæ omnia cessant, & deficiunt, & ad hæc confirmanda facit, quod in d. c. 1. de præscrip. in 6. dixit Francus, quod præscriptioni innitens debet probare omnes qualitates ad eam necessarias vt sunt titulus, bona fides, continuata possessio, scientia, & patientia, & alia pro qualitate rei, aut iuris quod præscribitur. Qualiter autem scientia, aut ignorantia præsumatur, ostenditur ex his, quæ scribit Feli. in c. 2. colu. 2 de except. vbi more suo latè tractat.

Et in omnem casum decursæ præscriptionis esset concedenda restitutio ex capite iguo- 64 rantiæ, † & quadriennium, quod pro ea datur ab initio est vtile, etiam si lapsi sint centum, & vltra anni Balb. in d. tract. in 4. quartæ quæst. 29. vbi istam opinionem attestatur communem, latè etiam tractat Cravet in d. suo opere de Autiq. tempo. in 4. parte quem iam supra allegaui, & quamuis ibi dicat, quod ex tam diutino temporis lapsu magna infurgit præsumptio scientiæ, propter quod grauiori onere probationis egebit qui volet ignorantiam allegare etiam si verum esset, quòd tamen alij, qui hanc communem sequuntur non dixerunt adhuc tamen ex qualitate facti, & aliis supra dictis, & cōsideratis contra præfatam præscriptionem, & recognitiones Delphini, clara redditur præsumptio ignorantiæ, quæ etiam confirmabitur ex his, quæ dicam infra dum tractabitur de interruptionibus factis per Comites, & facit quod super materia scientiæ dixit Feli in d. c. 2. de except.

quòd

quòd non qualisqualis scientia exigitur, sed
65 formalis, & specifica, † maximè cum requiritur pro actus sustentatione, & vt dicunt, de subitantia, allegat glos. in c. concertationi in vers. sciuerit de appel. in 6. quòd etiam dixit in c. quòd ad consultationem colum. penul. in 12. concluſi. de re iud. & eò fortius excusatur Comites, si ignorassent ius sibi spectare, quia eo casu non currit præscriptio, vt est decis. Pet. de Perusio quam Felin. dicit stupendam in d. c. vigilanti col. 3. in quinta limit. de præscriptio.

66 Requiritur etiam † centenaria præscriptio, vt dixi supra, cùm præscribitur contra Imperatorem, iuxta leg. vlt. C. de sacrosan. eccles. quod dixit Ang. in l. sicut C. de præscrip. 30. an. latè tractat Felin. in d. c. ad audientiam de præscrip. & Comes habet iura Imperij, & ea tuetur, cùm sit factus Vicarius Imperialis, vt etiam dixi supra. Insuper quia habet iura cessa ab Imperio, & contulit ei Imperator hanc Marchiam etiam ex geminatis rescriptis, & priuilegijs Caroli 4. quæ latissimè confirmauit Carolus 5. quod ex ipsis priuilegijs ostenditur, quæ habent clausulas amplissimas, vnde etiam excipiendi ius in ipsum Comitem transiuit Bal. C. de sacrosan. eccles. auth. qui rem Affl. de capit. Corra. colu. 2. nu. 10. Imo etiam si non haberet iura Imperij, adhuc posset opponere de eius iure, postquam interest ipsius Cæsaris etiam principaliter, iuxta d. c. ad audientiam, & ne habeat vasallum præpotentem, qui iura sua interuenerat, atque extinguat, quod dixi supra car. 17. verſic. posito autem, Faciunt dicta Abb. in d. c. ad audientiam col. 4. vers. in contrarium tamen, quòd Feli. ibi comendat, & dicit esse notum dicti, & benè notandum, videlicet, quòd potest quis se defendere ex iure tertij, ex quo concluditur actori ius nō competere, saltem, vbi quis non allegat turpitudinem suam, inferens quòd ecclesia exempta, quæ ex proprio iure excluderetur præscriptione quadragenaria, poterit iuuari centenaria ex iure Romæ. ecclesiæ, & hoc idem dictum refert, & sequitur Feli. in c. cùm olim vers. dum Abbas hic illo co. tit. quod est notabile dictum in hoc proposito.

Superest modò examinare aliam, & tertiam recognitionem, quæ dicitur facta fuisse Delphino anno 1343. per quosdam procuratores Marchionis. Affirmant enim d. procuratores quàm plura castra d. Marchiæ, nominatim expressa, esse allodialia, & ad Marchionem spectare pleno iure, & multa alia eiam specificè expressa, esse aljis in feudata, pertinere tamen etiam ista, ac totam Marchiam Marchioni ipsi ex mero allodio, absque eo quòd ab aliquo recognoscantur. Hæc autem loca, ac Marchiā ipsam donauerūt Delphino donatione pura, & simplici, cum constituto, & clausulis cōsuetis. Et subinde Marchiam ipsam à prædicto Delphino in feudū acceperunt, & pro ea fidelitatis iuramentum dicto nomine præstiterunt. Hoc adiecto, quòd Delphinus intra certum diem persoluerer Marchioni sexdecim milia florenos auri, pacto resolutiuo adiecto, vbi statuta die non solueretur. Acto etiam quòd Marchio instrumentum illud confirmet, & magnum sigillum suum illi appendat. Item quod illud per vxorem, liberos, vasallos, & populos suos ratificari faciat, & interim quædam castra det in manum Delphini pignoris, & cautionis loco acto etiam quòd comprobet, dictam Marchiam, & loca esse de puro, & mero allodio, & si secus sit, teneatur Marchio illa sexdecim milia restituere, & alios decem mille florenos in pœnam persoluere. proponitur autem nullibi constare de obseruantia supradictorum pactorum maximè de ratificatione vasallorum, & populorum, quando ex ea facilè inotuisset res Comiti, cuius valdè intererat, & qui non fuisset passus, imò apparet longè post lapsa præstitutam diem solutioni illorum sexdecim milium, de non solutione propter subitcurā interpellationem, & protestationem.

Hæc recognitio videtur mihi debilior, quàm duæ aliæ. Ex parte si quidem Marchionis manifesta ostenditur mala fides, post quā Marchiam, quam recognoscebat à Comite, aut saltem à Cæsare, & cuius maiorem locorum partem, & ipsa principaliora loca, ipse, & antecessores sui pluries recognouerant à prædictis Comitibus, & alia à principe Achaiæ, qui erat ejusdem agnationis cum Comite, professus est se tenere in purum allodium, & de ea tam liberè per donationem disposuit, Adsunt enim homagia, & recognitiones erga Comites, vt iā dixi supra, sub anno 1169. etiam pro tota Marchia. Aliud particulare sub anno 1335. in quo enumerat circa octo loca, additque, quòd si deuenerint ad eius notiam, quòd plura teneatur recognoscere, etiam illa recognoscet, ex qua clausula, vt hoc incidenter dicam, ostenditur, quòd in Comite erat animus non deserendæ ciuilis possessionis suæ postquam totius Marchiæ, aut saltem pluris quàm expressorum requirebat fieri recognitionem, & quòd in Marchione non erat animus præscribendæ libertatis pro toto eo, quod appareret obnoxius, anno etiā 1291. factum fuerat illud homagium Comiti locorum supra descriptorum, aliud etiam anno 1300. tria aut quatuor alia particularia anno 1330. duo sub anno 1331. pro castris Reuelli, Carmagnoliæ, & Raconisij, ac generaliter de omnibus eo, quod tunc tenebant, & quod in futurum tenebunt pater Marchio, & eius filius erga D. Principem, etiam iuramento præstito super sacra Eucharistia, per quæ instrumenta, vt dixi, demonstratur quam mala fide vsus sit Marchio in d. homagio, & donatione anni 1343.

Neque in multo meliore fide erat Delphinus propter ea, quæ dicta sūt supra, quòd scire potuit, & debuit Marchiam esse feudalem, maximè cum vtrique essent pares, & vasalli Imperatoris.

Et

Et cum propter magnam vicinitatem, quam habebãt dicti tres principes, siue etiam quatuor verisimile est, quod scirent facta tam egregia, & tam grauia alterorum præsentiũ, cum etiam aliqua ex dictis castris recognitis à Comite, & Principe prætendat Delphini capta per vim Marchionibus, quod non potuit fieri absque bello, & consequenter absque fama, & notorio. vnde & præsumitur scientia Bart. in d. l. Celsus num. 6. in l. si tutor. de periculo tut quæ scientia arguitur, cùm omnes essent vicini, & contigui, faciunt vulga. quod vicinus præsumitur scire facta vicini.

Neque potest inficiari, quinsaltem dubitaret, esset ne Marchia feudum an non, hoc enim ipso instrumento suo ostenditur, dum apposuit pœnam, si non comperiretur allodium, & fibi cauit pro recuperatione pecuniæ persoluendæ, & qui est in mala fide non præscribit d cap. vlt. de præscript. prout neq; præscribit dubitans, cum distinctione tamen,

67 † an ab initio statim dubitare cœperit, an verò superuenerit dubitatio. solum enim primo casu impeditur vsucapio, ita Bart. in l. naturaliter col. 3. vers. & per hoc dico ff de vsuc. quod est de mente Felin. in d. cap. vlt. num. 9. vbi tenet communem opinionem, quòd dubitatio ineidens non impedit præscriptionem, aliud est enim, quòd incidat, aliud quod statim adsit a principio, ita etiam intelligit lason. in leg 3. §. genera, de acquiren. possess. in 3. colum. versic. vltimo per istum text. & ibi etiam Alex. in 2. colum. vers. quod inducitur ad quæstionem, & habet rationem, quia facilius impeditur initium, quàm extinguatur initiatum arg. l. patre furioso ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. prout in simili potest prælatus præiudicare ecclesiæ in quærendis, non etiam in quæstis l. quod autem, vbi idem etiam nor. in debitore creditores fraudante ff. de his qui

68 in fran. cred. sic non datur † restitutio in integrum pro quærendis, datur tamen pro quæstis l. sciendum, cum l. seq. ff. ex quibus causa sic prohibet testator ne patri quæratur vsus fructus per filium, sed non priuat in quæsito, auth. excipitur C. de bon. quæ lib. quod possit alijs multis similibus comprobari, & quòd dixi, initium attendi, probatur per l. 1. de vsucap. transfert. & in l. sequitur §. de illo in glos. & in verbo. initium ff. de vsucap. per glos. Bart in leg. 1. §. vlt. vers. quæro quod econuerso ff. de itin. actuq; pri. quod furiosus dixit, quia Balb. qui hoc tractat in dicto suo tractatu non bene explicat, an dubitans dicatur in mala fide, & videtur indistincte tenere quòd non, vt per eum in secunda tertiæ quæst. 2. Doc omnes & Bart. in suprascriptis locis clarè constituant differentiam supradictam. Habet autem differentia ista rationem, manifestam, bona enim fides ab initio exigitur, quia non potest dici habere is, qui dubitat, est enim quid medium inter bonam & malam, vt ibi declarat Balb. nimirum si ab initio impedit præscriptionem inchoari, at in interrumpendo requiritur mala fides, & cum dubitatio sit quid medium, iam non est mala fides, nimirum igitur si non interrumpat.

Fuit etiam contractus ille conditionalis, videlicet, dummodo pecunia illa solueretur die præstituta, quæ conditio non fuit purificata, non est igitur perfectus contractus leg. cædere diem ff. de verborum significat. cum similibus.

Neque obstat quod respondebatur non ipsum contractum fuisse conditionalem, sed resolutionem ipsum, super quo diligentius erit instrumentum ipsum considerandum, recurrendo ad glos. & doc. in l. 2 ff. de in diẽ addic. & in l. 1. de lege commiss. Sed adhuc posito quòd ita esset, parum tamen referret in hoc nostro casu cùm pactum ipsum resolutiuum statim ab initio fuerit contractui adiectum, & non ex post facto, In euentum enim conditionis resolutiuæ, resoluitur statim cõtractus ipse, & perinde est, ac si non esset factus, vnde & emphiteuta ita vendens, leuitat pœnam Bald. in l. ab emptione in vlt. col. ff. de pac. in versic. quæritur hic Gul. refert, & sequitur Ias. in leg. 3. num. 138. C. de iur. emphitheotico.

Erit etiam in alio dignum animaduersione illustrumentum illud, nam cùm procuratorum ministerio fuerit contractum, etiam si in eo sit apposita clausula constituti ad commodum Delphini, parterque procuratores ipsi medio clausulæ antedictæ possessionem illi tradiderint, etiam si essent quo ad reliqua termini habiles ad possessionem transferendam, non iuisset tamen eo modo, neq; virtute talis clausulæ translata propter dictum Gul. de Cun. in d. l. ab emptione ff. de pact. prout eũ ibi allegat Bar. & quamuis ipse eum reprobet ibi, latius in leg. si is qui pro emptore in vlt. q. ff. vsucap. quem doc. communiter sequuntur, sustinetur tamen opinio Guliel. in procuratore venditoris, seu eius qui possessionem vult transferre, si enim per constitutum eam tradat procurator, qui tradat alteri, nihil agit, licet aliud sit; si possideus tradat per constitutum procuratori eius, cum quo contrahit ita lasonin d. leg. si is qui pro emptore, num. 398.

Considerandum est etiam quòd Marchio naturaliter tantum possidebat, non etiam ciuiliter, quod iam supra sæpe dictum est. Non igitur potuit per constitutum ciuilem transferre, & hoc forte est, quod voluit dicere Ias. in d. l. ab emptione col. 6. versic. limita. 2. licet Ang. quem allegat in l. quamuis §. 1. de acq. possess. non loquatur in emphiteuta transferente cum clausula illa constituti, sed in colono, aut alio, qui meram habeat detentionem, sed forte voluit enim allegare quòd ad hoc, quòd per constitutum possessio non transfertur, nisi appareat, quòd tunc temporis constituens possideret, in quo seruiret ad causam nostrum, cùm certum sit, q̃ Marchio ciuiliter nõ possidebat, ergo neq; per cõstitutum, aut etiam aliter ipsam ciuilem transtulit.

Obtat

Obstat præterea, quòd cùm hæc recognitio facta sit Venetiis, vt dixi, 1343. mense Octobris. anno autem 1360. vel circa D. Comes mouit bellum Marchioni, & eum induxit ad illam renouationem homagij anni 1363. 5. Augusti, de qua dicta est supra, vnde facta fuit interruptio notoria diutius ante præscriptionem completam. siue quadragenaria fuisset, siue, & multo magis si centenaria requireretur, quo casu etiam interruptio omnem præscriptionem, si quæ cæpta fuisset post dictum homagium anni 1291. fuit enim illa naturalis, & notoria interruptio Bart in l. si publicanus §. vlt. ff. de publica. in l. naturaliter, vbi alij sequuntur de vsucap. Salicet. in l. cùm notissimi §. imo, & illud C. de præscript. 30. ann. per canonistas in cap. cùm contingat de foro compet. & ex qualitate facti impossibile est, quòd ad Delphini notitiam non deuenerit, prout in casu consimili volnit Petrus Paul. Parisin d. consil. 1. num. 34. lib. 1. & propterea omnem possessionem, quam habuisset, amisisset l. 3. c. in amittenda versic. si quis nunciet ff. de acqu. poss. in l. si id quod in fin. eo. tit. in l. 1. §. idem Labeo ff. de vi, & vi armata esset, omnis possessio, siue præscriptio extincta, ita vt opportuerit aliam consimilem inchoare l. edes §. libertas vbi Bal. not. ff. de seru. vrb præd. Balb. in d. tract. in tertia vltimæ in fine. num. 1.

Et ad supradictam interruptionem cũ magna vi factam confertur not. in l. quod meo. 59 §. vlt. de acquir. possess. vbi dicitur, † quod si quis possessionem rei meæ cum tanta potentia ingreditur, quòd resistentia verisimiliter impeditur, amittitur ciuilis studium, etiam ab ignorante, quod etiam firmat Domin. mens Ruin. in consil. 38. nu. 4. lib. 4. & consil. 28. nu. 10. in fin. eod. lib. & cùm scientia ex qualitate factorum præsumatur, quod Cornens dixit in consil. 268. col. 3. & 4. lib. 4. & tam notorii actus verisimilis sit notitia, quod dixit Parisi dicto consil. 111. nu. 55. lib. 1. nemo opinabitur ista ad Delphini non deuenisse notitiam. Et cùm aduersarij arguant scientiam Comitum de illis recognitionibus eis factus, cogitent qua ratione dissimulabunt suam fœiè tiam horum adeo grauium, & palam gestorum.

Verùm quia obiicimnt Comiti, quòd dictum homagium fuit impressium, & violentum, ex quo (vt aiunt) etiam ius quod habebat in vassallum, debuit amittere, tantũ abest, vt ex eo possit se fundare, quod hoc eius iuribus in nullo officit, cùm enim appareat de mala fide Marchionis tam multis, & tam grauibus modis dominum suum offendentis, & iura sua subuertentis, & quantum in eo fuit, ipsum homagio sibi debito, & possessione sua spoliantis, & hæc omnia in alium toto suo conatu, & posse transferentis quod non solum apparet ex homagijs per eũ præfatis Delphino, & maximè ex isto vltimo anni 1343. item ex illo quod D. Principi Achaiæ præstiterat anno 1331. alio etiam præstito Luchino Vicecomiti anno 1348. sed adhuc alio donationis factę de tota Marchia per Federicum, cui motum fuit illud Bellum, & acceptationis per eum factę de ea in feudum cũ Bernabone Duce, sed domino Mediolani anno 1360. Quæ quidem delicta, negs tergiuersari potuerunt per Marchionem, neque dissimulari per Comitem, & fuerunt iustissimæ causæ inducendi belli, & comprimendæ, ac etiam plectendæ culpæ vassalli rebellantis. 70 certum est enim, quòd permittitur† domino vassallum suum rebellem, & inobedientem armis compescere, eiusq; proteruiam, & perfidiam contundere, & comprimere, neque ex hoc tam dicitur bellum facere, quàm iurisdictionem suam tutari, & exercere, ita Inn oc. qui loquitur in prælato, qui tamẽ iurisdictionem habeat in cap olim el 1. colum. 4. de restit. spoliat. vbi dicit, quòd iuris executio non habet iniuriam, sequitur Bal. in l. 2. num. 70. C. de seruit. vbi dicit, quòd si subditi rebellant, licitum est domino eos inuadere, & prædari, quod etiam dixit Anton. de Butr. in d. c. olim in 4. colum. qui adhoc allegat multa iura, dixit etiam Afflict. in tit. quid præc. deb. inuestit. an fidel. in versic. istud iuramentum, quòd propter denegatam fidelitatem licet domino bellum vassallo indicere. sibi ergo imputet, qui bellum in se prouocauit, & causam edicto dedit l. si mulier in princ. ff. quod met. cau. Parisin terminis d. consil. 1. num 40. lib. 1. loquens de Duce Mediolani, qui bellum faciebat cuidam vassallo suo Et quamuis dicatur, quòd non constat, quòd ex suprascriptis causis Comes bellum illud mouerit, certe iustius erit in dubio ita præsumere, cum causæ ipse appareant, quàm ẽcontra, quòd absque rationabili causa id fecerit propter argumentũ vulg. l. meritò. ff. pro socio, et arg. etiam eorum, quæ not. Bart. in l. non solum §. sed vt probari ff de oper. noui nunc. quòd si quid fieri potest tempore licito, et illicito, præsumitur in dubio dum licebat, quod latius comprobaretur, si esset necesse.

Præterea respondeo, et hoc videtur mihi tutissimum fundamentum quamuis præcedens sit validum, et sufficiens, quòd iste metus, et ista vis etiam posito quòd fuisset iniuste illatus, fuit tamen purgatus ex subsequenti libero cõsensu. anno enim immediatè sequenti Comes et Marchio ex composito iuerunt in Dalphinatum, et in quodam castro assistẽte gubernatore illius prouinciæ pro Delphino, Marchio confirmauit instrumenta d. anni 1363. et omnia in eo contenta, et rogauit de eis nouum instrumentum facit l. 2. quod met. caus. et cap. 1. cum sua materia ex eo. tit.

Neque est verisimile id, quod pars aduersa antiquitus, et in illa Parisiensi controuersia dicebat, quòd etiam in hoc 2. instrumento affuit idem metus, quia Comes erat associatus 40. hominibus armatis, Marchio autem erat solus, contra quod obiiciebatur ex parte

Comitis,

Comitis, quòd in ingressu castri omnes sui fuerant iussi deponere omnia arma, quamuis neutrum horum probatum appareat, nemini tamen persuaderi poterit, vt intra claustra, & vires Delphinales in conspectu præsidis, & rectoris prouinciæ, Comes castro, & fortilitio inclusus, potuerit, minusq; ausus sit vim inferre, præsertim in re, quæ principaliter respiciebat ipsum Delphinum, & eius iura, præsuppositâ veritate dicti homagij ante 20. annos sibi tunc facti. Imo licet hinc conijcere, quale fuerit homagium Delphino præstitum dictum an. 1343. & quam sit verisimile ipsum effectum aliquod esset sortitum, postquam consenserit ipse gubernator hoc nouum fieri, illius extinctiuum, & quem non est credibile nesciuisse illud anterius homagium domini sui, cùm esset res valde ardua, & grauis, & attenta eius qualitate, etiam recens: quòd si velint omnino indulgere sibi aduersarij, vt eis ignorare illud licuerit, videant qua ratione exigant eius scientiam à Comite. Faciat ad præmissa, quòd dixit Bar. in l. si publicanus §. vltimo de publi-
71 canis, quòd † scientia rectoris prouinciæ habetur pro scientia domini, quod dictum sequitur Panorm. postalios in cap cùm contingat col. 3. de foro compet. Alexan. consil. 6. lib. 1. Aretin. consil. 254. Ias. in d. leg. Imperium, quæ omnia allegat Balb. in d. tract. in secunda quintæ versic. 2. quæstio est, an requiratur scientia,

Accedat ad prius dicta, quòd etiam posito quòd possessio illa Comitis fuisset violenta, & vitiosa, item & quòd nemo mutet sibi possessionis causam, vt leg. 3. §. illud ff. de acquir.
72 poss. & l. cùm nemo C. eo licuit † tamen eam mutare facto extrinsecus accedente, & videlicet nouo contractu, quale fuit secundum instrumentum, de quo supra, factum in Delphinatu vt l. qui bona §. 1. de acquir. possess. l. non solum § quod vulgo de vsucap & l. vlt. ff. de preca. quod procedit, etiam cùm prima
73 est iniusta † potest enim transire, & mutare in iustam, & nulla potest transire in validam iux. glos. in d. leg. cùm nemo, quam Bart. & alij omnes approbant, & est tex. in l. si fur. in princ. ff. de vsucap. quod tamen dictum sit ex abondanti, cùm prima possessio Comitis esset legalis, & iusta.

Considerandum etiam est, dictum instrumentum Delphini anni 1343. dum in eo dicitur, quòd Marchia tenetur iure allodij, & quòd ita vsque illum diem fuit tenta per eius antecessores, quibus verbis, & assertioni Delphinus acquieuit, & super illa assertione fundatur negocium, & totus ille contractus, propter quod tollitur, quod dicebatur in contrarium quòd illa non fuit assertio Marchionis, neque continebatur in mandato, sed fuit assertio procuratorum, imo replicatur quod fuit assertio Marchionis, quod ostenditur ex eo, quod mandauit, quod donarent Marchiam, quam clausulam non apponunt vassalli in recognitionibus, & consonat actui subsecuto, tam donationis vti de puro allodio: quam promissionis tam magnæ quantitatis, quæ etiam non est de more principum inuestientium, quámque etiam ex adiectione pœnæ, & restitutionis, si allodium non inueniretur, quæ nequeunt cauillari, quin probent, partes voluisse contrahere tanquam de allodio. vnde & ostenditur, quod saltem præsumptiuè ita esset propter l. cùm præcum C. de lib causa, & l. optimam cum sua materia C. de contrahen stip. ostenditur etiam, quod illud homagium Adelasiæ, & etiam aliud anni 1291. fuerunt imaginaria, & non vera, neque enim verisimiliter Delphinus saltem illud secundum ignorasset, cùm vix lapsi essent ab eo anni 52. quod considerata qualitate, & magnitudine causæ non erat longum tempus debebat enim tam graue negocium penitus esse infixum memoriæ omnium procerum Delphinalium, sine quibus similia expediri non consueuerunt, debebat etiam constare recentibus, & notorijs documentis, quando de huiusmodi homagijs, & recognitionibus præsertim vnius ampli dominij, & status conuerint principes mandare, & iubere confici moriales, & munimenta, illaque habeant sèper præoculis, atque in manibus eorum secretarij, & magistratus. Quæ, cùm facta non fuerint, verisimile est, omnes retro recognitiones eis factas fuisse inanes, & vt dixi, imaginarias, præsertim cùm non appareat de causa & ratione ita recognoscendi, & tunc primum anno videlicet 1343. cœptum est cogitari, saltem ex parte Delphini serio agere, & Marchiam illam sibi subijcere, longè autem à verisimili abest, quod cum illa Adelasia fuerit res serio acta, propter ea, quæ super hoc dicta sunt supra, longè quod tandiu, & vsque in annum 1291. fuisset dilata renouatio, longe quod de anno 1343. accepta fuerit donationis titulo quod: vti allodium, quòd persoluta grandis pecunia, seu verius promissa, quæ omnia demonstrant, nunquam antea fuisse verè contractum.

Quæ faciunt ad ea, quæ dicebam supra circa illam decis. 272. Guid. Pap. & circa materiam l. censualis C. de donat. quod ex conjecturis ostenditur, an factum sit animo donandi, aut alias.

Multum autem in probationibus inspicitur id, quod est verisimile propter quod dici solet, quod experimentum sermonum verorum est, vt concordent rebus seu satis, propter quod & dixi Bal in l. 1. C. de ser. fug. quod remotum à verisimili est imago falsitatis, et propterea dixit Felin. in cap. quia verisimile de præsumpt. post Ant. de But. ibi, quòd cùm probatio non est verisimilis, etiam plena non sufficit, sed exigitur exuberans probatio, et super abundans. Et est generale omnium probanonum, vt verisimilia attendamus, et sequamur Dec. cons. 272. num. 10 et testibus non creditur, si non dicant verisimilia, per eum consil. 177. colum. 1. confessio eiâ non nocet, quæ non sit verisimilis, quod dixit in

cons.

conſ.596.num.10.Ad quod etiam multa adducit Pariſ.conſil.83.num.26.lib.1.conſil.10. nu.13.lib.3.& veriſimilitudo inſpicitur ex qualitate negotiorum reg.in obſcuris de reg. iur. & reg.inſpicimus.

Facit etiam in arg. omnium prædictorum text.in cap.cum illorum de ſent.excomm.dū ibi dicitur,quòd facta grauia non traduntur obliuioni ex longo tempore.

Verùm quia ſupra dictum fuit, hoc vltimū homagium fuiſſe reſolutum propter non adnumeratos illos ſexdecim mille florenos,et reſpondebatur contrarium conſtare ex confeſſione Federici Marchionis, fuit filius & ſucceſſor eius,cui fuerunt promiſſi. Dico,quòd illa confeſſio nihil profecit, facta enim fuit anno 1363. menſe Septembris, & ſic poſt renouatum per eum homagium domino Comiti, quod eſt manifeſtiſſimum indicium fraudis in Marchione, nullum non mouente ſaxum,vt tura Comitum ſubuerteret,& vt colla ab eorum iugo ſubduceret, cùm tamen ei non licuerit facere per obliquum, quod non licebat facere directò contra cap. cùm quid vna via de reg.iur.in 6.& cuius confeſſio non valuit in præiudicium tertij Bart. in l.repetita in vltimis verbis ff.de fide inſtr.allegat legem ſi ſuperatus ff de pignoribus.

Conſtat igitur ex multis, de optimo iure Comitum,& moderni domini Ducis in tota hac Marchia propter inſtrumentum ſui primi tituli anni 1169. in quo eſt anterior propter tnualiditatem dicti tituli Delphini, procedentis ab Adelaſia,& ſecundi luius confirmatiui, & quia nulla vnquam ex eis etiam ex ſecundo anni 1491. (quamuis factum fuerit cum vero Marchione) fuit tranſlata poſſeſſio in ipſos Dalphinos, ſine qua non potuerunt præſcribere, & quia poſito quòd potuiſſent præſcribere, requirebatur tamen præſcriptio immemorabilis initij,propter iura Imperialia & quæ competebant ex proprio iure,cùm eſſet Imperialis Vicarius,& quæ etiam competebant ex iure conceſſo, & ex priuilegijs, & quæ poterant oppoui etiam ex iure tertij non ceſſo, vt dictum eſt ſupra allegando illud dictum Panor. in e audientiam col.4. verſ. in contrarium, quod quidem tempus non cucurrit,propter interruptionem factam ex bello moto ante annum 1363. quæ ſunt fundamenta ſolida,& efficacia.

Neque iuuat aduerſarijs ſi dicant,nihil profuiſſe Comitibus illas conceſſiones Imperiales,quæ debent intelligi, ſaluo iure tertij l.2.§. meritò,& §.ſi quis à principe ff.ne quid in loco pub. neque ſi dicant, quòd eorum homagia intermedia inter primum homagium anni 1169. & ſecundum anni 1363. impediuerunt confirmationes illas, quia ad hæc patet ſolutio et reſponſum ex dictis ſupra carta 5. verſ. quòd ſi obijciatur, et verſi ſequen. præter quæ adhuc dico, quòd, etiam circumſcriptis illis Imperialibus conceſſionibus,iura domini Ducis ſunt potiora, cùm ipſe ſit prior tempore, cùm prior veram tenuis Marchiæ poſſeſſionem ex primo illo laudo,et donatione ſit adeptus, & quia, ſi non valuiſſent recognitiones ei factæ per Marchiones, quia non habuiſſent poteſtatem recognoſcendi, neque transferendi,hoc idem,& multo magis obſtaret ipſis Dalfinis.

Concurrit,quia poſt antedictum homagiū anni 1169. & aliud anni 1363. ac tertium eius cōfirmatiuum anni 1364. acceſſit confirmatio Imperialis anni 1365. in qua ſpecialiter fit mentio de ſupraſcripto homagio anni 1363. ſequiturque plenior prouiſio Imperialis anni 1375. in qua Imperator narrat, Marchiam fuiſſe per ſententiam deuolutam ad fiſcum,& eā donat Comiti qui aſſertioni ſupremi principis omnino eſt credendum, per ea, quæ habentur,& not. in clem. 1. cum ſint materia de probationibus,maximè cùm ſit aſſertio ſupremi domini,& faciunt quæ dixit Bald. in conſ. 328. quæritur ſi Rex Romanorum lib.1. col. pen.vbi dicit,quòd ſi Imperator exprimit cauſam ſuæ diſpoſitionis, ſtatur verbis enuntiatiuis neque recipitur contraria probatio aut vſus eſt verbis generalibus, & tunc adhuc eis ſtabitur; contrarium tamen probari poterit. Accedat quod dixit Ancha.in conſil. 293. vltra alia, quòd ſi princeps ſuper tali aſſertione diſpoſuit illa narratio æquipollet certæ ſcientiæ. Secutum eſt etiam aliud anno 1413. etiā præcedente bello,& per apertam vim, & ſubſequuta fœdera & pacem, quæ fuerunt approbata per vniuerſalem conſenſum forte omnium vniuerſitatum, & magnæ partis vaſſallorum Marchiæ, prout conſtat inſtrumentis forte quadraginta,& vltra,& in quo homagio inſeruntur tenores inſtrumentorum homagiorum annorum 1169. 1363. & 1364. Item & confirmatum fuit alio homagio Marchionis filij, & ſucceſſoris, etiam cum inſertione homagij paterni proxime relati anno 1424. ſubſecutis etiam alijs fidelitatibus anno 1466. anno 1479. & mandato ſpeciali ad aliud præſtandum anno 1482. poſt quod nouum eſt exortum inter eos bellum ad quæ nemo negabit longè non præſtare iura Comitalia Delfinalib. quæ tot ſeculis multò pauciora fuerunt, videlicet duo, aut tria homagia dumtaxat,quæ,vt eſt ſupra probatum, fuerunt clandeſtina præter mille alia vitia, quibus laborant.

Neque apparet, quòd in dictis bellis motis per Comitem, præſertim circa dictum annū 1363. & circa dictum annum 1413. Dalfinus vnquam venerit in auxilium Marchionis, minuſque impedimento fuerit Comiti, quominus faceret,quòd erat in rem ſuam,cùm tamen ſi verè fuiſſet Marchio vaſſallus Dalfini, fuiſſet obligatus eum defendere, vt per glo. in tit. hic fin.lex §.vlt.vbi Bald & alij ſcriben. not.quod eo magis facere debuiſſet, eū principaliter de re ad eum ſpectante certarent, ſi vera eſſent eius iura,& veriſimiliter ita fuiſſet facturus.

Negari autem nō poteſt,quin ex dictis bellis, & compoſitionibus illatis Marchionibus

per

per Comites interrupti semper fuerint iura, & præscriptiones Delfinorum, præsupposita eorum possessione, et præscriptione. Ex bello enim anni 1360. vel circa tollitur, et extinguitur possessio, si quæ cœpta fuit de anno 1290. quia illud primum Adelasiæ pro nullo habetur, isti enim sunt anni vix 70. cùm tamen centum requirerentur, vt est supra latè probatum.

Et posito, quod statim ab ipso bello, sicut fecit Marchio illam confessionem Dalfino de habitatione patris illius magnæ quantitatis florenorum, ita & fecisset vnum nouum
74 homagiũ † cum primum tempus esset extinctum, & interruptum, noua erat inchoanda præscriptio not. Bar. & scriben. omnes in d.l. naturaliter ff de vsuçap. & tantundem tempus requiritur, prout prius, vt not. in d.l. naturaliter, & in c. illud de præscriptio per Balb. latissimè in dict. suo tractatu in vltima parte principali. Posito igitur, quod illam inchoasset, quod tamen est omnino impossibile, cùm Comes ipse hoc ignoraret, & fieret clam ab eo, & eius quasi possessione, in qua erat, vtique requirebantur alij centum anni fuisset igitur hæc secunda præscriptio interrupta ex secundo bello gesto ante dictum annum 1413.

Quòd si adhuc esset noua facta inchoatio, fuisset & illa interrupta ex tertio bello, quod mouit D. Dux Carolus primus huius nominis post annum 1434 cuius belli recens adhuc viget memoria. Audiui enim ego iam adolescens viros non admodum senes, qui narrabant se interfuisse illi bello, & Marchionem fuisse expulsum tota Marchia, quod si Rex quartam vellit ab hoc vltimo bello inchoasse præscriptionem, quantum bona fide id fecerit, cùm adeo essent ei nota iura Ducũ, & cùm apertam cernerer perfidiam Marchionum, viderit Maiestas sua, certum est tamen neque completam esse abinde citra præscriptionem cùm centenaria requiratur, neque si esset decursa, noceret D. Duci, qui propter maximã potẽtiã Regis nõ potuit ius suũ aut consequi, aut prosequi Parisiis in terminis in cons. 101. supra citato nu. 91. & ibi num. 95. dicit, quòd non fuit necessaria protestatio, multo autem minus esset decursa subtractis annis, quibus bellum durauit, qui sunt anni ferè 25.

Verùm quia supra carta 23. facta est mentio homagij, quod fecerũt Thomas Marchio, & Federicus eius primogenitus Dom. Principi Achaiæ particulariter de tribus castris; & generaliter de omni eo, quod tenent, & in futurum tenebunt siue hi fuerint Federicus, & Thomas eius filius etiam iuramento facto super sacratissimo corpore dominico, cùm Duces in iura dictorum principum successerint iure legitimæ successionis, cùm omnes essent ab eodem parente prognati, dubio procul successerunt etiam in ius illius instrumenti, & homagij, quod quidem multis annis est anterius, dicto homagio tertio Dalfini, quod reperitur factum anno 1343. vnde cessante iure Comitis, inter principem, & Dalfinum locus esset regulæ, qui prior est tempore, &c. præsertim cum Dalfinus acceptauerit rem illam vti allodium, quæ allegatio arguit malam fidem in contrahentibus sec. unum Brun. in cons. 45. num. 2. vbi etiam dicit, quod is, qui dominum suum, etiam per mille annos, non recognoscit, non præscribit, quod facit ad ea, quæ dixi ab initio, du examinaretur iura Marchionum.

Hæc sunt, quæ pro sustinendis vniuersalibus iuribus Ducalibus dictæ Marchiæ mihi vsq; sunt addenda contra tractatorum dominorum Iacobini, & Ponzinonis, quibus tanquã bonis & præsuppositis pro firmis, & veris, superuacuo deuenitur ad inuestigationem particularium iurium Regis in castris & locis, quæ vendicat à domino Duce tanquam loca, quæ dudum fuerunt de Marchia, & quæ violenter atque indebitè fuerint occupata, & adhuc occupentur per modernum Ducem. Nam à quo remouetur genus, atque vniuersitas, vti-
75 que † remouẽtur, & omnes species l. si quid earum §. inter emptum de leg. 3. cum vulg. nam si Rex iniustè retinet Marchiam ipsam, & agi potest cõtra eum, vt eam restituat, multo magis licitum est vti contra eum retentione, iuxta reg. cui damus actionem, &c l. inuitus §. cui damus ff. de reg. iur. reg. qui ad agẽdum eod. tit. in 6. cum aliis vulg.

Supradicta autem videntur ad causam pertinentia, & congruenter obijciuntur Regiæ Maiestati, & eius Serenissimo Dalfino, & primogenito, præsupposito, quod in ius Dalfinale successerint, quod tamen hactenus non apparet. Item & præsupposito, quòd ex illa successione adeptus sit eam superioritatem. & illa iura, quæ in Marchiones, & Marchiam Dalfinus proponebatur habere. Quæ tamen omnia partim erunt in facto probanda, & partim in iure examinanda

Præsupposito vero citra omne præiudicium quòd iura Regia in vniuersali dominio, & Marchia vincerent, & in totum extinguerent iura Ducalia, superest videndum, quid iuris possit Regia maiestas prætendere in particularibus castris, quę asserit fuisse olim de dicta Marchia, & quę dicit indebitè occupari per modernum Ducem primum autem, quod circa hoc mihi occurrit dicendum est, quod ante omnia debet ex parte Regis probari, verum esse, quod hæc loca fuerint de Marchia, ac quando, & quomodo vsurpata, cùm satis sit vulgare, quòd qui dicit, ptobare debet.

Fundamenta verò regalia pro quanto potest coniectura percipi versantur circa duo. Quòd Comites hæc loca via facti, & per vim armorũ inuaserint, & occupauerint, & quòd per diffinitiuam sententiam condemnati fuerint illa relaxare, & restituere. Quo ad primum, videtur obstare domino Duci, quod habetur & nota. in l. penul. §. sed hæc super C de
76 præscrip. 30. anno: † nedum enim alienarum rerum est per l. illã prohibita inuasio, sed etiã

pro-

propriarum, & facit l. ſi quis in tantã. C. vnde
77 vi cum ſua materia, & hoc † vitium afficit rẽ, & comitatur etiam ſingularem ſucceſſorem l. vitia poſſeſſionum. C. de acq. poſſ. l. cùm hæres ff. de diuer. & temp. præſcriptio latiſſimè Abb. in d. conſ. 3. lib. 2. in 14. colum. Neque
78 priuſ†, poteſt procedere præſcriptio, quàm fuerit purgatum vitium, quod non purgatur, niſi reuertatur res ad ſuum primæuum ſtatũ, & ad priorem poſſeſſorem l. ſequitur §. quod autem, & § dominus ff. de vſucap. l. certè §. Iulianus ff. de precat & inſtitut. de vſucap. §. quòd autem, & §. furtiuè. Hinc dixit laſ. in conſ. 14. colu. 3. verſ. præterea hic nulla lib. 1.
79 quòd violenta † præſcriptio etiam in mille annis non perficitur, neque prodeſt quicquã ſuperueniens reſcriptum principis l. auctoritatem. C. vnde vi, cuius l. materiam pulchrè exornat Felin. in cap. poſtulaſti colum. 18. de reſcript. ad quem ſufficiat remittere.

Hoc primum obiectum tollitur, & in facto, & in iure ex multis, primò quidem negatur violenta inuaſio obiecta, & vt ab initio dixi, cùm ſit principale obiectum partis, probari debet, neque ſufficit qualiſcunque probatio, ſed requiritur certa & ſpecialis Bald, Salic. & alij in l. interpoſitas. C. de trãſac. præſumptio enim eſt in contrarium iuxta l. meritò. ff. pro ſocio. præterea l. auctoritatem, & glo. in l. 2. C. de fund. & falt rei dom. lib. 11. quæ paſſim ad hoc ſolet allegari, recepit limitationem, niſi princeps ex certa ſcientia confirmet Salic. in d. l. auctoritatem Felin. in d. c. poſtulaſti. colum. 18. verſic. limita prædicta, & ſcientia præſumitur in facto notorio; vt etiam ibi. Inſuper ſoluitur obiectum ex eo,
80 quod † purgatum eſt vitium ex ſuperuenienti conſenſu d. l. 2. C. quod met. cauſ. & c. 1. ext. eod. Probatur autem ſequens conſenſus ex quampluribus inſtrumentis recognitionum particularium factarum de dictis locis, ac remiſſionum, & ſic liberationum factarum per ipſos Marchiones, imo & per ipſos Reges de omnibus hijs, quæ dicti Comites, & Duces tenent. & poſſident, & renuntiantibus iurã ſua non datur ad ea regreſſus, quib. mod. feud. amit. 9. præterea vbi Bald. notatur an agnat. vel fin. in princ. vbi Bald. colum 6. glo. in cap. 1. de prohibita feudi alien. per Lotha. quæ allegat l. cùm quædam mulier C. de adminiſtrat. tutor.

81 Nec dicatur, quod † metus præſumitur durare, quandiu durat potentia oprimentis vt in d. cap. 1. quod met. cau. & per Aretin. in conſil. 14. colum. 11. in 4. dubio, qui loquitur in Duce Bauariæ vim inferente Marchioni Mõtisferrati, quia hoc poſſet fortè procedere viuente illo, qui vim intulit, quod dixit Bald. in d. l. 2. quod met. cau. ſed quòd perſeuerauerit in omnibus ſucceſſoribus non poteſt eſſe verum in facto neq; in iure. Quod multo minus eſt veriſimile, cùm poſſet adiri Imperator, qui erat vtriuſque ſuperior, neque ipſe Dalphinus erat adeo impotens, quin poſſet auxiliari ſuo vaſſallo, faciũt dicta Abb. in d. cap. 1. alias 2. quòd non fuiſſet excuſata illa mulier in caſu illius cap. ſi potuiſſet alio confugere, quam in monaſterium, quod dicit eſſe de mente Inno. aut in omnem caſum ceſſauit omnis ſuſpitio violentiæ, & metus, poſſquam iura Dalphinatus tranſiuerunt in domum Regiam, qui ſunt anni plus minus centum quinquaginta. Nemo enim ignorat quantum vincat regalis potentia Ducalẽ, & nos magno noſtro malo id ſumus experti, æquè etiam eſt notorium, quòd à ſexaginta annis citra Regia potentia continua bella geſſit in Italia in Reges Neapolis, in Duces Mediolani, in Venetos, in Papam, multo autem facilius potuiſſet mouere arma in Duces Sabaudiæ, & eorum præſcriptionem interrumpere. Quamuis enim viuerent Marchiones, quorum intererat pro ſuo iure vtili, non minus tamen intererat Regis, cuiuſque filij primogeniti pro ſuo directo, & ne eorum ciuilis poſſeſſio interiret, poſtquam Duces pleno in re poſſidebant. certum eſt enim, quòd Comites, & Duces qui dictos titulos habuerunt, & dictas generales liberationes, cœperunt bona fide poſſidere, & præſcribere, quæ præſcriptio ſolem 40. annis fuit cõpleta per not. per laſ. poſt alios in d. l. imperium ff. de iur. om. iud. cum alijs ſupra adductis in hoc propoſito, & nihil potuit interruptio facta anno 1536. quia iam erat latè cõpleta præſcriptio, etiam immemorabilis mitij, vnde non erat
82 vltra locus † interruptioni, ſed eſt aperta vis, & ſpoliatio, quod notant omnes in d. cap. illud de præſcript. in d. l. naturaliter de vſucap. per Balb. in d. vlt. parte in 3. par. in 6. quæſt.

Conſideranda eſt etiam origo, & cauſa inuaſionis, et acquiſitionis dictorum locorum factæ per Comites, vbi enim probetur inuaſio, probabitur, quòd fuit ob culpam Marchionum quærentium ſe ſubducere à ſubiectione eorum, et denegare eis obedientiam, et fidelitatem, propter quod fuit eis neceſſe ius ſuum bello proſequi, in quo graues impenſas fecerunt, quod adhuc hodie probaretur, ſi eſſet neceſſe, quia apparent de eis ſcripturæ, et rationes, et licitum eſt domino vaſſallum ſuum rebellem inuadere, probatum eſt ſupra, et ſiquid capit in bello licita eſt retentio ipſo iure gentium quod in terminis firmat Bald. in tit. de milit. vaſſal. qui contumax eſt. colum. 6. verſic. ſed nunquid, quod capitur deprædando, quod dicit procedere etiam ſecundum theologos, et in foro conſcientiæ allegat Ray. de Penna forti, quod ego latius dixi in meo tract. de re militari ſub ut. quæ ſint iuſtæ cauſæ belli indicendi.

Titli autem Comitum in dictis caſtris particularibus hi ſunt. primo pro illis quatuor caſtris, videlicet Buſchæ Barglarum, Bernezij, & Scarnafiſij, quæ habuit Marchio in feudũ virtute laudi prolati per Bonifaciũ Marchionem Montisferrati ann. 1169. pro quibus caſtris fuit poſtea pluries renouata fidelitas maxime ann. 1235. 1300. 1305. 1330. 1558. Pro Salutijs, Reuello, Carmagnolia, Brieherafio.

Polon-

Polonghetia, Fossano, Cerugnasco, Lagnasco, Caballario Leone, Ruffia, Monesterolio, Casali grasso, Caramania, de anno 1235. pro ipsismet anno 1305. Pro Casali grasso, Castaguolijs, Bargijs Fontanili anno 1309. Pro Villatelletorum Monesterolio, & Murello anno 1332. Pro Fossano, Monteregali, Sauiliano. anno 1314 Pro castris Castellarij Sancti Frontus, Cruzolij, & Onzini, quæ loca adhuc sunt annexa Marchiæ anno 1363. Pro Cardeto, & Turri Sancti Georgij anno 1384 1403. Pro Dragonerio, & Sasunjs de anno 1363. & 1364 ac subsequenter plures sunt inter recognitiones vniuersales.

Erga Principes Achaiæ, quibus successerunt Duces pro locis Reuelli, Carmagnoliæ, & Raconisij anno 1324. 1329 1330, 1331. etiam cum toto eo, quod tenet, & in futurum tenebit, vt dixi supra. Pro Crauesana, & Chissono, quòd vltimum adhuc est de Marchia anno 1382. Vniuersalis donatio Ludouici Andegauen. adoptiui Reginæ Ioannæ erga Comitem Sabaudiæ de toto Comitatu Pedemontium, multis etiam particulariter expressis anno 1381. Vniuersalis remissio facta per Marchionem domino Principi Achaiæ anno 1363. de omnibus castris, & locis, quæ tenebat, quæ essent de dicta Marchia. Altera vniuersalis remissio domini Marchionis erga prædictum Dom. Comitem omnium, & quorumcunque locorum, quæ tenebat ex dicta Marchia facta dicto anno 1363. & confirmata dicto anno 1364. ac subsequenter anno 1413. & 1424. Postremo haberur generalis renuntiatio, & cessio erga dominum Ducem facta per Ludouicum XII. Regem Franciæ de omnibus his, quæ tunc temporis possidebat Dux citra montes facta anno 1499. 9 Iulij, item alia consimilis facta per Franciscum I. huius nominis anno 1523.

Et ex his omnibus apparet, quòd inductis particularibus locis tutus est dominus Dux longæua præscriptione, ne dum quadraginta annorum, sed etiam ducentum, ex qua omnis securitas est quæsita, cùm eiusmodi
83 † temporis lapsurum habeat priuilegij d. c. super quibusdam §. præterea extra de verb. signific. in glo. habet etiam vim tituli l. 1. §. ductus aquæ, vbi etiam not. ff. de aqua quot. & æstiu. per Felin. lata in rub extra de præscrip. latè etiam per Balb in d. tract. in secunda tertiæ quæst. 6. num 12. & sequen. & quamuis
84. in † dicta præscriptione nõ sit necessaria allegatio tituli, aut etiam bonæfidei, vt not. in d. locis, constat tamen de vtroque ex his, quę proximè sunt narrata, quæ licet sufficiant, comprobabuntur tamen ex multis, quæ dicam infra.

Ad obiectam verò sententiam, per quam opponitur esse interruptam, præscriptionem Comitum, & Ducum, & eos fuisse constitutos in mala fide. Respondeo breuiter, quòd illa sententia, & tota illa tela iudicij Parisiensis nihil, profuit Dalphinalibus iuribus, & nihil nocuit Ducalibus, propter euidentem, & notoriam eorum inualiditatem, & nullitatem, quæ quidem nullitas, ex dictis consiliis Baldi, & aliorum, & per ea, quæ dixi in principio huius consultationis, redditur ma-
85 nifestissima. Quòd autem † ex actis iudicialibus inualidis, & nullis non sequatur effectus interruptionis, dixit Abb. in d. cap. vlt. de præscript. latè firmat Balb. in d. tract. in tertia sextæ, & vltimæ partis in secunda speciæ quæst. 1 num. 27. & num. 35. & licet glo. in cap. si sacerdotes 16. quæst. 3. dicat quòd sententia nulla præbet vsucapiendi conditionem, hoc tamen nihil obstat quia illa glo. debet intelligi in eo, qui possidet, videtur enim certo modo habere ex sententia illa titulum, & bonam fidem, aliàs & sine possessione nemo dicet vsucapionem procedere, & propterea glo. illa quantum sit pro particularibus castris, quæ vigore illius sententiæ nunquam fuerunt possessa per eos, in quorum fauorem fuit pronuntiatum, sed semper possederunt Comites, & Duces, nihil obstat, & non facit ad hanc causam. Verum quia posset præiudicare quòd ad nra vniuersalia, de quibus multa dicta sunt supra, tanico ad aliam responsionem, & dico quòd sicut in vero titulo dicitur, quòd vbi reuocetur in dubium, an sit verus nec ne, saltẽ debet esse coloratus, & putatiuus ex iusto errore causatus, quòd Barto. dixit in l. sed & si §. scire ff. de petit. hæred. & declarant scribentes in d. l. Celsus, sic in sententia requiritur, quòd sit vera, et valida, aut saltem, quòd talis credatur putatiuo, et iusto errore possidentis et ita se ipsam declarat dicta glos. in d. §. si sacerdotes, quod non potest dici in hac nostra sententia, quia cùm ipsemet, qui vult se ex ea iuuare, sit ipse, qui eam protulit, non potest ignorare eius defectus, et vitia, cùm in facto proprio non sit licita ignorantia. Cùm igitur ex actis, et processu nullo, non sequatur interruptio, quod est supra probatum, & voluit Bald. in authen. offeratur col. vlt. C. de litis contestat. si non valuit interrũpere, quod est facere desinere aduersarium possidere, aut saltem ea in mala fide constituere. neq; etiam potuit alteri conditionẽ vsucapiendi prębere, quia esset dicere repugnantia, et contraria, imò propter mala fidem, quę ẽuidenter detegitur in iudicante, eodemq; præferibente, etiam si possedisset, non tamen fuisset purgata mala
86 † hæc fides per sententiam, ita Alex. consil. 75. visis, vltima col. lib. 4. quem allegat Balb. in d. tract. in secunda tertiæ q. 5. et quòd non impedinerit sententia illa præscriptionẽ particularium locorum, quæ possederunt Duces etiam 40. annorum, et multò magis centum, et longè vltra, dixit Abb. in d. c. vlt. col. 8. et Paris. d. cons. 111 num. 58.

Et quoniam moriuabatur de illa sentẽtia, quòd dominus Dux, ex diutino tempore

sit exclusus a iure dicendi eam nullam, cùm regulariter hoc ius amittatur cursu triginta annorum, quòddixit Bar. in l. filio præterito ff. de minus. rup. in 11. colum. versic. præterea hic dicit, & hanc opinionem tenuit Angel. in l. sicut C. de præscript. 30. annorũ.

Respondeo primo in facto, quòd D. Comes, qui tunc erat, statim se opposuit, & nullam dixit, nedum verbis. sed quòd plus est, facto, etiam mittendo in carcerem executores, & appatitores Regios, qui venerant pro illius executione, quod probabitur per Regias literas.

Respondeo etiam in iure, quòd imò sententia ipsa propter temporis decursum, suũ amisit vigorem, quia iuri sententiæ exequen-87 dæ † præscribitur spatio triginta annorum Balb. qui allegat concord. in dicto tractat. in quarta quattæ quæst. 31. quòd si mortua est actio, parum refert, viuat ne an extincta sit contraria illi exceptio, nihilominus si quo casu dici posset, actionem illam non esse extinctam, nemo tamen negabit, durare exceptionis effectum ex vulg regu. quæ habet, quòd temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum, quod in proprijs terminis latè prosequitur Balb. loco quo supra. quæst. 32. vbi concludit eum Bald. in l. data opera. C. quiaccus. non possũ quòd in reo, aut nullitas est velata, & tunc præscribitur per decursum triginta annorum, aut est ex actis apparens, & est perpetua, in reo enim, dicit ipse, agere de nullitate, est excipere, in actore autem durat, quamdiu durat actio, aut accusatio. quod totum inductum ad hunc casum concludit pro domino Duce, quia si esset actor, & oppositio nullitatis duraret, quantum actio, vel accusatio, dicam, quod si actio ipsa viuit, habemus intentum, viuit enim & nullitatis causa, aut est extincta, & non eget nullitatis allegatione, si autem est reus, prout verè est in euidenti, & apertissima nullitate sententiæ, etiam tutus est firmã, & valida exceptione. At in alio membro, quando nullitas esset velata, adhuc crederem dictum Baldi, & Balbi eum referentis debere intelligi quamdiu viget sententia ipsi, vel si fortè esset missa executioni, vt ferè semper fit, tunc enim in nullitate velata, de qua, tamdiu reus tacuit, potest suaderi æquum esse, vt non minus noceat ei diutinum tempus in non excipiendo, quàm noceat actori in non agendo, & executionem iudicati non impetrando. Alias enim, & ex lapsu triginta annorum amissit sententia, & res iudicata vires suas, non video, quid sit opus exceptione nullitatis, neque velatæ, neque manifestæ. nisi forte veniat dicta distinctio aliter intelligenda, vt videlicet cùm statim res iudicata suum est fortita effectum, potest regulariter reus ex capite nullitatis reuocationem executionis impetrate cùm distinctione, antedicta, vt si quidem sit velata, non possit eam proponere, nisi vsque ad triginta annos, quod si sit euidens, possit etiã post, quod tamen non haberem pro constãti, sed nobis sat est quòd in casu nostro nullitas est euidens, quæ statim fuit opposita, etiã factis, & aperta contradictione & resistentia, & quod sententia ipsa ex tanto temporis cursu est sublata.

Insuper dico, quòd si quo casu, exempli gratia, si ope in integrum restitutionis, Dalphinus, aut Rex recuperaret antiquum vigorem prætensæ suæ sententiæ, ita vt non obstante diutino temporis lapsu posset se ea iuuare, quod tamen puto irracionabile, & impossibile, cùm nulla adsit ratio restitutionis 88 concedendæ, sed hoc posito, dico † quòd ipso iure renouaretur Duci ius excipiendi contra eam, etiam posito, quòd esset alias extincta, ita sunt iura in l. 1. & 2 C. si acuerst. trans. in l. cùm minor, & in l. sequen. in §. 1. ff. de minor. per Bar. in l. 1. §. nunciatio ad fin. coment ff. de oper. nou. nunt.

Nec dicatur, quòd etiã præsupposita nullitate dictæ sententiæ cùm hic sit erratum in 89 iure, hic † error excusat, cùm tractatur de præscriptione longissima quadraginta annorum, licet non excusaret in præscriptione longi temporis, ita Paul. de Castr. & imol in d. l. Celsus, quos ibi allegat Balb in repet. in 4. notab. num. 15. Nam huic obiectioni respondeo, primò quoad loca particularia, quòd impertinenter de præscriptione sit sermo per Regem, cùm nunquam possederit, idem etiam dico de præscriptione in vniuerso, nunquam enim possedit nisi post vltimũ bellum, quod mouit Dux Carolus, vt dixi, post annum 1482. & tractata fuit concordia, & bono modo res discussa per electos, & arbitros partium vsque in totum annum 1483. quo anno Saluitæ, & Carmagnoliæ, & quædam alia castra posita fuerunt apud sequestrum, citra partium præindicium, à quo tempore non potuit præscriptio currere, neque compleri ad commodum Regis siue Dalphini eius primogeniti, quia tempora non sunt decursa, quæ requirebantur, videlicet anni 90 centum, & quia obstat mala fides, quæ † etiã ipsam centenariam præscriptionem impedit, vt per Doctor. in d. cap. vlt. de præscript. per Par. d. consil. 27. nu. 136. & afficit etiam successorem, vt ibi num. 140. quod etiam dixit Abb. in c. si diligẽti col. 7. versẽgo verò simpliciter, de præscriptio.

Sed neq; cerno quomodo possit dici probabiliter erratum in iure ex parte Regis, & Dalphini, maximè circa prædictam sententiam, cùm lata sit in causa propria, quod omnino per iura est prohibitum.

Quod verò dicebatur, dominum Ducem esse vassallum Regis, & Dalphini, & consequenter valuisse sententiam Regis etiam in causa propria inter suos subditos, cum sit speciale in domino superiorem non recognoscente, qualis est Rex Franciæ, quę est limitatio, ad l. vnicã C. ne quis in sua cau. ius

dicat

dicat in xta l. & hoc Tiberius ff. de hæred. inſtitu. nihil poteſt prodeſſe, quando non de Marchia, neq; de Comitatu liberat Comes Regi, ſed de certis particularibus caſtris, quę erant in Francia, vnde ex diuerſis non bene infertur l. Papinianus exuli ff. de minor. l. vit. ff. de calum. cum aliis vulg. ſed ſeparatorum debet eſſe ſeparata ratio l. duobus ff. de teſtamen. tutel. cum ſimilib.

Rurſum quia ſuper antedicta ſententia videbatur, fuiſſe fundamentum ex parte Regis, & Dalphini, maximè circa vniuerſale ius dictæ Marchiæ, quaſi tranſtulerit ſententia illa, & dominium, & vſucapiendi conditionem per ea, quæ no. ſcriben. omnes in l. ex hoc iure ff. de inſtit. & iur. in quæſtio. illa, an & quando ex ſententia tranſferatur dominium, vbi magis communis opinio videtur eſſe, quòd ſic, de quo etiam habetur, & not in l. Pöponius §. ſi iuſſu ff. de acq. poſſeſſ. quia hoc operatur authoritas rei iudicatæ, quod fortius procedit, cùm ſuper vniuerſali iure eſt pronuntiatum, tunc enim
91 etiam particularium rerum tranſit † dominium, etiam abſque traditione, quòd in d. §. ſi iuſſu Aretin. tractat in 3 colum. allegando Bal. in l. ſunt et aliæ ff. de publica, et in l. 1. C. commun. vtr. iud. imo etiam in eo, qui eſt in mala fide, nihilominus ex ſententia, et ſubſecuta traditione tranſferuntur, vt dixi, et dominium, & vſucapiendi facultas, quod Bart. voluit in l. ſi ſinita §. ſi de vectigalibus, colum. 1. ff. de damn. infect. qui allegat adhoc l. generaliter ff. de noxalib. quòd videtur multum aduerſari hiſquæ dicta ſunt ſupra circa requiſitam bonam fidem in præſcribendo.

Huic obiectioni reſpondeo, primò quòd non proceduntiſta in ſententiâ, quæ ſit euidentiſſimè nulla, qualis eſt iſta, ſententia enim nulla neque vim, neque nomen meretur habere ſententiæ non magis, quam homo mortuus, nomen aut vim hominis, quod poſſet latiſſimè comprobari, & quàm multis ſimilibus, ſed non decet immorari circa hæc generalia, & triuialia.

Reſpondeo ſecundo, quòd ad hoc, vt ſententia hos effectus operetur, requiritur, quòd ſit ſecuta traditio, etiam ſecundum illam opinionem, quæ habet, quòd ſententia operetur effectus antedictos, cùm non deſint tamen, qui contrarium malunt, ſuntque tantæ auctoritatis vt Bart. ipſe diuerſis locis varia, & contraria tenuerit, & propterea Ray. vt refert Ial. in lex hoc iure col 5. dicit, quòd cùm bona conſcientia, quilibet poteſt ampleƈti vtram ex dictis opinionibus velit, & quòd traditio ſit neceſſaria, præſupponit ibi Ial. in relatione opinionum pro vna maxima, & pro indubitato præſuppoſito, & debet eſſe traditio eo nomine ficta, ita Bart. in l. qui à furioſo §. vlt. ff. de publicia. comprobat etiam Aretin. in d. §. ſi iuſſu col. 3. verſic. ſed dubi-
92 tatur, & non ſufficit ficta traditio; vnde † ſi ſententia ſit prolata pro reo, qui rem ſam poſſidebat, non habetur illa prior habitio traditionis loco, ita Bart. in l. ſed & ſi poſſeſſori in princip. ff. de iureiur. ſequuntur in d. §. ſi iuſſu Dec. et alij, præſertim Aretin. et Aquen. quamuis enim regulariter ille qui patitur rem ſuam per aliam haberi, habeatur pro tradente, vt in l. qui ratione §. interdum ff. de acquir. rer. domin ſecus tamen hoc caſu, in ſententia pro reo prolata, quia non habebitur pro tradita, rationem allegat Ial. in l. exihoc iure col. 7. verſ. ſexta differentia, ex mente Bal. & videlicet, quia titulus ex mente concedentis non ordinatur ad tranſlationem dominij, & elicitur hæc eadem ratio ex his, quæ dicit Bart. in l. 1. in princ. colu. pen. verſic. ſed quid ſi executor ff. de acquir. poſſeſſio. quærit enim ibi Bart. quando eſt conceſſum pignus prætorium, & mandatum nuncio, vt partem inducat in poſſeſſionem, an, ſi res ſit in conſpectu, ſufficiat demonſtratio pro traditione, & dicit quòd non, quia licet iudex fingatur pars, animus partis verè non conſentit ad poſſeſſionem tranſferendam, ita Bart. & hic eſt caſus, in quo ſecundum Aquen. in d. §. ſi iuſſu col vlt. ſententia prolata pro reo non poteſt exequi, neque ex ea ſequitur traditio.

Et ad id quod dicebatur quòd reg. quæ habet, quòd ex ſententia non tranſfertur dominium, niſi ſequatur traditio, limitatur vt non procedat in iudicijs vniuerſalibus. Reſpondeo, quòd hæc limitatio reſtringitur, quòad vniuerſalia iura, omninò incorporea, cùm enim in eis non detur poſſeſſio, neque traditio, neque etiam detur quaſi traditio, ne que ciuilis poſſeſſio, nimirum ſi traditio non exigitur, quæ ratio non congruit huic caſui, ita Aret. ſe ipſum declarat in d. §. ſi iuſſu colu. 3. verſ. vnde & tu die melius.

Ad illud etiam quòd dicebatur, ſententiâ iuuare etiam poſſeſſorem malæ fidei, patet reſponſio ex ſupradictis, quia cùm non ſit ſententia valida, ſed nulla, quòd nullum eſt, nullum poteſt operari effectum. Item quia, cùm non ſit ſecuta traditio, neque facta executio dictæ ſententiæ, quòd etiam probaretur per documenta publica, quæ proceſſerunt à curia Regia, tantò hoc magis. Item dico quòd opinio illa Bart. eò muniter damnatur, vt in d. §. ſi de vectigalib. volunt Paul. de Caſtr. & Alex. & contra eum eſt text. in d. cap. vlt. de præſcript. in ſui generalitate, excludit enim omnem præſcriptionem cui mala fides ſit coniuncta, quæ opinio eſt receptiſſima.

Aliud poſtremò dico circa prædictam ſententiam, quòd etiam ſciui, & ad ea, quæ dicta ſunt ſupra circa prætenſos titulos Dalphinales, quòd poſito caſu, quo probatio tituli præſcribenti non eſſet neceſſaria, ſi tamen pars illum alleget, & oſtendat, ac reperiatur inualidus detegit eius malam fidem, ita vt nihil ei profit decurſa præſcriptio, etiam ſi eſſet centum annorum ita Pariſ d. conſ. 27. nu. 119. & num. 137. & d. conſil. 101. num. 114. & vtrobique admonet præſcribentem, ne ti-

tulum alleget, cùm nõ est necesse, facit quod dixit in simili Paul. de Castr. consil. 81. in causa colu. 3. lib. 2. quod in casu, cum omnia ex temporis diuturnitate præsumuntur solemnia, si tamen ex ipso instrumento apparet de quatrario cessat præsumptio.

Verùm quia inter fragmenta illius antiqui processus Parisiensis reperitur obiectum ex parte Dalfini, & Marchionis, quòd anno 1290. cùm Comes Marchionem requisiuisset, vt sibi fidelitatem reuquaret, quòd filius Marahionis ei respondit, quòd ipse, & eius pater nesciebant se ad aliquod homagium, & fidelitatem ei obligatos esse, nihilominus, quod se informarent, & propterea infertur, quod ex ea negatione sit secuta interuersio. Respõdeo huic motiuo, quod non nocet primo, quia non constat de dicta requisitione, aut negatione, imo requisitio ipsa prodest Comiti, quem constat habuisse in animo retinere suam ciuilem possessionem. Respondeo secundò, quòd etiam constito de vtroq; post quàm simplex negatio non nocuit, vt dixi supra num. 26. multò minus nocere potuit dubiratiua responsio, sed neque si fuisset actus verè interruptiuus, potuisset interrũpere præscriptionem dudum antea completam & perfectam, vt not. in d. l. naturaliter, & dixi supra, quòd si dicat, ex illo actu posito quod fuisset priuatiuus obedientiæ, & quasi possessionis, potuit inchoari noua contraria præscriptio libertatis dico, quòd hæc fuit multis modis interrupta, maximè ex homagio paulò post facto anno 1291. & aliis modis supra latissimè deductis.

Posito autem pro vero quod tamen negatur penitus, quòd in vniuersali iure Marchiæ potiora essent iura Dalfinalia, & quòd pro ea processisset ei præscriptio, non tamen processisset pro iſtis castris particularibus, quæ Delfinus nunquam possedit, sed locus erit regulæ, quæ habet, quòd quantum possessum, tantum præscriptum, & nihil plus, Innocen. in c. dilectus de capel. mona. in ca. dilectò de off. Archidiac. Bar. in l. si publicanus §. vlt. de publica in l. 1. §. si quis hoc interdicto de iti. actuque priuilatè tradit Felin in c. auditis colu. 8. vers. cæterum pro ordinanda materia de præscrip. quod procedit etiam in connexis. In his
93 † enim vno apprehenso vel possessio, aut præscripto, alterum non continetur, maximè si non sint omnino inseparabilia Fel. ibi col. 10. in prima declaratione, ad quod facit, quòd apprehensa possessione ciuitatis, etiam metropolis, non censetur apprehensa possessio castrorum, eiusdem prouinciæ, vt nota. scrib. omnes in l. 3. in princ. ff. de acq. possess. maximè Alex. in col. pen. quæ conclusio procedit etiam in vniuersalibus, vt per eum ibi vers. ex his apparet, & ibi etiam Saf. col. pen. vbi latius tractat id, quod dixi supra quantum possessum, tantum præscriptum, vt ibi num. 34. & per Felin. in d. c. auditis colum. 12. in 4. declaratione. & quamuis supra num. 43. dixerim, quòd apprehensa possessione ciuitatis sequitur, & possessio castrorum, illud intelligitur in possessione iam formata, & cùm castra ipsa a nemine occupantur, non agitur de possessione formanda, & de rebus ab alio tentis, in eis enim subtilis fit sectio, & diuisio, etiam in eodem fundo, vt habetur in leg. quod meo §. vlt. in fine ff. de acq. possess. qui tex. his bellis tractactis, dum fierent inducię cum clausula, vt possidetis, ita possideatis, præbuit occasionem in aliquot opidis huius prouinciæ Pedemontanæ vt vnus crederet castra, alteris verò oppida eis coniuncta, quod etiam declarat glos. in l. 3. in princip. in versic. quamlibet, illo eo. tit.

Vnum restat pro complemento materiæ tractandum: certum est enim, quod iura Regia, eiusque Serenissimi primogeniti Delfini mouentur & pendent à iure quod prætendit, nescio ex cessione, an ex successione Dalfini Vienn. non puto igitur egrè laturam maiestatem suam: si ea opponantur, quæ passim solèt opponi, etiam in causis mediocribus, quale est illud, instrumentum non nominat te, item tua non interest, & alia his similia.

Constare igitur primum debet, quomodo, & qualiter in Regiam domum peruenerit ipse Delfinatus, quamuis enim notoria sit Regis possessio, non est tamen notoria causa, vel modus, & talis potuisset præcedere acquisitionis modus, quod secum non traxisset iura Marchię, etiam posito quòd Delfinus ipse bonum ius in ea habuisset.

Comperta, & detecta causa, & modo acquisitionis, vbi non esset à iure approbatus, quamuis nihil interfit dominj Ducis quo ad ipsam Delfinalem prouinciam, valdè tamen sua interest quærere, an titulus ille ita, vt præsupposituum fuit, à iure improbatus, Marchi à ipsam secum trahere potuerit.

Finge enim (quod & vulgo fertur, & fortè ita se habet veritas) quod Delfinus vltimus hæredem instituerit filium primogenitum Regis, acto vt hæc prouincia semper transeat in primogenitum (omnissa validitate vel inualiditate testamenti) quòd institutio illa non traxerit secum Marchiam, probatur in c. 1. de cap. qui cur vend. ibi enim in principio dicitur, quòd si Capitaneus inuestiuit vnum de beneficio, & cessit alij curiam, & sic vniuersum ius, non continebitur beneficium antedictum, & quamuis glo. ibi fortiſſimè arguat in contrarium, & nihil soluat, idem etiam faciat Bald. ibi, & in cap 1. §. ex eadem, de lege Corra. vers. non potest, dum concludit, quòd licet vassallus in alium ſinuitus alienari non possit alienatur tamen cum vniuersitate per leg. quedam ff. de acq. rer. dom. cum aliis, quę ad confirmationem huius dicti possent cumulari. Rem perstringendo, pro solutione dicendum est, quòd cum vniuersitate non
94 transeunt illa, † quę non sunt ad extrancos hæredes transmissibilia leg. à duobus ff. de oper. libert. & leg. fabriles in fine, & leg. si

operarum

operatur in eod. tit in l. pro herede §. si quid tamen, ff. de acq. hæred. in l. qui perinde, & l. si patroni ad Trebell. in qua limitarunt propter ea Dy. & Bart. quod feudum non venit in restitutionem fideicommissi, q̃ est indubitatum, cum fideicommissarius non est de capacibus, & vocatis ad illud feudum, vt ibi per Alex. nu. 12. & quamuis in contrarium argui possit de filia, quæ mittitur in possessionem etiam feudi ex remedio l. viti C. de edicto diui Adr. tol. vt est tex. in §. inter filiam si de feud. fuer. controu. inter dom. & agna. hoc tamen habet particularem rationem, quia ita induxit consuetudo feudorum; vt in dicto §. inter filiam aliam etiam rationem induxit Bal. in d. §. inter filiam. Præterea etiam si nunc res ageretur, cùm nulla vnquam fuerit possessio, seu quasi Dalfini in dicta Marchia, nihil seruit illa institutio D. Regi neque enim in alia bona fit missio, quam in ea, quæ mortis tempore defuncti habuit vt not. omnes in d. l. vit. ita etiam Dec. in terminis in cons. 547. num. 8. Præterea illud remedium l. fin. est merè possessorium, nos verò tractamus de Marchia vtrius sit, & sic de plenissima proprietate, & tota re, non igitur congruit materia d. l. vlt. Brun. in cons. 18. num. 12. Doct. in d. l. vltim. & in l. 1. C. quor. bonor. & ea quę dicebam non transire ad extrancum hæredem, etiam cum vniuersitate huiusmodi non facilè transitoria confirmantur ex his, quæ dixit Bald. in d. tit. de cap. qui cur. vend. distinguit enim ibi in 2. colum. & inter cætera dicit, quòd ea, quæ habet alienans limitato modo, ita quod requiritur licentia, adhoc, vt de eis disponat, etiam cum vniuersitate non transeunt, & hæc est in terminis decisio huius quæstionis, cùm certum sit, quod Delphinus, posito quod ius habuisset in Marchia, cùm esset subiectum ex homagijs ius Cæsaris, non poterat de ea disponere nisi impetrata licentia, ergo cum illa vniuersitate non transiuit.

Confirmatur ex eo, quod dicit Bald. in tit. de prohibit. feud. alien. per Federic. §. præterea Ducatus colum. 4. vers. sed quid si Marchio, quòd si Marchio noua castra acquirat, non efficiuntur de Marchia, quod dictum refert & sequitur Iacobinus in sua inuestitura in vers. c. Marchio num. 2. quòd Bald. declarat in tit. de controuer. inuestit. §. si quis de mãto colum. 3. sic dicam non esse de Delphinatu ius illud superioritatis in Marchionem, & Marchiam, & consequenter cum eo non transiuit.

Aliud etiam considerandum est, posito enim, quòd Marchiones voluerint, & potuerint de Marchiam subijcere Delphino, licuit tamen solum ad sui præiudicium, non etiam superioris, siue is esset Comes, siue Imperator, quod supra latè est comprobatum, allegando not. in cap. verum de foro competen. & alia multa. Nihil igitur nocuit vero domino, & superiori onus, quod sibi ipsi suus vasallus posuit, siue etiam feudo, quia resoluto iure datoris, &c. Hex vectigali ff. de pignor. in tit. quibus mod. feud amitt. §. iurius, et cap. 1. qui est in terminis in §. quid ergo, de inuest. de re aliena facta, vbi etiam dicitur, quod non nocebit domino decursa præscriptio, etiam longissima vt ibi dicit glo. Et dicit etiam Bald. ibi, quòd cuius non nocet pactio, eius non nocet contra eum decursa præscriptio, imo neque nocebit tantiquissimum etiam tempus translatum, cùm non affuerit domini scientia, neque patientia per supra dicta, imo neque est dicendum, voluisse, aut in animo gessisse Dalphinum velle præscribere contra Imperialia iura, cùm ea salua semper esse voluerint, et protestati sint in homagijs suis ipsi etiam Marchiones. Nemo enim vult inferre iura quæ protestatur velle esse salua, sine animo autem certum est, quod non præscribitur d. l. quemadmodum de acquir. possess. cum similibus.

Neque dicatur, quòd reseruatio Imperialis iuris nihil prodest Duci, imo est exceptio de iure tertij, tollitur enim obiectum ex eo, quòd iura imperialia sunt transitiua in Comitem ex concessionibus, et priuilegijs Caroli Quarti sub anno 1365. et 1375. prout supra latè est probatum, et etiam Caroli Quinti; vnde potest omnia illa opponere, et excipere, quæ posset ipse Imperator per tradita per Dyn. in regul. is qui in ius, carta prima versiculo cùm ius personale in rem etc. de regul. iur. in 6. per Bartol. in l. si tertius §. 1. ff. de aqua plu. arc. et in l. 2. ff. de except. rei iudic. Quamuis etiam posset opponere ex suo proprio iure, cùm potentius ius haberet in Marchia, quam ipse Delphinus, vt supra latissimè est comprobatum. Et frustra etiam opponitur de præscriptione ex parte Regis, stantibus toto obiectionibus supra factis ad iura Delphini, cùm plus iuris in Regem non transtulerit, quam ipse haberet. Neque Rex ex suo tempore potest incipere nouam præscriptionem propter malam fidem auctoris sui, quod est latè dictum supra. Neque si posset, tempora paterentur, stantibus tot interruptionibus vsque in annum 1490. vel circa Minuijs potuit à dicto ann. 1490. præscribere propter malam fidem, propter magnam potentiam, et alia suprædicta.

Posito autē, quod iura Delphinalia ritè, et rectè transiuta essent in regem posito etiam, quòd se cum traxissent, vniuersalia iura Marchiæ, quæ tamen, quantum habeant difficultatis, ostenditur ex ante scriptis. Certè maximum, et potissimum fundamentum regalium iurium consistit in præscriptione ea enim sublata, neque valuerunt homagio Marchionalia in Delphinum, neque transitio iurium Delphinalium, et in prætensam consequentiam Marchionalium in domum Regiam, cùm apertè contrarientur iura feudorum. At qui vult præscriptioni inniti scire debet regul. tritissimam, de qua supra, quòd quantum possessū

tantum præscripturi, quòd præter alia supra allegata probatur ex consil. Parisij 27. supra in alio proposito citato numero 149. & sequen. frustra igitur vendicat hæc loca particularia, & qui tot repugnantibus decisionibus, & iuribus in magnum præiudicium, & diminutionem alieni iuris, cum veniat ipse ex causa, & principio, ac titulo lucrativo, & qui ex mero auxilio præscriptionis vult iuuari, quod est iniquissimum remedium, non debet egreferre, vt eodem præscriptionis auxilio vtissim contra se locum inueniat, qui de damno vitando certat, qui longè antiquiora tempora pro se habet, qui etiam titulis iuuatur antiquioribus, & validioribus.

Quæ omnia dicta sint cum bona venia, & toto corpore ad pedes Regalis culminis prostrato, saluaque in præmissis omnibus potiori sententia.

FRANCISCI PISCINAE ADVOCATI PERITSSIMI CARMAGNOLIENSIS IN CAVSA ARDVA FEVDALI.

SVMMARIVM.

1 *Feuda ex consuetudine Galliæ regulantur sicuti allodialia bona, & sunt in libera facultate, & dispositione clientum seu vassallorum.*

2 *Feudum hæreditarium idem alienabile, & ad fœminas transitorium.*

3 *Appellatione suorum in inuestituris etiam extranei continentur hæredes.*

4 *Hæreditarium feudum potest sine consensu domini legari in dotem dari, & distrahi.*

5 *Consuetudo notoria non indiget probatione.*

6 *Consuetudo generalis, & vniuersalis totius patriæ est seruanda in quolibet loco patriæ, seu ditioni coniuncto.*

7 *Præsertim vbi in illo loco non viget contraria consuetudo.*

8 *Quando plura feuda in aliqua ditione, & patria sùt alienabilia, & transitiua ad quoscunq; hæredes extraneos, eodem iure censenda sunt feuda vicina alienabilia, & transitiua, &c.*

9 *Consuetudo probatur ex tacito consensu superioris, & populi, & ex diuturnitate temporis per actus subsequentes.*

10 *Consuetudo notoria probatur ex antiquis instrumentis iteratis, & plurimis.*

11 *Producens instrumentum omnia in eo contenta ap probare videtur.*

12 *Ex inspectione instrumentorum clara elicitur probatio.*

13 *Non probatur hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*

14 *Consuetudo non inducitur ex vario obseruantia.*

15 *Attenditur quod frequentius obseruatur.*

16 *Oblatio facienda agnatis in alienatione feudi intelligitur de existentibus, & natis tempore alienationis quia nascituris tamquam impossibilis, & non profuturæ omittitur.*

17 *Oblatione non facta in alienatione feudi agnatis eorum non interest qui nondum nati, & concepti erant qui illam pro cæteris accipere non poterant.*

18 *Præsertim cùm tempore alienationis nec agnati dici poterant nec iura sanguinis, & familia habeant.*

19 *Retractus gentilitius non intentatur ab eo qui tempore venditionis conceptus non erat.*

20 *Factum patris in feudo antiquo filio nondum nato non nocet.*

21 *Probatio consuetudinis, vt valeat debet necessario, & in specie concludere.*

22 *A diuersis, & omnino separatis non infertur.*

23 *Negligentia non præsumitur in consequendis propriis iuribus.*

24 *Feudum in consulto domino nō potest alienari etiā ex causa pia.*

25 *Consensus domini non præiudicat agnatis quōminus feudum alienatum mortuo alienatore possit vendicari.*

26 *Exceptio de iure tertij in admissibilis, & frustratoria.*

27 *Consensus domini licet non fit à principio in alienatione feudi adhibitus etiam ex post facto interpositus, & quandocunq; valet quoad interesse ipsius domini.*

28 *Consensus domini in feudo alienato, quando ex omissione illius ei ius quæsitum successori, aut tertio non retrotrahitur in præiudicium tertij.*

29 *Consensus domini in initio præstari, & intermitti debet quando proforma actus, & solemnitate interponitur.*

30 *Consuetudo vbi viget alienandi feuda sine domini consensu tunc si illius placitum requiritur est ad bene esse.*

31 *In feudis hæreditarijs alienatione non requiritur dominj consensus, quando hæres tenetur approbare factum defuncti.*

32 *Traditione sequuta in venditione feudi assensus domini potest super alienatione quandocunq; interponi, nec præiudicat successori aut hæredi licet retrotrahatur.*

34 *Consensus domini in alienatione reseruatus etiam re non integra retrobitur.*

34 Con-

34 *Consensus domini in alienatione feudi ex causa dotis etiamsi requiratur pro summa, & solemnitate valet etiam impetrans post mortem alienantis.*

35 *Consuetudo loci particularis prævalet consuetudinibus universalibus, & generalibus, & illa attenditur, qua etiam vincit legem.*

36 *In feudalibus non est recedendum à consuetudine, qua observatur.*

37 *Regularis natura feudi est illa, quæ à consuetudine, determinatur.*

38 *Ad probandam consuetudinem non solum non requiruntur actus judiciales, sed tiam sufficiunt extrajudiciales.*

39 *Consuetudo alienandi feuda in præjudicium agnatorum inuito, & injscio domino in fœminas, & extraneos, valet etiam si repugnet constitutionibus feudalibus.*

40 *Ad inducendam consuetudinem in alienatione feudi sufficit vna alienatio, vt duret perpetuò alienabile.*

41 *Prior investitura attenditur, & ad eam recurritur quoties sequentes discrepant.*

42 *Nisi in posterioribus dictum sit, quòd aliter fuerit dispositum de bonorum consensu.*

43 *Donatio simplex non feudi concessio præsumitur, quando ob beneficia, & in remunerationem conceditur.*

44 *Potissimum cùm in investitura apponuntur verba dedit, & donauit, et nulla fit mentio feudi, nec imponitur aliquod seruitium.*

45 *Hæredum appellatione in concessione feudi continentur extranei.*

46 *Verba ad habendum, &c. & quicquid placuerit faciendum, reddunt feudum hæreditarium, & transmissibile ad quoscunq; extraneos, vt merum allodium.*

47 *Clausula in feudum nobile, & antiquum faciunt feudum censeri ex pacto & prouidentia maiorum acquisitũ, etiamsi adijciantur verba, et quicquid placuerit, &c. ex Ozas. decis. 164.*

48 *Contra Ozas. decis. 164. communis sententia, & decis. Alum. Montisferr. relata à Beccio cons. 88.*

49 *Feudum non minus hæreditarium, & alienabile sit ea, quòd concessum sit in feudum antiquum, & paternum ex contraria observantia subsequuta.*

50 *Idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito.*

51 *Consuetudo optima legum interpres cui omnes actus & contractus subiaceat.*

52 *Feudum acquisitum pro se, & hæredibus quibuscunque est transmissibile ad extraneos.*

53 *Feudum receptum pro censum habentibus à primo acquisitore, seu emptore potest liberè alienari.*

54 *Idemuris est in feudo empto pecunia, quia id dicitur transmissibile etiamsi expresse id actum non fuisset.*

55 *Et tale feudum habet potius naturam rei allodialis, quam feudi.*

56 *Præsens actui & bis quæ geruntur si non impediat censetur tacitè consentire.*

57 *Scientia, & tolerantia diuina reputa anni sufficit ad inducendum consensum.*

58 *Qui non improbat approbare videtur.*

59 *Consensus in contractu appositus extenditur ad singula in eo contenta.*

60 *Approbatio contractus rei feudalis porrigitur ad omnes eius appendices & qualitates.*

61 *Feudum hæreditarium alienatum à patre nequit per filium reuocari.*

62 *Feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis in restitutione fideicommissi in confiscatione bonorum in generali obligatione, & similibus.*

63 *Hæres actus hæreditate cum beneficio inuentarij in eo hæreditarium feudum describere tenetur.*

64 *In feudo mixto seu vocatur agnati, aut vocatiin investitura.*

65 *Filius tenetur approbare factum patris tanquam hæres in alienatione feudi etiam mixti.*

66 *Filius non succedit immediatè primo acquirenti in feudo, cum media persona patris possessoris feudi.*

67 *Feudum licet ex pacto, & prouidentia maiorum acquisitum à patre alienatum filius non potest repudiata patris hæreditate illud vendicare.*

68 *Feudum hæreditarium acceptans tenetur, & hæreditatem adire.*

69 *Secus in feudo acquisito ex pacto, & prouidentia.*

70 *Filius succedens in feudo, qui etiam sit hæres patris non potest reuocare feudum alienatum, nec impugnare eius voluntatem, quatenus bona spectant, quia tunc actio hæredis cum hæreditate confunditur.*

71 *Confectio inuentarij non aliter prodest, quàm si filij nullam ex hæreditate paternam vtilitatem percipiant.*

72 *Hæres facto vasallario non propterea admittitur contra factum defuncti venire.*

73 *Non licet locupletari cum alterius iactura.*

74 *Qualibet res præsumitur iusto pretio, & sine collusione vendita.*

75 *Hæreditas semper præsumitur solvendo nisi contrarium probetur.*

76 *Legitima non debetur filijs nisi ære alieno deducto etiam in feudalibus.*

77 *Dotes non sunt præferendas creditoribus anteriorib⁹, et potissimum, quæ deducuntur in bonis patris ære alieno aucti in præjudicium priorum creditorum quod nec etiam futurie obesse potest.*

78 *Res nunquam recuperatur pretextu affectionis si venditor sit defunctus nisi is minor, & præsens sit aut minus solemniter vendiderit.*

79 *Recuperatio rei venditæ subiectæ fideicommisso non competit hæredi alienantis, licet sit fideicommissum inductum pro honore familiæ conseruando.*

80 *Feudum consistens in fundis, & possessionibus annexam dignitatem, & iurisdictionem non habentibus, non nobilitat.*

81 *Res qualibet transit cum suo onere.*

82 *Feudum plurium licet individuum in onere vasallagij tamen tenentur omnes pro rata iurisdictionis & feudi contribuere.*

83 *Seruitium personale potest præstari per substitutum.*

84 *Feuda cum magis rei, quàm personæ hæreant, ideò illorum seruitia in bello præstantur domino, aut personalia, aut bursalia.*

85 *Pacta sunt aliquid non esse factum aut minus legitimè factum.*

86 *Inuentarij in forma aut illegitimum impedit hæredi vindicationẽ rei feudalis antecessoris alienæ.*

87 *Fructus in bonis defuncti percepti si non describãtur in inuentario reddunt illud nullum.*

88 *Reus fauorabilior actore potissimum cum certat de damno vitando.*

89 *Interpretatio semper accipienda est, quæ faueat contractui, & actum sustineat.*

90 *Præsertim cùm contractus fuit bona fide initus, & multis annis obseruatus.*

CONS. XXI.

VM præsentis causæ neruus, & cardo vniuersus pendeat ex cognitione qualitatis, & naturæ feudi, & bonorum de quibus agitur. noster iccirco labor totus versabitur in demonstrando, eiusmodi id esse, vt à q. Domino Eustachio Dominorũ agentiũ patre quocunq; titulo, ad quasuis personas libere potuerint distrahi, & alienari, & consequenter ipsos agentes temerè, & improbè tentasse illa euenire, & vendicare, quòd autem ita sit sequentibus demonstratur rationibus, & argumentis, quæ ferè omnia receptissimis doctorum traditionibus, & decisionibus, vt aiunt in terminis comprobabuntur, simulq; ea submouebuntur, quæ contra Dominum conuentum facere videbuntur.

Primò quidẽ id deducitur ex generali totius Regni Galliæ consuetudine, quòd feuda pro patrimonialibus habentur illorumq; seu allodiorum iure cẽsentur, itaque regulentur,

1 sicut bona reliqui patrimonij, † & sint in plena facultate, & libera dispositione clientum non secus, ac sunt Assisi in dominio rusticorum vt dicebat Petr. Iacob in sum. feud. tit. de succeff. feud. ante finẽ de qua consuetudine testatur infiniti propemodum tam Galli, quã Germani, Hispani, & Itali passim de re hac pertractantes, quos hic breuitatis causa reticemus, & quorũ plerosq; citant Moderni in prima rub. consuetud. Parisien. num. 49. in §. 13. glo. 5. in princ. & in additio. ad Dec. cons. 614. nu. 9. Rebuff. in tract. de feud. & copiosè apud nos in disputat. flar. exclut. femin. nu. 67. Quę quidẽ consuetudo cũ ab vniuersis Gallię Prouincijs custodiatur, & obseruandam sit, vt in specie scribit Boer. decis. 123. num. 2. & Rip. lib. 1 respons. tit. de legib. cap. 1 nu. 70. nihilominus quare in hac Marchia sperni debeat.

Secundo minus generaliter feudum hoc simpliciter, & absolutè hereditarium, & ideó alienabile censeri debet, quia in Delphinatu ea sit omnium feudorũ natura, vt liberè om-

2 nino distrahantur, † & nullus prorsus sit eorum ab alijs bonis differus, vbi ideo fœminæ, & ex eis descendentes, necnon filij legitimi indifferenter in illis succedũt Guid. Pap. decis.

3 80. & 137. Boer. decis. 123. † & appellatione suorum hæredum in investituris intelligun-

4 tur etiam extranei Gui. Pap. decis. 23. † & possunt etiam sine consensu Domini legari, in dotem dari, & quomodocunq; alienari Guid.

5 Pap. decis. 297. † & consuetudo hæc tamquã notoria nulla eget probatione, Idem Guid. Pap. consilio 17. num. 7. & consil. 176. nu. 2. Cui quidem Delphinatui cum Marchia hęc nostra sit in omnibus, & per omnia iuncta, & vnita, & quidem non æquè principaliter, ita vt suas possit particulares leges, & constitutiones retinere, sed accessorie, vt est notoria

6 vt † consequens sit eius legibus, & consuetudinibus tam præsertim generalibus ipsam regulari debere Bar. in l. si conuenerit. si nuda ff. de Pignor. actio. Rebuff. primo tom. comment. ad reg. constit. tit. de liber. obligator. artic. 2 glo. prima, num. 5. egregiq; declarant, ac alios citant Brun. consil. 54. nu. 6. Crau. de antiquit. tempor. prima particula quar. par. princip. num. 55. & 57. & Ozasc. decis. Pedem. 22. num. primo. Idq; etiam posito, quòd hactenus in ipsa Marchia, vel aliquibus eius locis præmissa consuetudo recepta, vel obserua-

7 ta non fuisset † quia nihilominus cùm sit generalis, & vniuersalis totius prouinciæ, in omnibus eius locis custodiri debet secundum doctrinam Oldrad. consil. 257. ad finem quã verissimã esse dixerunt Crau. prox. citato loco num. 57. & alij citati per Roland. à Valle cons. 53. num. 24. lib. 3. Præsertim vbi in illo loco particulari non viget contraria consuetudo Corn. cons. 319. num. 15. lib. 3. vers. tamen ex quo verba generalia Patis. cons. 24. num. 41. lib. 4. & notabiliter in consuetud. Parisien. §. 7. num. 33. de qua cùm hic non appareat ergo, &c. & specialiter, ac præcisè circa feudi qualitatem; quod consuetudo Regionis, & Patriæ inspici debeat tradit Crau. cons. pro Genn. num. 317. vers. hoc amplius.

8 † Tertio cùm pleraq; alia feuda huiusce Marchiæ, & ab eorum fonte scaturiant, sint hæreditaria, et alienabilia atq. ad extraneos transitoria eadem, et hæc de quibus agitur cẽseri debent, ita notabil. Socin. Iun. consil. 98. num. 19. lib. 3. et Menoch. consil. 35. nu. 69. Præsertim etiam cùm sint max. vicina, quorum consuetudo attendi consuetit Oldrad. d. cons. 267. circa finem Crau. cons. 94. num. 5. consil. 118. num. 3. et consil. 216. num. 14. et in terminis rei feudalis Affic. decis. 243 nu. 4. Boer. decis. 263. num. 9. quem refert Papon. tit. de fief. foy. et hommage artic. 3. in fine at qui feuda Isolebellæ, et Valfenerię hereditaria esse testantur scripta Rol. à Valle in cons. 32 lib. 3. et Nat. cons. 634. secundũ quæ fuit iudicatum de anno 1565. per Ill. Dominum Viceseneschallum huius Marchię quorũ feudorum Realis natura, et qualitas exinde etiã patet, quòd vt est notorium à paucis annis citra modo in causas nos modo in Iſnardos mox in Prouanos translata sint, inde etiam ad macetos, et mutatorios, allarum ve extranearum personarum manus peruenerint, et in feudo Valfenerię fœminas succedere scribit Albertus Brun. sed et feudum loci Baudicherij Dralissomum esse, atq; posse in cuiuslibet generis gentes alienari, et ambulare, eiusdem

dem Bruni auctoritate probatur, pulchrè, & præclarè multa ad rem, quę omnia loca conſtat in hac prouintia ſita eſſe.

Quinto in ſpecie oſtenditur bona hæc alienabilia eſſe, & alterata ab ordinata natura feudi per tot, & tàlium teſtium depoſitiones, qui cùm optimam illorum dictorum rationẽ reddant, & ſcię omnes conteſtes ſint alligentque actuum frangentiam, & temporis diutur-
9 nitatẽ, † vnde tacitus, & ſuperioris, & populi conſenſus inferri conſueuit, non abigitur illos plenè, & concludenter probare alienandi conſuetudinem, & omnia ea, quę ad ipſam inducendam requiruntur, de quibus in terminis huius cę conſuetudinis liberè alienandi feuda copioſè per Roland. Vallen. conſ. 2. num. 117. & ſeqq. lib primo, & conſ. 46. num. 26. & ſeqq. lib. 4. addo Guidonem Papę ſcitè admodum rem hanc differentẽ conſ. 131. circa proceſſum reuiſionis, &c. probatum.

10 Quintò cùm hiſce teſtium dictis accedant tot, & tàm antiqua emptionum, & venditionum de bonis huiuſce feudi Ceruignaſchi in tam diuerſas, & extraneas perſonas facta inſtrumenta, non poteſt clarè, & manifeſtè non patere ipſa alienandi conſuetudo & quidem notoria l. vetuſtiſſima, vbi Angelus, C. de iur. domin. impet. Bald. in lege 1. col. fin. verſ. ſed hic quæro, C. ad Valleran. Curt. iun. conſ. 106. num. 5. Crau. in 4 particu primæ par principal. tract. de antiquit. temp. nu. 16. 17. & ſeqq. & in conſ. 134. num. 9. & in terminis notoriæ conſuetudinis liberè alienandi feuda, quod probatur ex inſpectione pluriumꝰ inſtrumentorum alienationum de illo factarum notat Bald. conſ. 318. quidam nonnulli his habens feudum in fine lib. 2. Neuiz. conſ. 9 num. 29. Roland. à Valle conſ. 50. nu. 38. lib. 3. repetit. conſ. 1. lib. 4. & Cephalus conſ. 307. num. 43. inter quæ quidem inſtrumenta, cùm quædam ſint à parte met producta præſertim, quæ in ipſius met partis Adorum, & proceſſus, inuentario cottizata ſunt ſub littera D. & l. & confecti alterum de anno 1526. & die 6. Nouembris alterum verò de anno 1537. prima Februarij, ex quibus apparet, de bonis huiuſce feudi Ceruignaſchi alienationes factas fuiſſe, non quidem in illos de familia, aut alios viros nobiles, ſed in villiſſimas admodum, & extraneas perſonas cõſequens ſit, cõſuetudinẽ ipſam, ità planè, & irretragabiliter probatam manere, vt aduerſarij, nul-
11 lo modo ipſam poſſint infringe † cum produrent inſtrumenta omnia videatur approbare, quæ eis continentur cap. cum veneralis de except. cap. cùm olim de cenſib. Bar. l. poſt legatum ff. de hijs quib. vt indig. pulchrè Boer. deciſione 252. num. 3. & 4. cum ſimil.

Sed quoniam Aduerſarij duobus ſe tuentur fundamentis, in aſſerſiq; alienationum per eos productis inſtrumentis, duo contendunt interueniſſe, quę in diſtractione per q. Dominũ Euſtachium eorum Patrem facta, & quam impugnare conantur obmiſſa fuiſſe cauſentiũ ſcilicet Principis non impetratum, & oblationẽ agnatis non factam, videamus ante quàm vlterius progrediamur, num hæc vera ſint, & ſi vera ſunt, an Dom. Conuenti abſolutionem impediant.

In primis autem mentiuntur, dum in illis venditionibus oblationẽ agnatis factam eſſe
12 contendunt, † quod ipſum ex illorum inſpectione palam probatur, in quibus nequidem verbum de offerta oblatione, Tiræ textores vbi Bart. ſi de leg. 1. l. fina. Cod. de reb. cred. Dec. in l. iuſtum 3. notab. C. de eden. & prope in terminis Roland. conſ. 2. num. 128. & ſequent. lib. primo, quæ oblatio cùm in antiquioribus inſtrumentis alienationum obſeruata non eſſe appareat, nequè in aliquibus licentijs per Q. Illuſtriſſimos D. Marchiones conceſſis aduenerãtũ, & in actis productis legatur requiſita temerè, & calumnioſè ex aditio cauſatur, illam neceſſariam fuiſſe, & licet aliqua exhibita ſint inſtrumenta, quibus enũtiatur vaſſalos aliquando obtuliſſe agnatis, & conſortibus feuda hæc, quæ in extraneas perſonas alienare intendebat, neq; propterea infertur dictorum agnatorum conſenſum, & vocationem neceſſariam fuiſſe, minuique
13 dictas oblationes fieri omnino debuiſſe, † neque enim probat hoc eſſe, quod ab hoc contigit abeſſe, ita in terminis terminãt, & in indiuiduo Albert. Brun conſ. 8. in prince. quem omnes citant, & ſequuntur, & quùm plura ſint inſtrumenta alienationum, in quibus nulla apparet facta agnatis oblatio, quam ea in quibus, facta dicitur non ambigitur ſecundum illa magis iudicandũ eſſe, ſiquidem ſicci alias
14 † vbi varie fuit obſeruatum conſuetudo induci poſſe non videatur Bart. in leg. 2. in fi. principum ff. ſoluto matrim. Dec. in l. ſi certis annis ad finem, C. de pact. in l. vt liberis num. 16. C. de collatio. & alibi, et Crau conſ. 96. num. 5. et conſ. 313. num. 4. hoc tamen non procedit quando conſtat, † quid frequentius, et magis ſit obſeruatum, quia tunc illud attenditur Bart. in repetit. I. de quibus num. 16. ff. de legib. Dec. conſ. 11. num. 12. verſ. 2. reſpõdetur, & conſ. 215. num. 2. verſ. 2 hoc idem probatur, & ad rem ac pulcrè Bcce. conſ. 105. num. 50. in fine, & ſequen.

Sed tamen poſito citra veritatis præiudiciũ quòd pro forma, & ſolemnitate oblatio agnatis fieri deberet cùm tamen, quòd ad dominos Agentes pertinet fieri nullo modo potuerit, cùm illi nondum eſſent in rerum natura, quippe quòd maior eorum ortum habuerit de anno 1564. & de Menſe Iunij, vt ipſimet faſſi ſunt in actis memoriali teſtamento die 10. Martij huius anni 1577. alienatio vero per Dominum Heuſachium eorum patrem celebrata legatur de anno 1563. & die nona Februarij, & ita tunc temporis, neq; nati
15 neq; concepti eſſent † conſequens ſit non ideò minus ob formam non ſeruatam dictam alienationem valere, cùm tunc quòd eos impoſſibile eſſet, vt ſeruaretur lo Andrea ſu-

per

per Regia in toto de reg. iur. in 6. Crau. cons. 12. num. 2. & cons. 177. num. 5. Neq; aliqua potest in prætensæ huius oblationis omissione culpa Notarij, cùm certum omnino esset ipsis agentibus nullatenus profuturā per ea quæ post Bald. Castr. & alia iura, quæ citat & subtiliter differit Crau. cons. 83. num. 5. & in specie faciende oblationis in cons. pro Gen. 17 num. 210. & copiosius num. 256. † Rursus cū ipsorum Agentium nullo modo interesse possit, oblationem illam factam fuisse, quia quathenus etiam facta fuisset, cùm nondum essent nati, vel concepti, neq; acceptaturi, neq; recusaturi fuisset non possunt de illius omissione excipere, aut conqueri, ità Angelus in l. decem nu. 7. ff. de verborum obliga. Allex. in l. non solum, §. morte nu. 47. ff. de no. oper. nuntiat, & Paris cons. 47. num. 69. lib. 1. neq; 18 † enim eo tempore Agnati dici poterant, aut iura sanguinis habere, vel de familia dici l. 1. §. fi quis ff. vnde Cognat. sitā fuerit ff. de leg. 3. § cùm autem instit. de hared. quæ ab intest. deffer. quo nomine scribit Nicolaus Valla Senat. Parisien. trac. de reb. dub. quæstio in iure contro. cap. 4. n. 2. vers. & suyuuant cè, iu- 19 dicatum fuisse retractum consanguinitatis ab eo non intentari, qui venditionis rē pore conceptus non erat, quippè, quòd illius, tamquā tunc nō entis, nulla debeat esse consideratio, & cùm quo, tamquam nondum animali facto, sicut nec cum inortuis nullum potuit esse, aut imaginari commertium, & quòd etiam 20 † in feudo antiquo, & Auito factum patris filio nondum nato, vel concepto noceat ex specula. probatur tit. de feud. §. nunc dicamus num. 2. sedhæc ex abundanti dicta sint, cùm non probatum sit aliquam oblationem necessariam fuisse, & propterea in nihilo peccatum sit, si facta non fuerint, quæ enim ex non requirit, &c.

Nec est faciēda vis assertis aliquot testibus partis de oblatione solita fieri testibus, cùm non deponant in specie de feudo hoc Cerui- 21 gnaschi, et probatio ad hoc, † vt valeat debeat de necessitate concludere vulgat. l. neq; natales, C. de probatio. præsertim consuetudinis, quæ probari debet specialiter in casu, de quo agitur, alias probata generaliter non profit. Oldra. cons. 227. Curt. Iun. cons. 26. nu. 16. cum aliis alleg. per Rimin. Iunio. cons. 55. num. 11. et Craue t. cons. 96. num. 4 minus est aliquid differendum depositioni Ill. D. Valeri Salutij condomini Mantæ, qui super prætensa oblatione, cæteris est animosius loquutus, cùm dicat de oblatione solita fieri de bonis suis feudalibus: Mantæ Braudelli, et Gerbolæ, quorum natura diuersa est à feudo Cer- 22 uignaschi, à quibus † ideò non rectè ad hæc infertur, vulg. l. Papinianus exul ff. de minor. Nam feudum Ceruignaschi, vt supra latè probauimus, et infra quoq; ostendetur apertissimè, est purè, simpliciter, et absolutè hereditarium, ac ad quascunq; manus ambulatorium, feuda autem Mantæ, Gerbolæ, et Brondelli non sic, cùm non possint transire in personam extraneam, ex tenore illorum inuestituraru, & concessionum, quæm tenorem ap litteram recitat Albert. Brun. cons. 38 col. 1. vers. respondetur, In quibus igitur mirum non est requiri consensum eorum, quorum interest.

Et profectò cùm tot de hisce bonis Ceruignaschis, ac in tam diuersis, & extraneas personas proponantur factæ fuisse alienationes, sine aliqua oblatione, aut alia solemnitate, ne mo; vnquam condominorum per mortem alienantium illa vendicauerit, quòd saltem appareat, inde non impertinenter infertur, bona hæc in libera prorsus possidentium fuis- 23 se alienādi facultate, neq; enim me hercle † præsumendum est illos id prætermisisse, aut neglexisse, si prætensum ius vendicandi habuissent, vt in similibus facti speciebus consuluerunt Socin. Iun. alij citati per Rolan. à Valle cons. 50. num 39. lib. 2. repetitio. cons. 1. lib. 4. & licet D. Baptista Sobrerius, qui aliqua ex dictis bonis emerat à q. Domino Mōtis Orosij interpellatus ad illa remittendum mediante pretij restitutione, se illa remisisse professus fuerit, non tamen deponit, sic id egisse, quia ille ius vēdicandi, & recuperandi habuerit. minusq; aliter apparet, illa remissa fuisse ex prætenso iure vendicandi, cùm præsertim ex cōcordia remissio illa facta sit, ita tùm ex speciali hac causa remissionem, & relaxationem illam factam esse non constat sequitur illius, & velut etiam solius nullam esse rationem habendam cùm ex alia causa fieri potuerit, & non probet hoc esse, quod potest ab hoc abesse per iura vulgata, quę supra citauimus, & ad rem exemplificat pulchrè Crau. cons. 171. num. 14. & cons. 197. num. 12. & alibi, ac alij non infrequenter.

Quòd verò secundò principaliter in sua causa agentes in consensu principis assertis alienationibus adhibito fecerunt fundamentum, & certam etiam victoriæ opem non potuit impertinentius fieri, aut debilius collocari, idq; multipliciter demonstratur. Primo quia ei lolita esse, hoc est, quòd Princeps licentiam dederit bona illa alienandi, neq; propterea inferri potest feudum illud minus hæreditarium, aut alienabile fuisse, vel magis alienationi debitum, vt aduersarij sibi persuadent licet enim non nostro quidem, sed Lomgobadio iure in quolibet, qui fit de re feudali contractū, principis, vel superioris assensus propter ipsius interesse, & præiudicium interuenire debeat, ne scilicet fortè ad personam minus gratam, aut minus idoneam feudum per- 24 ueniat, ipsoq; inconsulto impunè feudum † non alienetur etiam ex pia, vel alia qualibet legitima, aut necessaria causa toto tit. de pro hib. feud. alienatione per Federic. & de prohib. alien. feud. per Lothar. cap. 1. qual. feud. pot. alien. & ibidem Bald. cum infinitis propemodum in rem hanc cumulatis per Crau. cons. pro Gen. nu. 30. 69. & 293. Certò tamen 25 certius est hunc † Domini consensū agnatis, quibus feudum debeatur, ex prouidentia ma-

iorum

iorū pertineat, nullo modo præiudicare quōminus mortuo alienatore illud euincere, & vendicare possint cap. 1. de alien. feu. pater. Bald. in cap. 1. §. hoc quoq; num. 16. vers. sexta conclusio de succeſſ. feu. in cap. 1. num. 20. vers. quærit glo. an Agna. vel fil. Aluar. in ca. 1. §. deniq; num. 19. vers. vig. ſecunda concluſio quæ ſu. prima can. beneff. amitten. Nat. conſ. 163. in fine, & conſ. 582. num. 32. declar. Menoch. conſ. 104. nu. 26. & 27. & alios addit Crau. d. conſ. pro Gen. nu 295. & eſſe communem doctorum ſententiam poſt Albam conſ. 76. num. 4. probat Rolan. à Valle conſ. 3. col. 1. libr. 4. & Ozaſc. deciſio 164 nu. 16. circa medium idem Pinell. in repetitio. l. primæ, C. de bon. mater par. 3. num. 97. vers. ſed receptior, quò circa cùm arbitrentur acto res feudum hoc eſſe de familia, & ex maiorū pactis, ac prouidentia ſucceſſoribus debitum. & nihilominus alienationes per eos productas, & alias pleraſq; de dictis bonis ſequutas, rite proceſſiſſe, & validas fuiſſe exiſtiment, quia ſolo principe permittente factæ ſint Agnatorum eōſenſu ſpecto fateri omnino oporteat, ipſos vel ſibipſis contraria proponere, vel inepte admodum loqui, nec enim anti quis conceſſionibus feudum agnatis ſpectare poteſt, & nihilominus ſola principis permiſſione alienabile eſſe, quæ cùm ad ſenſum pateant ampliore ſermone non demonſtrātur.

Sequitur ergo ſecūdum præcedēntia, quòd cùm in alienatione controuerſa facta per Dominum Heuſtachium agentium patrem præſtitus ſit Domini ſuperioris conſenſus, vt ex inueſtitura nuperrimè exhibita ipſa valida ſit, ſolemnis, & irrectratabilis, & quòd ideò hij indebitè cauſam hanc inſtituerint. & propterea penas temerè litigantium luere debeant. Illud etiam non omittimus partem idcireò, etiam ineptius, & inutilius de conſenſu principis cauſificari, & excipere, quatenus etiam omiſſus, & cùm tempus fuiſſet, quòd oppoſi-
27 ſitio hæc dicatur † de iure tertij, & quidē non ipſo iure, ſed non niſi illo volente iuris partis excluſiuo, atq; propterea inadmiſſibili, & prepoſito feuſtratorie, vt in terminis docuerunt Oldra. conſ. 137 num 7. Allex. conſ. 100. nu. 3. lib. 4. Dec. conſ. 247. num. 3. Natta conſ. 475. num. 14. Alba conſ. 67. num. 6. vbi authoritate Bal. in loco per eum citato inquit non eſſe nouum, vt contractus feudalis non valeat in præiudicium domini ſuperioris, qui non conſenſit ſubſiſtat tamen in præiudicium vēdentis, quos omnes refert, & ſequ. Cra. mem. conſ. 1. Gene. num. 393. Cæterum, licet in alienatione bonorum, quorum cauſalis vertitur diù poſt ipſam alienatione ſupremi Do-
27 mini † conſenſus præſtitus ſit non ideò minus valide interueniſſe, ac vtiliter adhibitas eſſe, cenſeri debēt, nam cùm nullo alio, quàm ipſius Domini præiudicij reſpectù requiratur, ſufficit quandocunq; ille conſentiat. Iſer. in cap. 1. in princip. num. 14. ibiq; Aluarot. nu. 16. vers. quero an conſenſus de prohib. alien. feu. per Frider. Curt. Iu n. in trac. feud. par. 9. num. 32. Iacobin. de ſant. Georg. in inueſtit. feud. in verbo, & cum pacto de non alien. nu. 19. Natta d. conſ. 475. num. 13. Crau. d. conſ. pro Gen. num. 397. vbi plures alios citat autos, addit, & de communi opinione teſtatur Rol. à Valle conſ. 97. num. 33. lib. 1. & inter receptiſſimos alios iungendo recenſet Iul. Clar. li. 4. ſentent. §. feudum quæſt 31. in fine a qua tandem non recedit Ozaſc. deciſ. 1166. antefinem, & veriſſimam, ac crebriſſimam hanc eſſe interpretum ſententiam ſcribit Meno c. conſ. 1. nu. 405.

Neq; obſtat concluſionem hanc limitari, & locum non quoties res non eſt amplius integra; & poſt mortem alienantis impetratus aſſenſus Domini, vt in caſu noſtro, nam cùm tunc per mortem illius ante impetrationem conſenſus Domini videatur eſſe quæſitum ius filio, cui feudum debetur, æquum eſſe non videtur, vt ſuperueniens illa Domini confirmatio trahatur, ad illius præiudicium, vt ità ſpecialiter voluerunt Iſer. & Aluar. in d. ca. p. 1. de prohib. alien. feud. per Frider. loco præcitato, vbi proprie inſeruit, quòd ſi habens feudum illud alienauerit, & non tradiderit, & poſt eius mortem, ille in quem eſt facta alienatio impetret aſſenſum Regis, non nocet illius hæredi, cùm eo tempore Dominus tōtiat, quo res eſt filij, vel hæredis, non alienantis, & ſequitur Gozad. conſ. 9. num. 28. & 35. Affli. deciſ. 236. & alij de quibus per Rolan. à Valle conſ. 2. num. 140. lib. 1. & latius conſ. 97. num. 34. & ſeqq. lib. 1. quia ad hoc argumentum cui, (vt per latum ad nos eſt) Aduerſarij maxim opere nituntur, nru tiplex, vera, & facilis eſt ſolutio.

29 Primò, quòd procedit, vbi ratione † ſolemnitatis, & proforma, vel conditione conſenſus iſte requiritur, quia tunc initio præſtari debet iuxta tradita per omnes ſcriben. in l. ſi quis mihi bona §. iuſſum, ff. de acquiren. hæred. & ita loquūntur Iſer. Aluar. & Affli. e. in præcitatis locis, cùm apud eos ex conſtitutione Regni nominatim ſine regio aſſenſu feuda obligari, vel deſtrahi nequirent, & quod propterea dictus conſenſus obligationem. vel diſtractionem illam præcedere debuerat cæterum ſi idē velit interre ad conſenſum, quia, iure feudali requiritur eſt prorſus a ſeparatis, & diuerſis, velle arguere, cum ibi pro forma ex conſtitutione neceſſarius ſit, hic verò nōn proaliqua ſolemnitate, ſed ratione ſolius præiuditij Domini adhibeatur, ita expreſſim, & ſpecialiter diſtinguit Crau. d. conſ. pro Gen. nu. 397. quattuorq; antecedētibus, & vno ſub ſequenti, quare cùm apud nos nullo iure cogente conſenſus hic requiratur ergo, &c.

Quinimo (quæ ſecunda eſt diſſolutio) cùm iure noſtro conſuetudinario Delphinatus etiam ſine Domini conſenſu feudorum alienatio permittatur, vt ſupra probauimus, & in ſpecie, ex Guid. Pap. deciſio. 297. & experientia rerum magiſtra docear, illius authoritatē
30 in re hac ſperni, † & ad ſolum bene eſſe aliquando requiri non poteſt apud nos non in-

utilis

utilis, neq; impertinens obiectio hæc non esse.

Cui tertia apprimè ex eadem consuetudine applicatur responsio, nullum hic versari filiorum, & hæredũ præiudicium mitusq; verum esse, vt ex patrum morte aliquod sit eis ius quæsitum, cum feuda omnia sint planè libera, & alienabilia, & ad solos hæredes, atq; consequenter defuncti factorum diligentes obseruatores transmissoria, & pertinentia.

Quartò subsequenter cum consuetudine, etiam circumscripta feudum, de quo agitur sit hæreditarium ex tenore primarum concessionum, & in feudationum, & ideò saltem
31 filij† à patre gesta impugnare non valeant, vt infra palam ostendemus, & quatenus etiam feudum sit ex pacto, & prouidentia, & admo hæreditatis, cum inuentario legali processerint, cum nihilominus adhuc eathenus sit in hæreditate, quatenus ascendit æstimatio præiuditij, quod ex patris alienatione sibi illatum esse causantur, vt suo quoq; loco infra liquebit, infertur ex his actore nullum posse prætendere sibi fieri interesse, neq; posse contra patris factum venire, & minus consequenter de illegit. regis consensũ opponere, vt ita in terminis declarant, & concludunt Paris. cõs. 16. num. 37. & sequen. lib. 1. & diffusè Rolan. d. conf. 97. num. 45. lib. 1. multisq; antecedenti, & subsequentibus, vbi alios adducit.

Quintò Isern. et Aluarot. in d cap. 1. de prohib feud. alien. per Frider. necnõ Afflic. d decis. 286. loquuntur in vassalo, qui vẽdiderat,
32 & non traddiderat, censentq; ideò. Afiensũ† à Rege impetratum post mortem venditoris non præiudicare ei, qui possidebat, & ante illum reuocationem obligationis patefactæ impetrauerat, cùm res non esset amplius integra et diceretur ius esse quæsitũ possidenti, cui nõ præsumitur principem voluisse obesse. Diuersa res est in casu nostro cùm traditio vera sequuta sit, et is in quem facta est alienatio semper possederit, et possideat cuius possessionis vigore sitem ope exceptionis se tueri potest, non obstante, quòd inuestitura fortasse non valeat, ità signanter Bald. in cap. 1. §. si quis fecerit col. fin. vers. quæro quid si Dominus in titulo quo temp. miles, vbi cum sequitur Aluar. & declarat Dec. conf. 144 num. 1. vers nõ obstat, quòd impetratio diuersa etiam hic res est, iccircò quòd nulla sit per actores impetrata, & obtenta huius alienationis reuocatio, & ità nullum sit eius quæsitum de nouo, quinimo res sit adhuc in suspenso, & huc vsq; non appareat dẽ aliquo illorũ reuocandi iure: quæ omnia constat considerata fuisse in iudicato Senat. Neapol. de quo per Afflict. decis. 385.

33 Sextò superueniens regis consensus† re nõ integra saltem retrotrahitur, & operatur, vbi vt hic in feudi alienatione illic fuit expressius, & nominatim reseruatus ità Paris. cons. 78. n. 15. lib. 1. quam declarationem apposititissimè confirmat. Doctrina Papons tit. d. arbitres compromis. e transactionis art. 9.

Septimò, & vltimo licet supra allegatæ solutiones singulæ sufficiant, attamen rem magis perstringendo, & ad inditidua deueniendo dicimus præmissam conclusionem locum nõ habere in obligatione, & alienatione feudi facta ratione donum, vt in casu nostro cũ tñe
34 † etiam re integra, & post mortem alienantis possit impetrari impetratusq; valeat Regius assensus quòd ita bis iudicauit Sac. cons. Neap. referente Afflict. decis. 151. & decis. 385. vbi consensus requirebatur pro forma; & solemnitate, & mulier in quam erat facta feudi obligatio non possidebat, nemo profectò vereri debet tam graue exemplũ sequi in casu fortiori, vbi scilicet feudi acquisitor possidet, vbi regis auctoritas est necessaria, & si requitur id non est pro forma, decisionem autem Afflict. in specie sequuti sunt Paris. d consil. 18. lib. 1. & Rol. d. conf. 97. lib. 1.

Hisce argumentis patris ita modo profligatis, redeamus ad id, quod dicebamus de antiquissima isthæc feuda liberè alienandi consuetudine, quæ cùm, vt patefecimus plenè per tot testes tot q; instrumenta alienationum, per tot vassallos, in tot, & tam diuersas, tamquè extraneas personas, per tot annorum curriculà factarum probata maneat infertur feudi ipsius naturam, quatenus, vel per feudales constitutiones, vel per antiquas concessiones ipsi consuetudini contraria foret, quòd tamen negatur, & infra apertissimè patebit hoc pendendam esse, ipsamq; consuetudinem magis spectandam esse vulgare enim licet in contra-
35 sã est in hac materia Theorema,† quòd particularis loci, vel rei consuetudo in primis attẽdi debet præualetq; cõstitutionib. feudalib. & legibus, vel cõuentionibus diuersis fortasse in cõcessione appositis cap. 1. vbi glo. & Doct. de feu cognit. cap. 1. §. nos Romanorũ de pac. cõst. t. Guid. Pap. decis. 59. & sing. 594. Renat. Choppin. lib. 2. de doman. Franc. cap 4. num. 12. quo nomine censuit Specul. in tit. de feu. §. quoniam num. 45. vers. 25. in materia feudi nullam certam posse dari regulam propter diuersas locorũ consuetudines quibus feuda ipsa regulari debent quemadmodum ità etiam exoriditus est, Rebuff. in suo tract. de feud. & dicebat Clar. lib. 4. senten. §. feudum quæst. 31. nu. 12. quòd in omnibus, quæ respiciunt feuda consuetudo vincit legem, & ipsa pro lege
36 habetur, & in feudalibus† recedendum non esse ab eo, quod obseruatur, scribit Menoch. cons. 32. num. 45. & 64. & in feudis nihil est, ita perpetuum, & firmum, quod consuetudini non subijciatur Zas. in epito. feud. par. 8. num. 63. in fine, & par. vlt. num 39. & vera, ac regu-
37 laris† natura feudi est illa quæ determinatur à consuetudine loci in quo situm est Molin. consuet. Paris. tit. 1. §. 7. num. 32. nam cùm cõstitutiones feud. & ipsæ consuetudines sint licet in scriptis redactæ, vt notauit Bart. in l. vt iusiurandũ §. si liberi. ff. de oper. libert. & alibi sæpè inconuenies non est illas contrariã consuetudine tolli, Bald. per illum tex. in l. 2. in prin. ff. de vulg. & pup. substit. Dec. cons. 586. nu. 4. et cons. 588. n. 16. et comprobat Rebuf.

in tra

in suo tracta. de feud.col.1. idem Becc. cons. 16.num.31. Neq; ad huius consuetudinis va-
38 liditatem † opus est probare in cõtradictorio iudicio secundum eam obtentum fuisse, cum sufficiant actus extraiudiciales Petr.& Cin. in l.2. C. quæ sit consuetud. Bart. lectura l. de quibus,& in eiusdem repetitio.num.13.Cast. nu.11.& Ias.nu.41.ff.de legib.Abb.& omnes in cap. fin. de constitut. & dicit communem Crau.post alios,quos citat cons.55. num.6. et trac de antiq.temp.in princip.quar. par.princip num.33.& prope in re nostra Hippol. Rimin.cons.38.num. 25.

Nec est mirum tantùm tribui consuetudini cùm omnia possit,et sit altera fere natura, vt multa de eius prælaptia enarrando tradat Cra. cons.238.num 5.et seqq.et Cardin. Alban.in suis additio.ad Barto. in repet.d. l. de quibus ff.de legib.sed scita admodum sunt,quę illam exponendo exponit Connan.lib 1.commentar. Iur.ciuil. cap.10.de consuetudine in prin. quæ ad litteram in specie huius nostræ consuetud. libere disponen. de feudis trãsplantauit Hippol. Rimin. in cons.55. num.8. et sequent.

In specie autem , quòd valeat consuetudo
39 † alienan. feuda in præiudicium agnatorum, sicut valet consuetudo illa diffrahendi inscio, et inuito Domino, item quòd femina succedant,et aliæ similes,contrarię,ac repugnantes feudalibus constit. probatur,ex hijs, quos citant, de communi sentientes Rolan. cons.2. num.13. et seqq. lib. 1 et cons.48.num.12.et sequen.lib 4.Cephal.cons.361.num.21. et sequen.et cons.389.n.13.et seqq Becc.cons.88. nn.28.et seq.quos hic non transcribimus,ne in re non necessaria laboremus.

Sciendum est autem,ad hujusce feudi naturam alterandam,et consuetudinem inducen-
40 dam† tot opus non fuisse iteratis alienationibus,sed sat fuisse , quod semel alienarum fuisset ad hoc vt perpetuò fieret alienabile l. pater.§. quindecim,cum ibi nota ff.de fega.3. et in terminis alienationis feud.Socin.Sen cons. 68 num 32.vers fexto respondetur lib.1.repetito consil. 165. lib. 2. quem sequitur Tiraquell.trac.de iure primog. quæst. 4. num.58. & quos nouissimè comprobat Hippol. Rim. cons.18.num.11. & cons. 45. num. 13. Imò , quòd magis est,ex alienatione partis tantùm inducta fuisset permissio totum alienandi,ne vna , & eadem res diuerso nure censeretur,vt in specie argumentatur Alba cons.61.nu. 6.

Hoc igitur feudo ex probatissima, et inueterata consuetudine pro libero, et absolutè hæreditario denionstrato , nihil esse videtur, quare actores repellendi non veniant à facti paterni , & contractus per eum celebrati cõtrauentione idq; etiã vt præfati fuimus, quod diuersim ex primis concessionibus ordinationem habuisset , veruntamen cum eiusdẽ inuestiturę,et concessiones non solum aduersentur , sed imò propositæ consuetudine , et hinc libere disponendi facultati conueniat non omnis potest non filere dubitatio quòd autem ità sit multis modis, et clarissimè declarare putamus si primò id præmiserimus inue-
41 stituram priorem † semper spectari oportere, ad eamq; recurrendum, quoties ab ea sequentes discrepãt.cap.1 ibiq; Bald. de vasl. decrep. etat cap.fi. ibiq; Aluar. an Agna.vel filij cap. 1.de eo qui fin. fec. Agna. Bald in l.1. quęst. 15.ff. de rerum diuisio. prima enim radix, et origo attenditur Bald. in l prima num 32.C. quando non peten. par. Affic. decisio. 195. num.5.neq; curatur,quo tramite fendum descendat,sed quid scit princip.Bal .in cap 1 nu. 2.de eo qui sibi,et hæred.b.fuis et hoc est perpetuum in feudis quòd semper respiciunt primum stipitem , et p primum consensum Domini,Bal in cap. 1. §. hijs verò ante finem de succesi fra.vel de grad.succed. in feud. et prima inuestitura non potest alterari etiam per Principem Gozad.cons 84.nu 8.Molin. cons. 50. num.37. & 38. & Port. consil.65. num.7. & ab antiquis inuestituris non est receden.nisi
42 † in posterioribus expreisè dictum sit, quòd de Communi cõsensu aliter facta sit quã hactenus fieri consueuerit Paul.de Castr.consil. 142. videtur dicendum num.3. lib.2.cuius pas sim,& mille ferè in locis meminerunt Dec.& alij de re hac per tractantes, & de communi sentientes,quos recitat Tiraq. de retract. conjang. §.32. num.39. & ex Neotericis Curt. iun. tract. de feud. par.7. quæstio.7. & consil. 108. num. 18. Molin. in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 35. nu 10. Rolan. à Valle consi. 50. nu. 60. lib.3. & consil.85. num.66 & seqq. lib.4. & late per Cephal.consil.369 nu.100, & multis posterioribus,& alij plerique quos postremò cumulauit Menoch.consil.1. nu 124.& seqq. quòd quidem ea ratione præfari volumus , vt ostendamus partem fruftrari , & in manifesto errore versari dum putat aliquibus standum esse inuestituris , & renonationibus per eam productis quæ nedum post primã, sed & aliã huiusce feudi concessionem factæ leguntur Primum autem omnium Simbardus Lunellus de Claracõ,necnõ Franceschinus & Henricus eius filij bona hæc à quon. Illustr Federico Marchione Salutiarum cõperiuntur habuisse , & obtinuisse, vt apparet instrumento rogato de anno 1379. & die 8. Decembris in actis per partem met exhibito,ex cuius tenore & lectura proculdubio liquet bona hæc Cerũgnaschi feudalia non esse , & nihilominus si pro feudo tradita fuerint illud prorsus, simpliciterq; & absolutè hæreditarium fore,atq; ad quoscumque extraneos tranismissibile.

Idq; ex eo primò patet, quòd munificentia illa Marchionis erga præfatos de Lunellis in receptorum beneficiorum remunerationem processerit,vt clarè ex dicti instrumenti proemio, quòd causam finalem designat Barto.l.
43 fina.ff.de hæred.instit.cũ simil. quo casu † in vim simplicis donationis non feudi cõcessionis facta esse præsumitur vt præcisè ita argumentat Ruin consil.18. num. 10.lib.1. quem citat,et sequitur Cephal.consil.1 nu. 19 consi. 307. num.71. et consil.369. nu.72. Idem Dec.

cons.

consil.193. num.2 versic.& etiam in dubio, & Rolan.consil.50.num. 43.lib.3.

Secundò cùm in memoria oruta concessione expressim, & nominatim dicunt illam fieri ex ut. & causa donationis puræ, meræ simplicis irreuocabilis, & quæ dicitur inter viuos, & inferius quoque ibi,dedit, donauit
44 puro dono &c. † nihil suadet quare diuersũ & alium contractum illum dijudicemus, à proprietateque verborum recedamus, quinimo quoties in feudali concessione apponitur solum verbum donamus, vel aliud donationem significans magis donatio censeatur, quam feudalis concessio idq; licet alia sint signa denotantia feudum, vt puta mentio feudi,& impositio seruitij,vt in specie nos docuit Oldrad.consil 159. num.3. quem cõmuniter à Doctoribus receptum esse tradit Clarissimus Clarus lib. 4. sentent. § feudũ quæst.17 & quem sequitur in numera penè doctorum turba relata per Rolan. consil. 2. num.4. lib.1. Latius consil.50. num.52 versi. septimò pro hac parte lib.3. & consil.1. per totum, ac consil.85. num. 54. vers. vltimo accedit lib.4 & per Cephal consil.369. nu 73. & per totum, apud quos magis præponderarzur verbum donamus quam plura alia feudum indicantia,

Sed tamẽ quatenus feudum esse dicamus, non potest omnino liberum, & hæreditariũ non esse,cùm conceptum sit, & quidẽ per iterata verba pro se suisq; hæredibus q̃ procedit nõ solùm moribus nostris, & iure quo
45 vtrum quo in inuestit. hæredum † appellatione etiam extraneos cõtineri probauimus, & nominatim ex Guid Papa decis. 230. Sed & per constitutiones ipsas feudales,& qui illas sequuti sunt, quibus concorditer placuit feuda hoc modo dispositi non nisi ad eos transire, qui hæredes fuerunt, vt per Ifernin cap.1.§.hoc quoq; colum 2,de his qui feud. dar possi.& in cap 1. an Aguat. vel fil. & de communi post Dec & alios citatos affirmat Clarus d.§.feudum quæstio.num.7.& quæst. 83. num 2. Crau cons. 197. num.5. vers.hoc tamen Molin.in addit.ad Dec.cõsil.395. nu. 9. verbo hæredibus. Rolan. à valle in locis per ipsum met expressis in suo tract.de innẽ. confectio par.3. §. nunquid hæres qui cum cautella inuentarij fol. mihi 148. num.22.in consil.10 num. 38. cons.55. num.2.lib.3. & consil.3.num. 17. lib.4.Menoch.cons.61 nu. 6. & egregiè Beecius cons.88.nu.5.& seqq.

Quibus quidem verbis cùm iuncta sit clau
46 sula illa † ad haben. tenem. possiden. & quicquid perpetuò placuit facien. ità prorsus hæreditarium, & alienabile redditũ, & illius natura alterata esse dicitur, vt veluti mera res allodialis habeatur, & ad quoscunque etiam extraneos transmitti potuerit cap. 1.de feud.non haben.propr nat feud. Bart.& Ang.in l qui Romæ §.duo fratres ff.de verb. oblig. & præcisè Alex. cons.228 nu.6. lib.6. vbi Molin. in verbo dederis, idem in specie Crau.post Socin.Curt. & alios, quos citat in consil. 256. num. 4. versic. Sed hic dubitatione, nam & clausulam hanc solam immutare feudi naturam, & illud efficere alienabile, & hæreditarium responderunt plenq; iuris interpretes Dec. consil.614 col.1. & 2. Gozad consil.9. num.2. Bart. cons.3. col.2. lib. 1. Grammat decis. 103. nu. 129.in princ. Rolan à Valle consil.55. nu.37. & 42. lib.3. Rumin.Iun.cons.90. num.26. vbi quod hisce verbis datione facultas disponendi pro libito de hijs bonis,quibus apponũtur, etiamsi milites feudalia sint, & præclarè alios citando Bece.d.consil.88. num.23. & 24. & operantur hę, & similes clausulæ, vt alienatio possit fieri etiam Domino irrequisito, secundũ communem opinionem,de qua attestantur tot relati à Rolan.à Valle consil.42.num.16. lib.1. et d.consil.55. num.44.lib..3 quæ tamẽ redditur dubia,ex hijs quæ respondit colleg. Bononien.in cons. pro cau. Finarien. nu.20. impressio post tract.Menoch.de recuper. possess. sed feudi alteratio per illam clausulam ieciteq; ponissimũ inducta esse cẽsetur,quod in verbis disposituis inuestiturę apposita sit, secundum communem opinionem cõprobatam ab hijs, quos nominat Ozasc. decis. 164 num.1. et Bec. consil.88. num.49.

Neq; obstat illa clausula in Nobile Antiquum, & Auium feudum inserta in dicta
47 inuestitura,per quam † concessio,& feudum videtur fieri ex pacto,& prouidentia,quo casu vbi scilicet clausula illa præcedens ad haben.tenen. &c. apponitur in feudo ex pacto, & prouidentia non videtur habenda in consideratione,minusq; alterare feudi naturam, ne alias inducatur contrarietas, & alijs de causis relatis per dictum Ozasc.decis.164.per totam vbi tamen propriam causam agit, nã multis modis respondetur.

48 † Primò aduersus Ozascum fiare communes sententias,de quibus supra, et quibus ipse non satisfacit. et pro quibus ac contra Ozascum nouissimè respondit Bec. d.consil.88. & bis iudicault Senatus Montisferrati, vt testis est idem Bece.in fine dicti Consilij

Secundò, nos non sumus in feudo ex pacto, et prouidentia, et solis liberis,ac descendentibus acquisito ipsisq; solis expressim reseruato, vt propria sunt Ozascbi verba, sed in feudo concesso pro se, et hæred. atq; hæreditario, vt supra ex communi Doctorũ traditione probauimus,quo casu, et in quo quidem feudo non procedit opinio,et doctrina Ozascbi,vt ipse met clarissimè et disertissimè fatetur d.decis.164. num.16.vers. nec obstat.

Tertiò,feudum non ideò minus hæreditariũ fit quod expressim sit in feudum antiquum,et paternum late.Crau. cons.591. nu. 6. et seqq. col.3. cum ex effectu, et obseruatione subsequuta non obstantibus illis verbis in feudum antiquum,auitum,et paternũ,
49 etc. illud † pro hæreditario, et alienabili habitũ fuit,et cuiusuis generis personæ ad id admissæ, non, potest quicquam ambiguitas amplius hærere, et omnia contraria non eruere

ruere, & talis enim præsumitur fuisse concessio qualis apparet illius obseruantia Bald. in l. ii certus omnis nu. 9. & ibi Dec. num. 14. C. de pac. & in terminis nostris Molin cons. 50. num. 38. & sicut vbi feudum concessum est cum clausula ad haben. & facien. &c. vel alia simili liberam alienation em præferen-
re, & nihilominus vsus subsequutus aliam contractui interpretationem dedit, inspicitur, quid euenerit, & attenditur quid obseruatum fuerit, vt in terminis terminantibus sentit Crau. d. cons. pro Genero nu. 317. quoniam in specie probauit Ozasc. d. decis. 164. num. 6 Idem in contrario casu obseruatio,
50 & consuetudo operari debet vt † nihilominus possit opposi tum in opposito, quòd propositum in proposito iur. vulg. admirabilis est enim obseruationis vis, & effectus nulla-
51 que melior est † interpretatio quam quæ ab his dedu cit, quippe quòd omnè resoluat dubitationem l. ii de interpretatione, & l. minimè. ff. de legibus cuius igitur vsus declarationi, statuta contractus, & omnes omnium actus merito subiaceri debent, vt fuit dictum Innoc. in cap. olim de verb. significa quem citat Dec. cons. 44 t. nu. 13. & hunc Menoch. tract. de arbitrar. Iudic. lib. 2. casu 199. nu. 11. idem Dec in l. vt liberis num. 12. C. de collatio. cuius meminit Molin in consuet. Parisiē. tit. 1. §. 7 num. 32. & late & eleganter multa de eius excellentia effunden. enarrat Crauoco proxime citato, & copiosius Beccius cons. 101. nu. 48. & tribus sequen. vbi in specie post Menoch. cons. 104. nu. 13. inquit ex obseruātia subsequuta optime declaran. feudum sit hæreditarium necne.

Quòd verò pro hereditario, & quidem absolutè ac pro prorsus alienabili feudum hoc appareat fuerit patet re ipsa ex tot alienationib. sine vlla prius solēnitate solo Principis assensu adhibito, vel referuato, ac in tot, & tam diuersas personas extraneas q; gentes factis, & nominatim de ea quam per dictos de Lunellis primos recipientes do anno 1384 die 20. Augusti, & ita solo quinquennio post acquisitionē facta fuit de omnibus hijsce bonis in quon. Dominū Heustachium de Salutijs: Si enim per clausulam illam in feudū antiquum autum &c. feudum effectum fuisset ex pacto, & prouidentia, & soli Lunellorum familiæ acquisitum, non equidem fatim potuisset transferri in familiam Salution. & in illum extraneum acquisitorem, à quo cū actores processisse contendant, illaq; acquisitio fuerit radix metrix, & origo huius feudi in eorum domo, sequitur secundum ea, quæ supra deduximus, in iure indubitata esse, non posse illos, neque debere ab ea recedere, sed omnino teneri illam sequi, ex cuius & id t nore, & forma cùm liqueat emptorē & primum acquisitorem non solum sibi, & descendēti stipulatum fuisse, sed voluisse, vt bona illa ad quoscunq; eius hæredes, & successores possent peruenire iam nescio quomodo Actores suam velint aut possint causam tuer. .

52 Quoties † enim (vt in casu nostro) accipitur feudum pro se, & hæred. quibuscunq; vocantur etiam extranei, & quilibet successores Bald. in l. cùm virum num. 21. C. de fideicomm. in l. i. quæst. 35. ff. de rerum diuis. & in cap. 1. in princip. de prohib. feud alien. per Fride. & est communis opinio teste Claro post alios quos nominat in d. §. feud. quæstio 9. nu. 9. quibus alios addit. Rolan. a Val. le cons. 3. num. 65. & seqq. lib. 1. cons. 79. nu. 29. lib. 2. cons. 1. n. 45. & sequen. lib. 3. & cons. 42 num 1. lib. 4. & magis communem appellat Ozasc. decis. 26. num. 18. & decis. 161. num. 16.

Fuit etiam receptum pro causam habitu-
53 ris ab ipso emente, quibus verbis † non ambigitur feudi naturam in totum subuerti, idipsumq; possitum fuisse in mera possidentiā dispositione Bart. cons. 29. colum. 2 versic. vnde si consideremus Curt iun. cons. 1. in princip. Gr. mmat. decis. 103. num. 129. Crau. cons. 84. num. 11. cons. 102 nu. 6. Natta cons. 216. num. 1. Rolan cons. 55 num. 40. lib 3. cum cæteris allegatis per Beccium d. cōs. 88. num. 23.

Adest etiam clausula Ad haben. &c. cuius virtutem satis supra exposuimus.

Feudū etiam hoc cùm fuerit emptum, &
54 pecunia acquisitum ponit † ad quoscunq; etiam extraneos cedi, & transmitti, licet expresse id actum non fuisset, ita Alex. & Rom. in l. etiam in principi. ff. solut. matrim. Socin. sen. cons. 19. nu. 7. in fine lib. 1. in huiusmodi enim feudo attenditur magis natura contractus, quam feudi Bald. in cap. 1. §. & quia vidimus num. 19. de his qui feud dar. post in quibus quidem contractibus certum est hæredes venire, siue nominentur siue non l. vā veritatis. cloue l. veteris C. de contrahen. stipulan l. 2. vbi gl. in verbo hæredes C. de pact. Inter emp. & vendit. quib. & alijs, ita sent. t Natt. cons. 159. nu. 14. & seq. & cons. 216 per
55 totū, & feudū hoc † non habere propriā feudi naturam, & rei allodiali magis comparari, & alia similia hanc q; esse communem Doct. opin. constat ex his quæ tradit & cumulat Gabriel. lib. 3. commun. concl. ut. de feud. c. 2 & Rolan. cons. 48. num. 7. & sequen. lib. 4. vbi nu. 35. vers. verum quia affirmat sententiam hanc receptiorem esse quicquid aliqui contradixerint.

Palluntur autem aduersarij, dum arbitrā-
tur huiusce instrumēti venditionis factæ per fratres de Lunellis in q. Dominum Heustachium de Salutijs de anno 1384. & die 20. Augusti formularumq; & clausularū in eo appositarum esse rationem habendam, sub eo prætextu, quòd nullibi appareat de investitura facta per the Marchionem, eo modo, & forma quibus contractus ille conceptus legitur, & quod ideo primo prima investitura attendenda sit, illa quæ facta fuit de anno 1415. die 25. Septembris per eos producta, Cùm ante illam non constet aliam

impe-

impetratam fuisse, & quę cùm sit cōcessa pro se, & hæred. masculis, atq; ideò pro illis de familia, & agnatione tantùm secundum opin. eorum, de qua infra tractabimus, ergo, &c.

Quia respondetur primò consensu, Marchionis præstæ venditioni far accommoda-
56 tum censeri, ex eius præsentia: nam † cùm sufficiat tacitus illius consensus in omnibus casibus, in quibus requiritur, vt infra, iam consensisse dicitur si actui, & facto præsēs sit illud q; per contradictionem non impediat, vt in specie expressim tenet Ias. in epit. feud. par. 9 nu. 31. vbi quòd imò coassensus induceretur ex sola præsentia Domini etiam absentis secundum sententiam Aluar. & aliorum quos citat, à qua licet ipse recedat, nisi cū scientia alia concurrat, concludere tamen non putat tamen graue esse, illam non sequi, & quòd in iudicio vix cōtra illam obtineretur, quòd verò præsentia cum
57 taciturnitate, vel etiam sola scientia † cū patientia, & tolerantia alicuius reporis, vt puta anni sufficiat pro consensu, quod q; communiter, ita teneant Doct. probatur per Curt. Iun. in 4 par tract. de feud. num. 137. & seq. & clarius ex Claro lib. 4 senten. §. feudum quæstio. 31. vers. vlt. et facit regula generalis, quod
58 qui † non improbat approbare videtur l. ne in arbitris in fine, vbi Bar. & alij C. de arb. gl. 2. in l. si ab arbitro. ff. qui satisd. cogan. & hic consensus prouenies ex patientia, & scientia diuturna idem operatur, quòd consensus expressus Alex. in l. 2. §. voluntatem num. 3. vers. hoc tamen limita ff. solu matrim. Dec. cons. 409 num. 6. & Cephal. consil. 314 num. 42 & plura rei huic egregiæ conuenientia habentur per Tiraquel. de retract. conuang. §. 1 gl. 9. num. 115. & seqq. qui quidem Marchionis
59 consensus, cùm simplici se dicto contractui apposītus sit ad omnia extenditur, quæ in eo contenta sunt Cardin. in cleun. 2. in 4. notab. de procur. Rimin. cons. 328 num. 27. & scite Becc. cons. 55. nu. 7. & in specie, quòd appro-
60 batio † contractus rei feudalis per patronum facta porrigatur ad omnes eius appēdices, & qualitates notat Molin. in consuet. Parisien. §. 13 gl. 4. num. 9.

Et hæc quidem omnia quatenus prima illa concessio facta Lunellis pro prima inuestitura sequestranda non venit, quòd tamen magis sequestranda esse putarius, tum, quòd prima, tum quòd à parte producta, tum quòd in actis ad illam solam se pars retrinxit nō obscurè videatur, cùm oneri calualiæ feudum hoc obnoxium esse dederit de quo tamen nullibi, quàm in illa fit mentio.

Cùm ergo quocumq; res dirigatur negari tandem non possit quin hæc bona licet feudalia in mera tamen administratione, & absoluta dominorū possiderint, potestate fuerint, non solùm ex generali totius regni, & particulari Delphinatus, cui Marchia hęc est vnita, sed & speciali huius feudi inconcussa consuetudine tot annis inquisitissimè obseruata tot testibus, toto; publicis instrumentis, & antiquis, & recentibus inquisitoribus coprobata quinimò ex tenore primarum dictorum bonorum concessionum, & inscudationum siue primam, siue secundam sequi velimus, & posterēmò ab ipsarum subsequuto effectu, & vsu, qui excellentissimus est rerum magister, & consequenter, non tantum singularis, sed omnibus, & cunctis hijs mediis, & modis quibus feudi natura percipi, & dignosci consueuit, & quorum altero, vel sola consuetudine sufficiebat, hijs necessariò sequitur acto res ab horum bonorum vendicatione omnino repellendos esse, & teneri prorsus egisse. Nam in resolutione egregij, & quotidiani il-
61 lius iuris articuli. Num feudum † a patre alienatum filius vēdicare possit, omnes omnino conueniunt iuris interpretes, non posse? si feudum sit pure, & absolutè hereditarium, vt hic quemadmodum testantur Paris. Rolan. Valen. & alij in locis citatis per Menoch. consil. 89. num 68. & per Arium Pinell. in cōmentad leg. 1. C. de bonis mater par. 3. nu. 91. vers. inde necessariò, & resolutiuè tenuit Clar. lib. 4. senten. §. feudum quæst. 40. num. 2. & quæst. 41. num. 2. & quidpatetur enim huiusmodi feudum cuilibet alteri rei hæreditariæ, vt inemo rati patres omnes vno ore senauit, & qui pro
62 pterea inferunt illud † venire in petitione hæreditatis, in restitutione fideicōmissi in consecatione bonorum, posse prælegari cedere generali bonorum obligationi, & alia pleraq; similia notatu digna, relata per Rol. in tract. de consect. inuentarij loco mox citando.

Procedit q; supra firmata conclusio etiam si hæres, vel filius hæreditatem adeat cum le-
63 gis, & inuentarij beneficio, nam † in huiusmodi feudi qualitate inuentarium prodesse non solet Alex. cons. 28. num. 18. lib. 5. Afflict. dec. 112. num. 3. & decis. 240. num. 11. Crau cons. 256. num. 7. vers. & licet illud dictum Clar. d. §. feudum quæst. 42. in fin. Menoc. post Rim. & Grat. d. cons. 89. nu. 69. Rolan. à Valle cōs. 44. num. 8. lib. 3. cent. 3. nu. 26. lib. 4. & in tract. de consect. inuent par. 3. cap. 8 nunquam heres, qui cùm cautela inuentarij fo. mihi 148. col. 1. & 2. Phanut. de Phanut. tract. de inuent. hæred. par. 6. nu. 17. & 34. & frequentissimo Doctorum calculo, ita receptū esse dicit Arius Pinell. loco antea citato vers. ex his patet, & ibidem num. 96. vers. infertur octauo si quidē cū filius ad hoc, vt in tali feudo succedat illius hereditate simul omnino adire debeat, vt præfati omnes doct. animaduertunt, et latè inter cæteros comprobat Rolan. d. cons. 3. nu. 22. lib. 4. Nimirum si cecura maneat alienatio, et factum præsens defuncti illi non impugnet quinimo illud ratum habere cogatur vulg. l. cum à matre, vbi glo. C. de rei vendicat. l. vendicantē ff. de cuict. l. venditrici C. de reb. alie. non alienan. et id genus sexcenta relata per glo. in l. si creditoribus. C. de ser. pig. dato.

Quod si etiam velimus (vt tamen lapidem moueamus) hoc feudū nō plane hæreditarij esse, sed tantùm secundum quid, et mixtum, vt doct. vocant, quasi de vtroq; participans de feudo scilicet ex pacto, et prouidentia, et de

feudo

feudo absolutè hæreditario de hoc quathe-
64 nus necesse est, vt quis sit hæres, & habent nomen hæredis, siue filius, siue alter agnatus sint, de illo quathenus extranei repelluntur, & admittuntur soli agnati, vel vocati in inuestitura, vel concessione, vt declarant omnes feudistæ, & expressim Clarus dict. §. feud. quæstio. 9. nume. 4. & ita secundum votum partis sequimur tenorem assertæ inuestituræ factæ ab anno 1415. & die 20. Septembris, & ab ea præsentia pro prima in qua feudi concessio fit pro se, & hæredibus masculis, &c. ex qua quidem verborum formula, & concepta stipulatione constat induci feudum mixtum, & Agnatis quidem solis pertinens, sed tamen hij, qui hæredes fuerint. Iacobin. de Belui. Ifern. Aluarot. & alij in capit. primo, de eo qui sibi, & hærdis masculis, Rube. Alexandrin. in l. Gallus §. quidam rectè nume. 191. ff. de liber. & posthum. & consil. 18. per totum, vbi post alios per eum adductos, quòd hæc est magis communis scribentium opinio quam sequitur Crauet. consil. 131. num. 3. & comprobat Didac. lib. 2. variarum resolution. capit. 18. nume. 4. & ita in iudicijs prætalere, ac secundum illam pluries decisum fuisse in Sac. Consil. refert Afflictus decisio. 140. decisio. 195. nume. 7. & decis. 240. nume. 10. & hanc esse magis communem opinio. Doctor. Clarus dict. §. feudum quæstio. 9. in fine, & in iure verissimam esse tenet, nouisq; rationibus confirmat Oza scus partis aduocatorum Coripheus. deci. 161. num 2.

Posito, quòd hoc sit feudum mixtum,
65 adhuc dicimus Actores, vti filios eius, † qui alienauit, non posse reuocare ab eo alienata, & inuentarium sibi non prodesse, cùm ad simile feudum hij non admittantur, nisi eius hæreditatè simul amplectantur, & consequenter illius facti sint obseruatores. capit. primo, an Agnatione, vel filiatione, qui tex. quòd in hoc feudo indubitanter procedat, voluit Castrens. in l. pro hærede. §. si quid nume. 9. ff. de acquiren. hæredit. & est commune omnium votum Clarus d. §. feudum quæstio. 76. in fine Molin. consil. 50. ante finem de qua latè per Ozasc. decisio. 162. & copiosissimè per Rolan. à Valle consil. 28. per totum lib. 3. addo Crauet. luculenter etiam id probantem in condimen. consil. pro genero nume. 25. versicu. Neq; textus mouet, & quòd sit etiam communis opinio in hoc feudo inuentarium filijs, non iuuare, probatur ex Rolan. & hijs quos cumulat in tract. de confection. inuentarij parte. 3. capitulo incipiente nunquid hæres, qui cùm cautella inuentarij, nume. 22. & seqq. & clarè Clarus dict. quæstio. 42. column. fin. cum alijs proximo versicu. citandis.

Et licet eum qui successurus est in hoc feudo, & illud ad se ex vocatione, & stipulatione maiorum pertinere contendit, iudiciat, longo etiam medio hæredem esse primi acquirentis, neq; simul hæres eius esse cogatur, qui postremò decessit, & feudum diuisim secundum communem, & indubitatam Doctorum sententiam, de qua per Clarum in dicto §. feudum quæstio. 9. num. 5. vbi ait ita iudicasse Senatum Mediolani, quam secutè tenet, alios citando Brun. consil. 18. nume. 14. & propterea videntur, non posse repelli à reuocatione alienationis factæ per vltimò defunctum, modò se ab illo primo stipite prouenisse probet, vt actores in hac causa præstitisse videntur, verùm enimuerò cùm filij venientes, et aspirantes ad feudum possessum ab eorum patribus, vt in casu nostro, nullo modo possint esse
66 hæredes primi inuestiti † nisi mediante illorum persona, et ex eorum medio, nimirum si non veniant contra illorum factum, et sint deterioris conditionis, quàm agnationis transuersales venientes ex propria persona, et quos sufficit habere illam qualitatem hæredem primi acquirentis mediate, vel immediate absq; eò, quòd vltimo defuncto succedat, quòd impossibile est filijs esse sine medio eorum parentum, ita Paris. qui dicit Doctores communiter, ità concludere consil. 23. num. 180. lib. 1. Ruin. consil. 17. colum. fin. libr. primo Clarus dict. §. feudum quæstio. 42. in fine, et quæstio. 76. in fine, vbi dicit hæc notanda esse in practica, diffusè etiam, et notabiliter Roland. consil. 28. colum. penultima libro tertio, et consil. 3. nume. 28. libr. quarto et sequi videtur Boerius. decisio. 23. num. 20. versic. 2. repellitur, et nouissimè comprobat Phanut. de Phanut. tract. de Inuentarij hæredit. par. 7. num. 30.

Rursus posito, quòd concessio feudi facta sub memorata forma verborum videlicet pro se, et hæredibus suis masculis, &c. intelligeretur de feudo ex pacto, & prouidentia secundum doctrinam multorum, qui eam etiam communem esse voluerunt, vt latè per Roland. à Vale consil. 97. nume. 22. & seqq. libr. primo, & latius consil. 28. nume. 4. & consil. 29. num.
67 52. libro tertio. Neq; † ideo magis Actores poterunt aduersus factum paternum reluctari, & hæreditate repudiata feudum amplectijcùm text. in dict. capit. primo, an Agnatus, vel filius tamquàm simpliciter loquens nullamq; feudorum speciem excipiens simpliciter, & generaliter, ac in quocumq; intelligendus veniat, atq; ideo non minus in feudo familiari, vel ex pacto, & prouidentia, quàm in hæreditario procedat idq; præsertim, ne alias elusoria reddatur illius dispositio,
68 cùm alias in † feudo hæreditario, siue filius, siue quilibet alius, si feudum

habere velit hæreditatem simul acceptare cogatur ex communi sententia, de qua post Curt. iunior. per Roland. d. consil. 28. num. 7. in fin. lib. 3. quibus, & alijs, quæ breuitatis causa omittuntur post fiern. Curt. iunio. Brun. & plerosq; alios, ità censuit, de què veriore, & receptiore Doctorum sententia affirmauit Didacus libro secundo variarum resolut. capit. 18. post num. 4. subdens Salicetum, & Imolam in locis per eum relatis, falsò sentire communem esse in contrarium, & illam confirmant, nouisq; rationibus comprobant ab alijs non citati Cephal. in consil. 224. per totum, & nouissime Ludouicus Vital. lib. 2. variarum resolutionum cap. 29.

Quorū tamen opinio Sali. & Imo. præcitatorum, quòd scilicet text. in dicto capit. an
69 agna. vel fil. non procedat † in feudo ex pacto, & prouidentia, sed in feudo mixto cōtra Didac. & eius assecl as inualuisse videtur, vt constat ex traditis per Clarum Rolan. & Crauet. supra citatos in verific. posito inquā quibus addo Arium Pinell. de receptiore, & equiore testantem in repetitio. l. primæ C. de bon. mater. par 3. num. 35. verific. sed cum in feudo concessio ea propter fundamento hoc circumscripto aliter respondimus, & quidem pertinētissime irrefragabiliter hoc feudo etiam pro familiari, & ex pacto, & prouidentia præsuppositō, quo tamen nihil est falsius Actores nihilominus eis omnino prodesse.

Licet enim verum sit, quòd filius adiens patris hæreditatem cum inuentario alienationem per eum factam de feudo antiquo, & sibi ex stipulatione maiorum spectante reuocare possit Bald. in l. qui se patris num. 9. C. vnde liberi, & in hoc conueniant omnes Docto. vt respondit Dec. consil: 85. column. prima, itaq; teneant omnes feudistæ sitq; hæc magis communis Docto. conclusio, vt scribit Clarus d. §. feudum quæstio. 42. nume. 14. & alij ad notati per Pinell. in d. l. prima, C. de bon. mater. part. 3. num. 93. in princip. à qua non recedunt Monticul. de inuen. hæred. part. nona num. 122. Phanut. de Phanut. in eodem tractat. de confectio inuent. par. 3. §. nunquā hæres, qui cum cautela inuentarij, nume. 29. idem Ozaſ. decis. 180. in fine.

Verò tamen etiam verius est non simpliciter, & absolute propositionem hanc intelligēdam esse, sed interpretationem illam admittere: vt catenus quis escludatur à vēdicando rem venditū per defunctum quatenus remanet in hæreditate, qui percipit ex
70 bonis defuncti nam † quathenus hæreditati bona sufficiunt, hæredis actio confunditur, nec ei propterea defuncti voluntatem impugnare licet. Iacob. de Belui. in capit. primo §. primo ante finem, & ibi Bald. col. fin. verſiculo vltimo distingue nnme. 20. de succeden. feud. Roman. consil. 18. nume. 4. Alexand. consil. 30. num. 7. libr. 6. Decius in lex qua persona nume. 2. vbi etiam Cagnol. in fine ff. de reg. iur. idem Decius in l. debitori nume. 20. C. de pact. Molin. in verbo sic eus hanc dicit communem esse sententiam scribentium in l. final. §. in computatione C. de iur. deliber. idem notabiliter Boer. decis. 23. nume. 20. Crauet. consil. 225. nume. 12. & admonuit Berous consil. 70. nume. 42. libr. primo, hoc notando esse in practica, quem reffer, & condemnat Roland. d. tract. de confectio. inuent. in loco totius præcitato nume. 20. Phanut. de Phanut. part. quinta eiusdem tractat. num. 69. & sequen. de communi etiam testatur. Natta consil. 214. num. 4. & in fin. & singulariter declarat Alba. consil. 73. nume. 2. quem expendit Menoch. consil. 89. num. 93. idem diserius Alba. consil. 76. nume 6. vbi post Afflict. & Alnat. in locis per eum nominatis, quòd confectio
71 inuentarij † non aliter prodest, quàm si filij nullam ex hæreditate vtilitatem percipiant, & explicatius in fin. dicti consil. inquit, filios non posse reuocare alienationem cum feudi factam per patrem nisi cum filius simul concurrentibus, quòd scilicet sint hæredes patris. Item & cùm inuentario, & tandem, quòd nullum sentiant commodum ex hæreditate.

Quem licet in specie arguat Ozaſ. decisio. 181. num. 12. dum nimirum fuit causæ iudex rectè tamen nimuenti apparet falsa reputenna tanti viri rationes eius reprobationis impertinentes esse, cùm in consil. Albæ no agatur de onere probandi substantiam, & quantitat ēhæreditatis nullaq; propotatur quæstio qui spectet, & an necessaria sit probatio opulentiæ, quantitatis hæreditatis, sed quomodo, & quibus filius facti paterni impugnantionem tentans repellatur, & Ozaſcum congruentibus rationibus reprobat Phanut. de Phanut. tractat. inuent. part. 7. num. 155.

Constat præterea Albæ doctrinam communi sententia, muniri aduersus, quam in scriptis Ozaſchi nihil proponitur, quare ab ea recedendū sit, & quàm imo in iure, veram, & receptissimam esse tradit Arius Pinell. præter alios supra non nominatos d. l. 1 C. de bonis mater. par. 1. num. 81. verſicul. ampliatur, septimo, & quam propterea animaduertit, & monet summe notanda esse aduersus multos, qui arbitrantur inuentarium ad plura prodesse, quàm herbam bethonicam atq; inde erroneè traduntfacto
72 inuentario admitti hæredem † contra factū defuncti, vt fuerunt Dec. consil. 185. & Grāmat decis. 95. & alij plerique ibi vocati, nam ab hij, & cæteris omnibus, qui ita simpliciter loquuti sunt, & totam reuocandi vim, & facultatem tribuerant inuentario cauendum omnino esse censet, cùm hæc regula, non nisi cum supradicta modificatione accipēda sit, quę profectò sūma ratione, & equitate niti.

71 nitur ne ālijs hij filij, & hæredes † cum emptorum, vel aliorum hęreditariorum iactura locupletari contingat, quòd non ſolum graue eſt legatis, ſed natura quoq; magis aduerſatur, quàm mors iux. Cicer. ſententiam lib. 3. de offic. & Pinellum commenda t. Marzar. in epitom. ſideicommiſſ. quæſtio. 46. verſicul. 4.

Cęterum cùm in hæreditate, & bonis q. Domini Heuſtachi agentium patris longe plus ſit, quam hij putent valere bona quæ vendicantur, vt ex æſtimatione bonorum in inuentario deſcriptorum liquidò patet, ſequitur iuxta prænmiſſa, aſſertæ vendicationi locum prorſus, non eſſe ſufficit autem in dicta hæreditate eſſe valorem ſcutorum mille octocentum, nàm cùm non pluris offerant, vltra illam nihil inferrędum debitum fuiſſe quon. Dominæ Lucretiæ menti, vel in ſolutum accipiędo non poſſunt prætereà velle rem maioris æſtimationis eſſe, vel contendere, quòd huic æri alieno diſſoluendo, & prætenſi intereſſe ſatisfactioni, hæreditas nõ ſufficiat, cùm præſertim ea ſit iuris præſumptio, vt † quælibet res iſto pretio tradita ſit, quodq; partes inuicem non colluſerint, aut calumniatę fuerint l. 2 C. de reſcind. vendit. Bald. in l. per diuerſas quæſtio. 4. num 8. C. mand. Fabian. de Monte tracta. de empt. & vendit. 8. quæſtio. princ. num. 25. verſi. item diuerſæ, cùm alijs allegatis per Roland. conſil. 92. num. 17. lib. 2. & conſil. 64. num. 18. lib. 4. & per Arium. Pinell. in 3. part. coment. ad l. 2. C. de reſcind. vendit. capit. vltimo nu. 43. & in alienatione rei feudalis poſt Bald. quem citat expreſſim notat Natta conſ. 159. num. 15.

74

Et tametſi ex dicto inuentario, & valore bonorum in eo conſignatorum apparęat, ita eſſe, vt diximus, & vlterius ex iuris præſumptione hæreditas † ſemper ſoluendo eſſe credatur, ita vt cõtrarium ſentiens id probare debeat veluti in terminis noſtris ſpecificis concludit. Natta conſil. 214. ad finem, quo tamen id lucidius pateat monemus nullam in primis de dictis bonis faciendam eſſe deductionem legitimæ filiorum, vt ſibi perſuadeat, & male voluit gloſ. magna in l. final. §. in computatione C. de iur. deliber. ibidem à Baldus, Caſtrenſ. Salicet. Alexa. & alij, qui hucuſq; ſcripſerunt reprobata, nam cùm is à quo hæc bona vendicantur creditor ſit vendentis, ſequitur illum, † & eius cauſam præferendum eſſe filiorum legitimæ, quæ per vulgatam iuris regulam ære alieno minui ſolet l. Papinianus §. quatò autem ff. de inofficio. teſtamen. quo quidem irrefragabili fundamento verior cenſetur ſententia gloſ. magn. in l. cùm à matre C. de rei vendic. cùm dixit hæredem etiã reſpectu legitimæ, deffuncti factum obſeruare teneri, quam ſanè doctrinam veram eſſe, & communiter receptam affirmat Iaſon. in d. §. in computatione nume. 10. verſicu. breuiter determinatio C. de iur. delib. & pro ea ſtare communem Doctorum ſcolam ſcribit, Nicol. Arelat. in l. Generaliter, nnme. 128. verſic. eſt ergo communis C. de ſecund. nupt. idem Menoch. conſil. 89. num. 149. addo Roland. in tract. de confect. inuent. par. 4. §. quid ſi pater vendidit num. 1. & 3. & Nattani conſ. 214. num. 4. dicentem hanc communẽ maiorũ noſtrorũ ſententiã ab oĩb. etiã modernis ſequi Phanut. verò de Phanut. in part. quin. tract. de inuen. hæred. num 76. inquit ſequendam eſſe non modò, quòd ſit communis, ſed quia etiam in iure vera, & altera quæ attribuitur glo. in d. §. in computatione omnino falſa ab illa etiam non recedit Montic. de inuent. hæred. part. non num. 98. & ſequen.

75

Dotes etiam Dominæ Richiardę matris agentium in emptoris, aut ceſſionarij horũ bonorum, aut ab eo cauſam habentis præiuditium non poſſunt de hæreditate in primis detrahi, tum quòd remiſſio horum bonorum, & contractus de illis cellebratus biduo præceſſerit aſſertum inſtrumentum dotale Dominæ Richiardę, vt eorum lectura cuidẽter oſtendit, tum etiam & magis, quòd cauſa ob quam ceſſio, & remiſſio, vel datio in ſolutum horum bonorum ſequuta eſt, dotium ſupra quond. Dominæ Lucretiæ recognitio, & aliæ eius prætenſiones longo temporis interualio fiunt ante nuptias, & matrimonium Domiuæ Richardę, aſſertumq; eius inſtrumentum dotale, & ideò veniant præferendæ per iura communia, & vulgata Accędat, quòd prætenſa ſumma doralis pro maiore parte ſit tantùm confeſſata, non autem realiter recepta quàm ideò dotium † confeſſionem conſtante matrimonio factã conſtat anteriorib. creditoribus non ſolũ non prædicare, ſed nec futuris obeſſe, ſecundum indubitatas, & communes Doctorum traditiones quorum peculiarem nuncupationem omittimus breuitatis cauſa, & eò quòd articulus hic diligentiſſimè, & pleniſſimè diſcutiatur per Didac. lib. primo variarum reſolutio. cap. 7. num. 6. & 7. Crauc. conſi. 44. per totum, & Rolan. conſil. 74. lib. 4. apud quos omnes habentia adeo Cephal. teſtantem de communi poſt Aret. quem citat conſil. 101. num. 21. & Paponem referentem Pariſijs, ita fuiſſe iudicatum in titu. des hypotheques art. 8.

76

Neq; obſtat intentatæ horum bonorum vẽdicationi agentib. fauendũ eſſe, cùm æquè non videatur ipſis conſuli per compenſationem tot aliorum bonorum hęreditariorum, ac per ipſorum alienatorum recuperationẽ attento præſertim, quòd ſunt feuda à ſuis maioribus poſſeſſa, & domus dignitatem augeant, & in quibus affectionis ratio verſatur non modica, quia reſpõdetur deficerũ hoc cùm iuris rationibus non conuenire, cum quòd nullo iure cautum ſit, vt propter affectionem † detur recuperatio rei à deffuncto

78

alienatæ quicquid sit in re à minore insolẽniter vendita, vt tradunt Docto. in l. si in emptione ff. de min. in l. lex quæ tutores C. de admin. tutor. & in alijs concordan. allegat per glos. in d. c. si in emptione in verbo maiorum eius idq; etiam si Imperator reſcriberet leg. de contract. C. de reſcin. vend. & duplicatum pretium offerretur l. non eſt C. eod. & pulcrè Dec. conſil. 592. num. 4. Idq; comprobatur exemplo alienationis rei
79 fideicommiſſo ſubiectæ, cuius † reuocatio hæredi alienanti non datur l. filius familias. §. cùm pater ff. de lega. primo, & communis opinio, vt patet ex traditis per Marzar. in epitom. mater. fideicommiſſ. quæſtio. 46. & per Menoch. conſil. 89. num. 60. & quatuor ſequen. licet fideicommiſſo pro honore familiarum conſeruando, vt plurimum ſoleant ordinari, ità expreſſim in terminis noſtris argumentatur Phanut. de Phanut. tract. de confect. inuent. part. 7. nume. 156. Tum quòd minimè verum ſit aliquem ſplendorem familiæ, aut nobilitatis rationem in hijſce bon. intueri poſſe. Cùm pater agentiũ iuriſdictionẽ Ceruignaſehi ſibi reſeruauerit, & feuda particularia in ſolis fundis, & prædijs conſiſtentia iuriſdictionẽq; vel dignitatem annexã non habẽtia, (vt hęc
80 ſunt eiuſmodi) non † nobilitent poſſeſſorem. Baldus in proem. feudorum nume. 55. & in cap. primo. §. cæteri quis dicatur Dux Comes, vel Marchio, Guid. Papa deciſio. 386. Natta conſil. 162. num. 9. & latè Tiraq. de nobilitate cap. 7.

In ſupremi verò Domini permitiem alienatio hæc tendere etiam non poteſt, quia licet bona feudi Ceruignaſebi exiuerint pro maiore parte à domo, & familia Dominorum agentium, & in plures diuerſasq; & extraneas perſonas diſtributa reperiãtur, neq; propterea Dominus debito ſibi præſtãdo ſeruitio fruſtrabitur, minuſq; ad ipſos agentes onus hoc inſolidum ſpectabat, vt dubitaſſe videntur, nam cùm ius, & onus illud caualcatæ indictum ſit ratione omnium bonorum in feudum conceſſorum, æquum eſt, vt poſſeſſores ſequatur, & qui pro rata dictorum ab eo poſſeſſorum bono-
81 rum illud ſubeat, cùm res quælibet † tranſeat cum ſuo onere l. 15 cui opus, & latè Iaſon. num. 6. ff. de nou. oper. nunciat. & in terminis noſtris expreſſim notant Andr. de Iſern. cap. primo. §. ſed non eſt alia iuſtior nume. 36 quæ fuit prima cauſa beneficiarium. Luc. de pen. in l. 2. in fine. C. de fun rei priua. lib. 11. pulchrè Affict. deciſ. 295. nume. 4. cum alijs allegans per Menoch. conſ. 2. num. 30.

Neq; obſtat ſupradicta procedere in feudo obligato ad onus reale, quod fundum ſequi ſolet; ſecus in obligato ad ſeruitium perſonale, vt hic, ex Iſernia loco præcitato.

Quia reſpondetur, quòd licet quilibet poſſidentium poſſit ratione indiuiduitatis obligationis in ſolidum à Domino conue-
82 niri, alij tamen † tenentur pro rata ei contribuere, & intereſſe perſolnere, vt egregiè explanat Molin. in conſuet. Pariſien. tit. 1. §. 2. glos. 4. quæſt. 6. per multas columnas idem Iaſ. in epitom. feud. par. duodecima nu. 18: vt ita verendum non ſit, quem plus debito grauari.

Secundò reſpondetur etiam iure feudorũ id hodie amplius non procedere cùm obli-
83 gati † ad ſeruitium perſonale poſſint per ſubſtitutum id agere, vel ſolucre hoſtenditias, vt inquit tex in cap. 1. de cap. Corrad. & in cap. 1. §. firmiter de prohibit. feud. alien. per Fideric. & notat poſtremò Cephal. conſil. 1. num. 68. quæ quidem cùm poſſint, & debeant à quocumq; poſſeſſore præſtari ergo, &c. faciunt notata per Specul. in titu. de feu. §. quoniam verſic. 9 num. 29. & ſequen. & verſ. 21 num. 41.

Vltimò reſpondetur apud nos dubitationẽ hanc non militare, cum feuda verius ſint ſara fundorum, magisq; rei quàm perſonæ hæreant, & veluti ſeruitutes ex fundo debitæ, feudum, & fundum ſequatur atq; propterea
84 quilibet † rei feudalis poſſeſſor poſſit conueniri, vt vel armatus Domino ſeruiat in bello, vel ei pecunia ſuccurrat Chioppin. de doman. Franc. lib 1. cap. 14. num. 3. & lib. 3. cap. 19. num. 2. Cui ad ſtipulantur quæ diſſerit Papon. tit. de fief foy. & hommage art. 17. verſ. Ce n'eſt donques.

Poſtremò illud vnicum, partis intentionẽ omnino confodere, & deſtruere videtur, quòd aſſertum inuentarium vltimo loco factum minus ritè, & legitimè factum ſit, & ideò non poſſit agentibus opitulari, cùm
85 ideum † ſi quid non eſſe, vel minus idoneè l. quoties ff. qui ſatisd. cogan. & in terminis inuentarij voluit Abb. conſ. 73. num. 7 part. 2. & Roland. conſil. 73. num. 33. lib. 2 & in
86 ſpecie ſpecialiſſima, quod inuentarium † illegitimum, & mancum non profit vendicando res proprias ab anteceſſoribus alienatas, Socin. iun. conſil. 108. num. 43. lib. 2. quem citat, & ſequitur Menoch. conſil. 89. num. 137. addo Nattam conſil. 214. ante finem.

Imperfectio autem licet multiplex ſit, non in conſiderabilis eſt tamen, quæ ſumi-
87 tur ab omiſſione deſcriptionis † fructuum perceptorum ex bonis hæreditarijs à die mortis defuncti, vſq; ad illius ſolemnem adiũnem, cùm illi augeant hæreditatem l. quod de bon. §. fructus ff. ad l. falcid. l. ita tamen §. primo, & l. poſtulante. §. penultimo, & fin. ff. ad Trebell. & de illis poſſit hæres à creditoribus conueniri; vt docet Guid. Pap in tract. de for. inuent. num. 17. Nimirum, ſi etiam in inuentario poni & deſcribi debeant Montic. tract. de inuent. hæredum in 6. part. num. 10. & 17. Ioann. Coraſ. in eodem tractat. num. 23. Franc.

Porcel.

Porcell. in eodem tract. in prme. num. 23. vel saltum debuerat de illis fructibus lib. rationum confici, & in innentario simul cum alijs rebus exhiberi iux. doctrinam Specul. quam refert, & sequitur Rolan. à Valle tract. de consec. inuent. par. 3. §. an si hæreditas mortuo testatore in fine, vbi etiam citat Benedict. in cap. Raynutius. in verbo mortuo itaq; tastatore il primo nume. 491. ext. de testam. cuius opinionis fuit etiam Phanut. de Phanut. in tracta. de inuent. hærd. part. 3. num. 35. & seq. quod cùm non fecerint ergo, &c.

Cum igitur tandem, tam plenè, tam manifestè totq; numeris, & nominibus defensa, & comprobata maneat D. Conuenti causa exaduerso autem Dominorum Agentium intentio tàm clarè, tamq; irrefragabiliter conuicta, subuersa, & profligata sit non potest Illust. D. Iudex ipsos à suis requisitis, & quidem cum litis sumptuum dispendio pro iustitia, & iure, tam regio communi Longobardo, scripto, & consuetudinario, quam speciali huius feudi Lnon repellere, & absolutorium in dicti Domini Conuenti fauorem non ferre iudicium cui etiam quando res dubia esset quæq; tamẽ, ex supradictis planissima elucet, magis fauen-
38 dum esset, † tum quia reus sit vulg. l. fauorabiliores. ff. de reg. iuris, tum quia possideat, l. fin. ff de acquiren. possess l. fina. C. de rei vend. cum simil. tum quia certet de damno euitando Bartol. in l. cum mulier ff. de dam. infect. & Felin. in cap. dilecti col. 3. ext. de excep. tũ etiã, quia actus, & contractus validitas id suadeat, l. quoties in actionibus. ff. de reb. dub. l. quoties ff. de verborum oblig. & l. quones. ff. de reg. iu.
89 passim enim à Docto. multa † notantur in iure singulariter introducta adhoc, vt actus sustineatur, & suum sortiatur effectum, vt pulcrè per Crauet. cons. 52. num. 2. & 6. & per notatos a Cephal. cons. 51. num. 38. & 39. & cons. 223. num. 5. & seq Rola. cons. 99 num. 40. lib. 4. & valde in proposito scripsit, Alba. cons. 10. in fine, in dubio iudicandũ esse, vt contractus
90 valeat maximè factus † bona fide, & multis annis obseruatus, & qui si non valeret alter contrahẽtium remaneret deceptus, quod maximè, sequi conuenit in contractu transactionis Rolan à Valle cons. 28. num. 10. libr. 4. quam omnes qualitates sic concurrunt, & sanè si admitterentur Agẽtes ad hanc alienationem, infringendo tot aliæ similes rescinderentur, quod esset, quasi destinatione subuertere totum mundum, vt in simili aliquando exclamabat Baldus.

Hæc sunt quæ habui, vt scribere in hac causa, quam maximam æquitatem, & iustitiam opinor habere cœtera Illust. & Præstantiss. D. Iudex pro summa sua prudentia, & integritate supplere dignetur simulq; dubitationes scripto traddere, si quæ ei probabiles emerserint ad laudem Dei. Amen.

Franciscus Piscina.

PRO D. PROCVRATORE PATRIMONIALI DVCALI. ET ANTONIO BAGNASACO IVRECONSVLTO, ET ADVOCATO PATRIMONIALI.

IN CAVSA DEVOLVTIONIS FEVDI VIANCINI.

SVMMARIVM.

1 *Feudum nemini licet sine consensu Domini vendere, vel pignorare neque totum, nec pro parte.*
2 *Nec non est causa legitima cur possit feudum hypothecari, minus alienari.*
3 *Hypotheca sine consensu Principis super feudo nulla est.*
4 *Per clausulam constituti vera transfertur possessio.*
5 *Sola traditio per clausulam constituti, sine consensu Domini est sufficiens ad feudi caducitatem.*
6 *Idem dicendum est de hypotheca, sine consensu domini contracta.*
7 *Feudum hypothecatum, seu alienatum, sine consensu domini cadit in commissum ipso iure, nec opus est sententia declaratoria.*
8 *Adiversa non bene infertur.*
9 *Limitatio causa limitatum producit effectum.*
10 *Consensu alienandi, vel obligandi feudum peti debet*

à venditore non ob emptore.

11 In alienatione feudi consensus tacitus non sufficit, sed expresse requiritur.

12 Licentia alienandi feudum non datur per solam taciturnitatem.

13 Statutum requirens cõsensum intelligitur de expresso tantum.

14 Consilium statuc nõ potest concedere licentiam alienandi feuda, neque Prorex.

15 Prohibitio alienationis feudi fauore Principis introducta est.

16 Difficilius feuda, quam dotes alienantur quia ha ex causa occessaria possunt, illa non possunt alienari.

17 Contra legem nemo dispensat quam Princeps.

18 Princeps consentiens, vt vassallus obliget feudum pro dote si inde fiat locus caducitati talis assensus Principis non praeiudicat.

19 Consensus praestitus à superiore in alienatione post ius quaesitum tertio, hunc non praeiudicat.

20 Consensus praecedere, vel inesse debet actui alienationis.

21 Consensus Principis in alienatione feudi praestatur secundum gratiam non secundum iustitiam.

22 Feuda non cadunt sub hypotheca tacita nec sub generali obligatione bonorum.

23 Veniunt tamen viuente viro, & si illo mortuo omnis euanescat obligatio.

24 Decreta Ducalia sunt strictè interpretanda.

25 In corre florij non est licita extentio, & si par vel maior militet ratio.

26 Interpretatio seu extentio decreti fieri non potest, nisi a Principe.

27 Facta agnatic oblatione feudi, hic recusantibus; potest vassallus cuilibet capaci tamen alienare.

28 Interpretatio illa facienda est qua minus ladit ius commune.

29 Conditiones à lege, vel decreto requisitae in alienatione feudi sunt etiam necessariae si feudum hypothecetur.

30 causa finalis decreti seu statuti ex probemio colligitur.

31 Interpretatio fit contra se fundantem in verbis.

32 Res effecta alienabilis manet semper alienabilis.

33 Statuta se inuicem declarant.

34 Hypotheca dat retentionem rei hypothecatae.

35 Mortuo vassallo succedit in feudo descendens vassalli, vel proximior agnatus descendenti non existente quamuis inuestitus aliter de feudo disposuerit.

36 Consensus domini in alienatione feudi non praeiudicat agnatis;

37 Vna determinatio respiciens plura determinabilia, illa aequaliter censetur determinare.

38 Per dispositionem decreti consensus domini in alienatione feudi praecedere debet.

39 Quae sint examinanda ante feudi alienationem.

40 Si vassallus feudũ amittat vel condemnatus actione personali tenetur nihilominus praestare seruitium, nõ tenet si fuerit cõdemnatus ex causa dãni infecti.

41 Mulier accipiens feudum in solutum suarum dotium non tenetur nec per se, nec per substitutum inseruire domino.

42 Mortuo vassallo succedit agnatus, nec datur retentio mulieri pro dote

43 sicuti agnati in feudo succedentes possunt pro dotib. conuenire, ita etiam Princeps contrarium tamen auctor concludit.

44 In corre florijs non fit extentio.

45 Obligatio iudicialis feudi nocet Domino, non tamen extraiudicialis.

46 Princeps non ligatur lege quam condidit, nisi quatenus vult.

47 Papa communicans cum excommunicato non incidit in excommunicationem.

48 Princeps non dicitur successor in feudo.

49 Statutum iniquum ligat statuentem.

50 Semper secundum communem opinionem iudicandum est.

51 In generali sermone non includitur persona loquentis.

52 Mulier habet actionem contra successorem feudi quãdo dos fuit in pecunia numerata constituta, & realiter tradita, secus si in fundis inaestimatis, nam si fuerint per maritum alienati, & pecunia non extet mulieri contra successorem in feudo nõ datur actio.

53 Qui habet regulam contra se debet probare si contrarium intendit.

54 Debitum necessarium non dicitur, quod habet principium voluntarium.

55 Cum allegatur causa propter quam aliquid fit, debet constare de causa, nec creditur verbis enunciatiuis instrumenti.

56 Alienari prohibita non debent alienari quam in subsidium, & exactis bonis quae alienari non prohibentur.

57 Bona dotalia si non legitime fuerint alienata eorũ dominium remanet penes mulierem, & potest illa vendicare.

58 In emptione contra iura mercatur dominium rei alienatae non transit.

59 Quando lex improbat venditionem, improbat quoque promissionem de euictione.

60 Ex venditione à lege nõ approbata, neque ciuilis neque naturalis oritur obligatio.

61 Alienatum praedium non dicitur quandiu remanet in dominio venditoris.

62 Vassallus sine spe habendi filios feudum alienans praesumitur in fraudem directi domini alienare.

63 Non licet mulieri, nisi prius excussis bonis allodialibus, feudum pro dotibus retinere.

64 In feudo nouo frater fratri non succedit.

65 Per verbum, & successoribus, in inuestitura positum censetur etiam vocati haeredes extranei.

66 Contrarium tamen dicendum est iure decretorum Sab.

67 Clericus beneficiatus est incapax feudi.

68 Non valet fideicommissum in persona praesbiteri gradati vestituere filios.

69 Clericus potest fieri capax feudi per omnem concessionem, est tamen incapax per successionem.

70 Feudo inuestitus si fiat clericus feudum amittit, nec si desinat esse clericus feudum recuperat.

71 Inuestitus pro se, & quibuscunq; non ob id potest habere clericum successorem.

72 Inuestitus pro se, & haeredibus masculis, & foeminis intelligitur solum de descendentibus.

73 Vassallo decedente ante kallendas Martias fructus illius anni ad dominum pertinent, non ad haeredem vassalli.

CONS.

CONSIL. XXII.

ISTA mulier siue prætendat retinere bona feudalia, de quibus agitur ex speciali hypotheca tibi facta a marito, de qua in instrumento producto, siue ex hypotheca tacita legis, siue ex decreto Ducali permittente bona feudalia alienari pro restituendis dotibus; ex nullo istorum iurium potest te iuuare. Nam quatum ad expressam seu specialem hypothecã, 1 certissimi iuris est, † quod nemini licet feudũ totum, vel partem aliquam sine cõsensu Domini vendere, vel pignorare, vt dicit tex. in c. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic. 2 † nec etiam pro dote, vel qualibet alia causa necessaria. §. donare qual. com. feud. pot. alien vbi omnes scribentes, glos. & ibi omnes Docto. in d.c. Imperialem in verbo, alienare. 3 † At cùm hyp. de qua agitur careat consensu Principis, ideo est nulla, ipso iure. d.c. Imperialem, ibi præsenti sanctione cassamus, & in irritum deducimus, ita in terminis Paris. cons. 18. incip. non potuit hypothecare, & obligare Illust. D. Antoniotus feuda de quibus agitur Illust. D. Annæ Picæ eius vxori lib. 1 vbi multa iura, & auctoritates adducit. Accedat in casu nostro, quòd ex quo maritus obligãdo specialiter feudum non licuit simpliciter in fraud. nudæ, seu simplicis, & verbalis obligationis absque traditione, sed vltra processit ad factũ, 4 quia transtulit possessionem † per clausulam constituti, per quam transfertur vera possessio iuxta l. quod meo ff. de acquir. possess. Ideo ex hoc non modo actus est nullius ipso iure, sed feudum amittitur, & ad Dominum reuertitur c. 1. de vassall. qui cõtra constitu. Lotha feud. aliena. & quæ fuit prima causa benef. amitt c. 1 §. si vassallus contra cõstitutionem, & vbique per glo. & Docto. ita in hypotheca notabiliter distinguit Bald in d. c. Imperialem col. 1 in primo notabili vers. sed si specialiter obligat, & post eum Præpos. Affict. & alij communiter, idem Bal. & post eum alij in §. aut si libellario col. fin. vers. sequitur in textu, aut pignori, quib. mod. feud. amitta. tit. 1. † quòd autem sufficiat traditio per cõstitutum, trad. DD. 5 maximè Bald & Isern in c. 1. § callidis de prohib. feud. alien. per Federic, Cur. de feud. par. 4. quæst. 20. nu. 11. Ant de Butr. cons. 34. & ibi addituonator, qui plures refert, & attestatur de magis recepta sententia, & hanc esse crebriorem sententiam etiam scribit Iul. Clar. de feu. quæst. 31. col. 1. vers. sed quid si non interueniat post Paul. de Castro moder. Pariſiēſ. & Tiraq. in locis per eum relatis, & hoc sine dubio procedat in casu nostro, quia apparet constitutio habuisse effectum, & eius virtute sequutã esse realem, & actualem traditionem, postquam ipsa mulier bona feudalia modò possidet, dicens se eorum bonorum tenutam habere ex eo titulo, & in tenuta velle permanere donec fuerit sibi satisfactum de dotibus. 6 † Vnde propter dictam hypothecam fuit statim ius quæsitum domino in feudo, qui ex nunc potuisset feudi possessionem propria auctoritate aprehendere, 7 si de hypotheca scientiã habuisset, † quia feudum ipso iure hoc casu amittitur, & ad dominum reuertitur, nec opus est sententia declaratoria d.c. Imperiale. §. callidis iuncta glo. in verbo, reuertatur, & ibi Docto. præc. pue Præpos. col. 1 in fi. & seqq. Aluarot. col. 2 vers. quæro cum glo. & tradunt cõmuniter Doct. in c. 1. quid iuris si post alienat. feudi vassal. id recupera. vtulus ergo hypothecæ specialis, quo nititur ista mulier, nedum ipsi est auxilio, vt feudum retinere possit, quod imo est nocumento eidem, Procuratori autem patrimoniali ex eo ius quæritur, vt feudum censeatur amissum, & deuolutum.

Non obstant litteræ licentiæ in forte per tenorem in instrumento hypothecæ, cui insertioni responsum est per nos velle stare, quia per illas non legitur concessa marito, vassallo licentia obligandi, seu pignorandi feudum sed ipsi mulieri conceditur licentia alienandi bona sua dotalia, vt ex carũ lectura apparet, hæc 8 autem sunt inter se valde diuersa, † & ex vno non bene infertur ad alterum vulg. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. 4 §. nihil commmune 9 ff. de acquir. possess. † cùm enim fuerit consensus limitatè ad vnum cõcessus limitatum producit effectum. l. iubemus C. ad Velleia. l. age vbi Doct. C. de transac. ita in terminis Paris. d. cons. 18. num. 8. & 9. & in simili etiam Alex. d. cons. 8 num. 8. & 9. & seq. lib. 4. D. Sola in suis commenta. ad decreta Ducalia super decreto Yolant in glo. partis. 2. num. 10. vbi post Affli, & D. Octauia. in locis relatis ait, talem consensum ob aliquas causas, vel respectu ceriæ personæ, aut rerum requisitum & præstitum, nihil 10 operari respectu aliarum. † Præterea consensus per vassallum alienantem, seu obligantem feudum requiri, & obtineri debet & solet, non verò per emptorem feudi, vel creditorem, cui obligatur, probat tex. in l. fi. C. de iure emphiteo. Paris de Puteo de feudi reintegratione c. 145. refert, & sequitur idem Sola d. gl. 2. partis 2. col. 5. versic. per venditorem, seu alienatorẽ consensus requiri debet. Sed dictæ litteræ ad supplicationem mulieri concessæ leguntur, & de ipsa loquuntur tantum, non verò de marito, Ideo eidem seruire non possunt.

Nec verum est, quod dicebat D. Aduocatus mulieris, quod licet non expresse fuerit cõcessus consensus, attamen saltem tacitè censetur concessus, seu in consequentiam per licentiam alienandi bona dotalia ipsi mulieri concessam, quæ in precibus suis expressit, quod propter talem alienationem maritus assecurationem faciebat eidẽ mulieri super bonis suis feudalibus, & allodialibus, & specialiter super 11 feudo de quo agitur. † Quia respondetur non sufficere tacitum consensum, seu pro consequentiam, sed requiri quòd verbis expressis concedatur, adeo quod non sufficeret præsẽtiam cum taciturnitate. vt per Isernam in c. 1. de prohib. feud. aliena. p Lothar. & ibi Affl.

nu.13.& alios communiter, & latè de hoc per Cameram in repetitio.c.Imperialem de prohib.feud.alie.per Feder.fo.65.col.3. littera M & sequen. vbi positis argumentis ab vtraque parte tandem folio sequenti col.3.vers. quantum autem, concludit, quod vbicunque à lege dicitur, quod aliquid fiat cum licentia alius, † hæc licentia nunquam datur per tacitum consensum allegat Archidia.& post eũ Ioan. Andr.in c.si Abbatem de electio. libr 6. & in reg.fur eod.lib. allegat etiam Bal. Lapp. Roma.& Alex in locis ibi relatis,quibus addo Ioannem Campezium in tracta. de dote in 5. parte quæst.81 1.† vbi,quod si statutum in alie nationibus, vel contractibus mulierum exigit consensum duorum propinquorum,non sufficit tacitus consensus puta præsentia & taciturnitatis,sed requiretur expressus,& latè probat vt per eum,vnde inferebat idem Camera. vbi supra,quod cum in regno necesse sit habere licentiam alienandi feudum,vt in constitutione, constitutionem diuæ memo ideo non sufficeret in ipso regno tacitus consensus Domini, idem dicebat Afflict.in d.c.1. de prohib. feud.alien. per Lothar. sic ergo in hac patria dicendum est, vbi ex forma decreti requiritur quod alienatio feud.pro constituendis,& restituendis dotibus fiat præhabito,& interuenien te consensu Domini, non sufficit tacitus consensus, sed requiritur expressus. Sed superfluo in casu isto quæritur de hoc,quia ex prædictis litteris,sicut non expressus,ita nec tacitus consensus colligi potest,cùm reseriptum ipsum de quo in dicto instrumento, sit concessum per Excellentissimum Ducale Consilium status, quod solet quidem concedere mulieribus, & minoribus talia reseripta licẽtiæ alienandi eorum bona seruata forma nouarum cõstitutionum Ducalium sub rubrica, delle alinationi beni de minori, & delle femine. † Sed non concedit, nec concedere solet prætatum Cõsilium Ducale literas licentiæ vassallis alienandi, seu obligandi eorum bona feudalia, quia non habet hanc potestatem, imò hoc nõ posset etiam vicarius seu locumtenens generalis ipsius Principis, nisi expressè et in suis literis concedatur, vt per Isernam in d. c. Imperialem in principio sub num.11.vers sed an vicarius Regis eo absente possit consentire,& alienationes feudorum confirmare,& ibi Afflict. quæst.18.Iacob.à San Georgio in sua inuestituta in verbo,vicarius,colu.2 versic.sed pone Rex,vel Dux fecit vnum vicarium, sed licentias alienandi feuda ipsius Princeps concedit per litteras manu eius propria firmatas, vt videmus seruari, & qui non de facili solet concedere, sed habito prius voto Illust.Cameræ, quæ solet votum dare,quòd concedatur seruata tamen forma Decretorum Ducalũ,nec mirum quòd Princeps solus hoc faciat, & nõ alius, † quia prolubitio alienationis feudi fuit inducta fauore ipsius Principis, & reipublicæ, quorum maximè interest quòd feuda nõ alienentur, ne per similes alienationes amittãtur seruitia debita per vassallos pro defensione Imperij, vt habetur in d.c.1 in princi. pe prohib. feud.aliena. per Lothar. ibi,reipublicæ bonum statum, ac dignitatem Imperij,& multis notabilibus verbis dum ait, pernicio sissimam pestem,& Reipublicæ non mediocrem detrimẽtum afferentem resecare proposuimus,& in illis verbis, ac ita omnibus exhaustis morum seniorum subterfugere, per quod vires Imperij maximè attenuatas cognouimus,dum proceres nostri milites suos omnibus beneficijs exutos ad felicissimam nostri numinis expeditionem nullo modo traus ducere valeant,& in d.c.Imperialem in princ de prohib.feudi alien. per Federic.ibi.vt regni vtilitas incorrupta per sistat.& ibi debita seruitia amittebantur,& honor Imperij,& nostræ felicis expeditionis cõplementum minuebatur,& vbique Docto.no tant, † & fortior ac strictior est prohibitio alienationis feud. quam dotis,quia licet etiam rei publicæ interssit mulieres esse dotatas & earũ dotes sibi conseruari vt in l.1 ff.solu.ma.& l.1. & 2.ff.de iure dot.attamen dotis alienatio permittitur ex causa necessaria vt in l.1.ff de fundo dotali. quod nõ cõceditur in feudo,quia illud nec pro dote,nec qualibet alia causa necessaria permittitur alienari vt in c.1. §. donare qual olim feud.pot.alienari, & per glo.& Docto.in d.c.Imperialem,vnde cum in alienatione feudi agatur de magno interesse Principis, eiusque Imperij & reipub.ipse solus Princeps dispensat circa facultatem alienandi, † quia aduertus prohibitionem legis, maximè fauore reipublicæ factã, nemo dispensat nisi solus Princeps, quia hoc fit de plenitudine potestatis,& ex certa scientia, quibus nullus inferior, vti potest maximè officiales qui propterea reseripta tantum iustitiæ,& quæ sunt secundum leges concedunt, non verò quæ contra, aut præter leges, hæc libenter dixi,quia nonnulli existimant litteras licentiæ alienãdi feuda posse concedi per Excellentis. Senatum ac Illus. Cameram, quod verum non est, vt ex supradictis patet,& sic concluditur quòd ex reseripto de quo agitur non potest resultare neque tacitè, neque expresse aliquis consensus, seu licentia alienãdi, aut obligandi feudum cum non sit a Principe?

Sed quorsum tam latè inquirere an consensus interuenerit, vel nc in obligatione,seu hypotheca feudi de qua agitur?postquam est certum, quod etiamsi interuenisset, non tamen prodesset mulieri in casu nostro,nec Domino noceret,quia vera est cõclusio,† quod si Princeps assentit vassallo obliganti feudum vxori pro dote,feudo postea ad ipsum dominũ deuoluto, talis assensus ipsi domino non præiudicat, vt in prioribus scriptis dicebamus per Afflictum qui post alios multos argumentis id probat in c.1.sub num.13.vers sed an Rex cõsentiendo obligationi,qui succeff. tenean. tit. 1.& ita consulunt Franciscus Burlatus moderuus Mantua.cons.175.lib.2.per totum, & cõs. 80 n.23.lib.1.qui alios allegat, & multos etiam probat, ad eos me remitto.

Et ex prædictis patet, non etiam obstare, q dico-

diceba D. Aduocatus istius mulieris videlicet, quod etiam si consensus non intervenient in vita marti, potuit tamen adhuc hodie post eius mortem impetrari, & confirmari obligatio fendi, allegabat Afflict decis. 111. quia ita decisum refert Ad quod respondetur, satis ef-
19 sic, quod vique modo non fuerit præstitus, † & vbi hodie præstaretur, non tamen præiudicaret tertio, cui interim est ius quæsitum in feudo, ita in terminis consulit Paris. d. consil. 18. col. 1. vers. nec istis habet obstare assensus per Illustrem D. Marchionē præstitus post mortem D. Antoniotti, & ibi respondet decisioni Afflicti exaduerso allegatæ, vt per eū ad quē me remitto, & addo quod aliter tenuit idem Afflic. & ita decisum refert decis. 335. num. 12. vers. idē quando Rex, & latius decisione 286. incip Iacobus de Prasitio, refert Iserniam in d. c. Imperialē, addo etiam Gramma. decis. 103. nu. 184. vbi ait clarissimi iuris esse, quod assensus non potest præstari post mortem, allegat eosdem Iserniam, et Afflict. in d. cap. Imperialem, et adducit hanc rationem, quia, inquit, q̄ fecit defunctus inualidum fuit et nullū, et spes, quæ erat, vt conualesceret per confirmationē euanuit per eius mortem, confirmatione non sequuta, Dominio interim translato in alium, idem Gramma. ibi eadem decis. num. 209. et in terminis nostris ita tenet idem Afflict. in d. c. Imperialem, quæst. 29. ver sic. sed stat dubium, vbi formar quæstionem, pone, inquit, maritus qui obligauit feudum pro restitutione dotis, saluo regio assensu, commisit delictum, propter quod feudū publicatur fisco, qui in aliū alienat feudum, antequam vxor impetret assensum, demum ipsa vxor impetrat dictum assensus præiudicet illi habenti causam à fisco, arguit ad partes, et concludit, quod non, vt ibi late per eum, ad quem me remitto videdum, imò quod talis assensus post mortem prestitus nedum tertio non noceret. sed nec etiam Domino, feudo ad eum deuoluto, tenet idē Afflict. ibidem in d. c. Imperialem quæst. 31. et respondet ad l. si ego. §. si res. ff. de iure dotium, et ait quod hanc sententiam cum eo approbauerunt duo insignes doctores cōsiliarij quos nominat.

Sed inspecta decretorum forma, verum nō est, quod hodie consensus præstari posset pro confirmatione obligationis feudi, quia decre-
20 ta volunt, † quod consensus præcedat actum, aut in ipso actu interueniat, seu cum eo concurrat, dum dicitur nostro tamen præhabito, et interueniente consensu, et ideo non debet ex post interuenire, ita notabiliter in terminis tradit Alex. d. cons. 2. col. 2. versic et si dicatur lib. 4. loquens de decreto seu statuto, secundū quod simpliciter requirebatur, quod consensus interuenire debet in alienatione seu obligatione feudi, et adducit rationem, vt per eū, et per meliorē adducunt ibi Moder. Parisiens. in additio. eo quia secundum eos, non erat in potestate vassalli hypothecare feudum, et sic nullo modo dicebatur hypothecatum, vnde superueniens consensus domini non sufficit nisi de nouo hypotheceret, facit l. si. C. de remissio. pignor. et Alexandrū refert Brunus cōs. 121. col. 6. vers. et idem in generali, et latè cōfirmat in terminis decreti nostri D. Octauian. decis. 166. vbi sustinet, quod imo duplex consensus interuenire debeat, de quo non tango, quia non expedit ad casum nostrum, in quo satis est quod non præcesserit, necnō actu obligationis interuenerit, prout decretum requirit, et ideo hodie non posset impetrari de nouo, quia non decernetur præhabitus, vel interueniens, prout decretum vult, sed post habitus, vnde superfluum etiam est dicere, quod ex quo auctoritate legis seu decreti Ducalis alienario feudi fieri debet pro restitutione dotis, teneatur dominus cōsentire, posseq; compelli, et si requisitus non præstiterit consensū habebitur pro præstito, prout ita vult Afflict. in d. §. donare col. 7. sub num. 9. vers. patet ergo quod quando auctoritate legis, qua olim feudum potest alienari, adducens tradita per Bald. in l. si captiui C de epsic. et cler. et no. in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad trebellianum, & tunc talis consensus inducit obligationem, et præiudicat nomino secundum eundem Afflictum in d. c. 1. qui succesſo. teneantur sub n. 16. vers. sed ista conclusio fallit, adducit tradita per Barto in l. si cum dotem. § transgrediamur ff. solu matr. et Ioan. de Platea in l. 1. col. 2. versi quia vbicunque quis potest cogi consentire C. de decurio. lib. 10 Quia respondetur quod dicta per Afflictum vera esse possunt, et procedere in consensu ante alienationem, seu obligationem impetrando, vel qui in actu interuenire debeat, iuxta formam decreti, non. vero si ex post requiratur, et p̄cipuè post mortem alienantis, quamquam contra Afflictum in primo dicto, quod Dominus teneatur et potlit cogi consentire, tenet Camerarius in d. c. Imperialem fol. 86. littera F. et R. versic. vos
21 autem tenete contrarium, eo quia, vt ait, † cōsensus nunquam præstatur secundum iustitiā, sed secundum gratiam, vnde in casu nostro, vbi hodie requireretur cōsensus, et concederetur, talis concessio decernetur merè secundum gratiam, non secundum iustitiam, cùm non iuxta formam decreti requiratur, p̄cipuè etiam, quia hic casus alienationis, seu obligationis feudi pro restitutione dotis non est cōprehensus in decreto Ducali, hoc enim casu non loquitur decretum, ideo nec dispositio illius locum habere potest, vulg. l. 4. §. toties. ff de damn. infect. cum similibus, quod autem non habeat locum, nec loquatur in casu isto infra demonstrabitur, vbi de iure ex decreto agetur. Et sic concluditur pro nunc quod attinet ad hypothecam specialem a marito constitutam, q̄ hæc mulier illa inuiti non potest, et eius virtute feudum retinere.

Quod verò attinet ad tacitam hypothecam legis, an ex ea habeat mulier potestatem reui-
22 nendi feudum clarum est quod non, † quia communis est resolutio. Docto. quod in tacita hypotheca legis, non veniunt feuda, quia illa nō veniunt in generali obligatione bono-

rum

rũ arg. l. obligatione generali. ff. de pigno. tex. in §. in generali, ſi de feudo fuerit contro. inter Dom. & agna. vbi Docto. notant Socin. cõſ. 19. col. 4. verſ. quinimo fortius lib. 1. Alex. d. conſ. 2. col. 1. lib. 4. vbi notabiliter extendit procedere etiam ſi virtute ſtatuti bona feudalia cedant in obligatione bonorum, accedente conſenſu Domini, quia niſi concurrat cõſenſus vel antecedat, vt ſupra dicebamus, bona feudalia non veniunt ſub generali hypotheca virtute talis ſtatuti, qua ratione meritò reprehenditur Bar in l. ſi conſtante in 3. qu. 3. queſt. princip. ff ſol. ma. vbi ait, feuda venire in tacita hypotheca, & ad ea mulierem poſſe agere hypothecaria viro vergente ad inopiam, nam erraſſe in hoc Bartolum dicit ibi Roma. ſub num. 32. verſic. adde quod in hoc errauit vehementer Bar. Alex. ſub num. 25. verſ. addo ſecundum Romanum, quod in feudo nõ videtur bene dicere Bartolus, laſon poſt Salicetum in l. fin. col. 24. verſ. puto tamen ex prædictis non benè dicere Bartolum, prædictis accedit Ioan. Campegius in tracta. de dote in 3. part. quæſt. 187. Neguſantius de pignorib. in 2. memb. 2. membri principalis ſub nu. 43. verſi. ideo ſolet reprehendi Bartolus, vbi atteſtatur hanc eſſe communem, & veram concluſionem, Socin. d. conſ. 19 colu. 4. verſ. & per hoc clarè reprobatur dictum Bartoli, & ita conſulit Brun. conſ. vltimo quod eſt 213. incip. iſta mag. Domina, vbi pariter ait, Bartolum in hoc communiter reprobari, & addo prædictis præſtantiſſimum recolendæ memo. præceptorẽ meum D. Aymonem Crauetã in ſuo reſponſo pro genero ſub num 293. verſic. quod & in hypotheca tacita, & vbi dictum Bartoli eſſet verum, quod non conceditur, illud tantum
23 procederet, prout & ita ipſe loquitur, † quod ſcilicet feuda veniant in tacita hypotheca, dũ durat ius mariti, & ſic eo vnente tantũ & cõſtante matrimonio, eo autem ſoluto, & mortuo marito euaneſcit omnis obligatio, per regulam, reſoluto iure datoris &c vulg. l lex vectigali fundo ff de pignor. quam idem Bartolus allegat, & in terminis quod non teneat obligatio feudi, ſicut nec ſeruitus in præiudicium Domini, ſed euaneſcat mortuo vaſſallo, eſt tex. in c. 1. § quod ergo de inueſtitu. de re alicna. facta vbi omnes notant, & in c. 1. §. rurſus, ſi de inueſtitu. feudi cõtro. fuerit & in c. 1. §. fin. quibus modis feudum amitta. & vbiqne etiam gl. & Docto. notant, & per glo. & ibi etiam Doct. in d. l lex vectigali, latè D. Octauia. deciſ. 156. quo fit, vt nec etiam ex capite tacitè hypothecæ hæc mulier poſſit ratione dotium prætendere ius in feudo, de qno agitur, nec illud pro dotibus iure pignoris retinere prout prætendit.

Videamus modò de tertio iure, quod proponitur, an ſcilicet virtute decreti liceat huic mulieri retinere bona feudalia, vti ex ipſo decreto obnoxia, & hypothecata pro reſtitutione dotium, ſaltem donec earum reſtitutio ſibi fuerit facta, circa quod de pluribus contingit dubitari.

Primò, an Decretum prædictum concedat mulieri hypothecam, cuius vigore poſſit mulier ſoluto matrimonio feudum retinere iure pignoris, & hypothecæ pro dote ſibi reſtituenda.

Secundò, an idem decretum loquens quãdo feudum iure ſucceſſionis trãſit ad agnatos & ſucceſſores vaſſalli defuncti locum habeat, quando iure deuolutionis reuertitur ad Dominum, vt in caſu noſtro, & ſic an Dominus ipſe comprehendatur in diſpoſitione decreti.

Tertiò, vbi locus eſſet decreto etiã in caſu feudi ad dominum deuoluti, quæritur, an procedat in caſu quando dotes ſunt conſtitutæ in prædijs ſeu feudis inæſtimatis, alienatis per maritum, vel per vxorem, vt in caſu de quo agitur.

Quartò, & vltimò, ſuppoſito citra veti præiudicium quòd etiam hoc caſu locum habeat decretum, an conſtito, prout præſupponitur, quod extent bona allodialia, poſſit adhuc mulier retinere feudum iure pignoris, ſaltem donec fuerit diſcuſſum de allodialibus.

Circa primũ moderni tenent quod per decretum detur hypotheca in feudo mulieri pro dotis reſtitutione, & augmento, moti fortè per verba ipſius decreti, in prohemio, dum dicitur, vt illis caſibus bona feudalia valeãt & poſſint hypothecari, & obligari, & alienari &c. & in illis verbis, & quod plus, ex quo dotes ipſam habuerunt, pro quibus hypothecarunt & obligarunt bona feudalia, & magis in diſpoſitiua dum dicitur, declarantes, expreſsè, quod talia bona feudalia ipſorum feudatariorum intelligantur obnoxia, & affecta ſint, &c & ideo inſerunt, quod cùm ex dicto decreto concedatur hypotheca ſuper feudo, poterit mulier pro reſtitutione dotis & augmento retinere feudum iure pignoris & hypothecæ, & illius poſſeſſionem nanciſci, prout poteſt bona allodialia retinere, quæ hypotheca continẽtur iuxta Bal. in l. pen. C. de pignora. actio. laſonem in l. ſi nõ ſortem §. ſi centum col. fin. ff. de cond. indeb. Soc. conſ. 131 col. 1. lib. 1. Decium conſ. 400. & hoc dummodo declaret animum ſuum velle bona retinere ſeu poſſeſſionem nanciſci ſecũdum Socinum, & Decium in locis prædictis, prout iuxta hoc conſilium ita declarauit hæc mulier in caſu noſtro, vt ex actis apparet.

Sed contrarium eſt de iure verius, & pro fundamento tam huius articuli, quàm aliorum il-
24 lud præmittere expedit † veriſſimũ quòd decreta hęc Ducalia permittentia alienationem & obligationem bonorum feudalium pro cõſtituendis ac reſtituendis dotibus vti exorbitãtia & correctoria iuris communis feudorum ſunt ſtrictè intelligenda, & prout littera ſonat. l. 3. §. hæc verba ff. de nego. geſtis vbi nota, nec facienda eſt aliqua extẽſio quinimo interpretanda ſunt, vt quantominus fieri poſſit ledant ius commune feudorum cap. cũ dilectus verſ. cæterum cum ſupradictum ſtatutum, extra de conſuetud vbi gloſ. & Doctor. notant, & in terminis horum decretorum, de quibus agitur, multa ad hoc adducit pro comprobatione

D. Octa-

D. Octauia. decis. 167 num. 18. & seq. & D. Aymo. in suo responso pro genero nu. 48. & seq. & num. 319. quod tanto magis procedit, quia materia, circa quam fit correctio, nempe prohibitionis de alienado feudum est admodum favorabilis, vt diximus supra ex d.c. 1. de prohibita. feudi alien. p Lothar. & de prohib. feudi
25 aliena. per Federic. † quo casu licita nō est interpretatio extensiua talis iuris correctiui ex identitate, nec etiam ex maioritate rationis, vt tradunt glo. & Doct. in auth. quas actiones C. de Sacrosanc eccles. vbi inter alios Iason num. 17. & sequen. adducens plures decisiones ad hoc, & per Bart. & alios post eum in l. si constante. ff. solu. matri. Paris. consil. 16. & sequentib. 3. & hoc probatur ex eisdem decretis, arguendo à coniunctione plurium iuxta l. Gallus § ille casus vbi Bar. Bal. & alij notant ff. de liberis, & posthu. Nam decreti Yolant loquētis de alienatione feudi pro constituendis dotibus filiabus vassallorum, non erat licita extēsio, vt alienatio licet, seu fieri posset pro restituendis dotibus mulieribus eorundem vassallorum, licet eadem & fortasse maior videretur ratio, vt dicitur in decreto Blācæ, sed opus fuit alia lege seu decreto, quod fuit Blancæ, de quo nunc agitur, similiter idem decretum Yolant disponens, quod vassalli possent & eis licitum esset, & sic quod videbatur loqui de spōtevolentibus, non poterat extendi quod inuiti ad id cogi seu compelli possent, sed alia lege seu decreto extensio facta extitit. vt in alio decreto sub rubrica quod pro solucndis, seu constituendis dotibus, & debitis possint successores in feudo etiam inuiti &c. sic patet ex dictis decretis quōd non est licita extensio ipsorum unī per aliam legem, hoc volui dicere ad demonstrandum, quod temerè faciunt nōnulli dantes decretis interpretationes, seu de-
26 clarationes extensiuas, † quod non est permissum de iure, sed si de aliquo casu dubitet circa illa, habēda est declaratio & extēsio à Principe qui legem condidit seu eius successore, & non ab alio arg. c. cùm venissent de iud. ibi, nolemus de ipsis per alios iudicari, vbi Docto no tant, eius etenim est interpretari, & extendere cuius est condere c. inter alia de sentēn. excom mu. vbi glo & Docto. & in l. ex facto, in principio, vbi omnes notant ff. de vulg. & pupillari substi.

His sic præmissis veniēdo ad decreta, & eorum tenore diligenter perpenso, hoc tantum comperio in illis contineri, & per ea disponi, & nou aliud, videlicet, quōd feudi alienatio fieri possit (seruatis & interuenientibus ibi requisitis) pro dotibus constituendis, & restituēdis filiabus & mulieribus vassallorum respectiue, vt de pretio alienationis bonorum feudalium dentur constituantur ac persoluātur dotes. Sed quod posset & debeat feudum hypothecari, seu etiam tradi ipsis filiabus & mulieribus, hoc mihi non d'cunt decreta, nec fuit mens Principum statuentium, vnde quod decreta non dicunt, nec nos dicere debemus, si enim Principes illa concedentes hoc voluissent, dixissent, quod cùm nō fecerint, noluisse censentur arg. l. vnicæ. §. fin autem ad defficietis C. de cad. tollendis. cap. inter corporalia de transla. epilco. ibi, vnde si circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat, de translatione poterat expressisse, vbi gl. notant, & Docto. imo quod noluerint Principes conditores, nec fuerit de mente eorum, aperte probatur ex eo, quod Yolant per suum decretum, ad quod alterum æditum per Blancā relationem habet, & in hac parte confirmat,
27 disponit & decernit, † quōd facta oblatione agnatis de feudo alienando, eisque recusantibus emere, licet vassallis in quācunque persona ad id capacem feudum alienare, vt dicit litera, & sic clarum est, quōd nō vult posse alienari in fœminas, quia ille non sunt capaces feudi c. 1. §. hoc autem notandū, de his qui feudū dare poss. c. 1. §. filia verò de succeff. feudi, & cap. 1. de succeff. fratr. & grad. succed. in in feudo, & vbique per glo. & Doct. sicut enim prohibetur totalis alienatio & translatio feudi in fœminas, ita prohibetur hypotheca, quia est species alienationis l. fin. C. de reb alien. non alien. & d.c. Imperialem de prohib. feudi aliena. per Federic. cum nota. vbique per Docto. absurdum autē videretur, quod mulieri cōcederatur hypotheca in feudo, & tamen alienari, & hypothecari debeat persona capaci, imo hoc continet repugnantiam, quam, vt cuitemus, interpretatio facienda est quod non cōcedatur hypotheca l. vbi repugnātia ff. de reg. iur. cum similibus.

Præterea niens fuit statuentium in vno tantum corrigere ius commune feudorum, nempe, quod pro constituendis, & restituendis dotibus feudum possit alienari contra §. donare qual. olim. feud. post. aliena. cap. 1. de prohib. feudi aliena. per Federic & alia similia iura, prohibentia alienationem feudi pro quacunque causa quantumuis necessaria, at si dicimus cōcedi mulieri hypothecam, duplex correctio
28 inducitur, vt de se patet † interpretatio autem facienda est, vt quanto minus fieri possit lædatur & corrigatur ius commune, vt supra dicebamus in euidentialibus, & vbi statutum potest vnum, vel duo operari contra ius commune, debet ita interpretari, & intelligi, vt tantū vnum operetur, & illud quod minus lædit ius commune, vt in proposito dicebat D. Octaui. decis. 167. sub nu. 21. vers. his alludit, post Ant. de Butr Abbatem, & Gratum in locis ibi relatis, quod præcipuè in huiusmodi decretis fieri debet, in quibus vltra læsionem, seu correctionem iuris cōmunis feudorum, læsio quoquæ & præiuditium iuris tertij versatur, nempe agnatorum, ad quos feudum spectat, vt de se patet, quibus censentur principes quantonmin' fieri possit voluisse iudicare l. 2. §. meritō & §. si qs à Principe ff. ne quid in loco publico, l. nec aunis C. de emancip. libero cū similibus, imo etiam de Principis, & eius reipublicæ prę iudicio agitur, quorum maximè interest feudan on alienari, sed per vassallos conseruari, vt probauimus supra, satis autem visum est Principibus,

cipibus, agnatos & seipsos in eo grauari, quod feudum alienetur ; non verò etiam quod mulieri hypotheca in ipso feudo concedatur, nam & propterea conditiones multas statuentes a ppofuerunt, vt in decretis continetur, tã agnatorum fauore , quã ipsorum Principum, quas omnes obseruari, & adimpleri ad vnguẽ
29 voluerunt † conditiones autem appositæ cõcurrere debent, & verificari siue feudum vendatur, siue hypothecæ, seu pignori tradatur, quia quouis modo fiat alienatio, siue per venditionem, siue per pignorationem pariformis fit determinatio arg. l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupilla. verificari vero, & locũ habere nequaquã poterunt huiusmodi cõditiones quãtum ad mulierum , si illi hypotheca concedatur per decretum, præcipuè verò, quod agnatis oblatio fiat, quo fit vt necessario decreta intelligi debeant de alienatione , & hypotheca expressa facienda agnatis, vel eis reculantibus, aliis personis capacibus , non verò voluit aut intellexit tacitam hypothecam in feudo concedere mulieri, & hoc satis clarum est tam ex litera , quàm ex mente statuentium. Tantummodo reliquum est respondere verbis decreti Blancæ quibus multi decepti in errorem labũtur, vt existiment per illa probari, quod hypotheca mulieri concedatur , quod est falsum.

Non obstant itaque verba quæ primo loco exaduerso ponderabantur quia illa sunt verba narratiua tenoris prioris decreti Yolant, quæ secundum relatum intelligi debent arg. nota. in Lasse toto ff. de hæredib. institu. & in terminis tradit D. Aymo. Ioqnens de decreto Philiberti relatiuo ad decretum prædictũ Yolant in corollario ad responsum pro genero num. 88. quod clarè & ipsa verba relatiua etiã probant, quia dicunt, vt in illis casibus bona feudalia valeant hypothecari, obligari, & alienari modis & formis, quibus ibidem continentur : at in decreto relato continetur, quod nobiles habentes feuda possint & valeant pro filiabus suis nuptui collocandis, & earum dotibus persoluẽdis ipsa bona feudalia titulo venditionis , aut alterius cuiuscunque alienationis in quãcumque personam ad id capace trãsferre, & alienare, non verò dicit, quod venditio, hypotheca, & alienatio fiat in filias, ergo nec decretum referens aliter est intelligendum.

Alia etiam verba, quæ secundo loco considerantur, non sunt verba dispositiua, sed quæ ponunt contingentiam facti, dum dicitur , & quod plus, ex quo dotes ipsarum habuerunt, pro quibus hyporhecarunt & obligarunt bona feudalia huiusmodi enim verba ponuntur ad fortificãdum magis causam finalem decreti , & rationem extensionis faciendæ ad dotes
30 restituendas. † Nam causa finalis decreti seu statuti ex prohæmio, seu præfatione colligitur. l. fin. ff. de hæred. instituend. l. regula §. fin. vers. nã initiũ cõstitutionis ff. de iuris & facti ignoran. l. 1. ff. ad Macedonia. & vbique Docto notant.

Similiter non obstant illa verba dispositiua, declarantes expresse , quod talia bona feudalia intelligantur obnoxia & affecta sint , quia non dicit decretum, quod sint obnoxia, & affecta , hoc est hypothecata mulieribus pro earum dotibus, sed intelligi debent, & hoc dicunt, quòd sint obnoxia & affecta oneri alienationis faciendæ pro restituẽdis dotibus mulieribus vasallorum , sintque alienabilia in eã
31 causam vbi aliàs erant in alienabilia † interpretatio enim fit contra se fundantem in verbis iuxta l. veterib. ff. de pac. cum ibi nota. per Bar. & hunc esse sensum & intellectũ eorum verborum, ostendunt, & probant verba sequẽtia, dum dicitur, adeo quod in quamcunq; persona, & proximiorem agnatum transitum faciant, intelligantur transire cum onere suo, ita quod si qui successerunt, & qui pro tempore succedent, intelligantur habere eadem bona affecta & cum onere dictio enim, adeo, stat continuatiue ad præcedentẽ orationẽ. l. adeo quidem iuncta. l. antecedenti ff. de iurisd. omiud. & exponitur, idest, in tantum vt in l. adeo ff. pro socio. c. 2. de reb. eccles. non alien. lib. 6. vbi Archidia. notat, & illa verba sequentia, ita quod, stant declaratiue, quia de eorum natura est declarare c. cum M. ferrariensis ad finẽ vbi nota. de constitu. quem tex. ad hoc adducit Socin. consi. 49. capio primam col. 2. in prin. vol. 1. quem refert Socin. nepos consil. 69. nu.
32 33. lib. 3. per prædictã † ergo verba posita continuatiue ad præcedentem clausulam, declarãtur dictã verba, obnoxia, & affecta, vt intelligantur, scilicet oneri alienationis, adeo quod ad quemcunq; transitum faciant, intelligãtur transire cũ onere suo, scilicet alienationis faciendæ, ita quòd ij qui succedent intelligantur habere eadẽ bona affecta, & cum onere alienandi pro doribus restituendis. hoc autẽ apertius probatur per decretũ Philiberti subsequens, dum per illud extenditur declarantur decreta præcedentia , quod etiam possint inuiti ij ad quos successio bonorum feudalũ peruenit, cogi, & compelli ad alienandum de bonis feu dalibus pro soluendis, seu constituendis dotibus, ita quod, censeantur, inquit tex. tales successores habere ipsa bona feudalia cum onere & obligatione præmissis. ecce quod manifestè illa verba cum onere & obligatione intelliguntur, respectu alienationis faciendæ, ita q successores cogi possint & cõpelli ad alienandum, sic ergo debet etiam intelligi præcedens
33 decretum Blancæ, † quia vnum statutum per aliud declaratur, & secundum illud intelligitur, sicut verba vnius capituli, per verba alterius capituli declarantur l. verum ff. de petitio. hæredita. vbi Bar. notat & allegat ff. ad leg. Aquilian. l. quemadmodum, & instit. cod. tit. §. ex hoc tamen capite, quo fit, vt secundum tenorem decretorum prædictorum et mentem statuentium mulier aduersus agnatos , & successores non possit agere hypothecaria ad feudum , sed condictione ex lege siue decreto vt cogantur & condemnẽtur successores ad alienandum de bonis feudalibus pro persoluẽdis, seu restituẽdis doribus, hæc enim est actio quę datur mulieri in casu isto , ex nota. in l. 1. ff. de condictio. ex lege & in Integrima consultio. ff.

de

de pactis, non enim fuit mens Principis tribuere mulieri ius in feudo, prout esset si hypothecam concederet, quia hypotheca tribuit ius in re. l. pignoris C. de pigno. l. eos. C. qui potiores in pigno. hab. l. pignoris ff. de pignoribus. cum nota. ibique per glo. & Doct. alienatio autem quæ per decretum extensiuum Blancæ fieri mandatur, siue hypotheca pro restitutione dotium per successores, ad quos feudum transit, intelligit decretum, quod fiat modis & formis ac sub eisdem conditionibus contentis in decreto Yolant pro casu soluendarum, seu constituendarum dotium filiabus vassallorum, nam præter extensionem ad casum dotis restituendæ, decretū Blancæ nihil de contentis in decreto Yolāt immutat, sed vult illud in omnibus firmum manere, vt in nullo alio auctum, immutatū, vel extensum intelligatur, quod probat ipsum decretum, dum dicit, Declaramus omnia contenta, concessa, & ordinata in præfato decreto circa facultatem constituendi dotes & debita necessaria, vim & locum habere in restituendis dotibus tempore soluti matrimonij, ita in simili de dictis decretis arguit Aymo. in d. corollario ad responsum pro genero d. num. 88. vnde sicut pro constituendis dotibus decretum Yolant non concedit hypothecam filiabus in feudo, ita nec Blanca pro restitutione dotium intellexit mulieribus concedere hypothecam, alio quin inuoluceret non modo extensio per decretum Blancæ, sed etiam correctio prioris decreti relati contra l. præcipimus C. de appella. l. iubemus C. de testam. & per idem decretum inducetur etiam duplex correctio iuris communis, vno modo, quòd feudum alienari possit pro dote constituenda & restituenda, alio modo quod alienatio fieri possit per viā hypothecæ in fœminam, quod dicendum non est, vt supra probauimus.

Ex præmissis itaque patet, verum nō esse, quòd decretum Blancæ concedat hypothecam mulieri pro dotis restitutione & fauimento prouisionis moderni existimant. Vnde argumētando ab antecedēti destructo, quo augumēto vtitur Bal. in l. 1. in 5. oppositio. C. de fideicōmiss. & in §. & quia vidimus in 5. col. qui feud. dare poss. quem refert Euerard. in locis legalibus loco à destructione antecedentis ad destructionē consequentis in principio, si mulier ex decreto non habet hypothecā, & sic vt antecedēs, corruit cōsequens, quod in multis fit ex hoc, Et primò, † dum dicitur, quòd propter hypothecam habet pro dote retentionem bonorum feudalium soluto matrimonio, cùm hypotheca producat retentionem vt in l. si non inducta C. in quib. caus. pignus tacite contrahatur, vbi gl. & Doct. nam hoc consequens cessat sublato antecedenti prædicto quinimo decretum innuit contrarium, quia præsupponit apertè, quod mortuo marito, bona feudalia debeant transire ad agnatos, & successores, vt patet in verbis supra recitatis, dum dicitur, adeo quòd in quamcunque personā, & proximiorem agnatum tranſitum faciant, &c. & per decretum Philiberti etiam supra relatū, dum dicitur, ita quòd censeantur tales successores habere ipsa bona feudalia cum onere, & obligatione, & sic patet ipsum decretū præsupponere, & velle quod mortuo vassallo relicta vxore, cui debeant dotes restitui, bona feudalia debeant transire ad agnatos, cū onere tamen, vt toties diximus, ipsa alienandi pro dotibus, quod esse non posset, si mulier daretur retentio ipsorum bonorū iure pignoris & hypothecæ virtute decreti: nam si retinētur, quomodo transire possunt, & alienari? & si mulier hypothecam habet, & ex ea retentionem, quomodo poterunt agnati & successores eadē bona hypothecare aliis personis ad id capacibus? certè ista repugnantia continet manifestam, est ergo contra verba & mentem decreti, quòd præsupponitur de hypotheca, & retētione bonorum feudaliū: ex mente verò & verbis eiusdem potius est, quòd bona feudalia mortuo marito ad agnatos, & successores transeant, in hoc enim voluit decretum se conformare iuri communi feudorum, quia dicit ad quamcunque personam, & proximiorem agnatū ex legibus, & constitutionibus feudorum, transitum fa-
35 ciant, bona feudalia, &c. † Iure enim feudorum, mortuo vassallo, feudum vadit ad descendentes vassalli defuncti, vel eis non existentibus, ad agnatos proximiores vt in cap. 1. §. si capitanei de feudo Marchiæ cap. 1. de success. frat. & grad. succedan. feudo cum similibus, neque valet aliqua dispositio, seu alienatio de feudo facta, quia nihilominus feudū ad agnatos transit. c. 1. in princip. & §. hoc quoque de success. feudi, & c. 1. in prine. de aliena. feudi paterni, etiamsi dispositio seu
36 alienatio fieret cum cōsensu Domini, † quia nec cōsensus Domini præiudicat agnatis secundum Bal. in d. c. 1. §. hoc quoque nu. 16. versic. sexta conclusio de success. feudi. Alua. in c. 1. § denique num. 19 versic. sexta cōclusio quæ fuit prima causa benef. amittendi. Alex. cons. 106. circa finem lib. 4. quos cum multis aliis refert D. Aymo. d. responsio pro genero num. 295. vnde etiamsi mulier haberet bona feudalia mariti hypothecata pro dotibus cum consensu Domini, adhuc tamen mortuo marito, & soluto matrimonio, minime posset mulier retinere feudum pro dote iure pignori, sed nihilominus ad agnatos transiret per prædicta iura, licet in hac patria propter decretum bona transitum faciant cū onere à lege seu decreto imposito, scilicet q alienentur pro soluendis dotibus, & aliis debitis necessariis, modis & formis in decreto contentis satis enim videbatur ipsos agnatos in hoc grauari, quod feudo ad eos perueniente nerentur illud alienare, ideo, non debent etiam grauari in alio, nempè, quòd feudum per fœminam retineat pro dote, quia grauari quis non debet onere multiplici. l. nauis. §. cum autem ff. ad leg. Rhod. de iactu, ibi, quia non

non debet duplici damno grauari,& ibi glo. in verbo duplici,notat & cõcordan.adducit, facit l. Titia.§.qui in vita ff.de lega.2.ibi,non est enim verisimile patrem duplici prestatione hęredem onerare voluisse,quò fit,vt vera non sit consequentia prædicta, quòd mulier possit soluto matrimonio feudum retinere propter hypothecam.

Secundò corruit quoque aliud consequēs, dum dicitur, quòd attenta dispositione decreti, doctrinam Bartoli in l.si cõstante in 3. quæst.3.quæst.princip. ff. solut. matr. quam supra retulimus,esse communiter reprobatā, sustineretur in hac patria, hoc enim pariter cessat sublato eodem,antecedēte à quo istud consequens descendit: addo quòd ex hac illatione de dicto Bartoli,si procederet,sequerentur duo ad dictum decretum non vera, vnum quòd vbi decretum loquitur de casu dotis restituēdæ soluto matrimonio per mortem viri, fieret extensio, ad casum assecurationis dotis constante matrimonio ob viri inopiam,quæ extensio non est licita in decreto de quo agitur exorbitanti, & correctorio ex adductis supra in euidentialibus,aliud etiā sequeretur nempè,quòd mulier ex eodē decreto haberet hypothecam in feudo, tam in casu dotis restituendæ soluto matrimonio, de quo loquitur decretum,quàm in casu cõstante matrimonio, de quo decretum non loquitur, quod tamen neutro casu verū est.

Tertio similiter corruit aliud consequens, nempè, quod in expressa hypotheca per maritum facta de bonis feudalibus pro restitutione dotis, non sit necessarius consensus domini, vt innuere videntur præfati moderni, eo quia, cùm mulier secundum eos habeat iam hypothecam ex lege seu decreto, ideò hypotheca mariti videtur fieri tunc authoritate legis, & propterea tunc non videtur requiri aliquis consensus. sed hoc est pœnitus falsum, & contra mentem, & verba decreti, dum dicitur, nostro tamen præhabito,& interueniente consensu,quòd referatur ad quācunque speciem alienationis, & sic etiam ad hypothecam seu obligationem,& in quamcunque personam fiat alienatio, siue hypo-
37 theca, † quia vna determinatio respiciens plura determinabilia debet pariformiter determinare d.l.iam hoc iure ff de vulg. & pupillari,& si id vult quando alienatio fit in personam feudi capacem, multò magis idem cēsetur, velle si fiat mulieri, quę est incapax, alioquin absurdum esset dicere,quòd in vno casu,nempè venditionis debeat intercedere consensus, in hypotheca autem non, & similiter quòd quando fit personæ capaci,debeat haberi consensus, si autem fiat foem. nę non: indistinctè ergo intelligamus decretū prout indistinctè loquitur in omni alienatione,& cuicunq; personæ fiat,in hoc enim decretum voluit se conformare iuri communi feudorum, imò in eo quod attinet ad consensum, voluit strictius prouidere, quàm ius commune, quia eo iure inspecto,consensus in alienatione feudi potest, & præcedere, & subsequi actum alienationis, vt tradunt omnes in d.c.Imperialem de prohib. feudi alie-
38 natione per Federic. † decretum autem expresse prouidet, quòd præcedat aut in ipso actu,interueniat,quo casu non sufficit si subsequatur secundum Alex.d cons.2.colum.7. vers & si dicatur lib 4.& per præfatum D.Octauia.d.decis.166.putandum ne est hoc sine ratione factum? nequaquam, ratio si quidē illa est,quia ante quam ad alienationem feu-
39 di deueniatur, † debent prius examinari & verificari conditiones in ipso decreto appositæ,præcipuè vero an casus restitutionis dotis, de quo agitur sit in decreto comprehensus, an dos fuerit vassallo vere tradita,& persoluta,an aliqua bona allodialia extent vel ne,& an oblatio facta sit agnatis,si de alienādo extraneo tracteturhorum autem examinatio, & verificatio tempore impetrationis consensus fieri debet, & non alio vt sic consensus cum debita causæ cognitione concedatur,ideo non mirū,si prousū extitit,& traditum pro forma necessaria,quòd præcedat, & non subsequatur, & cùm hæc vnica ratio & non alia possit assignari, habetur pro expressa in ipso decreto secundum Bal.in l.maximum vitium col.3.vers. sed ista ratio C.de lib prætor.in l.quamuis col.1.circa principiū C de fideicommiss. & in l. nominatum ff. de liberis,& posthu. quem, cum multis alijs refert D.Aymo de antiquita. temporum par. 4.§. transeo nunc ad quartam partem num. 83.& consil. 118.num.8.multos etiam refert Decius cons.574. sub num.5. vers. ideo prædicta ratio. Tantum ergo abest,quòd hypotheca fieri possit de feudo per maritum pro dotis restitutione sine consensu Domini, Q imo in quantum decretum requirit consensum præstandum certo tempore,& sub certis conditionibus, ex hoc colligitur manifestè,quòd loquitur de alienatione, seu hypotheca expressa tantùm faciendā per vassallū, seu agnatū de feudo pro restitutione dotis, non autem intellexit concedere mulieri tacitam hypothecam,quia in illa non possunt adaptari conditiones, tam circa consensum, quàm aliæ ibi contentæ, vt etiam dicebamus supra.

Quartò cessat etiam aliud consequens nēpè,quòd si mulier habet bona feudalia hypotheeata ex decreto,sequitur quòd in generali hypotheca bonorum mariti pro dote veniant feuda, etiamsi nō exprimatur, eo quia, cum illa iam habeat mulier hypothecata ex decreto, ideo non erit opus alia expressione de feudo, nec aliquando audiui aliquos magnos viros ex consiliarijs eodem errore ductos ita arguendo inferre,quod tamen est falsum,& contra iura, & communem conclusionem supra firmatam in secundo articulo principali,imo si vera est conclusio Alexandri in d.cons.2. ibi relato, quòd nec veniant feuda in generali obligatione,etiā quòd statutum dicat quòd cedant in obligatione, ac-

cedente

cedente consensu Domini vt ibi per eũ quãto minus potest ut venire in casu nostro, vbi decretum, seu statutum non dicit, quod in generali veniant ipsa feuda.

Quintò, & vltimò, audi quæso aliud consequens, imo verius inconueniens, quod ex eodem fonte procedit, præ cæteris supra recitatis maxime considerabile, scilicet, quod si feudum per mulierem retinetur propter hypothecam iuxta assentionem modernorum, nec ad vassallum successorem tranleat, ipse non tenebit Domino fidelitatem, & consequenter, nec eidem præstabit seruitũ personale pro feudo iuxta c. 1. de forma fidelita. & de noua forma fidelita. casu ibi nota. per Doctor. quia cum agnatus successor feudum non habeat, nec commoditates feudi percipiat sed mulier, quæ feudum retinet, æquum non videtur quòd ad fidelitatẽ teneatur nec ad aliquod seruitium exhibendum, grauari enim non potest nec debet qui non honoratur l. ab eo. C. de fideicomm. cum concordant. nam ob hoc conceduntur feuda nempè propter seruitium, & fidelitatem cohærentẽ personæ d. c. 1 ipsa autem mulier non etiam præstabit fidelitatem, quia non est domina feudi, licet per hypothecam, si dicatur per decretum, dicatur habere ius in re iuxta notam l. pignoris C. de pignor. in l. pignoris. ff. eod. titu. Et ideo nec etiam tenebitur ad seruitium personale eo modo quo posset, & cõceditur præstari per fœminam, nempè per substitutum, licet fructus seu commodũ feudi percipiat, quia nihil promisit, nec iurauit de contentis in d. c. 1. de forma fidelit. & de noua forma fidelita. carebit ergo Dominus interim fidelitate & seruitio personali sibi debito pro feudo, addãnum, & detrimentum non modicum tuum & reipublicæ iuxta ea, quæ dicit Imperator in d. ca. Imperialem de prohib. feudi aliena. per Federic. ibi, debita seruitia amittebantur, & honor imperij, & nostræ felicis expeditionis complementum minuebatur, & in d. c. 1 de prohib. feudi aliena. pro loth. ibi dum dicitur, seruitia subterfugere, per quod vires imperij maximè attenuatas cognouimus. Quòd si dicatur nullum Principi nec reipublicæ detrimentũ erit, quia imo ipsa mulier seruitium præstare tenebitur ex eo quòd commoditatem seu fructus feudi percepit, per ea, quæ notabiliter tradit Angelus in l. eorum ff. de dam. infecto vbi ait, quod si creditor immittatur in possessionem feudi ex 2. decreto vel in executionem iudicati contra feudatarium condemnatum, quòd intelligendo de executione super feudo in subsidium iuxta l. commodis ff. de re iud. l. stipendia C. de exercu. rei iud. tunc trãsibitin ipsũ immissum possessio & cõmoditas feudi, & sic cõmoditatẽ feudi tantũ eõsequẽtur: & ex quo habet cõmoditatẽ feudi præstabit seruitium, inquit, non vt vassallus, ex quo ius feudi non est translatum in eum, sed tenebitur ex naturali æquitate fundata, vt cum sequantur incommoda, quẽ sequuntur honores, & commoda, vt in regula secũdum naturam, sic ergo in casu nostro ex æquitate naturali mulier præstabit seruitium, quia commodum feudi percepit, respondetur quòd contrarium, & melius tenet Bart. in l. si fiorta in §. si de vectigalibus columin. 2. versicu. sed quæro, quid si agatur contra feudatarium ff. eo titulo: de dam. infecto, & cum eo tranleunt magis communiter Doctor. vt attestatur ibi Alex. sub num. 5. verũ sic nec adhoc obstat quem sequitur etiã Iacob. à san. Georgio in sua inuestitura in verbo, Comes, in fine. † Nã Bar. distinguit, & differentiam facit, vtrum immissio ex 2. decreto vel ex causa iudicati fiat contra feudatarium obligatum, & condemnatum actione personali, an verò ex causa damni infecti, vtroque enim casu tranſit commoditas feudi in alium, sed quantum ad seruitium vassallus in primo casu remanebit obligatus ad seruitium, in secundo autem non, & rationem diuersitatis adducit, quia cum hoc secundo casu, inquit, decretum interponatur & capiatur feudum magis ex vitio rei, quàm obligatione personali, non esset æquũ quòd vnus haberet seruitia, & alius haberet commodum, sed primo casu, quando agitur obligatione personali cessat ista iniquitas. Nam si ego seruio, & creditor meus habet commodum, satis ego videor habere, cùm per hoc liberor. hęc sunt notabilia verba Bartoli, per quæ si ad casum nostrum applicentur, probatur, quòd vassallus non teneatur, nã hoc casu nõ capitur feudũ ex obligatione personali, quia vassallus successor nõ est obligatus actione pſonali pro dote restituenda mulieri, cũ obligatio vassalli defuncti nõ trãseat in agnatum successorem in feudo, nisi sit hæres defũcti iuxta tradita per Doctor. in c. 1. an agua. vel filius, & aliis in locis notissimis, sed feudum capitur magis propter vitiũ rei, seu melius in casu isto dici potest propter onus feudi, quia feudum est affectum pro restitutione dotis, quo casu prout in causa dãmnifecti, non est æquum quòd vassallus faciat seruitium, & alius percipiat cõmodum, neque dici potest, quòd licet mulier habeat commodum, satis ipse vassallus agnatus videatur habere, cùm liberetur, quia nulla intercedit obligatio, à qua liberetur. dices tu † tenebitur ergo mulier? dico quòd non: quia ipsa nõn habet ius feudi, & commodũ, quòd percepit ex feudo, dicetur habere ex titulo dotis & pro se sustinẽda, & familia sua, & vbi dici posset quòd ipsa teneretur, dico eũ Alexandro, in proposito in d. §. fi de vectigalib. sub num. 12. vers. vnde concludit, quòd seruitium personale, quòd pro feudo præstari debet diuersificatur ex diuersitate pſonarũ l. si nou sortem §. libertus ff. de condictio. indeb. magis enim interest Domini habere seruitium personale ab ipso vassallo, quàm à fœmina per substitutum, quia in vassallo electa videtur industria personæ arg. l. inter artifices ff. de solutio † vt ergo Dominus seruitio

donec

perſonali& fidelitate pro feudo non careat, donec alienatio ſequatur, apud ipſum agnatum ſucceſſorem feudum tranſire debet, & ipſe illud habere & commoda percipere, vt interim ſeruitium præſtet, non verò per mulierem retineri ,& hoc ſatis probant verba decreti, dum dicit, ad quos ex legibus & conſtitutionibus feudorum feudum tranſit &c. Concludo itaque in hoc primo articulo, nequaquam verum eſſe, quòd decretum concedat mulieri hypothecam in feudo mariti pro reſtitutione ſuæ dotis, et conſequenter non habere feudi retentionem.

43 † Circa ſecundum articulum propoſitũ, An de certi loquens de agnatis, & ſucceſſori bus vaſſalli, ad quos feudum iure ſucceſſionis peruenit, cum prehendat etiam dominum, feudo ad eum deuoluto, ſeu reuerſo? Aliqui ſuper hoc interrogati, reſponderunt, dominum comprehendi æquè, ac agnatum, quia eadem videtur ratio, ideo idem ius vulg. l. à Titio .ff. de verb. obl. l. illud. ff. ad l. aquil. cum concor. vbique allegatis per glo. quæ etenim ratione Princeps decretum condens ſtatuit de agnatis, cp feudum alienare teneantur, pro conſtituendis, & reſtituendis dotibus, ne filiæ & vxores. vaſſallorum, in dotatę remanerent, eadem ipſe de ſeipſo ſtatuiſſe cenſeri debet, vt, quod ius in alterum ſtatuit, ipſe eodem vtatur, hoc enim ſummam habet æquitatem, vt ait tex. in l. 1. ff. quod quiſque iuris vbi glos. in verbo, ſummam, allegat dictum Catonis, Patere legem quam tu ipſe tuleris, quod etiam adducit tex. in c. cum omnes extra de conſtit. vnde per dictam l. 1. probatur quod ſtatutum ligat etiam ipſum ſtatutẽ tem, vt eum text. ad hoc notat Bartol. ibi ſub num. 3. verſi. ſex quo etiam nota, de quo ſe remittit ad dicta per Archidiac. in c. vt animarum de conſtitution. & eius opinionẽ defendit ibi Curtius iunior, & ſi Princeps legem condens fuiſſet interrogatus verſimiliter ita reſpondiſſet arg. l. tale pactum. §. fin. vbi glo. & doct. notat. ff. de pact. l. ſi extraneus. ff. de condict. cauſa data, & pro tenentibus hanc opinionem eſt deciſio Iſerniæ in terminis in commento ad conſtitutiones Regni Siciliæ, ſuper conſtitutione, quæ incipit, fratrib' ob dotes, vbi ait id cp ibi ſtatutum eſt per Principem de feudo obligando ſeu dando in dotem, debet intelligi etiam ſi feudum aperiatur ipſi Principi. vt legem in ſubdi tis poſitam ſeruet in ſemetipſo, inquit, ſequitur ibi Affli&t. in d. conſtitutione nc nu. 15. idem Iſernia in c. 1. §. donare qualit. olim feudi pot. aliena. in additio. quæ incpit, Imperator Federicus, num. 5. verſ. & eſt intelligendum, & nu. 6. verſ. & ſibi præiudicat Imperator, & col. ſequ verſ. ſed contra hos eſt, vbi ait, quod lex & ſtatutum debent eſſe æqualis, vt liget condentem, iuxta illud, patere legem quam tu ipſe tuleris. Affli&t. ibidem ſub num. 8. verſicul. & credo quod ex iſta ratione, & hanc partem videntur confirmare verba decreti, dum dicitur, quod bona feudalia' ipſorum feudatariorum intelligantur obnoxia & affecta ſint, adeò quòd in quamcunque perſonam, & proximiorem agnatum tranſitum faciant ex legibus, & conſtitutionibus feudorum, intelligãtur tranſire, & tranſitum facere cum onere ſuo, iſta, enim verba generalia, quamcunque per ſonã, nullum excludunt ex reg. d. Iulianus. ff. de leg. 1. & ſic etiam ipſum Principem ſtatuentẽ comprehendunt, nam eidem conueniunt verba, quia ad ipſum dicuntur tranſire bona feudalia ex legibus, & cõſtitutionibus feudorum. Ideo eidem conuenire quoque debet diſpoſitio l. 4. §. tones, arguendo a contrario ſenſu. ff. de dam. infect. & in generali ſermone etiam comprehenditur perſona loquentis d. Paulus. §. fi. de pignorib. vbi glo. notat. & concordan. allegat.

Alij verò contrarium ſentiunt, eo quia iſte eſt caſus omiſſus, qui remanet in diſpoſitione iuris communis. l. ſi extraneus. ff. de condict. cauſ. data. d. l. ſi cum dotem. ff. ſol. matr. l. commodiſſime. ff. de lib. & poſth. cũ

44 nota per glo. & docto† neque enim in correctorijs licita eſt extenſio de perſona ad perſonam, ſicut nec de re ad rem, neque de caſu ad caſum, vt de huiuſmodi decreto tradit D. Octauia. deciſio 166. ſub nu. 2. verſ. ad hæc reſpõderi poteſt, Allegat Sigismundum inter cõſilia Bruni conſ. 33. & ſequen. nam ſi Princeps legem condens voluiſſet ſe lege ſua cõprehendi, & ligari, vtique hoc dixiſſet, quod cum non fecerit noluiſſe cenſetur, arg. l. vnicæ. ſ. ſinautem ad deficientis C. de cad. tollen. c. inter corporalia de tranſla. præla. reliquit ergo hunc caſum diſpoſitioni iuris communis, quo iure inſpecto, et attento feudum liberè reuertitur ad dominum. vt in d. c. 1. §. quid ergo, vbi doct. de inueſt. de re aliena facta. nã ibi, ſeruit' impoſita feudo per vaſſallum tenet, donec vaſſallus viuit, et durat eius ius, ſed eo mortuo, et feudo ad dominum reuerſo extinguitur, nec nocet domino, quia reſoluto iure datoris reſolnitur ius acceptoris vulg. l. lex vectigali fundo ff. de pigno. vbi glo. infert ad obligationem ſeu hypothecam feudi factam per vaſſallum cp non nocear domino, ad idem eſt tex. in d. c. 1. §. rurſus quib. mod. feud amitt. et in §. fi. ſi de Inueſtit. feudi conſtr. fuerit. et vbique per Docto. late D. Octauia. d deciſi. 156. nu. 9. et ſequen. vbi multa ad hoc adducit.

45 † Sed aduertendum eſt, quòd hæc procedũt in obligatione ſeu alienatione extraiudiciali et voluntaria facta de feudo a vaſſallo ſec? jeſt in alienatione ſeu obligationeiudiciali, et neceſſaria, qa tũc talis alienatio ſeu obligatio, et ſeruitus im poſita feudo per vaſſallum nocet Domino, feudo ad eum reuerſo, c. r. de contro. inter vaſſall. & alium de benef. vbi Affli&t. in 3. notabili, c. 1§. vaſſallus de ſuo beneficio, ſi de feudo fuerit cõtro. int. dom. et agna. et ibi idẽ Affli&t. in pri. nota. Præpoſ. col. 2. verſic. oppono tertio, et idem Præpoſ. in d. §. quid ergo col. 2. verſic. ſed

contra

contra hunc tex. oppono, & ibi etiã Alu. col. 2. vers. oppono ab extra; prohibitio enim alienationis alicuius rei intelligitur de volũtaria nõ autẽ de necessaria l. peto §. prædiũ ff. de l. 2. cũ concordan. ibi in gl. alle gatis. vnde cũ in casu nostro alienatio feudi pro dote ex dispositione decreti dicatur, & sit necessaria, q ad id vasallus cogatur vt plus de decreti Blacæ, iũcto Decreto Ducis Huberti, quo expresse disponitur vasallos teneri, ac cogi posse ad alienandũ, ideo nõ procedunt in casu nostro prædicta iura.

Quod dicendũ; veritas est in hoc articulo, q domin' nõ cõprehẽdatur in decreto, vt teneatur, & cogi possit feudũ ad se reuersũ alienare pro restitutione dotis, sicut tenetur, & cogi
46 potest vasallus, & agnatus successor; quia certa est iuris cõclusio, q Princeps lege sua quã condit seu statuto nõ obligatur, nec lege antecessoris sui, vt ex ea efficaciter teneatur, nisi quatenus sit de sua voluntate, & beneplacito, l. Princeps ff. de legib. l. digna vox. C. eo tit. ex imperfecto C. de test. l. ex imperfecto ff. de l. 3. §. fin. Instit. quib. modis test. infirmentur, & ratio est quia statuere et huiusdi tionis vt tradunt omnes in l. Imperiũ ff. de iurisd. omn. iud. nemo antẽ in se ipsũ exercet iurisdictionem sed in alios quia nemo sibi ipsi imperare potẽt nec seipsũ ligare l. prætor ff. de iur. & curdatis ab his l. pen. ff. de arbitris vbi tex. ait q si de sua re quis arbiter factus est, sententiam dicere non potest, quia se facere iubetur, aut parere prohiberet neque autem imperare sibi, neque prohibere quisquã potest, ad idẽ est tex. in l. ille à quo §. tempestiuum ff. ad trebel. ibi, ipse se cogere non poterit, & per hæc iura ita determinat Io. And in quæstione per eum disputata, vt ipse refert in cap cui licet, de reg. iur. lib 6. quòd si Episcopus fecit statutum seu constitutionem quod clerici ludentes ad aleã sint excommunicati. si ipse Episcopus ludat, non erit excommunicatus, quia non ligatur sua lege, seu constitutione, & hoc probat per multa argumenta vt per eum quem refert & sequitur Anch. in c. 1 col 43. in 12. quæstio. de constit. Bal. & Pau. de Castro in d l digna vox C. de legib. idem Bal. in aut quibuscunq; col. 2. vers. vltimo inducit, hanc authenticam ad quæstionẽ C. de sacrof. eccles. & in l. si consul. in prima lectura col. 1. ver quarto oppono ff. de adoptio & in l 1. §. similiq; modo C. de latina libert. tollen. Rom. cons. 444 col. fin in vltimo dubio, & cum Ioan. And. r. transeunt communiter doct. vt affirmant Iacob. & San. Georgio. & Aquen. in d l 1. ff. quod quisq; iuris Felin. in c. 1 nu. 24. vers. 4. ampl. de constit. prout eius opinionem esse magis cõmunem atteſtatur quoq; Alex. in d l. 1. ff quod qui sq; iuris vbi etiam Paul. de Castro nu. 6. hãc opinionem Ioan. And sequitur & si id verum est in inferiore, quod statutum siue lex non ligat statuentem, multo magis id verũ erit in Principe superiore, qui sicuti est solutus legibus generalibus, & communibus multò magis Particularibus, quod non est in inferiore, qui licet non ligetur sua lege particulari, ligatur tamen lege communi, & generali, & pro prę-
dictis addo quod tradit gl. in cap. nulli de sen-
47 excom. † dicens quod Papa communicando seu participando cum excommunicato non incidit in canonem, quia ipse non ligatur canone & eam gl notandam & menti tenendã dicit ibi Abbas referens quod cum ea tenet Ioan de ligan clem. si Summus Pontifex. de sẽt. excom. & pro dicto glossæ adducit rationem quia excommunicatio, quæ contrahitur ex participio, est de iure positiuo, quo Papa non ligatur, vt in c. proposuit de concess. præben. ex prædictis ergo sequitur, quod si Princeps decreto seu lege sua vel predecessoris non ligatur, ergo eã nec sus cum nulla actio cõpetit ex lege seu decreto prædicto, q a actio ex obligatione præexistente nascitur l. licet §. ea obligatio ff. de procur. & r instit. de verb. oblig gl. in §. fi. instit. de actio. sed hic nulla est obligatio præexistens ergo impossibile est, q aliqua actio oriatur. & si dicatur, licet princeps non obligetur de necessitate, attamen debet suam legem seruare de honestate, vt inquit Bal. in d l. digna vox, sequitur Anch. in d. c. 1 q. 12. Respondeo quod inquantũ princeps de honestate lege sua seruare dicitur, hoc non contingit, vi conclusa ipsius legis, seu decreti, sed ex propria voluntate l. ipsius principis ita Felin. in dict. nu. 22. de constit. vbi post beatũ Thomã notabiliter declarat, quo modo Princeps dicatur subditus legi, nõ tenetur ergo ex lege sua princeps, nisi quatenus est de propria voluntate, quã ipse solus declarare debet, & non alius l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. ibi voluntatem principis inspicientibus l. Neratius in fi. ff. de reg. iur. ibi quem tamen modum esse beneficij sui vellet ipsius æstimationem esse, & vbiq; gl. concord. allegat vnde licet ipse princeps de honestate legem suam seruare debeat, nõ tamen iudex poterit vi legis, seu decreti, condemnare, quemadmodum condemnat subditum, neque declarare seu extendere legem, seu decretum quod principem cõprehendat, sed hoc totum ad ipsum principẽ referendũ est. Et primò nõ obstat argumentũ q fiebat à paritate rationis, quia in exorbitantibus, & correctoriis regulariter non est licita extensio, maximè de persona, ad personã nedum ex rationis identitate, seu paritate, sed nec etiam ex maioritate, ad trad ta per glo. & doctor. in authen. quas actiones C. de sacrosanct eccles. vbi inter alios Iason. nu. 17. & sequent. & in leg. si constante ff. solut matrim. & in leg. si vero §. de vito eod tit. & per glos. & doct. in c. quæ à iure de reg iur. in 6 & alibi sepè, & in casu nro, ideo ẽr nõ est licita extẽsio q a p eũ indiscrete ur abusũ, & incõueniens scilicet q princeps vide retur in seipso iurisdictionẽ exercere, vt diximus supra, q cessat in vasallo subdito, & aliis, & ideo verũ non est q eadẽ sit ratio in vtroq; q a si cõsidere, rationis identitatẽ quãtũ ad personas non est eadẽ ratio, q a quantũ ad vasallũ ipse tenetur filias suas dotare, l. fi. §. vtranq; C. de dotis promis-

l qui liberos ff. de ritu nuptiar. & dotes receptas à muliere restituere, quæ ratio cessat in Principe: si verò cõsideres agnatos ipsius vassalli obligatiad quos feudum transit, illi dicũtur, & sũt successiones defuncti in feudo, & seu dum ad eos iure successionis peruenire dicitur, siue dicãtur succedere ex piona primime dia persona vltimi, siue etiam ex persona vltimi tantũ, semper dicũtur successiones in feudo
48 † sed Princeps non dicitur successor vassalli in feudo ad eum reuerso, quia illud habet non ex persona aut iure vassalli, sed à lege, quæ ipsi Domino feudum defert, & ideo extensiõ admitti non potest.

Non obstat l. 1. ff. quodquisq; iur. & q ibi notat Bart. dum ait ex ea probari, q statutum ligat ipsum statuentem, q uia respondetur, verum nõ esse q illa lex probet, quod quis ligetur tua lege, vel iure, quod in alios statuit, sed loquitur de pœna per iudicem inferenda, ita respõdet Io. Andr. in d. c. cui licet, col. 3. vers. & inducebat: aliter etiam respondet Bal. in l. ii cõsul. ff. de adopt. dicens, q illa lex nihil facit, quia ibi non ligatur eadem lege, quã cõdidit, sed alia lege, ideſt non suo statuto sed prætoris edicto, sed clarius respondent Paul. de Cast & Alex. in d. l. 1. q illud ibi non contingit rie ligaminis ex sua lege, vel iure, quod quis in alterum statuit, sed quia statutũ erat inq usti secundum gl. ibi & doct. Ideò dum ibi dicitur, q eodẽ iure vtatur statuẽs, est rie ret or quitionis ex alio iure, sed ibi statutu m non esset iniquum. tunc cùm cesset retor quitio, statuens non ligaretur proprio statuto, propter rationes supra allegatas, q quis sibi ipsi imperare non potest, nec seipsũ ligare, d. l. pen. ff. de arbit. & d. l. prætor ff. de tut. & curat. datis ab his, vnde Bar. q dicebat ex illa lege probari, q statutum ligat statuentem, contrarium & melius tenuit in l. Lucius Titius septimæ. ff. de fideic. libert. vbi ex illo textu dicit, probari, q si Episcopus facit constitutionem q si quis fecerit tale q d, sit excõmunicatus. si Episcopus fecit cõtra cõstitutionem non erit excõmunicatus per illam legem.

Non etiam obstant notata in l tale pactũ. §. fin. ff. de pac. q si princeps fuisset interrogatus verisimiliter ita respõdisset, q a imò verisimile est, quod respõdisset se nolle ligari per legem suam vi coactiua, cũ nullus seipsum ligare: & cogere possit, sibi q imperare, quia hoc esset absurdũ, & incouenies d. l. pen. ff. de arbitris & d. §. tempestiuum, cum alijs supra adductis. argumentatio enim à verisimili non ꝓcedit, q̃do cõtra verisimilitudinem allegata m addu citur & probatur tale quid, q quid præsũptio verisimilitudinis tollitur, quia vbi duę sũt præsumptiones, quarum vna non præpõderat alteri, tunc inuicem se confundunt, vbi aũt altera est potentior, tunc fortior tollit debiliorem c. transmisse cum ibi not. per gl. & doct. qui filii sint legitimi c. per tuas cum ibi not. de ꝓb. cum alijs multis quæ adducit, Euerard. in suis in suis locis legal. loco à verisimili col. 11. vers. & procedit hæc argumentatio, vbi ita declaratat in casu nostro præsumptio verisimilitudinis, quòd noluerit ligari sua lege vi coactiua est fortior altera in cõtrariũ adducta, qualis est secũdũ i° d. l. pe. dearb. d. l ꝓtor ff. de tu & cu da tis ad his, & addo nũc tex in d. l. Lucius Titius septimæ ff. de fide commiss. liber. ibi non posse cã cõpelli ancillam ꝓpriã manumittet. vbi Bar. ad hoc notat illũ tex. vt supra retulimus, ideo hæc vti fortior aliam præsũptionem tollit debiliorem, & addo, q in propolito verisimiltudinis dici Ioan. And. in d. c. cui licet, col. 2. vers. cõstitutio ergo, dicens q constitutio generaliter formata sic intelligitur, vt non includat hunc casum, præcipue quia statuta, inquit sunt stricti iuris cap in nostra de iureiur. ita q non includunt etiã id, q ꝓpria verbi significatio posset includere, ex quo non est verisimile inquit, statuentem id intellexisse, sed hic non est verisimile statuentem seipsũ ligare voluisse, ergo hunc casũ decretũ non includit c. in in generali eod. tit. de reg. iur. cũ concord. & leges communes, singulares, & priuata interpretamur, inquit, secundũ intentionem edentium cap. ex parte de verbor. signif. c. dilecto eodem tit. l. r. & l. fi. C. de leg. hæ inquit Ioan. vbi supra.

Non obstant dicta Iserniæ, & Afflicti in cõstitutione regni fratribus ob dotes, & in c. 1. §. donare qual' olim feudum pot. alien. quia eõmunis opinio est incõtrariũ, vt supra ostendi-
50 mus, ideo de eorũ dicto non est curãdũ q a secundũ cõmunem est iudicandũ l. 1. ff. de officio quæst. ibi. & sanè crebrior apud veteres opinio est in §. 1. in principio inst. de hæred. in stit. ibi, pluriũ sententias, & in c. nouimus, extra de verb. signi. ibi, dum ait, & quorundã sit opinio à plurib. approbata, & vbiq; gl et doct. notant, & per Bart in l. 2. C. de pœna iud. qui malè iudic.

Non denique obstant verba decreti genera lia exaduersõ considerata, dum dicitur ad quamcunque personam transeant, quia re-
51 spondeo † quòd in generali sermone non includitur persona loquentis l. inquisitio C. de sclutio. l. r ff. de senato c. pentio de iureiur. vbi glos. notat & concordan. allegat; hæc obstat, quod imo in generali sermone includatur persona loquentis, vt ex aduersõ dicebamus, per l. Paulus §. fin. ff. de pign. quia respondetur, id verum esse, nisi alia causa impediat ne in cludatur, ita declarat Bart. in d. l. 1. ff. de senat. vbi propterea inducit in arg. ad quæstionem, q si promissi Titio commodare domum meã vel Castrum contra quamcunque personam si habeo altercationẽ cũ ipso Titio, nõ teneor commodare illi Castrum, vel domum, & ante eum simile exemplum adducebat glo. in d. c. petitio de iureiur. addo aliud simile: nã vassalus iurans fidelitatem contra omnem hominem iuxta cap. 1. de noua forma fidelit. non censentur sub tali generalitate seipsum comprehendere, vt teneatur iuuare, & defendere dominum etiam contra seipsum, secundũ glos. in cap. 1. in §. fin in verbo contra omnes hic finitur lex, deinde consuetudin. regni incipiunt

incipiant vbi doct. & præcipuè Afflict. nu. 6 versic. In contrarium, vbi multis probat, & præcipuè, quia in generali formone non continetur persona loquentis iuri ibi adductis ratio aut, seu causa quæ impedit, cur sub generalitate illa verborum vasalli iurantis non comprehendatur ipse loquens est, quia prima charitas incipit a seipso. l. præses C. de seruitu. & aqua & 28. quæst. 3. c. si non licet, at in casu nostro alia causa est quæ impedit, quòd persona loquentis non includatur in generali sermone; quia includendo sequeretur absurdum, & inconueniens, q̃ Princeps seipsum ligaret, sibiq; imperaret, & seipsum compelleret, contra iura supra tories adducta, ita ad hanc brocardam resp̃ondebat, idem Ioan. And in d. c. cui licet col. 4. vers. persona vero loquens nō includitur, cuius respōsio simpliciter facta ad hoc contrarium remanet cōprobata per præd. ta, & sic sublatis oīb. contrarijs concluditur dominum, ad quem, feudū fuit reuersum nō comprehendi in decreto, de quo agitur, vt vi illius teneatur feudum ad se reuersum alienare pro restituenda dote mulieri.

62 Capio nunc tertium articulum, circa quem dico casum de quo agitur non esse in decreto comprehensum & mulieri non dari hoc casu actionem ex lege aduentus agnatum successorem, & multò minus aduersus Dominum, ad quem feudum est reuersum, vt alienare cogatur feudum pro dote restituenda, quia clarum est, q̃ decretum loquitur, & prouidet quando dos fuit constituta & tradita in pecunia numerata, quod patet, dum dicit, dummodo conster dotes vere fuisse persolutas, nō verò loquitur, quando dos est in prædijs, & in fundis inæstimatis, prout in casu nostro, & ratio diuersitatis est in promptu, quia hoc casu quando dos est in prædijs inæstimatis, cùm eorum alienatio, tunc sit a lege prohibita, vt ff. & C. de fundo dotali, & in 1 vnic. §. & cùm lex C. de rei vxo. actio. cogitauit Princeps, q̃ tunc conseruari debeat dos, non verò cōtra legis, phibitionē alienari, vnde in culpa est mulier, si alienat, & sibi imputet si in dotata remaneat, ex rē damnū q̃ ex sua culpa de reg. iur. in 6. & ff. co. l. 1. q̃ ex tua culpa at secus est quādo dos est in pecunia, quia tūc cùm cesset prohibitio legis, imputari non potest mulieri, si maritus pecuniam dotalem expēdat, & ideo pecunia dotalis expēsa & consumpta, æquum visum est Principi mulieri succurri, vt nullis existentibus bonis allodialibus, fiat alienatio feudi, & de eo mulieri dos restitui debeat, ne indotata remaneat, Alienatio ergo dotalis fundi facta per mulierē damno, ac oneri domino in suo feudo esse nō debet, prout nec agnatus succedtoribꝫ.

Quòd si dicatur, prohibita quidem est alienatio fundi dotalis voluntaria, sed non alienatio necessaria vt in l.l. ff. de fundo dotali, ibi, quia hęc alienatio voluntaria non est, vbi doctor. notant, Campezius in tracta. de dote parte 4. q. 38. Bal. Nouel. in simili tract. in 7. parte priuil. 1. colum. 8. vers. 12. limita, at alienatio de qua agitur, est necessaria, quo casu locum habebit decretū, quia cessat ratio supra allegata. Respondetur non esse admittendam extensionem decreti, de casu dotis constitutæ in pecunia, adhunc casum dotis constitutæ in fundis in æstimatis, etiamsi eadē esset ratio in vno, quæ in altero, vt p̃ basinius supra in cui dentialibus; Sed quòd alienatio fundi dotalis fuerit ex causa necessaria, inquit, quæ 55 hoc dicit, probare debet, cuius hęc est præsumptionem seu regulam cōtra te, vt in simili de alienatione rei ecclesiæ dicit Decius cons. 142. nu. 4. vers. vnde videtur fundata intentio Alex. cons. 160. nu. 3. & seq. lib. 6. Anch. cons. 274. ad declarationem col. 1. post medium vers. in prædicta autē alienatione, quos in terminis alienationis feudi p̃ debitis necessarijs ex forma decreti refert D. Aymo. in d. respōsio pro gener. nu. 23. & nu. 120. vers. 5. in specie, & prætes Oct. au. dec. 171. nu. 11. & 12. at in casu de quo agitur, causa quę nu. 11. refertur in instrumento alienationis necessaria non est, quia dicitur pro exoluendo ære alieno contracto per maritum, & tale æs alienum contractum voluntate nū est, nō necessario, nō n. debuit, necessarium dici potest, q̃ libet initium voluntarium, vt latè in terminis decreti nostri, probat idē D. Oct. decis. 167. nu. 24. & plurib. sequentibus & D. Aymo in responso pro genero nu. 31. & seq. & 186. Et vbi ęs alienum mariti dicretur legitima causa alienandi prædium dotale, ita esse tamen opporteret de tali ære alieno, quę ādmodū in rē minoris alienanda requiritur, ita tota ratio in l. ex quę tutores C. de admin. tut. in fi. prædium in l. ob ęs C. de præd. minor. pariter requiritur etiam in alienatione rei minoris, & rei dotalis glo. in l. cum lex ff. de fideiuss. Campez. in d. tract. de dote q. 4. parte q. 18. allegat glo. in l. cum res sed est in d. l. ex lex & Cyn. in l. 1. & 2. C. de fideiuss. min. vnde examinatio diligēs, & ingressio in hac alienatione fundi dotalis per pretoreni faciēnda erat, iuxta ea quæ habentur in l. magis puto §. ne patrim. ff. de rebus eorū, & constare hodie oportet, quòd interuenerint necessarię requisitæ, vt alienatio legitimè facta dicatur, vt in terminis alienationis feudi pro debitis necessarijs iuxta formā decreti tradit latissimè D. Oct. dec. 171. præcipuè, qd̃ na fuerit illud ęs alienū enūciatum, p̃ quo alienatio facta est, qa nō stat verbis enūciandis seu narratiuis instrumēti, vt p̃ eūdē latè dec. 172. vbi quod; opporter q̃ ęs alienū adsūmā pūi fundi dotalis alienati accederet, vt alienatio ex præsenti ere alieno cōstiuaret, vt in l.l. ff. de reb eorū, ibi, si forte ęs alienū tātū erit, & in d. §. ne patrim ibi, ne propter ęs alienū modicum possessio magna distrahat, q̃rendū quod; fuerat, an aliūde posset ęs alienū exolui anteq̃ deuenire ad alienationē fūdi dotalis & §. ne patrim, ibi, an maritus alias res haberet, de quib. posset creditorib. satisfieri & §. ne patrim ibi, an aliæ res sint, nam q̃ maritus alias res haberet, & multa allodialia, de quibus poterat satisfieri creditoribus satis cōstat ex actis, non ergo deuenieudum erat ad

alienationē prædiorum dotalium pro ære alie
no mariti exoluendo,vt dicit text in l.adiudis
C.qui potio.in pigno hab.ibi,oportebat enim
maritos creditoribus suis ex sua substanna sa-
tisfacere non de dote mulieris; siquidem alie
56 natio hæc† & quæque alia cuiuslibet rei pro
hibitæ elicuari, fieri non debet etiam ex ne-
cessaria causa,nisi in subsidium arg.nota in l.
commodis.ff.de re iud.per glo. & doct.& in
l.stipendia. C. de execuno. rei iud. per Alex.
consi.11.lib.5.Bal.consi.306.lib 1.Brun.consi.
18. col.pen.vers.texto etiā post Ioan.de Imo
la Paul.de Castr. & alios in l.pro hærede.§.si
quid tamē ff.de acquir hære. & demum con-
stare oportet,quod vere integrum pretiū feu-
rit in eam causam æris alieni cōuersum,vt per
eundem D.Octauia. latè d.decisio. 171. sub
nu.7.vers. quo fit,vt nisi per emptorē, & plu-
rib sequen.quemadmodum etiā decretum re-
quirit ex parte mulieris volentis repetere do-
tes,quod constet legitimè dotes fuisse solutas;
horum autem omnium nulla omnino adfer-
tur probatio in casu isto, nō enim de iis stā-
dum est verbis narratiuis instri, nec partibus
credendum est, vt dixmus supra, sed alunde
hab ēda est ꝓbatio.ad hoc facit tex.in d.l. ma-
gis puto in § ne passim, ibi, nec nimium tuto-
ribus,& curatoribus credere, latè Rol.à Val.
cōs.99.nu.7.& seq.lib.1.post Parisium quē re-
fert in multis cōsiliis.Quibus sic stantibus, quis
dixerit,quæso,alienationē huiusmodi de prē-
diis dotalibus fuisse legitime factam nemo cer
tè quòd si alienatio non legitimè facta com-
peritur,cur nō potius mulier ad bona sua do-
talia malè ac perperam,vt potè cōtra legis for-
mam alienata,se conuerti,& ad ea regressum
57 habet†eorum enim dominum penes eam sem-
per est,iuxtà l.i in rebus,& ibi tradita per Doct.
C.de iure dotium, cōtrauenire si quidem facto
proprio potest, & alienationem reuocare glo.
& Docto. in d.l.1.§. & cùm lex C. de rei vxo.
actio. in §.1.Institu.quib. alien. licet vel non ꝑ
Imolam & alios in c. cum contingat extra de
iureiurando, & in l. cū vir. ff. de vsucap. prout in prælato dicitur,alienante rem eccleſiæ in
cap. si quis præsbiterorum de reb. eccles. non
alien. vbi glo.in verbo alienator. Abbas ibi in
4. notat & communiter alij, & in Rege alie
nante rem demanij,seu coronæ in e.intellecto
de iureiu.vbi gl. Abbas,& cęteri notant, & est
generale,q vbicūque alienatio est à lege pro-
hibita fauore publico,tunc,potest idem aliena
tor alienationē reuocare, & facto proprio cō-
58 trauenire † non enim in emptorem hoc casu,
qui contra iura mercatus est, dominium tran-
sit,cùm lex improbet alienationem,vt in l.quē-
admodum C.de agric. & cens.lib.11 vbi glo.
Bart. & alij notant,& inter alios Ioan. de Pla-
tea col.4.verl.quarto nota,ait,q vbi quis vēdit
rem suam prohibitam alienari fauore publi-
co, non transit dominium in emptorem quā
tumcunque per traditionem rei,sed remanet pe-
nes vēditorem,qui ideo vendicare potest rem
alienatam tradunt Bartol.& alij in l.post mor-
tē, vbi etiam Alex. in additio. ff. de adopuo.

nec tenetur hoc casu mulier de euictione emp-
tori, euam ad prætium licet fortè in marito
alienante aliud esset,vt tradunt omnes Doct.
in d.l.1.§ & cū lex. C. de rei vxo actio.& in d.
§.1.institu.quib.alien.licet vel non, per Imo-
lam,& alios in d.c.cùm contingat,& in d.l.cū
vir, per Alex.consi.109.visō processu col.2.&
3.lib.4.& est tex.& ibi scribentes notant in d.l.
59 cum lex.ff.de fideiussoribus, vbi habetur, q† vbicumque lex improbat venditionem, im-
probat quoq; promissione m de euictione;& ideo nec etiam fideiussor de euictione tenetur
& ratio est, quam ibi adducunt Docto. maxi-
60 mē Pau.de Castro,†quia,ex tali venditione im-
probata a lege nulla oritur obligatio nec ciui-
lis nec naturalis,quia lex impedit,ideo non mo
do venditor non obligatur ex sua promissio-
ne de euictione', sed nec eius fideiussor,sublato enim principali omne tollitur accessorium l.
cum principalis ff.de reg.iuris cum similibus,
& ad hoc l non dubium C.de legib.vnde cessat hoc casu regula l.vendicātem ff.de euictio.
quia secundum glo.ibi, dicta lex non procedit
quando alienatio est prohibita à iure propter
vtilitatatem publicam,allegat.d.l quemadmo
dum C.de agricolis,& cens.ita quoque ad d.l.
respondet Imola in proposito in d.c.cùm cōtingat col. 15 vers.glossa tamen,& in d.l.cum
vir,col fi.ff.de vsucap Reuertatur itaq; mulier
sine timore in domum suam, & à detentore
repetat competenti iuris remedio,quæ sue sūt
non verò ꝙ alienum est sub obtētu dotis reti-
nere contendat, nō enim hoc casu ad damnū
Principis, & agnatorum per alienationem
feudi beneficio decreti dotem consequi po-
test,quæ dotem habet, & apud eam esse dicitur,ex quo ipsam petere,& consequi ab eo po-
test,qui eam detinet l.penes te lis apud se,& l.
habere ff de verb signif.& vbique glo.& Doct.
& in l.stipulatio ista § habere ff.de verbo.obli-
61 ga †imo,alienatum non dicitur prædium do-
tale, quod in venditoris Domi nio remanet l.
alienatum ff.de verbor.signific.vbi glos. ponit
exēplo de feudo dotali,& de quo est tex.in l.C
de fundo dotali, quo fit vt decreto locus non
sit in casu isto,quia cessat ratio,ibi adducta, ne
in dotatę remaneāt,& ibi dum ait,ita,& vacuis
manib' proprios lares apud eorum a tinentes,
& proximores repetere habeant , ideo cessat
quoq; dispositio l.adigere §. quāuis ff. de iure
patro.l.quod dictum ff.de pactis c.cum cessan
te de appellat.cū similibus,& ita si de hoc ca-
su Princeps decretum condens fuisset interō-
gatus,non dico verisimiliter,sed proculdubio
ita respondisset ad tradita in l. tale pactum §.
fi.ff.de pactis imò in casu isto alienatio hec fun
di doralis,& hypotheca constitua mulieri su-
per feudo collusoria cēsetur,& ad fraudē Do-
mini facta,quia maritus vidēs se prolē non ha
bere,& ꝓpterea feudum ipē ꝓbabili ad Dūm
reuersurū, maximè nouum, specialem super
ipso feudo constituit hypothecam, vt pretiū
rerum dotalium haberet,& alia bona,quæ ex
62 t abant hæredibus,& aguatis salua fieret nt† nā
fraudē alienare præsumuntur vasallus,qui filios

habe-

habere non potest, iuxta glo. & ibi scribentes in c. 1. in verbo in fraudem, p quos inuestitura p multo magis in casu isto præsumitur in fraudē factum, cōcurrentibus multis alijs coniecturis, quas non recenseo, quia satis quilibet per se eas colligere poterit ex superioribus dictis, cōcludam' itaq; in hoc tertio articulo, quod decretum locum non habet in casu de quo agitur, vbi dotes sunt constitutæ in fundis seu prædijs inæstimatis, & alienationem eorum factam nullā esse, & consequenter mulierem posse dotes suas à possessore repetere & vendicare.

Circa quartum & vltimum articulum superfluum videtur insistere, attentis prędictis nihilominus, vt omnis hæsitatio penitus tollatur, in casu nostro, dicitur ex abundanti, p præsupposito alienationē & hypothecā bona fide factā, & casū de quo agitur decreto cōprehendi, quod tamen nō conceditur, hæc mulier decreto inniti minimè potest, & eius beneficio vti, nisi prius conditiones, & qualitates in eo cōtentas probauerit: illas enim per prius verificari, antequam ad feudi alienationem deueniatur, decretū requirit iuxta tradita per Bart. in l. 1 §. prætor ait ff. ne quid in loco publico, cum infinitis congestis ad hoc per Tiraquell. de retractu lignager in verbo, le retratant. §. 8 glo. 7. nu. 1 & 2. & in terminis decreti nostri D. Aymo d. responso pro genero nu. 31. & D. Octauia. dec. 165. n. 4. & plutib. seq. inter alias autem cōditiones illa est præcipua, quod constet alia bona allodialia vassallo defuncto nō extare, quia non nisi in illorū defectum feudum permittitur alienari, in subsidiū tātum m, vt in terminis decreti nostri scribit Neui 2. plures doct. ad hoc adducens consil. 10. n. 10. vers. præterea cū haberent plura alia bona allodialia, quem cum pluribus alijs refert D. Octau. dec. 174. vbi per totam illam decisionem de hac conditione seu qualitate à decreto requisita tractat, sed in casu nostro tantum abest, quòd conditio hæc seu qualitas probetur, p imò de contrario apparet ex inuētario bonorū mariti defuncti, facto per fratrem hæredem, inactis producto, per q constat extare multa bona mobilia, & immobilia allodialia magnæ quantitatis, & valoris, Ergo decreto locus esse non potest, vt ex eo deueniri debeat ab alienationem feudi pro restitutione dotis, Quod si dicat mulier, bona illa non sufficere pro satisfactione integræ suæ dotis: Respondetur q huius negatiuę probatio ad ipsam mulierē eam allegātem incumbit, cū talis negatiua sit fundamentū suæ intentionis, ad tradita per Bart. & alios in l actor. C. de prob. in l. 2. ff. eo. tit. in l. in illa. ff. de verb obl. per Innoc. & alios in cap. super his, de accusat. & alibi fæ-
63 pè per doct. † Interim autem, dum hoc discutitur, & cętera requisita adimplētur per mulierē, (præsupposito, quod decretum hoc casu locum haberet, q non conceditur, vt supra abundè probatum est) nō licet feudum retinere, neq; decretū hanc facultatem mulieri concedit, vt late supra probauimus in primo articulo; nam vt dicit in simili Brun. d. cons. 18. col pen. vers. & ante excussionē si mulier feudū retineret executio fieret ante sententiā, & declarationem, quæ proferri requiritur super hoc & causa non cognita, procederetur contra l. 2. cum concord. C. de execut rei iud. & multo minus retentio mulieri permitti debet virtute prætensæ hypothecæ specialis mariti, cùm illa sine cōsensu & voluntate Domini, & cōtra ipsius decreti formā & mētē facta sit, vt supra ēt probauim'.

Quare concluditur ex præmissis omnibus, hanc mulierē nullo iure de mundo posse retinere feudū de quo agitur, & ideo esse confirmādam reductionem, de feudo factā ad manus Domini & condemnandam mulierem ad dimittendum feudum cum fructibus à die mortis vassalli mariti.

Quòd verò attinet ad patrem prætendentem succedere, ipse pariter nullum ius habet in feudo, de quo agitur, vt in prioribus sen-
64 tis ostendimus † Nam quantum ad feudū acquisitum per fratrem defunctum, citra vllam dubitationem non potest succedere fratri defuncto, cùm sit feudum nouum, in quo frater nō succedit fratri c. si quis acquisierit de beneficio fratris & qual. fra. succed. fratri in benef. §. inautem. de ijs qui feudū dare pos. §. si de succes. feudi eū similibus.

Nec obstat prout obijciebatur, quòd ex quo defunctus fuerat inuestitus prō se hæredibus, & successoribus, potest frater succedere propter verbum successorib', quia licet quando feudum est simpliciter concessum p se & hæredibus, intelligatur de descēdētibus masculis, vt in §. & si clientul' de alien.
65 feudi, vbi oēs notāt † attamen quādo additur verbū, & successorib', p illud vocātur etiā extranei secūdū Soc. cōs. 266. col. 14. lib. 2 alioquin verbū, successorib, esset superfluū cōtra l. si quādo de l. 1. c si Papa de priuileg. lib. 6.

Quia respondenitur, contrarium esse de iure vetus, vt per Imol. in l. quod dicitur col. pen. ff. de verb oblig per Alex. in l. quędam §. nihil in tereſt, in principio, & ibi etiam col. 1. vers. teneo contrarium ff de edendo, Decius cons. 171. sub nu. 3. vers sed etiam ad hoc respōdetur, vbi reprehēdit Soc. dicēs audaciter, quod eius dicta non sunt vera, sed deuiant à communi sentētia, & à regulis iuris, vt sępenumero facit, inquit ipse Socinus, & respondet eius contrarijs, vt per eum, ad quem me remitto, eandem communē opinionem tenet Ripa in l. ex facto in §. si quis ita, n. 15. ff. ad Trebell. adducit vltra pdictos ēt Curt. sen. cons. pen col. 4. Neuiz cons. 10. nu. 8. ex quib' satis patet cōmunem opinionem esse contra Soc. & quę carer dubitatione in hac patria propter decretum disponēs q etiāsi in inuestitura c ū verbo, successorib. sit adiuncta dictio vniuersalis, q buscunq; nihilomin' feudo adhuc cēseatur rectū, & p prīū, adeo q ad illud nō admittunt extranei,

Præterea excluditur hic frater à succeſſione fratris defuncti, non modò in feudo nouo, ſed etiam antiquo, q reliquit defunctus
67 ꝛeo quia eſt clericus beneficiatus titulatus, vt in actis eſt probatũ, quo caſu non ſuccedit in feudo, qa eſt incapax; ſicut fœmina, vt in c.1.an mutus, vel alias imperfectus in fine, c.1. de milite vaſſallo q arma bellica de poſuit, vbi ratio aſſignatur in textu, eo quia deſijt eſſe miles ſeculi, q factus miles Chriſti, nec beneficium pertinet ad eum, qui nõ debet gerere officiũ, ad idem eſt tex. in c.1. §. qui clericus, ſi de feudo fuerit contro. inter Dom. & agn. & in c.1. in fi. de beneſ. fœm. & vbiq; gl & doct. & licet in clerico primę tõſuræ, ſeu in minoribus non beneficiato, nõ videatur procedere hęc opinio, attamen in clerico beneficiato magis cõmunis opinio eſt, q non ſuccedat, prout hanc eſſe magis cõmunem opinionẽ atteſtatur, Iul. Clar. de feudis quæſt. 78. in fi & nimirum, quia talis clericus beneficiatus parificatur clerico in ſacris, vt latè in terminis probat Ioan. Gallicius inter conſ. feudalia diuerſorũ conſ. 2. ſub nu. 100. verſ & conſequenter ex ordine vbi conſuluit pro Marchione Salutiarũ, q eius frater Ludouicus, q erat clericus in minoribus (ſed beneficiatus) non poterat ſuccedere in feudo, & ideo nõ excludebat fratrem ſecundo genitũ à ſucceſſione feudi, de quo agebatur; & in eodem caſu cum eo cõſuluerũt etiã multi alij præſtantiſſimi doctores, præcipuè Ioan. Baptiſta vincemala, vt per eum in eodem vol. conſ. 1. nu. 121. verſ. quinto igitur principaliter, & Brun. cuius conſilij̃ in illa cauſa non eſt impreſſum, ſed illud habeo manuſcriptũ, & multi alij quos refert idẽ Gallicius d. cõſ. 2. ſub nu. 100. col. 3. circa mediũ verſ. præterea nõnulli alij Doctores, & ideo cũhęc ſit cõmunis opinio nõ eſt circa hoc inſiſtẽdũ, quia à cõmuni nõeſt iudicando diſcedẽdũ l. 1. ff. de off. q. cum alijs conc. ſupra adductis in ſecũdo articulo.

Tantummodo reſtat reſpondere ad nonnulla q̃ per aduocatũ partis adducebantur in voce pro defenſione fratris prętendentis ſuccedere. Adducebat enim, q feudum, de quo agitur, impropriũ, & vt ipſe ait, ruſticũ, ad q etiam fœminæ admittũtur, q patet, q a frater, defunctus feudũ emerata ſœminis, vt in inſtrumentis emptionũ, q ducis, quo caſu ſicut fœmina admittitur, ita clericus, eo quia à pari procedunt in hoc, & ab vno bene arguitur ad alterum, vt ibat tex. in d.c. 1. §. ex hoc & illud deſcendit, de feudo fœminę, & in d c.1. in fine, an mutus vel alias im perfectus, ibi, ſic dicimus in clerico & fœmina, nam ſicut fœmina admittitur, quia poteſt ſeruire per ſubſtitutũ, ita clericus, et in ſpecie, q in feudo loci Viacini admittãtur clerici, etiã beneficiati, probatur, inquit, ex inueſtitura antiqua, q ducta in actis, qua, inter nominatos ibi legitur inueſtit⁹ vn⁹ Canonicus Ypporregienſis, et ipſemet nunc agens fuit alias inueſtitus cum fratre defuncto per Illuſt. Camerã de feudis antiquis domus in diuiſis cũ eodem fratre defuncto, vt patet inueſtitura prælentata in auditorio, licet non producta in actis cauſæ.

Ad hæc reſpõdetur, q conſideratis inueſtituris exhibitis, quarũ tenor præcipuè attendi debet, vt in c.1. vbi Doct. not. de duob. frate a capita. inueſtitis. ciarum eſt, q earum tenore inſpecto, feudũ eſt Nobile, ſimplex, et rectum, nam per dictã primã inueſtiturã nominati in ea, inter quos eſt ille Canonic⁹ omnes inueſtiũtur in nobile, & rectũ feudũ ligiũ antiquũ, auitum, et paternũ, inquantũ enim dicitur nobile, non eſt ergo ruſticum, quia ſunt oppoſita, nam feudũ nobile ſuum nobilitat poſſeſſorẽ, vt tradunt doct. in prę ludijs feudorũ, et in c. 1. §. ceteri verò de feudo Marchię, vnde poſſidentes feuda illa in loco Viãcini appellãtur nobiles de Viancino, vt eſt notoriũ, et ideo verũ non eſt, q ſit ruſticũ vt aduocatus partis appellat, et ſimpliciter inueſtiũtur ipſi nominati; ſeu vt dicitur, informiter, quo caſu cenſentur inueſtiti, p ſe, et filijs, ſeu deſcẽdentibus maſculis vt ait Iul. Clar. de feudis quæſt. 9. verſ. ſed 3d dicendũ, allegat Petrũ de Bellap. et Iaſ. in l. apud Iulianũ §. ſi quis alicui, ff. de l. 1. vbi idẽ Iaſ. atteſtatur de cõmuni et ait Didac. lib. 2. varia reſolut. c. 18. n. 3. in fine, q hoc eſt magis receptum apud eos, qui de feudis tractauerunt. Vnde ſi feudum ex tenore illius inueſtiturę erat rectũ quãtũ ad alios ſimul inueſtitos, quis ſit multi, idem cenſendum eſt quãtũ ad illũ Clericũ, ſeu Canonicũ Yporregienſe, ne vna, et eadem res diuerſo iure cenſeatur. Leũ qui ædes ff. de v̄ſuc. Quòd ſi dicatur, hoc repugnantiam continet, q feudũ ſit rectũ, & clericus admittatur, nã eo ipſo q incapaci cõceditur impropriũ efficitur. Reſpondeo, quod quantum ad illũ Canonicũ in dicta inueſtitura nominatum, et admiſſum ad feudum, intelligi debet cõceſſio ſeu inueſtitura perſonalis; quia in eo nõ poteſt cadere dicta intelligentia, q feudum cenſeatur cõceſſũ pro ſe filijs, et deſcenden
68 tib⁹ maſculis, imo ſi dictũ hoc fuiſſet expreſſè non valeret conceſſio, quemadmodũ dicimus de Presbitero inſtituto herede, et granato reſtituere ſi ſine liberis deceſſerit ex ſuo corpore deſcendentibus, nõ valet fidei cõmiſſum iuxta Bar. in l. hæredibus §. fin. in fine ff. ad Trebell. et per Abb. et alios in c. in preſentia de prob. et ſi de legitimis libris nõ poteſt intelligi, multò min⁹ de naturalibus, ſeu ſpurijs, q a Sacerdos inuitaretur ad forni cãdũ, & tales ad feudũ nõ admittũtur §. naturales, ſi de feudo fuerit cõtr. inter dom & & agn. neceſſariò ergo intelligit, q inueſtitura quãtũ ad eũ fuerit perſonalis, & admiſſio ill li canonici fuit p diſpẽſationẽ, & gratiã, maximè cũ eſſet nouũs, q præceptũ ſit ea patriã de nouo acq ſierat, vt in ipſa inueſtitura cõtinet quo caſu bene portuit ille clericꝰ fieri ea pax feudi p gratiã, & diſpẽſationẽ: ſed quãdo clericus vult venire p ſucceſſionẽ, prout ille clericus tunc nullo modo poteſt, ita tradit Aſſi. poſt Iſer. in c. 1. n. 9. de milite vaſſallo q

arma

arma bellica depoſ. & in c. 1. §. qui clericus in primo notabili verſ. & benè verum, ſi de feudo fuerit contro. inter. dom. & agna. & per cundē, ibi, ſub num. 4. verſ. reſpondeo, quia quando clericus, idem Affli. in c. 1. § ex hoc, & illud, ſub nu. 2. verſ. tene ergo menti de benef. fœm. & ibidem ſub nu. 6. verſ. & ideo, & idem in c. 1. n. 1. & 2. an mutus vel aliàs imperfectus, vbi
69 que concludens, † quòd clericus licet poſſit fieri capax feudi per nouam conceſſionē, nō tamen cēſetur capax feudi per ſucceſſionem, ex quo infertur, quòd propter talem inueſtituram feudum pro portione ad illum ſpectante, non dicitur ſumpſiſſe aut retinuiſſe impropriā naturam, niſi durante vitaillius clerici tantùm, eo autem mortuo feudū pro illa portione fuiſſe rquerſum ad ſuam propriam naturam, prout erat in perſona aliorum inueſtitorum ſecularium in eadem inueſtitura nominatorum, nam quælibet rēs de facili reuertitur ad naturam ſuam, l. ſi vnus. §. pactus. ne peteret, ff. de pactis. vbi Doctor. not. & 25. diſtinct. c. ab exordio, maximè tranſeundo poſtea ad alienas familias, prout ſunt fratres iſti de Bazanis, qui nō ſunt de familia nominatorum in illa inueſtitura, quò fit, vt propter illam portiunculam ad illum canonicum ſpectantem totum feudum iudicari non debet eſſe hodie eius naturæ, vt ad clericos tranſire poſſit, & ſic improprium cōtra tenorem inueſtituram, ſecundū quas eſt rectum, nobile ligium, antiquum, auitum, & paternum, vt ex earum lectura apparet.

Nec obſtat, quòd frater nunc agens fuerit etiam ipſe inueſtitus cum fratre defuncto, quia reſpondetur, quòd vbi de inueſtitura legitimè conſtare poſſit, prout adhuc non conſtat. non fuit in ea expreſſum, quòd eſſet clericus beneficiatus, vnde quatenus tempore dictæ inueſtituræ haberet has qualitates, eas non exprimēdo, inueſtitura cenſetur obreptitia, & ſic nulla: ignorabatur etenim, quòd eſſet talis, & ſi eas qualitates expreſſiſſet non fuiſſet ad feudū no
70 bile ligium, & rectum admiſſus. † Si autem fuit ex poſt effectus clericus, & beneficium obtinuit, per aſſumptionē clericatus, & beneficij, cenſetur feudum amiſſum d. c. 1. §. qui clericus efficitur, ſi de feudo fuerit contro. inter. dom. & agna. & in d. c. 1. de milite vaſſal. qui ar bel. depoſ. & d. c. 1. de feudo fœminæ. & hanc eſſe veriorem opinionē dicit Iul. Clar. de feudis d. quæſt. 78. verſ. de clerico autem, adeo, quòd licet hodie beneficium dimitteret, & ad ſeculū rediret, non tamen feudum recuperaret, vt eſt tex. in d. c. 1. in fin. de feudo. fœmin. vbi Docto. notant, & per glo. & Doct. in d. c. 1. de vaſſalo mil. qui arma bel. depoſ.

Non etiam obſtat, quòd feudum nouū fuerit acquiſitum per fratrem defunctum à fœminis, quia reſpōdetur, q trāſeundo ad emptorē fuit in ipſo factū nouū feudum, prout ſpecificè fuit defunctus inueſtitus in feudum nouū, vt in inueſtitura eius legitur, quo ſtante mutauit naturam, vt non amplius fœmineum iudicari debeat. q patet, quia acquirens fuit inueſtitus pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus, q intelligitur, ideſt filijs maſculis d. c. 1. §. & ſi clientulus, vbi omnes notant de alien. feudi, & ad tale feudum non admittuntur fœminæ, nec extranei, etiamſi verbo hæredibus, eſſent addita verba, & ſucceſſoribus quibuſcunque, propter de-
71 cretū, vt diximus ſup. † quinimo circūſcripto decreto, clericus ad tale feudū conceſſū ſub dicta forma, nō admitteretur, vt tenet Cur. de feudis, in 3. par. q. 10. col. fi. allegat Barba. in rubr. extra de feudis, & Felin. in d. c. in præſentia de proba. col. 22. in quarta, & vlt. fallentia, Et vbi feudum de quo agitur per fratrē acquiſitū trāſitum feciſſet ad emptorem cum primæua ſua natura, & qualitate nempè, q eſſet adhuc fœmineum, prout erat apud venditrices, quod ta
72 men verum non eſt, vel etiam dato, † q frater defunctus ſpecificè fuiſſet inueſtitus pro ſe, hæredibus maſculis, & fœminis iuxta c. 1. de eo q ſibi & hæredib. ſuis maſ & fem. attamen non ex hoc ſequeretur, quòd omnes fœminæ etiā extraneæ admitti ad illud poſſent, ſed deſcendentes tantum, & ratio eſt in promptu, quia frater defunctus feudum recepit & ſtipulatus eſt pro ſe filijs, & deſcendentibus, non autem pro collateralibus, ſeu extraneis d. c. 1. § & ſi clientulus, & c. 1. §. fin. vbi Mart. Laud. notat circa finem ſi de feudo fuerit cōtro. int. dom. & agna. Imò etiam ſi ipſi ambo fratres feudum nouū recepiſſent pro ſe & eorum hæredibus maſculis, & fœminis, vno eorum decedente ſine deſcendentibus maſculis, vel fœminis ſuperſtite fratre vel filijs eiuſdē, frater ſuperſtes, nec eius filij, ſeu filiæ non ſuccederent in portione fratris defuncti, ſed feudum ad dominum pertineret. c. 1. §. fin autem vnus ex fratribus, de ijs qui feud. dare poſ. & c. 1. de fratrib. de nouo benef. inueſtiti. nam vnuſquiſque ſibi tantum, & hæredibus hoc eſt deſcendentib. ſuis proſpexiſſe cenſetur, vt dicit tex. in c. de duob. fratrib. à capita. inueſti quod eſt dictū. l. pactum ff. de probatio. vnde ipſis deſcendentibus tantum dicitur ius queſitum ex inueſtitura in feudo nouo, non autē tranſuerſalibus, quia ipſi in feudo nouo non veniunt, niſi nominatim dictum ſit q ſuccedant d. § ſin autem, de ijs qui feudum dare poſſ. & d. c. 1. de fratr. de nouo benef. inueſti. & hæc eſt ratio, cur frater, & alij tranſuerſales non ſuccedunt in feudo nouo fratri, aut alij trā ſuerſali, vnde non procedit argumentum ab æquiparatis in caſu noſtro de fœmina ad clericum tranſuerſalem, quia licet admitteretur fœmina deſcendens, non tamen admitteretur clericus tranſuerſalis, dato quòd feudum eſſet fœmineū. prout non; diuerſa etenim eſt ratio, q a fœmina deſcēdens eſt vocata p inueſtitu
73 rā, & ſtipulationē inueſtiti, trāſuerſalis aūt nō.

Quare concluditur eſſe declarandum, feudum non modo nouum, ſed etiam antiquum, quòd defunctus reliquit, deuolutum, & conſolidatū vtile dominiū cum directo, & ideò eſſe condemnandum fratrē ad dimittēdum, & relaxandum feudum cum fructibus à die mortis
73 fratris defuncti, q cū deceſſerit † ante calēdas Martias, fructus eius anni ad dominū pūnēt, nō verò ad hęredē vaſſali, vt eſt tex. in c. 1. §. his

conſequenter, hic finitur lex deinde conſuetud. regni in eip. vbi omnes ſentientes notant, imò cum feudum fuerit amiſſum ipſo iure per obligationem ſeu alienationem factam in mulierem cum traditione, nō præcedente aut ſaltem interueniente conſenſu domini, iuxta formam decreti iuris communis feudorum, nec requiratur hoc caſu aliqua ſententia declaratoria quantum ad vaſſallum alienantē, vt probauimus ſuprà, ideò omnes fructus feudi percepti per vaſſallum dum viueret à die contractus alienationis ſeu obligationis ſunt domini, ita tradunt Doctores in c. 1. §. eallidis de prohib. feud. alien. per Federic vbi inter alios Prepoſ. col. 2. verſ. ex prædictis habetis inferre, & Aluaro. etiam col. 2. verſ. ex prædictis ego poſſum inferre, & id ſine dubio procedit in caſu iſto, vbi alienatio etiam fuit facta in fraudem domini, vt diximus ſupra, ex nota. per glo. & Docto. in d. cap. 1. per quos fiat inueſtitura, & ita iuris eſſe cenſeo ſub correctione.

Antonius Bagnaſacus.

SVMMARIVM.

1 *STatutum Vercellarum permittens alienationem feudi pro dotibus quibuſcunque, deficientibus aliis talibus; de quibus feudis intelligatur.*
2 *Ciuitas Vercellarum olim habebat iuriſdictionem, & regalia Imperij.*
3 *Ciuitas Aſtenſis olim etiam habebat omnimodam iuriſdictionem.*
4 *Statuta inferiorum non ligant ſuperiores deficiente poteſtatis.*
5 *Conſuetudo Prouinciæ, vel Ciuitatis non ligat ſuperiorem, ſeu dominum Prouinciæ, aut Ciuitatis.*
6 *quo militat non ſolùm in domino, ſed etiam in eius familia.*
7 *Princeps quamuis non comprehendatur ſtatuto ſubditorum in odioſis, cenſetur tamen comprehenſus in fauorabilibus.*
8 *Iuriſdictio in alios tantùm non in ſe ipſum poteſt exerceri.*
9 *Conſuetudo non eſt efficax ad inducendum, vt inferior imperet ſuperiori.*
10 *Verba ſtatuti non referuntur ad perſonas, & res non ſuppoſitas.*
11 *Confirmatio nihil addit eſſe, ſed ſolùm corroborat eſſe.*
12 *Princeps non ligatur ſtatuto, & ſi conſentiat, vt illud condatur.*
13 *Princeps confirmans ſtatuta alicuius Ciuitatis, non intelligitur comprehendere ſe ipſum.*
14 *Statum non cenſetur confirmatum à ſuperiore inquātum minuit ius illius.*
15 *Feuda non poſſunt pignorari, nec hypothecari.*
16 *In generali obligatione bonorum non veniunt feuda.*
17 *Feuda prohibentur omnino alienari etiam pro anima.*
18 *Fœmina, & eius deſcendentes ſunt incapaces feudo.*
19 *Succeſſor in feudo non tenetur ad debita defuncti ſi non eſt huius hæres ſimplex.*
20 *Feudum alienatum poteſt agnatus recuperare nullo reſtituto pretio.*
21 *Statum prohibens appellari, non excludit appellationem ad Principem.*
22 *Ingenerali confirmatione ſtatutorū cenſentur confirmata ſtatuta licita, & iuri conformia.*
23 *Confirmatio dat robur actui confirmato, & illud extendit.*
24 *Clauſula ex certa ſcientia non eſt apta ad confirmādum actum ex ſui natura non confirmabilem.*
25 *Clauſula ex certa ſcientia nunquàm operatur in dānum tertij, niſi quando Princeps fuit certificatus de iniuria quæ tertio infertur.*
26 *Clauſula ex certa ſcientia operatur in his quæ ſunt iuris, ſecus autem in his quæ ſunt facti.*
27 *Non dicitur aliquid actum, quando aliquid ſupereſt agendum*
28 *Cauſa cognita non dicitur niſi vocatis ijs quorum intereſt.*
29 *Correctio non inducitur niſi expreſſè.*
30 *Dos infundie in æſtimatis conſtituta, fundis alienatis non datur actio mulieri contra feudum, ſecus ſi in pecunia numerata dos conſiſtat.*
31 *Statuta ſtrictè intelligitur, & interpretatur.*
32 *diſpoſitio loquens de condemnatione, ſeu ſententia, intelligitur ſemper de valida.*
33 *Statutum prohibens ceſſionem, intelligitur de ceſſione valida.*
34 *Statum prohibens opponi contra inſtrumentum, excludit ſemper oppoſitionem nullitatis.*
35 *Vaſſallus pignori feudum ſubijciens cadit à iure ſuo pro parte pignorata.*
36 *Sicut prohibetur alienatio feudi ſine conſenſu Domini, ita feud hypothecatio, & obligatio.*
37 *Per cauſam iuſtam conſtituti transfertur vera poſſeſſio.*
38 *Acceſſorium ſine principali, & cauſa cum ſine ſua cauſa eſſe non poteſt.*
39 *Talem qui ſe dicit probare tenetur.*
40 *Dos confeſſata non eſt proprie dos, ob id non militat diſpoſitio decretide alienandis feudis, pro conſtitutione, & reſtitutione dotis.*
41 *Præpoſitio, per, præpoſita verbo, addit, & auget vim verbi.*
42 *Dotalio, dupliciter, importat conditionem neceſſitatiuam.*
43 *Non creditur referenti niſi conſtet de relato.*
44 *Auth. res quæ. C. com. de leg. militat in dote numerata, & recepta, non verò in confeſſata.*
45 *Statuta interpretantur ſemper ſecundum ius commune.*
46 *Non creditur inſtrumentum ſtare, & ſi ſit relatum in aliquo inſtrumento de quo conſtet, ſtare dicatur.*
47 *Tenor inſtrumenti ſcripti in alio inſtrumēto non facit, vt dicto tenori creatur, niſi conſtet de originali ipſius inſtrumenti, cuius tenor eſt in alio inſtrumento ſcriptus, idq; militat & ſi notarius fateretur vidiſſe inſtrumentum tenoris ſuſum.*
48 *Mulier vna cum viro ſi fatetur recepiſſe pecuniam, præſumitur pro dimidia ad virumque peruenſſe.*
49 *Alienatio rei dotalis ſine cauſa legitima eſt ipſo iure nulla.*
50 *In dubio ſemper pro poſſeſſore pronuntiandum eſt.*
51 *In non ante cerſiorationem qualitas.*

35 Vt

52 *Vt res alienari prohibita possit alienari quæ sunt facienda.*
53 *Actus causæ cognitionis, debet esse separatus, ab actu venditionis.*
54 *In alienationerei prohibitæ requiritur præcedes inter loquitoria, vt subsistat alienatio.*
55 *Licentia iuxta supplicata intelligitur, quatenus præces veritate nitantur.*
56 *Statutum requirens præsentiam consanguineorum, intelligitur de actuali præsentia, non autem per procuratorem.*
57 *Decretum iudicis facit præsumi omnia solemniter gesta, & asserens contrarium tenetur probare.*
58 *Contrarium tenet author.*
59 *Creditur Iudici in interpositione decreti dicti omnia solemnia interuenisse.*
60 *Quod militat inter easdem partes interuenientes, secus in præiudicium non interuenientium.*
61 *Breuitas temporis elidit præsumptionem decreti, dicentis iuris solemnitates interuenisse.*
62 *Decretum Iudicis, falsis allegationibus cœcesum nihil operatur.*
63 *Paria sunt exprimere errorem in sententia, vel apparere ex actis.*
64 *Pro decreto non præsumitur, quando Iudex est ignarus.*
65 *Obreptitium quid dicitur non solùm exprimendo falsum sed etiam tacendo veritatem.*
66 *Subreptio nocet, & si fiat per ignorantiam.*
67 *Dolus per coniecturas etiam probari potest.*
68 *Infrandem dicitur alienare vasallus, qui filios habere non potest.*
69 *Alienatio fraudulenta præsumitur si fiat coniuncta personæ, & de magna quantitate.*
70 *Contractus contra legem innitus perinde est, ac si gestus non esset.*
71 *Vbi nullitas contractus est euidens potest index ex officio, & si nil opponsum sit contractum nullum declarare.*
72 *Mulier potest fundum dotalem nulliter alienatum etiam constante matrimonio recuperare.*
73 *Ex alienationelegitima nullum transferitur dominium.*
74 *Qui lege prohibente mercatur rem, & pretium amittit, quod si fco non parti applicatur.*
75 *Fideiussor in contractu à lege prohibito non obligatur.*
76 *Alienatum non dicitur, nisi transferatur dominium.*

CONS. XXIII.

PRioribus allegationibus ostendimus, istam mulierem agere hypothecaria ad bona feudalia quondam mariti aduersus tertium possessorem pro restitutione dotium, neq; iure communi, neq; decreto Ducali inniti posse, & ideò meritò fuit per sententiam declaratum ipsi ius retentionis non competere super dictis feudis quondam mariti, à qua sententia, cùm supplicauerit, videndum, an in hac secunda instantia aliqua adduxerit, ex quibus sententia reparari debeat, vel aliter iudicari prout prætendit. Producit autem in causa reuisionis, statutum ciuitatis Vercellarum sub rubrica, quòd mulieres pro earum dotibus possint consequi ius suum super bonis feudalibus à quibiscunq; personis, quo maximè innititur, & ex eo putat reformandam esse sententiam, sed nec illud eandem mulierem iuuat, vt ex eo obtinere possit,
1 & reformari debeat sententia. † Nam licet dictum statutum expresse disponat de bonis feudalibus, volens quòd illa, nõ sufficientibus bonis feudalibus, intelligantur obligata creditoribus, & creditricibus ex quacunq; causa, & quocunq; titulo, & deficientibus bonis nõ feudalibus possint dicta bona feudalia capi insolutum per creditores, & creditrices, & peti, ac vendicari à quocunq; possessore hæredè, vel non hærede, vel alio simplici detentore, vt in ipso statuto continetur; nihilominus dictum statutum loquitur, & intelligitur de feudis, quæ tenentur, aut tenebantur olim immediate ab ipsa ciuitate per ciues, aut alios eius vassallos,
2 quos olim habebat ciuitas, † prout etiam habebat olim iurisdictionem, imperium, & regalia, vt probatur in tit. de pace Constantiæ, vbi ipsa ciuitas Vercellarum est nominata vna de ciuitatibus comprehensis in illa pace inhita p Imperatorem cum ciuitatibus Lombardiæ ibi nominatis, quibus idem Imperator cõfirmat iurisdictionem, & Imperium, vt ibi habetur in §. 1. iuncto. §. nomina verò ciuitatum, & quòd hæc ciuitas haberet olim iurisdictionem, probatur etiã in c. licet ex suscepto, de foro cõpe vbi Papa, vt in eius supracriptione apparet, loquitur communi, & consulib. Vercellen. dũ ait, dummodo consules, & cõmune de se conquerentibus in iudicio seculari exhibeant iustitiæ complementum, et ibi, qui sub eisdem consulib. taliter duxerint contendendum: patet etiam ex volumine statutorum antiquorũ ipsius ciuitatis producto, in quo multa continentur enocernentia iurisdictionẽ quãm ha-
3 bebat ciuitas, † et idem erat olim de ciuitate Astensi pariter comprehensa, et nominata in dicta pace Constantiæ. Nam et ipsa habebat iurisdictionem, merum et mixtum imperium, necnon vassallos tenentes bona in feudum ab ea, vt est notorium Illust. Cameræ, et hodie cõmune Cherij habet vassallos tenẽtes ab eo feuda et iurantes fidelitatem, prout et ciuitas Taurini, sic ergo ipsa ciuitas Vercellarum tempore statuti habens vassallos tenentes feuda, condidit prædictum statutum, disponendo de feudis, et vassallis suis tanquam ipsis statuentibus, et eorum iurisdictioni subiectis, ad tradita per Bar. et alios in l. omnes populi. ff. de iust. et iure, et per canonistas in c. 1. de constitu. vbi inter alios Anchar. in 9. quæst. princip. et alibi sæpe Doctores, in re enim sua quilibet est moderator, et arbiter vulga. l. in re mãdata. C. mãdat. cum similib. At bona, de quibus agitur, nõ constat fuisse vnquam, ne moueri ab ipsa ciuitate, sed ea semper et ab antiquissimis temporibus fuerunt Principis, et de eius directo dominio, vt patet ex inquisituris, et recognitionibus in actis productis, imo ex iurib. productis appa-

apparet locum Viancini, & nobiles tenentes ibi feuda veniſſe ad ſubiectionem, & obedientiam excelſæ domus Sabaudiæ, & iuraſſe fidelitatem Ducibus Sabaudię longè ante quàm ciuitas Vercell. ſubijceretur, & licet locus Viãcini hodie ſit, & dicatur de diſtrictu ipſius ciuitatis, attamen illud fuit per conceſſionem, & priuilegiũ Principis, cõceſſum de anno 1472. longè poſt quam locus Viancini, & nobiles veniſſent ad ſubiectionem, & obedientiam, & ſubmiſſio, ac vnio dicti loci Viancini ad ciuitatem eſt tantũ quoad certa, vt in priuilegio continetur, non verò quantum ad bona feudalia & vaſſallos, quia ſemper & ante & poſt dictã conceſſionem, & priuilegium vnionis loci & villæ ad ipſam ciuitatem bona feudalia in ipſo territorio exiſtentia, fuerunt Principis immediatè, & ab ipſo recognita, vt patet ex inueſtituris, & recognitionibus productis; Vnde ſtatutum prædictum non comprehendit bona feudalia, quæ ſunt & fuerunt Principis ſuperioris domini, & ab eo recognoſcuntur; quandoquidem vera eſt & communis concluſio, † quòd
4 ſtatuta inferiorum non ligant, nec cõprædendunt ſuperiores, quia cùm ſtatuere ſit iuriſdictionis, vt tradunt Doct. in d.l. omnes populi, & in d.c. 1. de conſtitu. & in l. 1. ff. quod quiſq; iur. & in l. imperium. ff. de iuriſd. om. iud. non poſſunt ſtatuentes exercere iuriſdictio nem in ſuperiorem. l. 3. §. fi. & l. ſequenti. ff. de arbitris. l. 3. ff. de aliena. iud. mutan. cau. facta c. inferior de maior & obed. cum ſimilibus, & tradit Bar. in d.l. omnes populi in 1. quæſtio. 3. quæſtio. princip. verſ. iuxta prædicta quæro, & Anchar. in d.c. 1. in 12 quæſtio. 1. de conſtitu. ideo ex defectu iuriſdictionis dictum ſtatutum non poteſt comprædẽdere nec ligare Principem ſuperiorem dominum, ita conſulendo determinat Cardinal. Florent. conſ. 2. vbi reſpondit, ꝙ Dux Ferrariæ etiam de honeſtate non ligatur ſtatuto ciuitatis Ferrariæ de quo ibi, etiam poſito quod Duces Ferrariæ ſint ciues ipſius ciuitatis, quia non eo minus ſunt ſuperiores, inquit, & dignitas quoad omnia facit eos ſuperiores, & ideo non ligantur ſtatutis ipſius ciuitatis, & illud conſilium Cardinalis vti notabile referunt, & ſequuntur omnes Doct. præcipue Felin. in d.c. 1. nu. 30 verſ. quarta declaratio, de conſtitu. Rochus de Curte in c. fin in 9.
5 quæſtio. principali de conſuetud. † vbi idẽ eſſe dicit de conſuetudine ciuitatis, vel Prouinciæ, quòd illa non ligat dominum ſuperiorẽ, & hos, ac alios refert, & ſequitur Tiraquel. de retractatu §. 1. glo. 13. num. 38. vbi propterea ait, ſtatutum ſeu conſuetudinem Regni Franciæ de retractu, ſeu iure retrahendi rem alienatam non ligare ipſum Regem, & ideo per arreſtum curiæ Parlamenti fuiſſe determinatum, quòd empto per regem Comitatu Guiẽnarum, & conſanguinei venditoris vi dicti ſtatuti, ſeu conſuetudinis non habuerunt ius retrahẽdi à Rege emptore dictum Comitatum, eundem Cardinalem refert quoq; & ſequitur Brunus in tracta. de ſtatut. excluden. fœminas à ſucceſſio. in 6. articulo principali in primo membro quæſtio. 7. in princ. & in conſil. 139.
6 col. 2. verſ. quod fortificatur, vbi ſuſtinet, † ꝙ nec etiam illi de familia dominorum ligantur ſtatutis ſubiectorum & conſ. 183. col. 3. verſic. ſecundo mouetur, vbi loquitur in terminis de bonis feudalib Principis in loco, quòd illa nõ comprehendantur in ſtatuto ſubiectorum, vti
7 ſtatuentibus non ſubiecta, refert etiam, & † ſequitur Natta conſ 44. vbi notabiliter ſcribit, ꝙ dominus & ſuperior non ligatur ſtatuto populi in præceptiuis, prohibitiuis, & odioſis, ſed benè comprædenditur in fauorabilibus inquit, non quòd propriè tũc dicatur ligari ſuperior, nec arctari ſtatuto inferioris fauorabili, ſed qa dicitur magis ei proſpici, & conſuli, allegat l. Titio centum in princ. ff. de cond. & demonſt. prædictis accedit etiam Gozadin. conſ. 76 nu. 12. dicens, ſtatuta quantumcunq; generalè non comprædendere perſonas, quæ non ſunt de iuriſdictione ſtatuentium, allegat Bal. Barb. Socin. & multa iura in locis ibi relatis, quò fit, vt hæc ſit vera & communis concluſio, proba ta ratione, & authoritate, & addo ꝙ ſicut Princeps non ligatur lege ſua, vt latè probauimus in prioribus allegationibus in ſecundo articulo, & ex ibi adductis oſtendimus hanc eſſe cõmunem opinionem, & id ea ratione, quia, cũ legem condere ſit iuriſdictionis, vt diximus ſu-
8 pra, † nemo in ſeipſum exercet iuriſdictionem, ſed in alios quia nemo ſibi imperat. l. prætor. ff. de tuto. & curato. datis ab his. l. pen. ff. de arbit & probatumus in dictis prioribus allegationibus, ita multominus poterit ſuperior ligari lege, ſeu ſtatuto inferioris ſui ſubditi, quia abſurdum eſſet, & inconueniens, imo fieri nõ poteſt, quod inferior iuriſdictionem exerceat in ſuperiorem, etiam volentẽ d. l. 3. & l. ſeq. ff. de
9 arbitr. cum alijs relatis ſupra, † imo conſuetudine hoc induci non poteſt, quod inferior iuriſdictionem exerceat in ſuperiorem, vt ait Achidiac. in c. inferior 21. diſtin. quem refert Lucas de Penna in l. 1. col. 5. verſic. ſequitur ergo. C. de exactor. & executor. lib. 12. & eſt tex. in c. 2. de conſuetud. in 6 vbi Doct. not. & in c. Romana de appell. eo. lib.

Sed aduerſus prædictam concluſionẽ, quæ vera eſt & communis, aduocati mulieris inſurgunt, quòd dicta concluſio non procedat in caſu iſto ſtantibus confirmationibus Principis factis ciuitati de quibus in actis, quo caſu affirmant dictum ſtatutum comprædendere etiam Principem confirmantem, & cius feuda, quæ propterea veniũt & ipſa in obligatione bonorum, & capi poſſunt inſolutum per creditores, & creditrices, vt in ſtatuto continetur, & ſuper hoc ſit magnum fundamentum, quod tamen debile eſt, & facilè tollitur.

Nam reſpondetur præmittendo imprimis, quæ tradit Nata d. conſ 44. ſub nu 1. quod nõ eſt de intentione ſtatuentium per ſuam conſtitutionem ligare ſuperiorem eorum dominũ, †
10 quoniam verba ſtatuentium non referuntur ad perſonam, & res non ſuppoſitas. ſ. ſciendũ inſtit. de hæred. qual. & differ. l. 1. C. de ſum. trinit. eſt enim impoſſibile non ſubiectos com-

præ-

prehendi statuto, & volũtas ad impossibilia non extendi præsumitur, secundum Bal. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber. Abb. in c. à nobis col. pen. de sent. excom. & ad prædicta bene facit tex. secundum Natam in §. plebiscitum instit. de iure nat. gen. & ciuili, vbi habetur, q̃ plebiscita olim non arctabant patritios tanquam digniores, hoc stante, q̃ Princeps superior no cõpræhendatur in condẽdo statutum ex defectu voluntatis & potestatis statuentium, ergo nec etiam dicetur comprehẽdi, seu seipsum
11 includere confirmando, † quia confirmatio nouum ius non addit confirmato, sed quod est, firmat, & corroborat, ita notabiliter Bal. tradit inl. aduersus ih fine. C. si aduersꝰ rem iud. per tex. inl. Aurelius. §. testamento. ff. de liber. legata, idem Bal. in l. nominationes in fine. C. de appella. quem refert idem Natta cons. 193. nu. 4. addo eundem Baldum in tracta. de statutis in verbo apostoli vers. quid autem si iste constitutiones, vbi ait, q̃ de natura confirmati onis est robur addere cõfirmato, nõ aurem ipsum extendere ad id, quod in eo non includebatur, arg. d. l. Aurelius. §. testamento, & ait, se tunc ita consuluisse, & Bal. refert Decius in rubr. de confirma. vtili vel inutili col. 1. idem Bal. in c. 1. in principio, per, quos fiat inuestitura, & ibi omnes alij. Alex. cõs. 122. col. pen. vers. nam natura confirmationis lib. 4. & in eodem casu Barbatia ibi inter consilia ipsius Alexandri cons. 123. col. 8. vers. non in plus se extendit confirmatio, plures alios referunt ad hoc moderni scribentes in consuetudin. Parisien. §. 5. nu. 70. dicentes, q̃ natura confirmationis siue in forma communi, siue ex certa scientia, non est de nouo disponere, nec nouum ius dare, sed antiquum, & præexistens approbare, & semper præsupponit aliquid prius inesse, q̃ confirmetur, vnde vtriq; confirmationi propriè conuenit, q̃ qui confirmat nihil dat. l. si donatæ in fi. ff. de dona. inter vir. & vxorem. A ret. consil. 62. col. fin. vers. quoniam confirmatio vbi ait, q̃ confirmatio nihil plus complectitur quam confirmatum & vltra non extenditur, & traditur pro regula, quod confirmatio non egreditur terminos confirmati, vt habetur in l. more. ff. de iurisd. om. iud. vbi omnes Doct. notãt & inter alios Riminal. col. 7. vers. & propterea, vbi refert Baldũ in d. l. aduersus, cuius verba dicit esse notabilia, si itaq; Princeps confirmando comprehenderet seipsum, certè cõfirmatio adderet nouum ius confirmato, & vltra extenderet, quàm in confirmato includebatur, contra regulam prædictam, hoc etiaim in terminis comprobatur authoritate Doct. nam ita tenent Rochus de Curte, & Tiraquel. in locis supra re-
12 latis dicentes, † quod Princeps statuto, seu cõstitutione, aut consuetudine subditorum nõ ligatur, etiamsi ad talem cõsuetudinem inducendam, siue condendum statutum eius cõsensus interuenisset, Gozadin. cons. 76. n. 13. vbi ait, quod & si statutum inferioris dicitur confirmatum à Principe, non tamen dicitur facta confirmatio, vt persona Principis cõprehẽdatur, q̃a cõfirmatio non extendit, inquit, confirmatum, sed solum ei dat robur, vt declarat secũdum eum Corneus cons. 60. vol. 3. sed statutum, inquit, de se non extenditur ad Principem, ergo nec per confirmationem potest extendi, & addit, ac confirmat per aliam rationem, quia in quacunq; generali confirmatione semper persona confirmantis intelligitur excepta. l. inquisitio vbi Bal. C. de solutio. cum aliis cõcordan. ib i adductis & diximus in prioribus allegationib. ita voluit etiam Bal.

magis expressè in cap. venientes col. 2. vers. sed quid si Princeps confirmauit de
13 iureiur. † vbi ait, quod si Princeps cõfirmauit generaliter omnia statuta Tudertinorum, non intelligitur comprehendere sei psum, & confirmare contra se, alleegat. ff. de re iud. l. 1. & ff. de pecul. legato. l. si pecuniæ §. 1. idem sentit ipse Bal. in l. omnes populi col. 4. in fine, vel sequen. in princip. ff. de iust. & iure, & eum refert, & sequitur. Riminal. in d. l. more col. 7. vers. item teneatis menti. ff. de iurisd. om. iudi. & Ioan. Baptista à San. Seuerino in d. l. omnes po-
14 puli col. 6. in fine vers. † similiter per generalem confirmationem, vbi etiam notabiliter ait, quod per generalẽ cõfirmationem Principis de omnibus statutis, non videtur confirmatum statutum, quod tenderet ad diminutionem iuris superioris confirmantis, & dicit esse de mente Baldi ibi arg l. creditor §. Lucius, & sequenti ff. mandati, prædictos Baldum & Baptistam à San. Seuerino refert, & sequitur Felin. in c. 2 nu. 48. in verbo, leges insertæ de rescriptis, vbi multis comprobat, referens ipsum à San. Seuerino consuluisse, confirmationem statutorum certi castri debere intelligi si nedamno populi confirmantis: At in casu nostro negari non potest quin confirmatio hæc tendat ad graue damnũ, & præiudicium ipsius Principis cõfirmantis, & ad diminutionem iuris ipsius, seu eius patrimonij, si per eius confirmationem comprehenderetur ipse, & eius feuda, imo non solum ipsius graue damnum & præiudicium contineret huiusmodi confirmatio, verum etiam vassallorum illius prouinciæ, quibus credibile non est Principem voluisse præindicare in feudis, ea alterando & reddendo impropria, & alienabilia, cùm ferè omnia feuda illius patriæ sint propria, & inalienabilia. Et vt probetur degraui damno, ac præiudicio Principis & vassallorum, operæ pretium est discurrere tenorem statuti, & ostendere, quàm sit exorbitans, odiosum, imo iniquũ in primis enim est exorbitans, in quantum
15 de iure communi feuda non possunt pignori dari seu hipotheçe fublici, vt in c. imperialem de prohib. feudi alien. per Federi.

vbi

vbi glo. & Doct. & diximus in priorib. allegationib. per huiusmodi statutum dispontur, quod possint obligari & hipothecari, imò quod plus est, disponit quod etiamsi non interuenerit expressa obligatio seu hipotheca, tacitè tamen censeatur feudum obligatum, & veniat in generali obligatione bonorum, contra. §. in generali, & ibi nota. tata, si de feudo fuerit contro. inter dom. & agnatos, & est communis conclusio
16 Doct. † quod in generali obligatione bonorum non veniunt feuda, ita tenet Specul in tit. de pignorib. § 1. col fin. circa fi. Bal. in d.c imperialem, col. 1. in fi. Roman. in l. si constante nu. 3 a ff. solu. mat. & ibi Alex. nu. 35. ff. solu. ma. vbi loquuntur in terminis hipothecæ, seu obligationis generalis bonorum pro dote, & reprehenditur Bartol um aliter sentientem ibi in d. l. si constante in 3. quæstio. tertiæ quæst. princip. quem etiam reprobat Socin. conf. 19. incip. pro decisione col. 4. vers. & per hoc clarè reprobatur Bart. lib. 1. & hos cum multis aliis retulimus in eisdē prioribus allegationibus in tertia carta vers. quod verò attinet ad tacitam hipothecam, vbi probauimus, hanc esse veram, & communem conclusionem, q̄ in generali obligatione bonorum pro dote non veniūt feuda, & eis addo Alex. conf. 2. in princ. lib. 4. vbi multos refert, exorbitat etiam dictum statutum magnopere in eo, q̄ non solum vult bona feudalia venire sub obligatione bonorum pro dote, sed etiam pro quocunq; alio debito, & quacunque causa, & talia bona possint per creditores, & creditrices insolutum capi, non solum pro dotibus, sed ex quacunq; alia causa, seu
17 titulo, vt dicit ibi littera † cum tamen feuda sint alienari prohibita, non solum pro dote, sed nec pro anima, vt in §. donate qual. olim feud! pot. alien. ibi, aut iudicare pro anima, aut in dotem pro filia dare, & in d.c. Imperialem, ibi, vel quocunque modo distrahere, seu alienare, vel pro anima iudicare, quibus iuribus omnino contrariatur & derogat dictum statutum, dum dicit ex quacunq; causa, & quocunque titulo: & quod magis est, vult posse transferri etiam in
18 fœminas, † quæ tamen sunt feudi incapaces ipse & filij ac descendentes ab eis, vt in §. hoc autem no tandum, qui feud dare poss. & de succes. feudi §. filia verò, & de succes. fratr. & grad. succeden. in feudo § ad filias, cum vbiq; nota, per glo. & Doct. & hoc procedere vult statutum in quocunque feudo, cuiuscunq; conditionis existat, dum dicit, & hoc intelligatur de quocunq; feudo, & ibi, dum dicit, possessiones feudorū cuiuscunq; cōditionis existant, & sic etiamsi essent feuda dignitatum, quæ magis alienari, imò & diuidi prohibentur, vt in §. præterea Ducatus de prohib. feudi aliena. per Feder. possent tamen per mulieres creditrices capi insolutum, & per quoscumque creditores, ecce quàm exorbitans est huiusmodi statutum. Enimuero non adeo sunt exorbitantia decreta Ducalia quæ licet disponant, quòd pro dotibus constituendis, & restituendis, ac aliis debitis necessarijs possint alienari feuda, & in hac parte sint contraria iuri communi fuedorū, attamen dispositio & facultas alienandi restringitur ad debita necessaria tantùm, sed statutum, de quo agitur, dicit, ex quacunq; causa, & quocunq; titulo, & sic etiam pro quolibet debito voluntario, ex quacunq; causa cōtracto. Præterea decreta Ducalia non concedunt mulieribus tacitam hipothecam bonorum feudaliū, nec volunt ea venire sub obligatione generali omniū bonorum pro dotibus, vt probauimus in prioribus allegationib⁹ in primo articulo c. 9. hoc autē statutū concedit hipothecam etiam tacitam. Illa nec etiam admittūnt, quod feudum detur, seu capi possit insolutum per mulieres pro dotibus, prout statutū de quo agitur, quinimo ipsa decreta expresè id prohibent, nebona feudalia ad ipsas mulieres perueniant dum disponunt, q̄ illa alienentur, personis tamen ad id capacibus, & sic non q̄ bona de beant dari aut capi insolutum, sed alienentur, & de pecunia persoluātur dotes, & alia debita necessaria: quò fit, vt longè minus sint exorbitantia decreta Ducalia, & per ea minus ledatur ius commune feudorum, & prēiudicatur Principi & vassallis quàm per statutum de quo agitur, cū per illud feuda reducantur ad instar allodialiū ad maximū damnū Principis, & vassallorū, sed vltra p̄dicta etiā in multis aliis exorbitat, præcipuè in quantum vult feudum obligatum seu hipothecatum posse peti, & vendicari per creditores & creditrices à quocunq; possessore hærede, vel non hærede, vel alio simplici detentore, inquit littera, & sic priuat agnatos, & successores iure suo in feudo, etiamsi non sint hæredes vassalli
19 defuncti, † qui tamen non tenentur de feudo soluere debita vassalli defuncti, nisi sint hæredes simpliciter, secus si cum beneficio, legis & inuentarij iuxta tradita per Doct. in c. 1. an agna. vel filius, & aliis in locis item non vult statutum, quod agnati & successores audiantur in eo quod dicant bona esse feudalia, sed quod eis denegetur audientia non obstāte quacunq; lege, canone vel consuetudine, & sic tollit agnatis & succes-
20 soribus ius & defensionē, † sed magis etiam eorum iuri derogat, inquantum agnatis, non hæredib. de iure communi feudorum competit facultas redimendi & auocandi feudum alienatum, etiam nullo restituto pretio ex condictione §. Titius filios si de feudo fuer. controuer. inter dom. & agnatos, statutum autem hoc mandat, quod volentibus parentibus paternis id est agnatis, possint redimere feudum ab eo, cui datum fuerit insolutum, soluendo

tamen

tamen pretium, pro quo datum fuerit insolutum Præiuditiū ēt non modicum domino directo foret inquantum per ipsum statutum teneatur, vel accipere tertiam partem feudi dati insolutum, vel habere hæclitatem a creditore, qui feudum capiat in solutum. Nam si malit capere tertiam partem feudi, amittet alias duas partes & pro ipsis duabus partibus bona remanebunt libera, & allodialia apud creditorem, qui pro eis non tenebitur ad aliquam fidelitatem, quia extinctum est feudum. Si verò princeps malit fidelitatem recipere a creditore vel creditrice cogitur habere vassallum, quē non vult inhabilem, & inutilem, & sic nō minuetur feudū & ipsum seruitū feudi amitetur, vel ipsum feudum, ad damnum principis, & reipublicæ, contra text. in d.c. 1. de prohibita feudi alien. per Federic. ibi dum ait, vnde debitā seruitia amittebant, & honor imperij, & nostræ felicis expeditionis complementum minuebatur, & de prohib. feudi alienat. per Lothar. c. 1 ibi, ac omnib. exactionibus suorum seniorū seruitia subterfugere, per quod vires imperij maximè attenuatas cognouim', & vbique glos. & Docto. notant. Demum vult hoc statutum quod a tententijs ferendis super ibi dispositis non possit appellari, nisi ad dominum potestatem Verecllarum tantum, vel eius vicarium, & non ad aliquam aliā personam sub pœna cuilibet cōtrarium faciēti librarum 25. istud enim esset detrahere superioritati principis, quia si verum esset, q̄ per confirmationem ipse Princeps in statuto comprehenderetur, & eo ligaretur, non posset ad eum, aut eius supremos magistratus
21 appellari, †vbi aliàs posset, etiam stante tali statuto, quia in omni dispositione censetur semper reseruata superioris authoritas, vt in terminis appellationis ad superiorem est tex. in c. venientes extra de iureiur. vbi gl. & doct. notant., & inter alios Bald. ibi expresse formar quæstionem in terminis statuti, vt per eum ibi colum. 2. versic. sed quid si statutum, vbi quærit, quod si statutum dicit, quod non possit appellari nisi infra eandem diem, dicit Baldus, quod tale statutum intelligitur nisi appelletur ad principem, quia ius comune, quod ad supremam potestatem pertinet semper videtur exceptum, vt ibi, & nota. in c. ad nostram eod tit. & ideo potent nihilominus ad principem appellari infra 10. dies, & ibidem versic. sed pone, formar aliam quæstionem, quid si Tudertini faciunt statutum, quod quicunque appellauerit ad aliam curiam, quàm ad curiam Tudertinam, & succubent soluat mille communi Tuderti, respondet, quod istud statutum non valet, quin ad Papam possit appellari impunè, & in terminis consuluit Imola consi. 45. col. 1. Ex prædictis ergo satis patet, quod statutum hoc est omnimodo contra ius, damnosum valde, & præiudiciale Principi, & eius vassallis, eorum ius tolens, & minuens, & consequenter
22 iniustum & iniquum †at in generali confirmatione statutorum, seu priuilegiorum facta

à principe, non veniunt nec confirmata censentur statuta, seu priuilegia iniusta, & quæ sunt contra ius sed tantum licita, & iuri conformia, ita Bar. ait in l. 1. ff. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. arg. l. 1 §. 1. ff. de ijs, quæ in testam. delen. & est casus secundum eum extra de iureiur. c. 1. lib. 6. facit etiam rex in c. 1. per quos fiet inuestitura, ibi, de iusta tantum facta intelligitur, vbi inter alios Bal. col. 2. notat arg. ad generaralem cōfirmationem priuilegiorum seu statutorū, qa nō intelliguntur confirmata inquit, nisi priuilegia, seu statuta iusta hocnot. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris in l. 1. imò verò contraria non intelligūtur confirmata, inquit, sed obreptitiè impetrata vt nota. in l. si qua loca C. de fund. & sal. rei domi. lib. 11. & extra de decimis. c. dudū & ibi per Inno. idē post eundem Baldum notat etiam Aluaro. ibi in d.c. 1. col. 2. vers. & ex prædictis inferat secundum Baldum, & Afflictus ibidem etiam col. 2. vers. & ad prædicta facit, q̄ dicit hic Bal. & col. 3. vers. item scias, vbi ait, quod per generalem & simplicem confirmationem non intelliguntur confirmata, quæ sunt iuri contraria, etiamsi ex verbis cōfirmationis aliter appareret, inquit, allegat vltra iura ad ducta p Bal. textum secundum eum, ad propositum, in c. ad nostram de confir. vtili, vel inutili, prædictos Bartol. & Bal. & plures alios ad hoc refert & sequitur Lafon. consi. 122. colu. 3. vers. non obstat etiam quòd statuta Sarzanensium fuerint confirmata, lib. 4 plures possem addere, sed non expedit, quia hæc est vera, & communis cōclusio. Vnde tale statutum vti damnosum; & præiudiciale tollens ius tertij, maximè vassallorum sicut Princeps in specie nō confirmasset, si de eo notitiam habuisset, imò non valeret impetratio confirmationis. arg. hanc damnosa l. rescripta. C. de precib. Imperat. offeren. & l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. publ. cum vbique nota per glo. & Docto. ita & multo minus censetur illud voluisse comprehendere in confirmatione genarali; nam vt inquit Corneus consi. 9 incip artentis col. 2. vers. & generalis confirmatio lib. 3. generalis confirmatio non trahitur ad ea, quæ verisimiliter in specie Princeps non confirmasset, vt in regula in generali de reg. iur. in 6. cum cōcordan. aliàs si huiusmodi statutum censeretur confirmatum per generalem confirmationem, eodem modo venirent in eadem generali confirmatione multa alia statuta in eodem volumine contenta concernentia iura regalia, veluti cudendi monetam, creandi notarios, & alia, quod non est dicendum, quia in ea ciuitate, & alijs nemo exercet iura regalia, nisi Princeps, vt in actis est deductum, & allegatum, ad ostendendum, quòd in illo volumine statutorum multa continentur statuta, quæ non obseruantur, maximè ad præiudicium Principis? sicut ergo in volumine sunt multa statuta disponentia circa regalia, quia talia iura ciuitas olim habebat quæ tamen hodie cessant, quia talia iura ciuitas amplius non habet ita istud, de quo agitur potuit locū habere

olim

olim, quàdo ipſa ciuitas habebat feuda, prout patet in multis ſtatutis in ipſo volumine poſitis, ſed cùm hodie nulla habeat feuda ceſſat diſpoſitio eius ſtatuti, ſicut, & aliorũ cõcernentium iura Principis, quó fit vt cõcludamus veram, & cõmunem cõcluſionem eſſe, q̃ in confirmatione generali ſtatutorũ facta p̃ Principem non comp̃rehendantur ſtatuta ipſi principi damnoſa, & multò minus ſi fiant cõtra ius & aliorum etiam iura offendãt, quale eſt ſtatutũ de quo agitur.

Sed inſtabunt forſaſsè adhuc aduocati aduerſantis dicentes, quòd prædicta poſſent procedere, vbi cõfirmatio eſt facta ſimpliciter, ſeu vt dicitur in forma cõmuni. At ſecus eſt quãdo cõfirmatio eſt ex certa ſcientia Principis† tunc enim nõ ſolùm dat robur actui cõfirmato, ſed etiã illud extendit, vt inquit idem Bal. in c. ex parte, in fine de cõſtitu. vbi in terminis dicit, q̃ tunc confirmatio Papæ extendit actũ cõfirmatum, vltra quàm in eo cõnebatur, quãdo eſt facta ex certa ſcientia, vel in cõtradictorio iudicio, aliàs dicit ipſe talis cõfirmatio mẽbranas occuparet hoc idẽ dixit in l. nominationes in fine C. de appel. & idẽ videtur voluiſſe in d. c. 1. per quos fiat inueſtitura, dum ait quod tunc confirmatio extendit actum cõfirmatum, & illum ampliat, quando conſtat de intentione confirmantis, ſed non poteſt magis conſtare, quàm quando dicit, ex certa ſciẽna, vt habetur per Baldum in l. eos in princip. C. de appell. vbi ait, quod certa ſciẽtia principis habet vim plenitudinis poteſtatis, & per Imo. in l. fin. in 7 col. à quib. appel. nõ licet ſed in caſu noſtro confirmatio eſt ex certa ſciẽtia Principis, quod patet, quia dicitur, di noſtra certa ſcientia confirmiamo, nam ſic probatur q̃ Princeps confirmat ex certa ſcientia, quando ipſe dicit, quod hoc facit ex certa ſcientia ſecundum glo. in clemen. 2. in glo. fi. de reſcrip. & ita eam ad hoc notat Imola in d. l. fin. col. 7. à quib. appel. non licet, & idem dixit Inno. in c. p̃ſenti in principio, de reſcriptis, & Bal. in c. ſuper queſtionum §. prætera, de off. delegati. ideò videtur, quòd extendatur, & cõprehendat vltra quàm in ſtatuto continebatur, & ſic etiam ipſum principem, & eius feuda, licet in ipſo ſtatuto confirmato aliàs non cõprehẽderẽtur, & ſi certa ſcientia habet vim plenitudinis poteſtatis, videtur, quod de intentione principis fuerit approbare, & confirmare ſtatuta qualiacũq; ſint ẽt ſi ſint cõtra ius & auferant, minuant, vel aliter lædant iuſ tertij. Ad hanc oppoſitionem reſpondet in terminis eam rectando Alex. conſi. 122. col. pen. verſ. nec prædictis obſtat, ſi dicatur, iſta confirmatio fuit facta ex certa ſcientia lib. 4. & in eo de caſu Barbata ibi inter cõſilia Alex. conſi. 123. col. 6. verſ. & ſi quiſpiã dixerit, & col. ſequ vbi parui faciẽs huiuſmodi obiectũ ait, q̃ illa ſũt verba ad Epheſios, quæ nec obſtat, nec pũgunt. Reſpondet ergo Alex. primo ex Abbate in c. dum dudum extra de decimis, quod cõfirmatio Papæ facta ex certa ſcientia, in dubio p̃ſumitur facta in caſu habili, & ad illum caſũ habilẽ eſt reſtrenda, & dicit, quod de hoc eſt ratio naturalis, quia cõfirmatio ex proprio ſignificato de notat actus confirmati firmitatem, & dicitur, à conquod eſt ſimul, & firmo, quaſi ſimul firmo, ergo debet intelligi de actu confirmato habili, & non de inabili ſi fieri poteſt, quod dixit eſſe menti tenendum, ſed hic eſt in caſu noſtro, prout ita infert Alex. in caſu ſuo, quod ſtatutum de quo agitur non eſt habile ligare, & comprehendere principem ſuperiorem & eius bona feudalia, vti ipſis ſtatutis non ſubiecta, vt ſupra probauimus, ergo non extenditur, vt ipſũ principem, & dicta eius feuda comp̃rehendat, & idem ſecundum ipſum Alexandrum dixit† Anto. de But. in d. c. cum dudum, quòd cõfirmatio Papæ etiã ex certa ſcientia facta, non confirmat actum, niſi in caſu, quo liceat, & ſic vbi poſſet actus ſic contra ius, & ſecundum ius, non dicitur operari, niſi in caſu quo eſſet ſecundũ ius, & ait, quod alibi raro iſtud inuenies, ſed licet eſſe, quòd iſta confirmatio poteſt operari quantũ ad ſtatuta quæ ſunt ſecundum ius, quia ſtatutum de quo agitur poteſt operari quãtum ad vaſſallos, & feuda ſubditos, & ſubiectos ipſi ciuitati, quę olim habebat feuda, vt patet in multis ſtatutis contentis in d. volumine, & adhuc hodie præſumitur habere, & ita facta præſumitur confirmatio de hoc ſtatuto, quantum ad vaſſallos, & feuda ipſius ciuitatis, ſi quæ habeat, quia iſtud eſt ſecundũ ius, non autẽ põt operari in principẽ, & eius bona ipſis non ſubdita.

Secundò, reſpondet idem Alex. ibi col. fin. ex doctrina Pauli de Caſtro conſil. 84 incip. quæſtio vertitur lib. 2. vbi voluit,† quod cõfirmatio principis facta cum clauſula ex certa ſcientia, nũquam operatur, niſi quando Papa fuit certificatus de iniuria, quę fiebat alteri ex tali cõfirmatione, quoniam non præſumitur princeps velle tollere ius alterius l. 2. § ſiquis à principe, & §. meritò ff. ne quid in loco pub. ſed in caſu noſtro nõ apparet, quòd princeps fuerit certificatus de præiudicio quod ſiebat per huiuſmodi ſtatutum ſibi, & vaſſalis ſuis in illa patria, & conſequenter etiam reipublicæ, & ſi fuiſſet certificatus, clarũ eſt quod dixiſſet ſe non intelligere de tali ſtatuto, cũ per illud feuda reddãtur omnino alienabilia ad inſtar allodiorũ, & vadunt extra domos, & familias vaſſallorum, ergo dicta clauſula ex certa ſcientia non operatur extenſionem ad huiuſmodi ſtatutum.

Tertiò confirmat idem Alex. authoritate Baldi. in l. imperatis C. ſent. reſcindi non poſſe, in pen. col. vbi ſingulariter voluit † q̃ certa ſciẽtia principis non operatur, niſi in his q̃ ſunt iuris, de quibus princeps p̃ſumitur habere notitiam, non autem operatur in iis, q̃ ſunt facti, vt ſunt ſtatuta & conſuetudines, & dixit eſſe bene notand. vnde cùm non probetur, principem habuiſſe certam notitiam de hoc ſtatuto in cõfirmatione generali, ergo ad hoc certa ſcientia principis ſe nõ extendit.

Reſpondet autẽ, & benè etiam Barb. d cõſ.

123.d.col.7.verſ.præmitto quod confirmatio vbi præmiſſa declaratione per duas colum. quæ dicatur confirmatio in forma communi & quæ in forma ſpecifica,& ex certa ſcientia iuxta nota in c.1.& 2.de cõfirma.vtili vel inutili,ait,quod ad hoc,vt confirmatio dicatur in forma ſpecifica,ſeu ex certa ſcientia,requirũtur duo formalia, videlicet, cognitio cauſæ, & certa ſcientia,& ſic riquiritur,quod cõcurrãt hæc duo in ſimul,vt ipſe ait ibi col.9.verſ. illa dicitur eſſe cõfirmatio in forma ſpecifica & ſi vnum deficiat non erit cõfirmatio in forma ſpecifica,& ex certa ſcientia,quia vbicunque,inquit,ad compoſitionem indiuidui concurrunt plura ſubſtantialia,ſi vnũ deſit,& alia interueniunt,non videtur ſatisfactum iuri, & perinde habetur, acſi nullum interueniſſet, quod multis probat, vt per eum,& facit illa
27 vulgata regula,nihil dicitur actũ vbi aliquid ſupereſt agendũ l.fin.C.de ſilen.ſed in caſu noſtro non interuenit cauſæ cognitio, quod probatur,qa hoc nõ exprimitur in dicta cõfirmatione,vt in caſu ſuo cõſiderat idem Barba. dicens,quod confirmatio debuit cõcipi hoc modo,ſcilicet cauſa cognita,& ex certa ſcientia confirmamus, ſed cùm non exprimatur illud verbum,cauſa cognita,ergo non interuenit cauſæ cognitio,nec probatur interueniſſe,qa negatiua coarctata ad certa ſcripturam eſt probabilis, vt probatur in l.1.C.de exactribu.lib.
28 10.& pluribus comprobat ibi Barba.ſin cauſę autem cognitione requiritur quod ijcitentur de quorum præiudicio tractatur, nec diceretur confirmatio facta cauſa cognita, niſi vocatis ijs quorum intereſt,quia merita cauſarum partium aſſertione panduntur.l. fin.C. ſi per vim vel alio modo c rũ ex literis de in integr. reſtitu.& multis cõprobat idem Barba. vbi ſupra col.pen. verſ. præterea eſt aduertendum vocandi ergo fuerant vaſſalli,de quorũ præiudicio agebatur, qcùm factũ non appareat, non poteſt cõfirmatio dici facta cauſa cognita,& ex certa ſciẽtia,& ſic cõcluditur ex prędictis omnibus,quod ſtatutum prædictum non cumprehendit principem,& eius bona feudalia; Accedit prædictis,quod multominus per confirmationem cenſetur princeps voluiſſe comprehendere ſeipſum,& bona eius feudalia,cùm per ſua decreta aliunde ſatis prouiſũ fuerit mulieribus pro conſtituendis, & reſtituendis dotibus ſuper bonis feudalibus, quæ decreta corrigerentur in multis per dictum ſtatutum,ſi diceremus illud habere locum,& compræhendere bona feudalia principis, vt probatum fuit ſupra, oſtendendo diuerſitatẽ inter ipſa decreta,& hoc ſtatutum:non eſt autem dicendum:quod princeps confirmando ſimpliciter legem particularem aliquorum, ſubditorum,velit tolere,& corrigere vel mutare legem ſuam vniuerſalem, & ſimul etiam
29 ius communeꝫ nam correctio non inducitur niſi expreſe l.præcipimus in fine C.de apell. & l.ſancimus.C.de teſtam.cum nota. vbiqne per glo.& doct.ita in ſimili dicebat Gemin. conſ.36. incip quòd collatio facta, vbi aitꝙ per clauſulam derogatoriam, non obſtantibꝰ quibuſcunq; conſtitutionib.& ordinationib appoſitam in literis Papæ non tolluntur conſtitutiones ſuæ,quia in generali ſermone perſona loquẽtis intelligitur exceepta de iure iur. c.petitio,& ibi not.ff locati l.qui inſulam.§.fi. & C. de ſolut.l.inquiſitio,& ideo non videtur per illam generalem derogationem voluiſſe ſuis conſtitutionibus derogare, & ibi multis comprobat,vt per eum.

Et licet prædicta ſatis ſufficiant preſe ad depellendam hanc mulierem a petitis, nihilominus adhuc addimus infraſcripta, ex quibus clariſſimè apparebit,eam ſine iure,& actione agere,& nullum omnino ius ei competere ad bona feudalia,de quibus agitur,& prout iam fuit per ſententiam pronunciatum; Imprimis enim adducitur, quod præſuppoſito, non tamen admiſſo,ſtantũ prędictũ etiã bona feudalia principis compręhedere, & ad eam ſaltem vi confirmationis extendi, non tamen illud locum haberet in caſu,de quo agitur ,vbi dotes fuerunt conſtitutæ in fundis inæſtimatis, ſed tantum vbidos fuit conſtituta,& perſoluta in pecunia numerata,& vt in prioribus allegatio.diccbamus idẽ eſſe in decreto ducali, vt ibi in tertio artic.& rationem diuerſitatis ad
30 duceba mus† quia quando dos eſt in prædiis inæſtimatis, cùm eorum alienano ſit à lege, prohibita,vt ff.& C.de fundo dotali,& l.vn.§. & cùm lex C.de rei vxoriæ actio. cogitarunt ſtatuentes,quod tunc cõſeruari debeant bon. dotalia,non verò contra legis prohibitionem alienari,vnde in culpa eſt mulier,ſi alienet:aut alienationi conſentiat,& ſibi imputet, ſi tunc legis auxilio non iuuatur,& indotata remaneat ex reg.damnũ quod quis ſua culpa de reg. iur in 6.&co.tit.l.quod quis ex ſua culpa, ſecus eſt quãdo dos eſt in pecunia:tunc.n.pecunia dotalis ad hoc datur vt maritus eam ad arbitriũ ſuum diſtrahat,vt dicit tex. nota. in l. res in dotem daræ ff de iure dotium, & poſtquã data eſt pecunia in dotem, non propriè dicitur dotalis,ſed ſimpliciter mariti,quod patet,quia marit' nõ eſt obligatus ad illam quãtitatem in ſpecie,ſed ad tantundem in genere ita tradit Bal. in l.ex pecunia col.1.C. de iure dotium per text.in l. res in dotem, vnde cùm in caſu dotis datæ in pecunia ceſſet prohibitio legis de alienando,imputari non poteſt mulieri,ſi maritus pecuniam dotalem expendat, & ideo pecunia dotali expenſa,& conſumpta æquum videtur mulieri ſuccurri,vt nullis exiſtentibus bonis, allodialibus, eidem mulieri ſatisfiat de bonis feudalibus,vt ſtatutum diſponit,& quod in tali caſu procedat, & loquatur ipſum ſtatutum,patet,dum dicit,de creditoribus,& creditricibus pro donbus, creditorum enim appellatione ſtrictè veniũt ij,qui pecunias crediderũt vt in l. creditorũ appellatione iuncta gl.ff.de verbo ſign. & dum dicitur, quod non exiſtentibus bonis non feudalibus poſſint capi inſolutum bona feudalia,inſolutum enim datio fit de rebus pro ſatisfactione pecuniæ debitæ creditori,vel creditrici.vnde

cùm

cùm mulier in casu nostro, non dederit dotem in pecunia, sed prædia inæstimata pro prè & stricte non potest dici creditrix, con-
31 sequenter cessat dispositio statuti† quod stricte intelligi & interpretari debet l.3.§ hęc ver ba.ff.de nego.gestis, nec tit extensio, aut lata interpretatio, quinimò strictissima, vt quanto minus fieri possit statutum lędat, & corrigat ius commune c.cùm dilectus vers. cęterum cùm supra dictum statutum,extra de cõsuetud.vbi glo.& doct notant;& dicebamus pariter in eisdem prioribus allegationibus in primo articulo,vbi in terminis adducebamus D.Octauia.decisione 167 nu.18.& sequen & D.Crauet.in suo responso pro genero n.43. & seq & nu.319.& addo eis nuuc D.Surdum in cõmento ad §.Titius filior si de feudo fuerit controu.int.dom & agna.sub nu 31 vers. huiusmodi cõstitutiones,& multominus recipit interpretationem extentiuam stante diuersitate rationis,de qua supra,nam si non est licita extensio correctiuis ex identitate, imo nec etiam ex maioritate rationis, vt traditur glo. & docto.in auth. quas actiones C. de sacrosc.eccles.& p Bar.& alios in l.si constante ff.sol.matr.quomodo fieri poterit, & admitti extensio vbi diuersitatis ratio subest.

Secundò etiam adducitur, cp statutum de quo agitur,dum loquitur de obligatione, & hipotheca creditoris,vel crediticis intelligitur de obligatione, & hipotheca valida l.4.§. condemnatum cum concordan.ibi in glo.al-
32 legatis ff.de re iudic.vbi doctores tradunt,†cp dispositio loquens de condemnatione, seu sententia intelligitur de valida, & inter alios Docto. Ripa ibi multa adducit, & inter alia
33 infert ibi nu.4.†ad statutum puniens cedentem actionem nobili, cp inteligitur tale statutum de cessione valida,secus si cessio sit nulla, allegat Bartolum in l.non filium §.siquis bonorum ff.de lega.præstan. & in l.non putauit §.non quæuis ff.de bono. possess.contra tabu-
34 las;& ibidẽ ait idem Ripa nu.8.†cp si statutum dicat contra instrm nulla possit opponi exceptio,poterit th opponi,cp instrm non est instrumentũ,quia est nullum ex Bart in l.diuus ff.de testa.milit.& in l.1.§.& parui.ff quod vi aut clam & per Felyn.& Barb.in c.ex parte,ii 2 de off.deleg. & Alex.in pluribus consiliis ibi per eundem Ripam allegatis.At obligatio & hipotheca per quondam maritum facta super bonis feudalibus est nulla ipso iure ex defectu consensus principis sine quo non valet obligatio & hippoteca,vt in prioribus allegationibus probauimus in principio per tex in c.Imperialem de prohibita feudi alien. per Federic.cum aliis relatis in terminis per Paris.consi.18.incip. non potuit hippotecare & obligare Illustris dominus Antonionus feuda de quibus agitur Illustri dominæ Annæ Picæ eius vxori lib.1.& addo nunc D.Craueta in responso pro genero nu. 239. ver. sed nec hipotheca in feudo, vbi multos refert, & ibi subiungit,qd procedit etiam in hipotheca facta seu à lege intro ducta, vnde ob dotem restituendam tacite obligatum feudum non censetur in quit,his accedit Aretin.consi.14.
35 col.1.vers.quia vasallus † vbi ait, cp vasallus rem feudalem pignorare non potest, nec in totum,nec in partem,& si pignorat cadit à iure suo, saltem respectu partis, quã tradit pignori,vt est casus clarus secundũ eum in d.c. imperialem,& subiungit in eadem col.vers.& est aduertendum,,dicens,cp licet sola obligatio & hipotheca bononorum non faciat vasallũ incidere in pœnam,quia nõ est deuentum ad traditionem secundum Bald. in d. in perialem in princip & in c.1.§.aut si libellario quib mod. feud.amitta. tamen etiam nuda hipothecatio feudi non valeret, vt concludit idem Bal.in loco proximè allegato,&
36 est iuri cõlonũ,inquit Aret.† quia cùm alienatio feudi simpliciter prohibeatur à lege, ergo & hipothecatio, siue obligati o est prohibita vt leg fin. & ibi not. C. de reb.alienat. cuius rationem declarat Bart. in l. in bononum ff.de pignorib. In casu ergo nostro non solum obligatio & hipotheca est nulla propter defectum consensus domini, sed vasallus cecidit à iure suo, quia, vt dicebamus in eisdem allegationibus. non stetit simpliciter in similibus nudæ seu simplicis, & verbalis ob-
37 ligationis feudi,sed vltra processit,†quia transiuit possessionem per clausulam constituti per quam transfertur vera possessio iuxta l. quod meã ff.de acquir. possess. & ideo, non modo actus est nullus ipsoiure, sed feudum amittitur, & ad dominũ reuertitur, vt tradit Areti. loco proximè relato, & est tex.in c.1. de vasallo qui contra constit. Lotharij feud. alienat. & quæritur prima causa benefamit.c. 1.§.si vasallus contra constitu.& vbique glo. & Docto.sufficit autem traditio per constitutum, vt vasallus al ienãs feudum amittat, vt probauimus in dictis primis allegationibis hanc esse veriorem & magis communem sententiam. Neque defendi potest nullitas obligationis,& hipothecæ & deuolutio feudi per literas licentiæ cõcessas mulieri de alienando bona dotalia,prout aduocatus ipsius dicit,eas sufficere, quia ostendimus in dictis allegationibus illas non prodesse,& addo nunc aduertendum,cp non potest fieri fundamentum super ipsis literis licentiæ,nec ex ipsis inferri ad licentiam obligandi & hipothecandi feudũ, cùm ipsa mulier in suis precibus non expressérit,nec naraverit de aliqua obligatione & hipotheca facta vel fecienda per maritum super bonis feudalibus; sed dicit simpliciter, cp maritus eam causam fecerat super omnibus, bonis suis, & spectaliter super bonis seu massaritio empto ab hæredibus Agatæ,vt in precibus videri potest, quo fit, vt nullitas hipothecæ nullo modo defendi possit,nec pariter caducitas, seu amissio feudi ob traditionem sed ex alio etiam non subsistit dicta hipotheca & obligatio,nempe ex defectu contractus alienationis fundi dotalis ,à quo ipsa obligatio,& hipotheca causam sumit,nam hic contractus alienationis nullus est, & inualidus ip-

so

ſo iure vti contra diſpoſitionem legis,& noua-
rũ conſtitutionum tactus maximè cũ non con
ſtiterit, nec hodie conſter de aliqua neceſſaria
cauſa alienandi fundum dotalem,prout à lege
& nouis conſtitutionibus requiritur,neq; obſeruata eſt forma, & ſolemnitas in tali con-
tractu requiſita, vnde ſtara nullitate ipſius cõ-
tractus alienationis principalis à quo cauſatur
hypotheca mariti ſuper bonis feudalibus, nul-
la quoque remanet ipſa obligatio,& hypothe-
83 ca feudi,quæ vt acceſſoria nõ poteſt ſtare ſine
ſuo principali,veluti cauſatũ ſine ſua cauſa.cũ
principalis ff.de reg.iuris l non dubiñC de leg.
& l.in omnibus ff.de ſol & dicetur latius infra.

Tertiò additur prædictis, quod iſta mulier,
quæ vult ſe iuuare ſtatuto, & ex eo agere ad
bona feudalia virtute hypothecæ ſibi a marito
conſtitutæ, præſuppoſito,non tamen admiſſo,
q̃ hypotheca eſſet valida debet probare quali
tates in ſtatuto contentas,& imprimis,cùm ſta
tutum dicat de creditoribus & creditricibus,&
ipſa aſſerat ſe creditricem dotium ſuarum, &
quas aſcendere dicit ad ſummam circiter quin
89 quemilium aureorum † agatque,vt talis,de-
bet probare ſe talem l non ignorat. C.qui ac-
cuſare non poſſ l. & 2.ff de prob. cum concordan.ſed ex actis non probat ſe creditricem
dotium,vt eas conſequi poſſit ſuper bonis feu
dalibus, de quibus agitur,ſiue virtute decreti
Ducalis experiri velit, ſiue ſtatuti ciuitatis, q̃
oſtenditur Nam ad probandum ſe creditricẽ
dotium producit inſtrumentum dotis conſti-
tutæ per quod apparet, dotem partim fuiſſe
conſtitutam in pecunia, videlicet in ſumma
ſeptingentorum aureorum, & partim in
prædijs ruſticis & vrbanis quæ pro fundis do-
talibus inæſtimatis conſtituta fuerunt, videli-
cet in domo ſita in ciuitate Vercellarum,item
in prædio modiorum octo in finibus eiuſdem
ciuitatis,& in maſſaritio in finibus Pezanę mo
diorum centum,& triginta, quæ prædia alie-
nata fuiſſe dicit pro perſoluendo ære alieno
per maritum contracto, & quod fuiſſe perſo-
lutũ aſſerit de pretio venditionis factæ de fun-
dis ſuis dotalibus, videamus ergo de ſingulis
partibus ipſius dotis,& quantum ad ſummam
dotalem ſeptingentorum aureorum de qui-
bus in dicto inſtrumento dotali,non poteſt di-
ci creditrix, vt pro ea ius habeat ac bona feu-
dalia,quia illa non eſt vera dos,ſed confeſſata,
vt pater in inſtrumento dotis exhibito, at de-
cretum Ducale concedens alienationem feu-
di pro reſtituendis dotibus vaſſallorũ hanc ex
preſſam conditionem continet,ſcilicet, dum-
modo conſtet legitimè ipſas dotes verè fuiſſe
40 perſolutas † quo ſtante, non habet locum in
dote confeſſata,quia illa nõ eſt vera dos,ita in
terminis conſuluit Sigiſmondus Loffred. Nea
polit.conſil. 22.per totum, quem etiam in ter-
minis refert, & ſequitur D Octau Oſaſcus de-
ciſ.172. num.11. vbi pluribus comprobat &
conſ.12.num.48 & ſequen. vbi pariter multa
adducit ad comprobationem quæ videri poſ-
ſunt,& eis addo Iaſ.conſ.123 col.pen.lib.4.& hoc ſine difficultate procedit in caſu noſtro,vbi
decretum loquitur per verba expreſſiua veri-
tatis, & realitatis, & quæ omnem fictionem
excludunt, dum dicit,dotes veras fuiſſe perſo-
lutas, ponderandum eſt enim verbum,veras,
item verbum perſolutas, quod intelligitur
naturaliter pecuniam eſſe numeratam credi-
tori, vt dicit text. & ibi Bartol & alij not.in l.
ſolutam ff.de ſolut. quem ad hoc cum multis
alijs citat Nat.conſ.344 in princ.& ſic ſine du-
bio importat veritatem, & realitatem nume-
rationis,& traditionis,attenta maximè anteco
41 denti dictione,veras † & præpoſitione p,quę
præpoſita verbo,auget,& addit vim, l.vrbana
familia §.fin.ff de verb ſignif.tradit Bar.in l.il-
lud ff.de off. præſidis quem cum alijs ad hoc
adducit Socin.iun.conſ.134. nu.93. lib.3.quo
fit, v decretũ per dicta verba non aliter velit,
dotes de bonis feudalibus reſtitui, niſi conſtet
de reali & perfecta ſolutione, numeratione,
& traditione, & ad id probandum neceſſitatẽ
induxit, dum ait, dummodo conſtet legiti-
42 mè † dicto enim, dummodo, importat cõdi-
tionem neceſſitatiuam,& obligationem ad fic
faciendum,vt tradit Bart in l quibus diebus.§.
vlt. col.2. verſ. quid de dictione dummodo ff.
de cond.& demonſtra per l. cum ab eo ff. de
contrahen.empt. Bald in in c.dudum el.2.col.
6 verſ & hæc faciunt ad quæſtionem,extra de
elect. quos cũ pluribus alijs ad hoc refert Ti-
raq,in ſuo tract de retractu §.8.gloſ.8.in ver-
bo,cos ſ,quod verbum Gallicũ ſonat latinè
dummodo vt dicit ibi idem Tiraq at in caſu
noſtro non conſtat legitimè prout decretum
requirit,quod dicta ſumma dotalis ſeptingen-
torum aureorum fuerit verè,& realiter nume
rata,& perſoluta,ſed eſt confeſſata, imò de ea
fit mentio in inſtrumento dotis exhibito rela-
tiuè ad aliud inſtrumentũ anni 1572 de quo
43 non conſtat, nec creditur ipſi inſtrumẽto re-
ferenti.niſi conſtet de relato vulg.anth ſi quis
in aliquo documento C de edendo & in iſto
inſtrumento referente,quod exhibetur aſſeri-
tur,quòd Leo Bazanus maritus in inſtrumen-
to ibi relato confeſſus eſt habuiſſe dictos ſept in
gentos aureos,quò fit vt nõ conſtito de inſtru
mento relato apparet, nec etiam conſtare
de dote confeſſata, & ideo quantum ad hanc
partem dotis clarũ eſt,q̃ iſta mulier nõ eſt cre
ditrix et cõſequenter ius nullũ habeat,nec prę
tendere poſſit ſuper bonis feudalibus,neq; vir
ture decreti ducalis ad prædictã agere poteſt,
neque etiam ex iure cõmuni quia etiam idem
de iure communi,vt in terminis tenet.D.Cra
uera in ſuo reſponſo pro genero num.185.
verſic.ad exemplum enim iuris communis,&
44 num.ſequen. vbi id probat ex eo, † quod ha-
betur ibi auth res quæ C com.de legat. quòd
licet bona ſubiecta fideicomiſſo prohibeantur
alienari,attamen permittitur alienatio pro do
te etiam reſtituenda, vt notant. ibi Doct. om-
nes,ſed hoc limitatur procedere, quando dos
fuit verè & realiter numerata marito,non au-
tem ſi ſit confeſſata, ita limitat Iaſon in d.
auth res quæ colum.pen.in nona limitatione
& Bald.nouell.Socin. Aret. Guido Papę. Rui-

nua, & alij relati per eundem D. Crauetam vbi ſupra, ſubinngens ēt ibi in verſ ſed nec hypothecariam, quòd mulier non poteſt etiam agere hypothecaria cōtra tertiū poſſeſſorē bonorum mariti ob dotem confeſſatam, vt in caſu iſto, niſi appareat, quòd dotes ipſas maritus realiter receperit, vt conſuluit Rom. conſ 445. col. fin. in tertio dubio, nec non Socin. Felin. Crotus, & alij per eundē D. Crauetam relati iſti d. reſponſo. Si itaque hoc eſt de iure cōmuni, ꝙ mulier non poſſit agere hypothecaria aduerſus tertium poſſeſſorē, niſi probet dotes fuiſſe realiter numeratas, & perſolutas, idem ergo dicendum eſt in ſtatuto ciuitatis Vercel-
45 larum, de quo agitur, † quia illud debet intelligi, & interpretari ſecundum, ius cōmune gl celebris in l fin. §. in computatione in glo. magna in fine C. de iure delib. & ibi omnes doct. notant, & tradunt omnes in l. omnes populi, vbi intet alios Ioan. Baptiſta à San. Seuerino col. 1 14. & ibi col. 116 in fine, ait, ſtatuto cauetur quòd hæres teneatur inſolidum, hoc debet intelligi quando hęres non fecit inuentarium, nam ſtatutum debet (inquit) intelligi ſecūdum ius commune, non ſolum, ne quis indebitè puniatur, ſed ne quis perdat beneficium legis, quo perdito damnum indebitè pateretur, vt ſingulariter probat gloſa ſecundum eum, in d. §. in computatione, & tenet Bal. in l ab ex executore C. quor, appell. non recip. ſic ergo in caſu noſtro ſtatutum de quo agitur, dum ait quòd bona feudalia capi poſſint inſolutum à mulieribus creditricibus pro dotibus, debet intelligi, & interpretari, dummodo dotes fuerint realiter numeratæ, & traditę, ſecundum ius cōmune, alias vaſſalli indebitè damnum paterēmur, quia hoc modo amitterēt feuda propter dotes confeſſatas, & non veras, & in poteſtate eſſet mariti fraudare agnatos feudo, confitendo habuiſſe dotes, quas tamen verè, & realiter non habuit, ſed, vt dicebamus ſupra cùm de dote etiam confeſſata non conſtet, niſi enunciatiuè, & relatiuè in inſtrumento producto nullo modo quantum ad dotem in pecunia poteſt mulier agere virtute ſtatuti, nec alio iure, & in hoc res eſt clara: quantùm autem ab dotem in prædijs inęſtimatis, de quibus in dicto inſtrumento dotis exibito, nec etiam mulier probat legitimè ſe creditricem, nam præſuppoſito, ſed non admiſſo, quòd decreta ducalia, & ſtatutum locum haberent in caſu, vbi dos eſt conſtituta in fundis dotalibus inæſtimatis alienatis ex aliqua cauſa; nō tamē poſſet mulier iſta obtinere, quandoquidē, quòd, attinet ad prædia dotalia ruſtica, & vrbana exiſtentia reſpectiuè in ciuitate, & agro Vercellenſi, producitur parte mulieris inſtrumētū cōſtitutionis hypothecæ anni 1586. 11. Februarij, in quo narratiuè dicitur de alienatione domus & prædiorum dotalium in ciuitate, & agro Vercellenſi exiſtentum, & pariter prædij ſeu maſſa ritij iugerum centum, & triginta vel circa in agro pezane, cùm facultate luendi, vt pariter cōſtare aſſeritur inſtrumentis ibi relatis, quæ inſtrumenta venditionum relata nō

46 producuntur † ideò de venditionibus nō poteſt dici conſtare ex regula d. auth. ſi quis in aliquo documento C. de edendo, & per glo. in l. 1. C. de fide inſtrum. lib 10. & hoc etiam ſi notarius diceret, prout conſtat tali inſtrumento recepto per me notarium, nihilominus nō creditur ei de inſtrumento relato, niſi producatur, vt tradunt doctor in d. auth. præcipuè Purpura. ſub nu. 40. verſ ampliatur regula, poſt Ang. & Iaſonem ibidem ſub nume. 7. verſ. extende iſtam regulam, & ibi etiam Decius nume 23. verſ. & ampliatur iſta concluſio, allegant omnes eundem Angelum in l ſi donatio C. de dona. & idem Decius allegat Socin. conſi. 266. in cauſa quæ vertitur, col. a. verſ. in primis videndum eſt, & verſ. non obſtat, quòd tex lib. 2. vnde in caſu noſtro, dotatio, qui recepit inſtrumetum hypothecæ productum, aſſerēti ſe quoq; recepiſſe inſtrumenta venditionis maſſaritij Pezanæ, & promiſſionis de retro uendendo eodem die, & paulò ante dictum in
47 † ſtrumentum conſtitutionis hypothecæ non creditur, nec dicitur cōſtare de ipſis inſtrumētis, imò nec etiam dicitur conſtare de inſtrumento relato, ſi tenor inſtrumēti relati inſeratur in referente, vel ſi idem notarius referens aſſerat vidiſſe, & legiſſe inſtrumentum relatū, vt tradunt docto. ampliando dictam auth. pro ut omnes haſce ampliationes conſulendo probat in ſimilibus terminis Corneus conſil. 243. litera B. verſi & licet quando notarius dicit lib. 2. vnde nec etiam de prędictis venditionibus dicitur conſtare alio inſtrumento ceſſionis, & remiſſionis iuris luendi rogato de anno 1587. pariter producto, in quo ſimiliter narratiuè enunciantur prædicta inſtrumenta venditionum. Itaque de ipſis omnibus venditionibus dicitur pęnitus non conſtare & conſequenter ipſa mulier non poteſt dici creditrix donum alienatarum præcipuè cùm in verbis enueiatiuis venditionum de domo, & prædijs in ciuitate, & agro Vercellenſi, non enunciatur, nec aliunde probatur quāto preño fuerint vendita: vnde cùm nec etiā appareat de quantitate pretij, nullo modo poteſt dici creditrix. Quantùm verò ad bona ſeu maſſaritium Pezanæ, enunciatiuè dicitur in prædictis inſtrumentis productis fuiſſe venditum pretio duorum mille aureorum ad florenos nouem pro ſingulo auteo, quorum ratione nec etiam poteſt dici creditrix, cùm de eis alibnde non conſtet, niſi enūciatiuè vt ſupra; ſed vbi de hac venditione, & dicta quantitate pretij conſtaret, nec ēt pro ea ſumma ſubſiſtit hypotheca nec ex ea iius haber mulier agendi ad bona feudalia, de quibus agitur, eò quia non apparet, nec probatur alicubi dictos aureos bis mille fuiſſe realiter numeratos, & receptos per maritum, prout ēt requiritur, quemadmodū dicebamus ſupra de dote in pecunia: eadem enim vtroq; caſu eſt datio, quia aliàs eſſet aperta via fraudandi vaſſallos, agnatos, & etiam dominum directū quantū ad bona feudalia, imò ēt creditores mariti, & tertios poſſeſſores bonorū ipſius, vt conſiderat præfatus D. Oct.

Cach.er.

Cacheran. d. decisio 172. & d. cons 12. ac D. Cracta d. suo responso pro genero. mulieri ergo agenti incumbebat probatio, quòd dicta duo mille fuerant, realiter numerata, & per maritum recepta. Quantum verò ad alios mille aureos pro pretio cessionis, & remissionis iuris luendi dictum massaritiù dotale, de quo
481 in instrumento producto † in ipso legitur, quòd dicta mille fuerunt realiter numerata, & recepta per ambos ipsos ingales, vt in ipso instrumento continetur, quo stante, non dicere creditrix nisi de dimidia, & sic de quinq; centum aureis, & pro eis tantum haberet ius agendi, non autē pro aliis quinque centum, ita notabiliter in terminis consuluit Bartol. cons. 124. incip. punctus quæstionis talis est domina P. nupūt L. adducit tex. in l. reos. §. cùm in tabuli. ff. de duob reis, & alia iura, & Bartolum ita consuluisse refert Bal. licet consiliū non citet, in l. mater col. 5. vers. sed hic quæro, quid in tali casu, maritus & vxor Ç. de rei vendica. eundē refert quoq; & sequitur consulendo Paul. de Cast. in cons. 160 incip. Bart. in quodam consi. lib. 1. & consi. 362. incip. super primo dubio præsuppositā cessuate testatoris col. fin. vers. circa vltimum articulum l. b. 2. nullibi tamen citat num consilij ipsius Bartoli, prout similiter facit Alexander eundem sequendo cons. 38. consideratis his col. 1. vers. fortius voluit Bart. in suo consi. lib 2 Curt. sen. cons. 54. col. 2. vers. pro qua parte benè facit, quod dicitur de marito & vxore, & licet aliqua sit inter doctores controuersia, vbi marius, & vxor confitentur ambo simul habuisse, & recepisse prenū rei dotalis, attamen opinio Bartoli & aliorum vera est, & communis, vbi vere, & realiter pretium fuit numeratum ambobus, & ad ambos peruenit, vt in casu nostro, tunc enim peruenisse censetur ad quemlibet pro dimidia, ita declarat Bal. nouellus in tracta. de dote par te 7. priuilegio primo col. 7. vers. & per prædicta habens decisionem, vbi refert ita fuisse obtentum per nisi, inquit enim, q̄ quando notarius in instrumento esset rogatus de cōfessione viri, & vxoris confitentium pretiūm peruenisse ad eos, tunc nihilominus iura præsumunt, q̄ totum pretium peruenerit ad manus mariti, & sic color fuerit quæstius in tali materia suspecta confessionis mulieris, per id, quòd habetur in l. vir vxori §. fin. ff. ad Velleia cum res vendita licet esset dotalis, tamen pertinebat tunc constante matrimonio ad ipso virum, nō ad vxorem, sed si notarius in instrumento attestaretur, quòd vir, & vxor precium recepissent, tunc intelligitur, quòd actualiter, & de presenti habuerint, & receperint, per id quòd habetur in glosa notab. in lege si ex cautione C. de non numerata pecunia, & not. in l. si ex pretio C. si cert pet. licet cauti adiocati soleant, inquit, facere apponere hęc verba, & habuerunt, & receperunt in præsentia mei notarij, & testium suprascriptorum, prout in casu nostro dictum est, vt patet in instrumento, hoc enim casu sine dubio quilibet pro dimidia recepisse censetur, ideò pro dimidia tantùm datur mulieri actio, non vero pro alia dimidia, quæ ad eam peruenit, prout determinat Bar. in d. suo consilio, & alij supra relati. Summa ergo totius dotis, de qua, sita mulier probatur creditrix restringitur ad quingentos aureos, pro quibus nullo modo ex forma neq; decreti ducalis, neque statuti neq; iuris communis potest agere ad bona feudalia, cum pro eis habeat bona allodialia centum iugerum valoris vltra mille & quingentorū aureorum, ad rationem quindecim aureorum pro singulo iugere, & hoc præter bona mobilia, put de ijs omnibus liquidissimè constat ex actis, & præcipue de dicto numero iugerū terræ, & eorum pretio probatur per testes eius parte examinatos, quò fit, vt pro eis ad bona feudalia nullūm ius prætendere possit, & multò minus pro pretio aliarū venditionum, cùm vt supra diximus, partim de eo non constat, etiam enunciatiuè de quātitate, Partim autem vbi enunciatur pretium primæ venditionis massāritij Pezanę, quòd esse dicitur duorum mille aureorum, non cōstat alicubi, q̄ per maritum fuerit receptum, imò ex eisdem instrumentis probatur, quòd ipsa pretium dictarum venditionum, & præcipuè duos mille aureos recepit, nō autem maritus vt patet in dicto instrumento anni 1586. producto, in quo expressè narratur, pretium venditionum prædictorum bonorum fuisse receptum per ipsam D. Margaritam coniugem, probat autem instrumentū in hoc contra producentem, quia videtur producens fateri verum esse aliud instrumētū relatum in isto producto, ita tradit Soc. sen. cons. 11. incip. in causa Dominæ Catherinæ in principio lib. 3 allegatiura, & docto in cap. cùm venerabilis de exceptio. Bal. & alios in l. 2. C. de errore advocator. & Soc. refert & sequitur Purpura in d. auth si quis in aliquo nu 45. facit l. cùm præcū C de libera cau. cùm concordan sed inquantum in eodem instrumento producto asseritur, quòd dictæ venditiones factæ fuerūt ad requisitionem ipsius mariti, et pretium conuersum in vtilitatē & commodum eiusdem mariti, non statur istis verbis narratiuis, nisi aliter probetur, prout nec etiam statur verbis enūciatiuis, quòd subesse tres alienū mariti exoluendum, ex ijs quę tradit Bar. in l. si fortè in fine ff. de Castren. peculio, quem cùm infinitis alijs adducit ad hoc in termin is D. Octau. decisio 172. in principio, & per multas col & d. consi. 12. multos etiam ad hoc refert Dec. cons. 403. sub. nu. 17. vers. nec statur assertioni.

Quartò vltra predicta, adhuc additur, quòd hæc mulier sine iure, & actione agit aduersus possessorem bonorum feudalium, eo quia enūciatæ venditiones prædiorum dotalium, & cessio, ac remissio iuris luendi, de qua in actis, sūt nullæ ipso iure, cùm eorum alienatio sit à lege
49 prohibita, nisi ex causa necessaria, † qua defi ciente est nulla ipso iure, vt habetur ff. & C. de fundo dotali, & in l. vni. §. & cùm lex C. de rei vxor. actione, & Instit. quib. alien. licet vel nō cùm vbiq; nota. per glo & doctor. quæ iura licet non procedant annu llatuè, attamen, vt

singulariter dicit tex in l.non dubium C. de legib.legislatori quòd fieri non vult, tantùm prohibuisse sufficiat,cæteraqs quasi expressa ex legis licear voluntatecolligere, hoc est,vt ea, quæ aliege fieri prohibetur,si fuerint facta,nõ solùm inutilia,sed pro infectis etiam habeantur, licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit inutile esse debere quòd factum est,ad hoc reg quæ contra ius cum ibi not de reg.iuris in 6 vnde exceptio adducta in actis de nullitate venditionis,non opus habet probatione, quia excipientis intentio est fundata contra mulierem, quod alienatio sit nulla,nisi ipsa probet, quòd sit valida, & facta in casu licito, & seruatis debitis solemnitatibus, ita in simili de alienatione rei ecclesiæ dicebat Deci.consi.142 sub nu.4. versi vnde videtur fundata intentio,vbi ait,qp cũ alienatio regulariter prohibeatur, & in quibusdam tantum casibus sit permissa,pro regula præsumitur, vt per glo.in l.omnis diffinitio ff de regulis iur.& in rubr.eod.tit lib.6.& res certa dicitur pro eo qui regulæ innititur, vt not. Bart in l.quoties ff ũ quis cautio.cum aliis ibi per ipsum Dec. adductis, & ideo,vt ait, secundũ regulam pronunciandum est,nisi contrarium probetur, vt dicit Bal.in c. 1.in 2 col. de alien. iudicij mut. cau.fac.idem Bal. in l. si tutor in fi.C. de fer. com.man facit tex.in l ab ea parte ff d proba. idem ante Decium voluit Alex.consi.160.sub nu 6 versi.cùm enim probare contractum lib. 6.Anchara.consil.274 ad declarationem col. 1.post med versi in prædicta autem alienatione,& hos refert in terminis alienationis feudi pro debitis necessarijs ex forma decreti D. Cruet.d.respon.pro genero num.21.& num. 120 versi.quinto in specie,& præfatus Octau. decisio. 171.nu. 11.& 12. cùm itaque mulieri in casu nostro incombat onus probandi, qp alienatio prædiorum dotalium fuerit legitimè facta,& in casu permisso,nihilque,probauerit, imò nec deduxerit causam aliquam necessariam, per quam à iure dicatur permissa alienatio, sequitur conuentum possessorem esse absoluendum, etiam si nil præstiterit, ex reg. l.qui accusare C. de edendo cùm ibi notatis, & l fin C de rei vendicat. vbi † qp in dubio semper iudicandum est pro possessore,& multò magis pro eo est pronunciandum, quia cũ mulier instrumenta alienationum non produxerit,nec de eis constet,nisi de instrumento cessionis iuris luendi dictum massaritium Pezanæ, non est quærendum, an in ipsis alienationib. intercuenerit requisita ad validitatẽ alienationis rei dotalis,cùm de ipsis non appareat ex quorum inspectione videri possit, an sint legitimè facte,vel nc.& an in eis interuenerint solemnitates a iure,& forma ducalis constitutionis requisitæ † nõ enim considerabitur qualitas in non erit l.eius qui in prouinc.ff si cert. pet.a quo fit,vt quantum ad eas non sit laborandum,quòd vero attinet ad cessionem iuris recatandi massaritium prædictum Pezanæ, de qua constat,instrumento producto per eam,cũ non appareat de principali contractu venditionis cũ promissione de retrouendẽdo,non inducitur ex isto probatio antecedentis cõtractus venditionis, neque in qualitate, neque in substantia,maximè in casu isto,cùm simus in prohibitis à iure,sed omnium nullitas patẽs est,& notoria,ex eo,quod non constat de aliqua causa necessaria, propter quam debuerit, & potuerit alienatio fieri,quæ enim fuit deducta seu articulata causa,& quæ in instrumẽtis producti s enonciatur,nẽpe æs alienum mariti exoluendum,non est causa necessaria alienandi res dotales,precipuè cùm illud, vbi probatum dici posset,sit voluntarium,non necessariũ ex alienũ,& quale quale fuerit,legitimam causam tale æs alienum non præbebat, vt ad alienationem rerum dotalium venire liceret,quia vt dicit textus ad literam in lege assiduis C.qui potio.in pign habeantur,oportebat maritos creditoribus suis ex sua substantia satisfacere, non de dote mulieris, sed nec etiam de aliquo ære alieno ipsius mariti probatum,nec pretium rerum dotalium venditarum in ipsius mariti commodum, & vtilitatẽ versum apparet,prout articulatur,& in instrumentis enunciatur. Nam tantummodo asseritur in instrumentis in verbis narratiuis, de quodam debito scutorum mille & circiter erga Bartolomæum Ricium de Salasco, de quo in actis non constat, & testes examinati parte mulieris deponunt tantom de auditu, aliqui à quondam marito,& ab ipsa muliere, aliqui ab ipso Ricio creditore, qui propterea nihil ptobasit, vt nota. in c. licet ex quadam extra de testibus, & alijs in locis, nec etiam dicunt, quòd prætensum debitum fuerit de pretio rerum dotalium persolutum; Vnde euidens & notoria appareret nullitas ex instrumento cessionis, & remissionis iuris luendi producto, ex eo, quòd in ipso contractu per iudicem, coram quo celebratus extitit, facta non legitur examinatio, & inquisitio super causa alienationis, præcipuè de prætenso ære alieno mariti,quòd,& quale illud esset,necessarium.vel voluntarium, & cùm iam anno præcedenti fuisset facta venditio massaritij seu prædij dotalis,vt asseritur,pretio duorum millium aurcorum etiam pro eadem causa æris alieni mariti persoluendi inquirendum fuerat an de illo pretio esset facta solutio:, & quæ alia forent debita,pro quibus posset,& deberet fieri cessio,& alienatio iuris luendi pro pretio aliorum mille, vt in instrumento continetur, & an maritus ipse bona haberet,ex quibus satisfieri creditoribus posset,& [in omnibus diligens perquisitio: & examinatio facienda erat
52 mata ea,quæ habẽtur in l.magis puto.§.ne pas sim ff de reb.eorum †, non enim sufficit allegatio æris alieni,nisi etiam probetur, imò requiritur etiam probari,qp creditores cum effectu vrgeant,& instent prosatisfactione,vt dicit tex in d. §.ne passim, ibi si modo vrgeat creditor,aut vsurarũ modus &c.& ibi Bar in verbo,si æs,dicens,qp iudex debet adhibere causæ cognitionem an creditor instet,& petat sibi solui, quia alias non est sibi soluendum est,

cſto q̃ ſit creditor, nec bona debent alienari, et vendi ex eo, quod ſint creditores, niſi etiam appareat q̃ ipſi inſtent, et vrgeant pro ſolutione, probat etiam tex in l tutor vrgẽtibus creditoribus ff. de minorib. et ita per hæc iura conſuluit Pariſ. conſ. 98. nu. 2 lib 1. itaque ex defectu examinationis et diſcuſſionis cauſæ ceſſio et alienatio fuit nulla et inualida et quæ nec in præſenti iuſtificatur aliqua probatione, et pariter decretũ ibi interpoſitum eſt nullum vti non præcedente debita cauſæ cognitione adiectum d § ne paſſim verſ ſi æs alienum, ibi, proinde et ſi permiſerit ære alieno nõ allegato conſequenter dicemus nullam eſſe venditionem, nullumque decretum: Ante enim illud debet precedere cauſę cognitio circa ęs alienũ vel alias cauſas alienationis vt in d. §. ne paſſim et l ob æs C. de præd. minor. ibi. cauſa cognita præſidal. decreto diſtrahi permittitur, d l. minorum eod. tit. ibi niſi apud acta cauſis probatis, quæ venditionis neceſſitatem inerant, decretum ſolemniter interponatur, et vbique
53 not. per docto † quinimo de tali examinatione, et inquiſitione, ac cauſæ cognitone debet fieri ſcriptura ſeparata ab ipſa venditione et decreto, vt probant prælegata iura. et tradunt omnes Doctorem. et Pariſius d. conſil. 68. numero 8. et 9. et conſil. ſequẽtur ſub num. 8 verſi. imò fortius, et ante eum Deci d conſi. 403. ſub num. 17. verſi. et ideo ſecundum Paulum. vbi dicit poſt paulum de Caſtro ibi relatum, quòd debent fieri duo inſtrumenta ſeparata, vnum de cauſæ cognitone interpoſita, alterum de alienatione, plures etiam ad hoc refert D. Craueta in d. reſponſo pro genero num. 154. verſiculo ſed et ſcripturam ſeparatim fieri, ſubiungens ibi num ſeq. q̃ imo etiã inter uallũ temporis eſſe debet inter cauſæ cognitionem et alienationẽ ex Baldo ibi relato et conprobat ratione, vt per eũ ibi, et hoc expreſſè vult, et fieri mandat noua conſtitutio
54 ducalis. † imo præcedere etiam debet ſuper hoc interlocutoria iudicis, vt poſt multos affirmat idem Pariſ. eodem conſil. nu 5. & conſil. ſequen. etiam nu. 6. At in caſu noſtro non apparet de aliqua ſcriptura confecta ſuper cauſæ cognitione, neque aliquam interlocutoriã præceſſiſſe, ideò, &c.

Nec eidem mulieri prodeſt licentia alienãdi per principem ſeu eius conſilium conceſſa, vt in literis, quarum tenor in ipſo inſtrumento eſt inſertus, quia non creditur illi inſertionis, nec per illam dicitur conſtare de ipſis literis licentiæ cùm non fuerit productum originale ex prælegata regula auth ſi quis in aliquo, & ibi doct. & per alios in locis ſupra relatis, & præcipuè cum in eis fiat mentio, & relatio ad alias priores literas ſimilis licentiæ, de quibus etiam non conſtat, & vbi de ea ſ ligitimè cõſta-
55 ret per originales literas, reſpondetur † quòd talis licentia intelligitur, ſi preces veritate nitantur c. 2. de reſcrip. ibi, in huiuſmodi literis intelligenda eſt hęc conditio, etiam ſi non apponatur, ſi preces veritate nitantur, vbi glo. notat, & concordan. allegar. & per Bart. & alios in l. præſcriptione. C. ſi cõtrarius vel vtili. publ. licentia ergo, & diſpenſatio eſt conditionalis, ſi modò contenta in precibus vera eſſe probarentur coram prętore Vercellarum, cui committitur, vt de ære alieno ibi in precibus narrato & aliis cauſis inquireret, & examinaret, an ex eis concedenda eſſet licentia cedendi, & alienandi prædium, vel ius ad illud luendum, quod cum factum non fuerit, gratia ſeu licentia dicitur ſubrepta, & ipſo iure non valet c. ad aures in fi. & c. ad audientiam de reſcript. ita in terminis dicebant Deci d conſ. 403. nu. 16. & ſeq & ex alio etiam eſt ſubrepta, qui i dato, q̃ ſubeſſet adhuc aliud æs alienum marit exoluendum, non tamen dictum fuit, quod ipſe marius haberet bona, ex quibus poſſet creditoribus ſuis ſatisfacere, quod ſi dixiſſet, nequaquam princeps ſeu eius conſilium dictam licentiam conceſſiſſet. Alia etiam nullitas euidens ex ipſo inſtrumento ceſſionis, & alienationis apparet, in quantũ in eo legitur de cõſanguineis mulieris quorũ interuentus ex forma nouæ conſtitutionis requiritur in contractu alienationis ipſi interuencrũt per procurato-
56 rem † quod fieri non potuit, ſed debet eorum interuentus eſſe in perſona, non per procuratorem, vt nominatim determinat Ba. in l. r. in fin C. qui admitti, quia vt ait Bal. ſtatutum, ſeu conſtitutio requirit præſentiam veram, & non fictam, arg. l 2 C. deiis qui venia ætatis impetra & Balbum ſequitur ibi Roma. nu. 27. qui alia ratione mouetur, quàm ea, quam adducit Bal. que dicitur ea ſe malè fondare, nam inquit Ro ma. ideo non poſſe conſanguineos interuenire per procuratorẽ, quia, vbi quis eligitur ad quid faciendum propter eius fidem, & induſtriam, nunquã ad hoc procurator cõſtitui poteſt, extra de off. delegati. l. is cui lib 6. & eod tit c. ſin in antiq. & habetur per Bar. in l. in vſucapione §. 1. ff. de diuerſ. & temporal. præſcrip. ſed ſtatutum eligit conſanguineos ad præſtandum præſentiam & interuentum in cotractu pupilli, vel mulieris ob ſingularem fidem quam in eis habet, ſcilicet quia contemplatione conſanguinitatis non permittent minorem, vel mulierẽ decipi, & adeo ego quod melius ipſi poterunt inſtruere, ſeu informare iudicem de veritate æris alieni, & aliorum, quæ exquirere debet in cognitione cauſæ, & an alienatio ſit vtilis, vel damnoſa, ideo perſonalis debet eſſe interuentus, non per procuratorem, & Baldum refert quoque & ſequitur Ioan. Campez. in ſuo tracta. de dote in vlti. parte quæſt. 103. incip. an poterunt conſanguinei conſtituere procuratorem facit text. in l. minorũ. C. de præd. minor. ibi, dum dicit, per procuratorem delato ad prætorem, vel Præſidem prouinciæ libello, fieri non potuit, vbi Bald. not. quo fit, vt dicta venditio, ac decretũ interpoſitum ſint nulla, tam ex deffectu cauſæ cognitionis non adhibitæ, quam ſolemnitatũ à iure, & forma conſtitutionis requiſitarum, & cùm ipſa conſtitutio procedat annullatiuè, non eſt de hoc hæſitandum.

57 Neque obſt. ſi dicatur † q̃ pro decreto iudic,

præſumitur,adeò quòd illius interpoſitio facit præſumi omnia ſolemniter acta , & etiam cauſę cognitionem abhibitam, & illi eſt ſtandum donec probetur contrarium,vt expreſsè dicit Specul.in tit.de emptione.§.nunc dicendum verſ.& breuiter ſcias,cum quo tranſit ibi Ioan . Andr . in additio . allegat Specul.quod habetur in l.& ſi præſes,& in ſ ſiquidem C.de præd. minor. nam decreta prætorum inquit, non debent eſſe cluſoria l.ſi prætor. ff de iudiciis,ſed debent aliquid operari.ff.ad municip. l.t.& ff.de lega. 1.ſi quando,vnde præſumitur ex iuſta cauſa interpoſitum, & omnia ſolemniter acta inſtit.de fideiuſſo.in fi.& ff.de verb. oblig.l.ſciendum,extra de renunciatio.in præſentia , multũ ergo operatur in talibus iudicis decretum.ff.de minor.l ait præ or,& opponendo contra de l.obęs C.de præd. mi reſpondet quòd ſatis probat emptor iuſtam cauſam ſub fuiſſe,eo ipſo,ꝙ decretũ oſtẽditur hæc oĩa ait Specul. ſecundum cuius dicta ceſſarent omnia ſupradicta , quia omnia interceſſiſſe præſumerentur per interpoſitionem decreti iudicis & ideò dicenti non interueniſſe ſolemnia in cũberet onꝰ probãti, & Speculatorẽ ae plures alios ad hoc refert,& ſequitur imo . conſ. 98. incip.in quęſtione quæ vertitur col. 3 . & ſeq. col.2.& multi alij eiſdem ſequuntur ,quos refert Deci in c quoniam contra col. 22. verſ. vltimò notandum eſt ,extra de proba. addens ex Bartolo in lege frater à fratre in verſ.tertio quęro de contractu emptionis . ff. de cond. indeb . quòd vbi decretum iudicis reperitur, omnis præſumptio fraudis remouetur,&ibidẽ ex Bald.etiam ait,ꝙ quando decretum ſuperioris interuenit , præſumitur , quòd actus vtiliter geſtus ſit.

58 Huic obiectioni reſpõdetur multis modis† primò dici poteſt,ꝙ plures tenent contrarium imò non præſumi pro decreto iudicis, & niſi appareat fuiſſe adhibitum cum cauſæ cognitione , eſſe nullum,vt ſupra dicebamus,eo quia ſolemnitas extrinſeca non præſumitur ,ita Ang in l 1. C. de fide inſtr.& iure haſtæ fiſcal. lib 10.& ibi alij docto.& in l.ſciendum ff de verbo.obligar. & plures hanc tenentes refert Alcia.in ſuo tracta.de præſumptio.reg. 3. præſumptio. 10 . dicens hãc opinionem in puncto iuris eſſe veriorem , & pluribus eam comprobat,vt per eum,& hanc tenet D . Crau.in ſuo tracta.de antiquita. tempo.in 2. parte in principio num. 18 . vbi refert magis præſumi pro iudice in ſententia,vel alio actu iudiciali,& cõtentioſæ iuriſdictionis , quam pro decreto , quod eſt actus extraiudicialis ,& voluntariæ, iuriſdictionis,& redit ibi rationem diuerſitatis vt per eum,addens ꝙ videmus a communiter accidentibus , quod in huiuſmodi decretis , quæ interponuntur inter præſentes, petentes, & conſentientes, nichil aliud quærit prætor, quàm partium concordiam,l.ſi conuenerit ff. de re iud.& raró videas,inquir,decren interpoſitionem denegari,metu amiſſionis emolumẽti pro huiuſmodi interpoſitione decreti cõſtituti,& apud iudices pleroſque inferiores ſolũ valent decreta huiuſmodi ad commodum burſale,nouit Deus,inquit,ſi præter vectigal hoc, aliud iudices eiuſmodi quærunt,eandem ſequitur ipſe D.Crau in reſponto pro genero , vbi de decreto Senatus loquitur,nu.247 & ſequen & præcipuè nu.250.vbi plures huius ſententiæ refert,& poſt eum D.Octauia.d.conſil 12. nu. 25.verſic.nec obſtat aſſertum decretum,

Secundò , preſupoſito pro vero dicto Spec.
59 & ſequaciũ,reſpõdetur † quòd illud declaratur procedere , quando in ipſo decreto iudex enunciaret cauſæ cognitionem , & ſolemnia præeſſiſſe tunc enim benè præſumitur ,ꝑ ipſo decreto,quia ſtatur eius enunciationi , quòd ſolemnia interuenerint. ita Bald in l.ex his C. de teſtamen.mitt & in l. 1.C.de reb.cred. per glo.in l. 1.C.de fide inſtrum.& iure haſtæ fiſc. refert,& ſequitur Deci in d.c.quoniam contra co l.23.verſ. & quod dictum eſt & ibi etiam Felin.ſub num.37 verſ.limita,ſeu declara ,vbi multos pro hac opinione adducit,& ait ibidẽ in verſ.limite lige quòd non ſufficeret,ſi tabellio ſcripſiſſet ſimpliciter ſolemnitates interuenſſe.ſed oportet,ſolemnitates nominatim exprimere ſecundum Ioann.ẽ Fabr. in §. finali Inſtit.de fideiuſſ. idem tenet Alciatus d. præſumptione 10.num.2.& num.5.et ſequ. Pariſ. d.conſi 98 nu.12.et pluribus ſequen.at in caſu noſtro non legitur facta enunciatio nec generaliter,nec ſpecificè quòd cauſæ cognitio , et ſolemnia iuris præceſſerint,ideò pro tali decreto non præſumitur .

Tertiò etiam reſpondetur,quòd vbi in ipſo decreto fieret enunciatio , ſolemnitates interueniſſe ,adhuc tamen non obſtaret obiectio,
60 quia quòd præſumatur pro decreto † in quo enunciantur ſolemnia,et cauſæ cognitionem interueniſſe,illud verum eſt,et procedit inter ipſas partes præſentes , et contrahentes , et id quia,etiam ſi illud verũ non ſit,tamen videtur paries acquieſcere,et tacitè renunciare talibus ſolemnitatibus . ſed ſecus eſt quoad alias perſonas,et abſentes,ita notabiliter limitat D.Crauetta d. tracta. de antiq tempo.d.par.2 numer. 11.vbi ait,quod ea concluſio,quæ habet quòd ſtatur aſſertioni iudicis ſuper ſolemnitatibus ſententiæ,aut decreti,limitatur,vt procedat cõtra ipſas partes præſentes,et conſentientes expreſsè,vel tacitè,puta non appellando,aut cõtra alios cauſam habentes ab ipſis partibus præſentibus , ſecus contra tertios abſentes,ita volunt omnes docto. ibi per eum allegati in principio primæ quæſtionis dictæ 2.partis , dũ expreſsè ponderant præſentiam partium , ita volunt etiam Barr.et alij in d . auth . ſi quis in aliquo præcipuè Purpura.nu.4 verſ. ſecundo limitatur quoad perſonas et num 47.vbi limitando reg.d. auth quòd enunciata in inſtrumento referent inõ probant niſi conſtet de relato, ait iſtud non procedere quoad perſonas inter quas confectum eſt inſtrumentum et quæ contrahendo ſibi præiudicare poſſunt,ſecus in alijs allegat Alex.Socin.Iaſo.et alios in locis ibi relatis et in ſpecie Bar.in ſ. ſi fortè ff. de Caſtren.pecul.et eis addo Nat conſ.352 nu.

3.poſt

9 post Paul. de Cast. quem refert cõs. 139. pro declaratione eius de quo quæritur lib. 1 addo eundem Alex cõs. 17. iub nu. 8. vers. sed quando tractatur lib. 4. vbi ait, quòd quando tractatur de præsumenda solemnitate ex lapsu temporis ad exclusionem alterius, & eius præiudicium, tunc non sufficit lapsus 10. vel 12. anno. sed requiritur diuturnitas temporis 30. vel 40 anno allegãt tex quem dicit notab. secundum vnum in tel lectum glos. in cap. peruenit de emptione. & vendit. quem ad hoc ponderat ibi Innoc. præsumptio ergo, si qua militat pro decreto, ex sententia Speculatoris, In casu nostro, procederet quantum ad ipsas partes, quæ præsentes coram iudice contrahant, sed non quoad tertium, cum quo nunc agitur, & ratio naturalis suadet, quia aliàs effet in facultate duorum contrahentiũ enonciare multa in aliquo instromento deliberatè, & ex proposito ad præiudicium tertij, quod non est permittendum.

Quartò respondetur, dictum Speculatoris, & aliorum etiam declaratum vt supra, non procedere, quando solemnitates enunciatæ in decreto non potuerunt interuenire tempore contractus, & decreti, quia tunc cessat præsumptio, ex quo ob temporis breuitatem non potuerunt omnes solemnitates interuenire, & ideo decretum censetur appositum præcipitanter, ita limitant omnes docto. supra relati, præcipuè Alciat. d. præsumptione 10. nu. 2. Paris. plures referens d. cons 98 num. 18. & sequenti, concludens post Alex. & alios, decretum interpositum eodem momento, non præsumi interpositum cum causę cognitione, est quòd istud asseratur in instrumento cõfecto per ipsum notarium, & licet præsumatur
61 pro decreto, & pro iudice, † tamen istud non procedit, quando ex temporis breuitate appareret iudicem non fecisse inquisitionem de necessarijs, quo casu pro decreto non præsumitur, esto quod in eo dicatur causæ cognitionẽ præcessisse, plures etiã refert & sequitur Dec. d. cons. 403 col. 5. vers. postremò considerandum est D. Cracta d. responso num. 155. & num. 251. vers. & in specie. At in casu nostro, vbi iudex in decreto dicerat, se causæ cognitionem adhibuisse, fumpsisse informationes, seu se diligenter informasse, prout ius commune, & constitutio disponunt, nõ tamen cre deretur id factum esse, ob temporis breuitate, maximè cùm super hoc fieri debuerit scriptura, prout d. constitutio disponit. & ferri debet super informatione interlocutoria, vt supra diximus, quæ nullo modo potuerunt fieri eodem die interpositi decreti.

Quintò adhuc respondetur ex Gemin. in cons. 48 incip. pro examinatione clariori col. 4. vers. sed præmissæ conclusioni, vbi præmissa hac obiectione ex eodem Speculatore, respondet ibi col sequen vers. sed ad hoc respõdetur. cp Speculator, licet dicat præsumi pro decretò iudicis, non tamen tenet, cp decretum valideꝰ contractum, si est interpositum ex falsis assertionibus, seu allegationibus, imò ipse Speculat. expresè ita limitat, dicens quòd vbi decretum iudicis interpositum inuenitur, præsumũtur omnes solemnitates fuisse adhibitæ,
62 in tantũ cp staturꝰ vẽditionis, † nisi pupill. ostẽdat iudicẽ fuisse falsis allegationib. circũuentum, allegat l. & ti Prętes C. de prædris vel alijs reb. min. ibi si falsis allegationib. circonuẽtam religionẽ ei probare possit, vbi oẽs doct. notant, cp decretum ex falsa causa interpositũ est nullũ, nec validat cõtractũ, cui interponitur, vt in casu suo pluribus, pbat Gemin. d. consi. 48 & confideratꝰ cp pronũciatio Episcopi, & authoritas interposita alienationi rei ecclesię de qua ibi continebat manifestam iniquitatẽ, quia approbat causas deductas in petitione, & præcipuè cædere in euidentem vtilitatem ecclesiæ, & approbat pro iusto id quod ius decernit iniustum, vt per eum, conclu dens propterea, authoritatem, & decretum nõ tenere, nec validare contractum, sic ergo in casu nostro decretum fuit interpositum ex falsa causa, quia concessit iudex deueniri ad alienationem per mulierem ob æs alienum maritꝰ exoluendum, & præcipuè pro eius debito volũtario, cùm tamen non liceat de iure alienare fundum dotalem pro debitis volũtarijs, nec mariti, nec vxoris, sed tantum pro necessarijs, & ita approbat pro iusto, id quod ius decernit iniustum, & ideo petinde est, ac si pronunciasset expresso iuris errore, quia ius est certum, & manifestum, vt in c. in nostra, de
63 cohabit. cler. cũ ibi notor. in glo. † & parta sũt, vt ait Gem. vbi supra, exprimere errorem in sententia. vel apparere ex actis qñ sententia se refert ad acta, iuxta nota. per Inno. & alios de re iudic. in c. cum Bertoldus, & in c. fraternitatis de frigidis, & malef. Sed fortassè ignorabat ille prætor, qui decretum interposuit, cp non pro omni ære alieno concedituꝰ alienatio fundi dotalis, nec p. o omni causa, sed pro necessaria tantummodo, ignorans etiam fortè quæ dicatur necessaria causa, vel arbitrabatur nullam esse constitutam differentiam inter alienationem prædij dotalis, & rei pupilli, vel minoris, sed illud indistinctè possit alienari pro quolibet ære alieno, sicut prædium minoris iuxta nota. in l. ob æs C. de præd. minor. & in l. magis puto §. ne passim. ff de reb. eorum, ne sciens cp strictior est prohibitio alienationis prædij dotalis, quàm minoris, cùm illud pro causa necessaria tantũ alienari permittatur, † istud autem pro ære alieno etiam voluntario, ideo nec etiam pro decreto talis iudicis præsumendum est, secundum Alcia-
64 tum d. præsumptio. 10. nu. 10. vbi ait, † quòd non præsumitur pro decreto, qñ iudex esset idiota, quia non est verisimile, cp ipse fecerit seruari solemnitates iuris, quas ignorat, nec adhibuerit legitimam causę cognitionem, ita esse refert de mente Aretini cons. 69. vers. præterea, & hoc esse notandum dicit contra consules ciuitatum, & baiulos castrorum, qui vili mercede interponunt authoritatem in cõtractibus magnæ importantiæ, & ibi hanc limitationem multis, comprobat idem Alciat. vt

per eum, respondeni etiam ad obiectum, si diceretur, ꝙ iudices præsumũtur scire iura, iuxta l. leges sacratissimæ C. de leg. & cõsequenter ea seruare, vt per eum, ad quẽ me remitto. Additur ꝙ ẽt est nullum decretũ, eo quia obreptitiũ nã non fuit iudici expressum, quòd maritus bona multa haberet, put habebat, ex quib⁹ cõmodè satisfieri ereditorib. poterat, vt deductum, & probatum est ex confessione ipsius mulieris, Ideo permittenda non erat alienatio, eõsequenter fuit nulla, nec validatur per decretum interpositum, quia fuit iudici obreptum tacendo veritatem, vt est text. in l. t. §. quòd si fortè. ff. de reb. eorum, ibi, manẽte pupillo actione, si postea potuerit probari obreptum, & in d. l magis puto. § ne passim seu §. pen. dum ait manet actio pupillo si postea poterit probari obreptum fuisse prætori & vbiq; doct. not. ita per dicta iura consuluit Cor. cons. 165. col. 2. liera B. lib 4. vbi declarat, qualiter dicatur obreptum iudici, puta si narratur iudici, inquit, esse tantum æs alienũ, quòd ex ceteris bonis solui non possit, vel qd simile narratum, sit prout solet in instrumentis huiusmodi venditionum dici, qu a immunet æs alienum exoluendum, & non sunt alia bona, &c & si non dicatur, satis est quòd nõ inthimetur iudici, ꝙ sun: bona ex quib. posset
65 ereditoribus satisfieri, † nam obreptitur, inquit, non solum exprimendo falsum, sed etiam tacendo veritatem cap. super literis eũ ibi nota. de reserip. & per Bar. in l. præscriptio ne C. si contra ius vel vtilit pub. tex. cum glo.
66 in clem. ne in agro de statu monach ‡ & subrepti⁹ nocet, inquit Corneus, etiã si per ignorantiã fiat d. c. super literis, licet in casu isto nõ cadat ignorantia in muliere, ꝙ maritus haberet bona allodialia, & feudalia. prout falsa est respondendo positionibus, cùm itaque probetur, ꝙ marito extabant bona, ex quibus poterat exolui æs alienum, censetur obreptũ iudici, consequenter alienatiõ est nulla, vt concludit idem Corn. vbi supra, decretum. n. inquit, subreptitium, seu ex non vera causa interpositum, regulariter non valet per l. Seiæ egressæ, & l. tutor si petitus ff. de tutor. curator. dat. ab his eum alijs concordan. ibi adductis.

Postremò manifesta simulatio detegitur, & quòd omnia in fraudem dñi facta sint simula
67 tio, etenim, † quia dolus, & fraus directo probari non potest, admittitur probatio per cõiecturas præsumptiones & indicia, vt habetur in l. dolum C. de dolo, in cap. 2. de renunciat in 6. in c. ad nostram, de empt. & vend. in c. illos de pignor. per Corn. consil. 135. col fin. lib. 1. quem cum alijs refert Paris. consil 53. num. 8. lib. 1. in casu nostro ex actis resultant manifestæ coniecturæ, & præsumptiones simulationis, doli, & fraudis, præcipuè enim ex eo detegitur, quòd maritus liberos no habebat, nec nunquam habuerat, fratrem tantum habebat, qui feudi incapax erat, quia clericus, & beneficiatus, prout ita declaratum extitit per Illustrem Cameram, & qui alioquin non etiã potuisse succedere in bonis istis feudalib⁹ acquisitis per fratrem, quia feudum era nouũ in quo frater non succedit frati, & propterea videns feudum esse reuersurum ad principẽ cogitauit per hanc viam alienationes sub colore dotium, ꝙ bona ad mulierem peruenirẽt fingendo alienationes prædiorum propter æs alienum vt ex eiusmodi alienationibus eõ
68 dalibus, de quibus agitur † nam in fraudem alienare præsumitur vassallus, qui fili⁹ habere nõ potest iuxta gl. & ibi scribẽtes in c. 1. in §. sed etiam res, in verbo, in fraudem, per quos fiat inuestitura, & huiusmodi præsumptio in casu nostro inducitur, quòd in fraudem domini faceret maritus, qui nec liberos, nec agnatos habebat saltem successibiles, vt diximus, & ideo spes erat probabilis, quòd feudũ ad dominum recasurum ‡ Augetur præsumptio ex eo, quòd nulla erat necessitas deueniendi ad alienationes prædiorum dotalium, cùm nullum æs alienũ mariti probetur fuisse tunc, nec pretium dictorum prædiorum venditorum versum in vtilitatem, & commodũ mariti, sed ideo simulatè ad eas deuentum est vt per illas causa & occasio esset marito constituendi hipothecam pro muliere super bonis feudalibus, & ita fraudaretur dominus spe deuolutionis, & reuersionis feudi, & quod huiusmodi alienationes fuerint simulatæ, & fraudulentiæ, præcipuè illa de prædio dotali ad Pezanam pretio trium millium aureorum, vt as
69 seritur, patet † quia facta est consanguineo ipsius mulieris, & fortassè proximiori, præsumitur enim ex hoc simulata & in fraudem facta, præcipuè de predio tanti valoris, ita simulationem, & fraudem alienationis considerat Gemin. d. cons. 48 col. fi. vers. & est aduertendum, quod istæ cõtractus, nam in casu suo contractus venditionis rei ecclesiæ fuerat factus per prælatum cum fratribus ipsius sacerdotis venditoris, & de magna quantitate possessionem ecclesiæ, quo casu vehemens inquit est præsumptio fraudis in ter eos, adducit nota. per Ioan. And. in additio. Specula. in rubrica de reb. eccles. non alienan. ita de donatione facta coniunctæ personę, quòd in fraudem censeatur, tradit Bar in l. post contractũ col. 2. versic. secunda præsumptio est, quando donat coniunctæ personæ. ff. de donat. & ibi alij scribentes, quem refert Socin. cons. 264. colum. 1. vers. tertio argguitur simulano lib. 2. & Paris. cons. 53. nu. 18. lib. 1. vbi multos alios refert. Augetur etiam præsumptio fraudis ex eo, quòd fuit cessum, & remissum consanguineo emptori ius luendi prædiũ dotale ab Pezanam preno scutorum mille, vt continetur in instrumento producto, & nihilominus adhuc habet mulier ius ipsum luendi, & ad hũc effectum obtinuit literas prorogationis temporis ad luendum, vt deductum est in actis, &c probatum, quòd si prætendit adhuc ius & facultatem luendi, certè dicendum est, quod remissio iuris luendi iam facta, & simul etiam receptio prætij mille aureorum si: simulata,

& si-

ficta,& quod licet in instrumento remissionis iuris luendi de quo in actis, legatur prætium mille scutorum,fuisse realiter numeratum,& per ipsos iugales receptum,nihilo minus talis numeratio fuit ficta, & pecunia fuit postmodum restituta,ita in simili considerat simulationem cõtractus venditionis rei pupilli Decius in prælegato consil.403. sub num.18. versic. & talis contractus fuit simulatus,quia fuit prætium apparenter solutum, & tanto magis simulatus præsumitur hic contractus cessionis,& remissionis iuris luendi,quia non producitur,nec constat de principali contractu præambulo venditionis dicti prædij cum alio facultatis luendi,nam si vera est venditio & bona fide facta,cur non ad rollendam omnem suspicionem produxit instrumenta venditiones,& facultatis redimendi,certè rencentur, quia, aut vera non sunt,aut quia faciunt cõtra ipsam mulierem,& quòd ideo non producit,ne dotis & fraus detegatur,non omitto, quòd etiam simulatio ex eo præsumitur, quòd de omnibus prædijs, & bonis dotalibus facta alienatio ita ex hoc simulationem contrahitat Bartol in d. leg post contractum, & post eum alij doct.& Socin.d.cons. 64.colum.1. versic secundo arguitur simulano. Concluditur itaq: ex prædictis,omnes assertos cõtractus alienationum prædiorum dotalium,& præcipuè prædij ad Pezanam esse euidenter ,& notoriè nullos & inualidos, quo stante sequitur necessariò nullum iuspotuisse acquiri per tales contractus mulieri super bonis mariti, maximè feudalibus per hi-
70 pothecam, aut aliter † quia certissimi iuris est, quòd ex contractu nullo, & contra legis prohibitionem facto ,nullum ius, neq; actio oritur,quia lex non assistit,sed potius resistit, & perinde lex fingit,ac si sequutus non esset, vt dicit tex.notabilis in d.l non dubium C.de legib.ibi dum ait,nullum etenim pactum,nullam cõuentionem,nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente,& vt in terminis dicebat D Crau.d. responso pro genero nu.250. ius effectum aliquem non tribuit actui inualido l. quoties ff qui sanè.cogan l. 2.ff.de auth tut. cum concordan. ibi per eum adductis,quo fit,vt sine iure & actione egerit hæc mulier,& meritò fuit oppositum de nullitate contra huiusmodi contractus,quia quilibet pro suo interesse potest dicere de nullitate vt latè per plura iura probat Sebast. Vantius suo tract.de nullitatibus sentẽt quis pos-
71 sit dicere de nullitate, † quinimo, vbi nullitas euidens, & notoria,vt quia ex facie ipsius instrumenti resultat,posset iudex , & tenetur ex officio supplere,si per litigantes non opponeretur, & hoc ne videatur iudex se fondare super actu nullo, vt per eundẽ Vantium vbi supra num.10 vers. maximè quando nullitas ex facie actus resultat, & num.56. nullo ergo modo potest declarari ius competere mulieri ad bona feudalia, de quibus agitur,quia esset approbare contractus omnino nullos nullita te notoria,& euidenti, & quæ probatione nõ indiget, & multo minus ius agendi habet aduersus tertium possessorem bonorum feudalium,quę fuerunt mariti,ex eo quòd data nullitate alienationum prædiorum dotalium, v
72 supra demonstrauimus, quatenus de alienationib legitimè appareret, † talis est ei actio rei vendicationis ad recuperanda prædia sua dotalia malè & nulliter alienata, & sic potest facto proprio contrauenire, vt dicebamus in prioribus allegationibus iuxta ea quæ habentur per glos.& Doctor. in l. vn. §. & cum lex C.de rei vxor.actio in l doce C.de rei vendicat. vbi quòd etiam marito constante matrimonio datur rei vendicatio pro fundo dotali per ipsum vel vxorem alienato,& in §. t instituit quib. alien. licet vel non, & alijs locis notissimis,quę adduximus in dictis allegationibus in quarto,& vltimo articulo, idem etiã est in minore cuius rei alienatio nulliter est, nàm datur,& ipsi rei vendicatio ad rem suam nulliter alienatam,vt in d l.1.in principio, ibi, manente pupillo actione, & in d. l.magis puto.§. pen.ff.de rebus eorum,& in l.& si præses C.de præd.minor ibi actionem pupillo Senatus reseruauit tradit Ioan. And ad Specul. in tit de emptio & vendit.in §. nunc dicendum d.vers.& breuiter ictas,in additio.incid.l.& si præses,& Gemin d.cons.48 col.5 vers. quòd si ostenderit decretum vitiosum, Paris.d.cõs. 93 n.24. vers & sibi competit ordinaria actio realis pro rebus malè alienatis, & nimirum si
73 datur rei vendicatio, † quia ex huiusmodi alienatione à lege improbata nullum est trãslatum dominium in emptorem, sed penes venditorem remanet & propterea datur rei vendicatio,vt habetur in l.quemadmodum, & ibi per glos & doctor C de agricol.& cen-
74 sit.lib.11. ibi venditione concessa, † vnde talis emptor, qui scienter lege prohibente mercatus est,non solum rem ipsam cum omnibus fructibus restituere tenetur,sed etiã pretium amittit,vt expresè dicit tex. ibi, & emptor pretium, quod dederit, amissum existimet,quòd tamen non lucretur venditor , sed fisco applicatur, vt per glo. ibi in verbo , emptor,allegat ff.de iure fisci l Lucius, & l. aufertur,§.1.& de contrah.empti l.Senatus,& C. de litig. leg. fin. dicens idem esse si non sit solutum pretium,sed de eo habita fides,quòd etiam tunc debeatur fisco,& in terminis venditionis fundi dotalis, quòd emptor sciens amittat pretium, & fisco tunc acquiratur, tenet Imol. in cap.cùm contingat de iureiur.vt in prioribus allegationib. dicebamus,& ibi ẽt probauimus, quòd non tenetur vxor de euictione emptori,vt nominatim dicit glo.& ibi omnes doctor.in l.si prædium. C.de iure dotium,probat etiam tex in l. si à matre eod. tit. ibi nullam firmitatem iuris dationem habere per quem tex. Bal.ibi in fi.notat,quod contractus ex quo ius non quæritur,nullam firmitatem habet,nec in euictionis succedanea actio-
75 ne † imò etiam fideiussor datus de euictione non tenetur, vt est tex.in l.cùm lex.ff.de fideiusso,

iussio. vbi glo. & doct. maximè Paul. de Cast. rationem adducens, quia ex tali venditione improbata à lege, nõ oritur aliqua obligatio, nec ciuilis, nec naturalis, quia impedit, ideo non modo venditor, seu venditrix non obligatur ex sua p̃missione de euictione, sed nec eius fideiussor, sublato enim principali, omne tollitur accessoriũ. l. cùm principali. ff. de reg. iur. cum similib. & ad hoc facit d. l. non dubium. C. de legib. Itaque si mulieri salua est actio ad bona sua dotalia alienata, vt ea habere possit per rei vendicationem, certè ipsã dotem, & bona sua dotalia dicitur habere vulg. reg. qui actionem habet, ff. de reg. iur. & l. rem in bonis nostri, ff. de acquir. rerum dom. cum nota. per glos. & docto. vbique, & non alienata dicuntur prædia dotalia, cùm non sit translatũ dominium, vt dicit expressè tex. in l. 1. C. de iure dotium, & consequenter dicitur dos seu prædia dotalia apud ipsam mulierem, esse non apud alium l penes tel is apud se & l. habere. ff. de verbo. signif. & vbiq; glo. & docto. & propterea non potest dici creditrix, vt ex statuto ciuitatis, aut alio agere possit vti creditrix actione personali, aut hypothecaria, & molestare tertiũ possessorẽ bonorũ feudaliũ, quia ad ea nõ potest agi, nisi in subsidiũ arg. l. cõmodatis & notato. per Fed. de re iud. & in Instipendia. C. de executio. rei iud. per Alex. cons. 11. lib. 5. Bal. cons. 305. lib. 1. Bru. cons. 18. col. pen. vers. sexto etiam post Ioan. de Imo. Paul. de Cast. & alios in l. pro hærede. § fiquid tamen. ff. de acq. hæredit. qp si deuerius detentorẽ bonorum experiri nolit actione ordinaria sed pertinaciter instare, & agere prout agit, vehemens est præsumptio mala certa, & indubitata coniectura collusionis cum consanguineo bonorum detentore ad damnum, & præiudicium conuenti, & possessoris imò ipsius principis, quod non est tolerandum, quia aperitur via fraudibus contra dominũ, & agnatos. Quare iustissimè iam declaratum extitit per Illustrem Cameram mulieratas non cõpetere ad bona feudalia, & ideo concludit confirmandum esse sententiam, cum expensis.

Antonius Bagnasacus.

INDEX LOCVPLETISSIMVS IN OMNIA CONSILIA.

LIBRI SECVNDI.

D. OCTAVIANI CACHERANI.

A

ABSVRDI cuitandi gratia dispositio, seu lex generaliter loquens debet generaliter intelligi, etiamsi sumus in odiosis, & correctorys cons. 15. num. 10. fac. 155.

Absurdum ex absurdo nascitur, & dato uno inconuenienti multa sequuntur cons. 15. num 9. fa. 154.

Accephalus nemo esse potest consil. 19. num. 69. fac. 270.

Accessorium sine principali, & causatum sine sua causa esse non potest cons. 23. num. 38. fac. 353.

Actoris assertioni sicut standum contra agentem, ita assertioni excipientis standum contra excipientem consil. 4. num. 15. fac. 38.

Actum nullum quemquam velle facere non censeri cons. 7. num. 29. fac. 79.

Actuum frequentia ad inducendam consuetudinem probata resultat ex probatione pluralitatis actuum cons. 17. nu. 11. fac. 200.

Actus in dubio indicatur perpetuus non temporalis cons. 10. nu. 21. fac. 110.

Actus causa cognitionis debet esse separatus ab actu venditionis cons. 23. num. 53. fac. 357.

Actus ad inducendam consuetudinem fuisse factos eo animo, & intentione quomodo cognoscatur cõs. 17. num. 23. fac. 204.

Adiunctiuatione verba mutant naturam suam, & id quod additur corrigit precedentia cõs. 1. nu. 11. fac. 4.

Agnatorum appellatione in materia feudali non veniunt femina cons 5. num. 62. fac. 61.

Agnatus hereditatem defuncti repudiare potest, & feudum retinere cons 8. num. 15. fac. 93.

Alienatio rei dotalis sine causa legitima est ipso iure nulla cons. 13. num. 49. fac. 356.

In Alienatione rei prohibitæ requiritur precedens interloquutoria, vt subsistat alienatio ibidẽ n. 54. fa. 357.

Alienari prohibita non debent alienari præter quàm in subsidium, & excessis bonis que alienari non prohibentur cons. 22. nu. 56. fac. 340.

In Alienatione feudi consensus tacitus non sufficit, sed expressus requiritur cons. 22. num. 11. fac. 327.

Alienatum prædium non dicitur quamdiu remanet in dominio venditoris cons. 23. nu. 61. fac. 340.

Alienatio fraudulenta præsumitur si fiat coniunctæ personæ, & de magna quantitate cons. 23. n. 69. fac. 360.

Ex alienatione illegitima nullum transfertur dominium ibidem num. 73. fac. 361.

Alienatum non dicitur, nisi transferatur dominium, ibid. num. 76. fac. 362.

Antecedens sequentis naturam non sapit, sed sequens antecedentis sic cons. 3. num. 14. fac. 29.

Antiquitas temporis facit præsumi omnia requisita intervenisse ad validitatem actus cons. 1. nu. 21. fac. 5.

Antiquitas temporis multum potest in instrumentis ad augendam eorum fidem cons. 1. nu. 29. fac. 6.

Antiquum factum dicitur quod centum annorum spatiũ pertingit cons. 18. nu. 2. fac. 210.

Appellatio seu pronocatio causam reducit ad terminos litis contestatæ cons. 4. nu. 14 fac. 38.

Appellatione suorum in successuris etiam extranei cõtinentur heredes cons. 21. nu. 3. fac. 310.

Approbatio contractus rei feudalis porrigitur ad omnes eius appendices, & qualitates consil. 22. num. 60. fac. 120.

Arbitramentum metu prolatum non valet cons. 19. nu. 11 fac 255.

Arbitri, & arbitratoris potestas terminantur anno, aut ad plus triennio cons. 19. num. 4. fac. 284.

Arbiter non exequitur suam sententiam cons. 19. nu. 7. fac 285.

Archiui auctoritas aduersus nõ subditos fidem aliquam non dat scripturis ab eo extractis cons. 4. num. 14. fac. 46.

Aretinus, qui pro Marchione Montisferrati consuluit multis præsuppositis in facto, de quo agitur non veris respondit cons 4. num. 22. fac. 49.

Argumentum à contrario sensu locum non habet, vbi in lege, vel statuto est dictio maximè, vel præsertim, & similes cons. 8. num. 27. fac. 97.

Argumentum à contrario sensu, an locum habeat in feudalibus cons. 8 num. 28. fac. 98.

Argumentum ab euitando absurdo deductum validũ esse in iure cons. 15. num. 8. fac. 154.

Argumentum à verisimili ad coniecturandam validitatem disponentium valet cons. 15. num. 15. fac. 156.

Argu-

Argumentum à ſufficient i partium enumeratione validiſſimum conſ.19.num.68.fac.270.

Aſſenſis Ciuitas cum toto Comitatu fuit tradita in dote Valentinæ filiæ Ducis Mediolani conſ.17. num.30. fac.206.

Atteſtationes receptæ parte non vocata nullius ſunt effectus conſ.2.nu.39.fac.20.

Authentica res quæ C.commun.de legat. militat in dote numerata, & recepto, non verò in confeſſata conſ.23. num.44.fac.353.

B

BAldi auctoritas magna, & eius opinio in indicando tenenda conſ.8.num.31 fac.99.

Baldi intellectus ad cap.1. quemadm. feu. ad filiam pertinet ad reprobatur conſ.11.num.10. & 11.fac.116.

Bartoli doctrina in l.ſi ita D.de auro, & argento legato declaratur conſ.15.num.5.fac.152.

Bartoli doctrina in l.ſi ita ff.de auro, & argen.lega. quòd verbum præteriti temporis prolatum ab homine non trahitur ad futurum, quomodo intelligatur conſ.15.n. 19.fac.157.

Bellum ſine ſuperioris auctoritate in dictum illicitum in dubio præſumitur conſ.5.num.1.fac.44.

Bellum in licitè licitè poteſt, & bona capi contra committentem crimen læſæ maieſtatis conſ.5.nu.17.fac.47.

Bello iuſtè indicto bona eo bello capta Principis indicentiu ſunt conſ.5.num.23.fac.50.

Bellum ab Imperatore, vel eius auctoritate in dictum iuſtum cenſetur conſ.5.nu.28.fac.51.

Bellum gerere licet iuris ſui proſequendi gratia, vbi ſuperioris copia deeſt conſ.5.nu.30.fac.52.

Beneficio gaudere eo quis non debet quod impugnare nixus eſt conſ.5.nu.60.fac.61.

Bolognini conſilium primum declaratur conſ.11.num.4. fac.113.

Bona omnia præſumuntur libera conſ.19.nu.1.fac.252.

Bonæfidei requiritur in præſcriptione, etiam centenaria, quan do de malafide ab initio apparet conſ.20.nu.59. fac.296.

Bona dotalia ſi non legitimè fuerint alienata eorum dominium remanet penes mulierem, & poteſt illa vendi care conſ.22.nu.57.fac.340.

Breui tas temporis elidit præſumptionem decreti dicentis iuris ſolemnitates interuenieſſe conſil. 23. num.61. fac 359.

C

CAp.1.ſi vaſſallus feudo priuetur cui defferu.cur ex cludat filios à ſucceſſione feudi ob delictum patris ratio affertur conſ.8.n.8.fac.88.

Filios vaſſalli delinquentis excludit à ſucceſſione feudi, & etiam agnatos vſq; ad 4. gradum declaratur conſ.8.num.8.9.10.fac.88. & 89.

Cap.1. de ſucceſſ.feu.declaratur conſ.8.num.16.fac.94.

Cap.1.§.hoc quoqsde his qui feu.da poſſ.diſpoſ.quom.intelligatur conſ.8.nu.22.fac.96.

Cap.1.de ſucceſſ.feu.ibi nu.24.fac.97.

Cap.1 §.ſi Capitanei de feudo Marchiæ declaratur ibi nu.25.fac.97.

Cap.ſatis bene in fin.de prohib feu.alien.per Lothar.non eſſe authenticam, & in paucis codicibus habet ibi n. 26.fac.98.

Cap.ſatis bene de prohib. feu. alien. per Lothar. declaratio conſ.8.nu.29.fac.98.

Cap.1 quemadm feu.ad fil.pertineat intelligitur de feu. antiq.nu.7. ſecundum veriorem intellectum loquitur in ſeu.nouo conſ.11.nu.8.fac.114. & 115.

Caroli 4. conceſſio facta Ioanni Marchioni Montisferrati eſſe merum donationem non conceſſionem in feudum conſ.4.nu.3.fac.36.

Caroli 4. Imperatoris conceſſio facta Ioanni Marchioni Montisferrati fuit in feudum conſ.7.nu.19.fac.76. Declaratur ibid.num.22.

Cauſa finalis de veri, ſeu ſtatuti ex proemio colligitur conſ.22.num.30.fac.332.

In Cauſa propria quis non poteſt eſſe arbiter conſil.19. nu.113.fac.278.

Certi modi ſunt transferendi dominium conſ.19. nu.46. fac.266.

Ciuilis poſſeſſio ſine traditione non transfertur conſ. 19. nu.73.fac.270.

Ciuitas Vercellarum olim habebat iuriſdictionem, & regalia Imperij conſ.23.nu.2.fac.345.

Ciuitas Aſſenſis etiam habebat omnimodam iuriſdictionem ibid.conſ.23 num.3.

Clauſula quòd per conceſſionem factam non cenſeatur derogatiuribus, ius, alterius cõſernat, & defendit conſ. 2.nu.44.fac.21.

Clauſulæ præcedentes maioris ſunt efficaciæ ad determinationem ſequentium quàm è contra conſ.3. num.13. fac.29.

Clauſulas inſolitas inducere præſumptionem fraudis in contractibus probare oportet eſſe inſolitas conſ.5.nu. 20.fac.48.

Clauſula ex certa ſcientia non obſtantibus, & aliæ operantur tantùm in his, quæ ſunt iuris poſitiuum non in his quæ ſunt facti conſ.5.num.54.fac.59.

Clauſula ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis non operantur aduerſus ea, quæ competunt per viam contractus conſ.5.nu.56.fac.59.

Clauſula prædicta non operantur quando appoſita legitur ſine cauſa cognitione ibid nu.57.fac.59.

Clauſulæ ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis non operantur derogationem iuris tertij quando conſtat de intentione Principis conſ.11.nu.12.fac.126.

Clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia eſt regulariter referenda conſ.13.num.4.fac.134.

Clauſula ſequens quando non refertur neque ex ea ſumatur declaratio, ſeu determinatio ad præcedentia ibi num.29.

Clauſula præcedens maioris cenſetur efficacia ad determinationem, & declarationem ſequentium quàm è contra ibi nu.30.

Clauſula ſequens non refertur, nec declarat præcedentia, nec è contra, quando per relationẽ, ſeu declarationem reſultaret abſurdum ibi n.31.

Clauſula ſequens quando continet extranea, & diuerſa à præcedentibus tunc per eam non datur declaratio ad præcedentia ibi nn.32.

Clauſula ſequens quando ſtat acceſſoriè ad præcedentem tunc non declarat, nec determinat præcedentem principalem conſ.15.num.33 fac.161. & 162.

Clauſula, & c. non extenditur ad facultatem remittendæ poſſeſſionis, ſeu conſtituẽdæ cõſ.19.n.56.fac.268.

Per clauſulam conſtituti vera transfertur poſſeſſio cõſ. 22.nu.4.fac.327. & conſ.23.nn.37. fac.352.

Clauſulæ in feudum mobile, & antiquum faciunt feudum conferi, ex pacto, & prouidẽtia maiorum acquiſitum, etiam ſi

etiamſi adiũciatur verba, & quicquid placuerit, & c. ex Ozſe deciſ. 164. conſ. 21. nu 46. fac. 318.
Contra Ozſel deciſ. 164. communis ſententia, & deciſ. Alua. Montiſfer. relata à Beccio conſ. 89. ibidem n. 48.
Clauſula ex certa ſcientia operatur in his, quæ ſunt iuris, ſecus autem in his quæ ſunt facti conſ. 26. fac. 350.
Clauſula ex certa ſcientia aut quàm operatur in damnum tertij, niſi quando Princeps fuit certificatus de iniuria, quæ tertio infertur conſ. 23. nu. 25. fac. 350.
Clauſula ex certa ſcientia non eſt apta ad confirmandũ actum ex ſui natura non confirmabilem conſ. 23. num. 24. fac. 350.
Clericus habens bona ſecularia eorum ratione non dicitur ſubditus Papæ conſ. 19. num. 105. fac. 276.
Clericus beneficiatus eſt incapax feudi conſ. 22. num. 67. fac. 342.
Clericus poteſt fieri capax feudi per nouam conceſſionem, eſt tamen incapax per ſucceſſionem coaſ 22. num. 69.
Compromiſſa præſumptio inducitur ex eo, quod laudi præſentibus & non contradicentibus tacitè apparuit conſ. 5. num. 49. fac. 58.
Compromiſſum de feudo fieri non poteſt in arbitratorem ſine conſenſu Domini coſ. 16. num. 4. fac. 186.
Compromiſſum de feudo non poſſe fieri in arbitrum ſine conſenſu Domini communis eſt opinio coaſ. 16. nu 5. fac. 187.
Compromiſſum de feudo quando fieri non poſſit ratio adducitur conſ. 16. nu. 19 fac. 195.
Compromiſſum probatur ex partium, et Notarij aſſertione conſ. 19. num. 33. fac. 264.
Compromiſſum finitur morte vnius ex conſtituentibus conſ. 20 num. 1. fa. 284.
Item mortem arbitratoris, vel arbitri nu. 2.
Compromiſſum factum in aliquem ſub nomine dignitatis tranſit in ſucceſſorem, niſi in eum cadat diffidentia num. 3. ibi.
Compromiſſum in aduerſarium non valet conſ. 20. nu. 5. fac. 284.
Coacepti, & nati lõgè poſt mortem primi inueſtiti agnatũ, & de liberis eius dicuntur conſ. 8 nu. 17. fac. 94.
Confectio inuentarij non aliter prodeſt quàm ſi filij nullam ex hæreditate paterna vtilitatem percipiant conſ. 21 num. 71. fac. 322.
Confeſſio erronea dicitur vbi apparet rem aliter ſe habere, & tunc non nocet conſ. 2. n 36 fac. 19.
Confeſſio ex verbis enunciatiuis non reſultat, niſi illa ſint ad actum neceſſaria, conſil. 4. num. 12.
Confeſſo erronea non nocet probato errore ibid. nu. 13.
Confirmatio nihil addit eſſe, ſed ſolũ corroborat eſſe conſ. 23. num. 11. fac. 347.
Confirmatio quando det robur actui confirmato, & illum extendat conſ 23. n 23. fac. 350.
Confirmatio iuris antiqui non probat ipſiam præſcribẽdi cauſam etiam ex longiſſimo tempore conſ. 20 num. 62 fac. 297.
Confirmatio non eſt actus perfectus, ſed dicitur confirmatio quaſi cum alio firmatio coaſ. 2. nu. 9. fac. 12.
Confirmatio vi extorta non valet coaſ. 19. n. 15. fa. 255.
Conceſſiones Principum intelliguntur ſine iniuria tertij conſ. 20. num. 13. fac. 296.
Conſanguinitas, ſeu parentela, vt probetur per teſtes de auditu, quæ concurrere debeant conſ. 18. nu. 8. fac. 211.
Conditionis alternatiua ſufficit alteram ex duabus euenire ſe coaſ. 3. nu. 2 fac. 28.
Conditio ſi ſine filijs, vel liberis deceſſerit nõ dicitur defeciſſe niſi filij, vel liberi in conditione poſiti ſuperuiuant conſ. 3. n. 7 fa. 28.
Conditiones a lege, vel decreto requiſitæ in alienationẽ feudi ſunt etiam neceſſariæ ſi feudum hypotecetur cõſ. 22 num. 29. fac. 332.
Concluſio Doctorum in l. 1 §. veteres ff. de acquir. hæred. quod excluſa à ſucceſſione patris non cenſentur excluſa à ſucceſſione fratris procedit in alodialibus ſecus in feudalibus conſ. 10. nu. 2. fa. 103.
Connexum vno præſcripto alium non continetur conſ. 28. num. 93. fac. 308.
Conſenſus Domini in alienatione feudi non præiudicat agnatis conſ. 22. nu. 36. fac. 333.
Conſenſus in contractu appoſitus extenditur ad ſingula in eo contenta conſ 21. n. 59. fac. 320.
Conſenſus Domini in alienatione feudi ex cãdotis etiamſi requiratur pro forma, & ſolemnitate valet etiam impetratus poſt mortem alienantis coaſil. 21. num. 34. fac. 316.
Conſenſus ſubditorum, vbi agitur de ſuperioritate multũ operatur conſ. 19. nu. 126 fac. 289.
Conſenſus Domini non præiudicat agnatis quò minus ſecundum allegata, & mortuo alienatore poſſit vocari conſ. 21. nu. 25. fac. 314.
Conſenſus Domini, vt non ſit à principio in alienatione feudi habitus, ſed tantum poſt facto interpoſitus, & quandoque quæritur, quod intereſſe ipſius Domini conſ 21 nu. 27. fac 315.
Conſenſus Domini in feudo alienato quando ex omiſſione illius eſt ius aliquibus ſucceſſoribus, aut tertio acquirendum in præiudicium tertij ibid. conſ. 21 num. 28. fac. 315
Conſenſus Domini in initio præſtari, & intervenire debet quando pro forma actus & ſolemnitatis interponitur. nu. 29. conſ 21. n. 29 fac. 315.
Conſenſus Domin. in alienatio ne reſervatus etiam re non interveniat obtinet co ſ. 21. a. 34. fac. 316.
Conſilium ſtatuit non poſſe coaſcendere licentiam alienandi feuda nequè pro Rege conſ. 22. n. 14. fac. 347.
Correſpectiuorum quando vnum ceſſat, et aliud conſ. 15. num. 14. fac 159.
Conſuetudo Prouincia vel Ciuitatis non ligat ſuperiorẽ ſeu dominum Prouincia aut Ciuitatis conſ. 23. nu. 5. fac.
Quod militat non ſolùm in Domino, ſed etiam in eius familia ibid. can. 15. nu 6. fac. 346.
Conſuetudo non eſt efficax ad inducendum, vt inferior impere ſuperiori ibid. n. 9.
Conſuetudo præſcripta, ſeu perfecta, & completa non tollitur per actum contrarium ſuperueniẽtem num. 24.
Conſuetudo inducitur etiam per actus, ſeu contractus conuentionales conſ. 17 nn. 31. fac. 207.
Conſuetudo inducit poteſt, vt dominia transferãtur etiã per nouum modum ſi ſcripto incognitum conſ. 20. nu. 43. fac. 294.
Conſuetudo notoria non indiget probatione conſ. 20. nu. 5. fac. 312.
Conſuetudo generalis, & vniuerſalis totius patris, ſeu ditionis coniunctio conſ. 20. num. 6.
Conſuetudo probatur ex tacito conſenſu ſuperioris, & populi, & ex diuturnitatis temporis per actus ſubſequutos coaſ. 20 nn. 9.
Conſuetudo notoria probatur ex antiquis inſtrumentis iteratis, & plurimis conſ. 16. num. 10.
Conſuetudo nõ inducitur ex varia obſeruãtia ibid. n. 14.

Con-

Conſuetudo vbi vrget alienandi feuda ſine domini conſenſu tunc ſi illius placitum requiritur eſt ad bene eſſe ibid. conſ 21. nu. 30. fac. 315.

Conſuetudo loci particularis præualet conſuetudinibus vniuerſalibus, & generalibus, & illa attenditur, quæ etiam vincit legem num. 35.

Conſuetudo alienandi feuda in præiudicium agnatorum innito, & infeto domino in fœminas, & extraneos valet, etiam ſi repugnet conſtitutionibus feudalibus conſ. 30. nu. 39 fac. 317.

Conſuetudo optima legum interpres cui omnis actus, & contractus ſubiacent num. 51 fac. 319.

Continens ſub contento non continetur conſ. 2. num. 14. fac. 14.

Contra rebellem, & vim inferentem bellum licitè paratur conſ. 19 nu. 85 fac. 273.

Contra legem nemo diſpenſat quàm Princeps conſ. 22. num. 17 fac. 328.

Contractus per vim geſtus non poteſt à ſuperiore confirmari conſ. 19. nu. 98. fac. 275.

Niſi violentia illata ſit culpa contractum impugnantis ibid nu. 99.

Copula, & in ſeueſtitura, quæ cõprehendit maſculos, & fœminas copulat verba, & ſenſum conſil. 6. num. 3. fac. 6.

Copula de natura eſt copulare æquè principaliter ibi, n 43.

Copulæ poſita inter perſonas inducit repetitionẽ præcedentis qualitatis, & conditionis conſil 15. num. 45. fac. 167.

Copula quando cadit inter res quarum vna non accedit alteri tunc copulat æquè principaliter n 44. ibid.

In correctorijs non eſt licita extenſio, & ſi par, vel maior militet ratio conſ. 22. num. 25 fac. 331.

In correctorijs non ſit extenſio conſ. 22. nu. 44. fa. 336.

Correctio non inducitur niſi ex preſſè conſil. 23. num. 29. fac. 351.

Cùm allegatur cauſa propter quam aliquid fit debet conſtare de cauſa, nec creditur verbis enunciatiuis inſtrumenti conſ. 22. nu. 55. fac. 339.

D

Debitum neceſſariùm nõ dicitur quòd habet principium voluntarium conſ. 22. num. 54. fac. 339.

Declaratio, & interpretatio inducitur ex eo quòd ita cõſuetum eſt fieri conſ. 19 nu. 16. fa. 171.

Decreta Ducalia ſunt ſtrictè interprezanda conſ. 22. nu. 24. fac. 330.

Decretum Iudicis facit præſumi omnia ſolemniter geſta & aſſerens contrarium tenetur probare conſ. 23. nu. 57. fac.

Contrarium tenet auctor. ibid. num 58.

Decretum Iudicis falſis allegationibus conceſſum nihil operatur conſ 23. num. 62. fac. 359.

Prodecreto non præſumitur quando Iudex eſt ignarus conſ. 23. num. 64. fac. 359.

De ingratitudine vaſalli creditur Imperatori præſertim in antiquis conſ. 19 nu. 27 fac. 259.

Demania quæ dicantur conſ. 1. nu. 27. fac. 17.

Dicta in præfationibus repetita, & conceſſa cenſentur in ſequentibus conſ. 7 num. 34 fac. 82.

Dicta (ſe.) cæ ſum proximam regulariter denotat conſ. 1. num. 3. fac. 27. & 28.

Dictio (ex) aliquando ſubiectam materiam etiam cauſam remotam importat ibid. nu 8. fac. 28.

Dictio dictam, vel dictum dicitur expreſſiua, ſeu relatiua nominati, vel expreſſi in præcedenti conſ. 20. nu. 23 fac. 216.

Dicto dummodo importat conditionem neceſſitatiuam conſ. 24. nu. 42 fac. 353.

Dicti defectus in inſtrumẽto tollit fidẽ inſtrumẽto conſ. 1 num. 24. fac. 17.

Deficiente poteſtate, & voluntate corruit omnis diſpoſitio conſ. 19. num 43. fac. 26.

Difficilius feuda quam dotes alienantur, quia hæ ex cauſa neceſſaria poſſunt, illa non poſſunt alienari conſili 22. num. 16. fac. 328.

Directam dominium perdit dominus ſi recuſauerit oblatam fidelitatem, & inueſtire conſil. 19. num. 21. fac. 287.

Diſpoſitio legis quando concurrit cum diſpoſitione hominis tunc efficacius operatur conſ. 11. num. 13. fac. 118.

Diſpoſitio conditionalis purificata conditione indicatur tanquam pure, & perinde ac ſi condit. o nunquàm fuiſſet adicta conſ. 15. nu. 48. fac 169.

Diſponentes loquens de condemnatione, ſeu ſententia intelligitur ſemper de valida conſ. 23. num. 32. fac. 352.

Diſponi io ſeu conceſſio pro ſe, & deſcendentibus ex ſuo corpore procreatis non ſolùm nepotes, & pronepotes, ex filijs maſculis comprehendit, ſed etiam ex filiabus conſ 3. nu. 11 fa. 26.

Diſpoſitio ſeu conceſſio facta alicui abſenti nõ intermittente aliqua ſtipulatione Notarij, vel ratificatione ipſius abſentis non prodeſt ipſi abſenti conſ. 4. num. 5. fac 36.

Diſpoſitio. c. intellecto de iureiurando in quibus caſibus procedat, & quomodo intelligatur conſil. 5. num. 39. fac. 44.

Diſpoſitio generaliter loquens generaliter debet intelligi conſ. 7. nu. 15. fac. 70.

Doctores qui pro Ducibus Mantuæ conſuluerunt ſuper exceptione vis, & metus aduerſus donationem Ducis Sabaudiæ factã per Io. Iacobum Marchionem recenſentur conſ. 18. nu. 1. fa. 209.

Dolo, vi, metu ve factum non præſumitur ex eo, quòd in domo contrahentis, qui metum intuliſſe dicitur factũ fuerit conſ. 4 nu. 7. fac. 45.

Dolo, vi, vel metu aliquid ſi fiat verſimiliter faciens actũ facere et proteſtationem conſ. 4. nu. 8. fac. 45.

Dolus vel metus præſumptio tollitur contrarijs præſumptionibus, & ex qualitatibus eius cum quo contrahitur conſ. 4. num 9. fac. 43.

Dolus per coniecturas etiam probari poteſt conſ. 23. nu. 67. fac. 360.

Dominus poteſt vaſallum ſuum rebellem annis compeſcere, & quod capit in bello poteſt retinere conſ. 20. num. 70 82. fac. 300.

Dominium particularium verum tranſit ſine traditione cùm ſuper vniuerſali iure eſt pronuntiatum conſ. 20. nu. 91. fa. 307.

Dominium ſaltẽ vtile tranſit ſine traditione ex ſubſtitutionibus quæ ſunt in contractibus conſ. 3. num. 31. fac. 33.

Dominia traditionibus non nudis pactis transferuntur conſ. 19. nu. 44. fac. 266.

Dominium non transfertur ſolo animo, ſed requiritur traditio conſ. 19. nu. 47. fac. 290.

Donatio facta Eccleſiæ, vel Principi non requirit traditionem conſ. 19. n. 57.

*Donatio ob defectum inſinuationis infringitur conſ. 19. nu.

num. 57. fac. 268.

Donatio ſimplex non feudi conceſſio præſumitur quando ob beneficia, & in remunerationem conceditur conſil. 21. num. 43 fac. 317.

Donatio remuneratoria irrevocabilis eſt conſ. 5. nu. 40. fac. 44.

Dos non eſt cauſa legitima cur poſſit feudum hypotheca vi minus alienari conſ. 22. nu. 2. fac. 327.

Dos ſuccedit loco legitimæ debita filiæ conſil. 9. num. 7. fac. 101.

Dotis in augmentum, quod datur dotis naturam ſequi debet conſ. 3. nu 23. fac. 32.

Dotis in augmentum quòd ſequitur naturam principalis & idem indicatur de eo quòd de dote principali conſ 15. nu. 47 fac. 169.

Dotes non ſunt præferendæ creditoribus anterioribus, & potiſſimum quæ deducuntur in bonis patris ærario alieno ad attin prædudicii priorum creditorum, quod nec etiam futuris obeſſe poteſt conſ. 21. nu. 77. fac 323.

Dote in fundis inſolutis conſtituta fundis alienatis nõ datur actio mulieri contra feudum ſecus ſi in pecunia dos conſtitit conſ. 23. nu. 30. fac. 351.

Dos conſtituta non eſt propriè dos, ob id non militat diſpoſitio decreti de alienandis feudis pro conſtitutione dotis conſ. 23. num. 40. fac. 344.

Dubitatio adiunctis rationibus tollitur conſ. 1. nu. 10. fa. 4.

Duces Comites, & Marchiones perpetuò inueſtiti, & in dignitate regali conſtituti dicuntur habere iura regalia, & imperialia conſ. 1. nu 58. fac. 25.

Dux Sabaudiæ ac Io. Iacobus Marchio Montisferrati iura regalia, ac imperialia in eorum ditionibus habebant conſ. 4. nu. 25. fac. 30.

E

Edictum quod metus cauſa geſtum eſt, ceſſat vbi agens eo edicto metum ſibi intuliſſe dici poteſt conſ. 5. num. 31 fac. 52.

Error impedit dominij tranſlationem conſ. 19. nu. 78 fac 271.

Error iuris non excuſat in præſcriptione longi temporis, ſed longiſſimi ſic conſ 20. nu 89. fac. 306.

Ex ſcientia officialis præſumitur noſtra domini conſil. 19. num. 80 fac. 272.

Ex contrario actu impeditur præſcriptio conſ. 19. nu. 72. fac. 270.

Executioni ſententiæ præſcribitur ſpatio longiſſimi temporis conſ. 19. nu. 122. fac. 279.

Exempla antiqua etiamſi parte non vocata ſumpta ſint attamen plenè probant conſ. 2. nu. 1. fa. 9.

Exemplum parte non vocata ſumptum non probat conſ. 19. num. 4. fac 259.

Exemplum cui non opponitur fidem facit conſ. 19. num. 30 fac. 263

Ex facto ſtatuto, & traditione facta non tranſfertur dominium conſ. 19. nu. 45. fac. 266.

Ex homagio facto pro vno Caſtro infertur ad ius alterius Caſtri conſ. 19. num. 104 fac. 276.

Ex inſpectione inſtrumentorum clara elicitur probatio conſ. 21. num. 12. fac. 313.

Ex inſpectione inſtrumentorum clara elicitur probatio conſ. 21. n. 12 fac. 313.

Ex inueſtitura abutina non tranſfertur dominium conſ. 19. nu. 50. fac. 267.

Probatur tamen dominiũ contra recognoſcentẽ. ibid. nu. 51.

Emphiteuta non poteſt præſcribere contra dominũ conſ. 19. nu. 63. fac. 269.

Expreſſũ dicitur etiam illud, quòd à contrahentibus fuiſſet dictum, ſi de eo interrogati verſimiliter ita reſpondiſſent conſ. 15. nu. 11 fac. 155.

Ex ſententia acquiritur vtilis actio in rem conſ. 19. nu. 19. fac. 256.

Ex venditione à lege non approbata, neque ciuilis, neque naturalis oritur obligatio conſ. 22. n. 60. fac. 340.

Exceptio de inexiſtentia in admiſſibilis, etſi inſtitutoria eſſ 21. num. 26. fac. 315.

Exhipiendi in etiam extinctum renouatur reſtitutio actione conſ. 16. nu. 88. fac. 306.

Ex recognitione facta ab eo qui non eſt in poſſeſſione nõ acquiritur ius ei cui fit recognitio conſil. 19. num. 40. fac. 265.

F

Facta agnatæ oblatione feudi bñ recipientibus poteſt vaſallus emittere (capaci tamen) alienare conſ. 22. num. 27 fac. 331.

Facta magis quàm verba ſunt attendenda, & plus valet, quod agitur quam, quod ſimulatè concipitur conſ. 2. nu. 51 fac. 23.

In factis antiquis pro legalitate Notarij præſumitur conſ 19 nu. 31. fac. 263.

Falſa grammatica non vitiat contractum ibid. nu. 32.

Factum patris inſtudo antiquo filio nondũ nato non nocet conſ. 21. nu. 20. fac. 314.

Fama non ſufficit ad probandum vim conſ. 19. num. 82. fac. 272.

Fridericus primus Imperator fuit excommunicatus, & declaratus hereticus conſ. 2. nu. 25. fac. 17.

Fœmina, vbi ad feudum exponi eſſe vocantur inteliguntur vocata ordine ſucceſſiuo poſt maſculos, & conditionaliter ipſis ſcilicet deficientibus conſil. 6. num. 2. fac. 64.

Fœmina vocata ad feudum ſimul cum maſculis non admittitur donec ſuperexiſt maſculus, ex primo inueſtito, ſiue feudum ſit maſculinum, ſeu paternum, ſiue fœmininum conſ. 6. num. 4. fac. 64.

Fœmina ad ſucceſſionem feudi cum dignitate Regali non admittuntur, niſi deficientibus maſculis, ſed maſculi tunc præferuntur conſ. 6. num. 9. fac. 67.

Fœmina, vbi non admittuntur ad ſucceſſionem feudi, nec etiam tunc maſculi ex illis ius admittuntur conſ. 7. nu. 2. fac. 70.

Fœminæ in feudo Marchiæ Montisferrati admitti tantum deficientibus maſculis ex obſeruantia declaratũ extitit conſ. 7. num. 37 fac. 83.

Fœmina vbi ab hæreditate excluditur per ſtatutum non excluditur à feudo conſ. 9 nu 5. fac. 100.

Fœmina ſi ſemel excluſa per maſculũ dicitur perpetuò excluſa à feudo conſ. 10. nu. 2. fac. 103.

Fœmina quòd ſemel excluſa per maſculum non reintegretur mortuo maſculo etiaſi diſpoſito loquatur per verba ſuſpenſiua, donec quonq; & ſimilia conſil. 10. nu. 18. fac. 119.

Fœmina ius in feudi ſucceſſione ſemel extinctum amplius non reuiniſcit, & ibi ratio adducitur conſ. 10. nu. 20. fa. 120.

Fœmina vbi ſemel fuit excluſa à ſucceſſione feudi etiam maſculi exea, & tota eius poſteritas excluſa cenſetur conſ. 11. n. 19. fac. 120.

Fœmine

Fœminæ si per primam inuestituram fuerint vocatæ per posteriores inuestituras non possit eis præiudicari in feudo conf. 14.nu. 2. fac. 142.

Fœmina in feudo succedens intelligitur habilitata, vt seruitia præstare possit per marium consil. 14. num. 18. fac. 149.

Fœmina in feudo proprio non succedit, neque descendentes ex ea, etiam masculi conf. 16. nu. 26 fa. 195.

Fœmina est incapax feudi etiam fœminei, dummodo extet masculus. conf. 20. nu. 32. fac. 289.

Fœminæ, & eius descendentes sunt incapaces feudo conf. 23. num. 18. fac. 348.

Feudi Marchiæ Montisferrati obseruantia in successione, quòd masculi semper succedant exclusis fœminis. conf 6. nu. 13. fac. 69.

Feudum concedi pro masculis, & fœminis, vel pro masculis, & his deficientibus pro fœminis pariu sunt, & vtroque casu masculi præferuntur in successione feudi conf. 6. num. 12. fac. 68.

Feudi in successione vbi concurrunt masculus, & fœmina præfertur masculus, etiamsi feudum transfusum iam fuerit in fœminam conf 6. nu. 7. fac 65.

Feudi in successione, masculus, quamuis remotior excludit fœminam proximiorem vltima defuncto, multis comprobatur ibidem.

Feudum nouum constituitur ex nouis pactis, & conditionibus in inuestitura appositis consil. 4. num. 8. fac. 38.

Feudum quando est improprium quòad facultatem alienandi idem de eo iudicatur, quod de re alodiali conf. 2. nu. 12 fac. 19.

Feudum nobile vario modò intelligitur consil. 2. num. 33. fac. 18.

Feudum iudicatur improprium, & alienabile ex verbis liberè, & plenariè, & aliis similibus appositis in inuestituris conf. 2. nu. 15. fac. 15.

Feudi concessio non dicitur, vbi nullus actus traditionis possessionis verus, vel fictus non intercenerit, neque aliquod instrumentum fidelitatis nu. 28. ibid.

Feudum improprium sine licentia superioris alienari nõ potest conf. 2. nu 29. fac. 18.

Feudum datum alicui cum clausula, & cui dederis quomodo intelligatur conf. 2. nu. 33. fac. 18.

Feudum vestiũ quod dicatur, & qualiter sumatur verbũ vestiũ in feudis conf 2. nu. 34 fac. 18.

Feudum quando fecit transitum primordialiter deprimo acquirente in descendentes ex eo, tunc transit ad collaterales descendentium in infinitum consil. 8. num. 2. fac. 86.

Feudum probatur ex præstatione seruitiorum conf. 7. nu. 9. fac. 72.

Et per confessionem ex certa scientia factam ibidem num. 10.

Et ex eo quòd res reperitur annotata in regestro veri feudalium ibid. nu. 11.

Feudalem rem propriam facere quis censetur per confessionem, quod sit feudalis, quia confessio loco traditionis est conf. 7. nu. 12. fac. 74.

Feudum etiam per famam probari quando sumus in antiquis ibid. nu. 14.

Feudum antiquum dicitur à quarto gradu supra, paternum autem vsq; ad quartum gradum conf. 7. num. 17. fac. 75.

Feudum de una familia ad aliam transit cum sua qualitate, & eadem natura conf. 6. nu. 27. fac. 78.

Feudum pro hæredibus masculis, & fœminis, vel pro hæredibus vtriusq; sexus si concedatur an sit differentia conf. 7. num. 36. fac. 82.

Feudum Marchiæ Montisferrati, nonam qualitatem non sumpsisse per confessionem Caroli 4. factam Ioanni, sed sub eadem fuisse concessum, quam antea habebat tempore Theodori, & antecessorum conf. 7. num. 38. fac. 83.

Feudum quibus applicetur si vasallus delinquat an filijs, an verò agnatis vasalli delinquentis consil. 8. nu. 4. fac. 87.

Feudales causæ per consuetudines feudorum, vbi aperta est decisio, nec recurrendum est pro earum decisione ad leges similes conf. 8. nu. 20 fac. 95.

Feudum concessum pro se, & hæredibus dicitur hæreditarium conf. 9. 1. fac. 99.

Feudo in hæreditate succedere volens, requiritur quòd sit hæres ibi nu. 2.

Feudum dignitatis concessum pro se, & hæredibus masculis, & fœminis transit ad descendentes non ex successione, sed ex inuestitura, & pacto ibi nu. 3.

Feudi hæreditarij in successione non admitti descendentẽ nisi sit hæres quomodo intelligatur ibi nu. 5.

In feudo hæreditario succedere volens sufficit, quod sit hæres pro parte licet non sit hæres in vniuerso ibi nu. 6.

Feudo hæreditario succedens sufficit, quòd sit hæres primi acquisitoris, licet non sit hæres vltimi ibid. nu. 8.

Feudum in aliquibus alienatum, in alijs vetinet suam naturam conf. 10. nu. 3. fac. 104.

Feudum non censetur improprium, nisi exprimatur ibi num. 4.

Feudi alienatione facta per pactum, an dicatur alterata natura vltra contenta in pacto ibi nu. 5.

Feudum alienandi facultas data per pactum an intelligatur de alienatione inter viuos tantùm, an etiam vltimæ voluntatis ibi nu. 6.

Feudi facultate concessa disponendi etiam per vltimam voluntatem intelligitur, si verè, & cum effectu facta dispositio ibi nu. 7.

Feudum in generali dispositione non venit, nisi de eo fuerit facta mentio specialis ibi nu. 9.

Feudi Marchiæ Montisferrati in successione seruatũ fuisse, vt semper masculi succesferint, exclusis fœminis, & ineius successione seruata fuerint iura feudalia ibi num. 14.

Feudi in successione origo, & principium spectatur, & vltimus dicitur successor primi ibi nu. 16. fa. 108.

Feudum antiquum diuisum inter fratres assumit naturam feudi noui, si de eo postdiuisionẽ fratres inuestiuntur sub nouis pactis, & conditionibus conf. 11. nu. 5. fac. 113.

Feudum ob non petitam inuestituram infra tempus legitimum, censetur domino apertum ibi nu. 6.

Feudum vbi conceditur pro masculis, & fœminis semper masculi à primo inuesliti, donec superstant exclusæ fœminæ conf. 11. nu. 14. fac. 118.

Feudum concessum si sit duobus fratribus pro se, & eorũ hæredibus masculis, & fœminis tunc masculi nius non excludunt fœminas alterius ibi nu. 15.

Feudum concessum si sit vni pro masculis, & fœminis, nũquam ad illud fœminæ admittuntur donec superstent masculi ex primo inuestito ibi nu. 16.

Fictio duplex à iure repro obatur conf. 20. num. 33. fac. 289.

Ex ficto titulo, & traditione ficta non transfertur dominium conf. 19. nu. 45. fac. 226.

Fideiussor in contractu à lege prohibito non obligatur. Consi. 23.nu.75.fa.361.

fideicommissum intantum familiæ non extenditur vltra quartum gradum. Consi. 15.nu.35.fa. 163.

fideicommissum inimicum descendentibus, seu liberis vel successoribus extenditur in infinitum. ibid.nume ro 36.

fideicommissum, vel prohibitionem de non alienando nõ extendi vltra quartum gradum quomodo intelligatur ibid.nu.37.fa.164.

fictio duplex à iure reprobatur. Consi.20.numero 33. fa.289.

fidem falsere grave est, & contra naturalem æquitatem. Consi. 5.nu.29.fa.52.

fieri non posse id dicitur quod non iure, & honestè fit. Consi. 5.nu.8.fa.45.

filiorum appellatione alij descendentes veniunt, & eorum appellatio ad omnes descendentes extenditur, etiam in contractibus, absurdi, euitandi gratia: Consi. 3.nu.15.& 16.fa.29.

filia potest inscribi de feudo ob amorem, & ser vitia patris, etiam in præiudicium agnatorum, secundum aliquos. Consi. 11.nu.3.fa.113.

filia vocata ad feudum tunc demum excluditur mortuo patre, relicto masculo, & eo ad feudum admisso. ibi. nu.21.fa.121.

filia, cum qua factum est pactum de succedendo non obstante statuto, non dicitur succedere ex pacto, sed de iure communi Consi.12.nu.6.fa.121.

filius succedens patri in feudo, & tenens bona patris cõsi fatur eatenere vti bona patris cõsi. 2.nu.54.fa.24.

filius tenetur approbare factum patris tanquam bona in alienatione feudi etiam mixti: et non succedit immediatè primo acquirenti in feudo cum media persona patris possessoris feudi, & succedentis in feudo, qui etiamsi sit hæres patris non potest revocare feudum alienatum, nec impugnare eius voluntatem quatenus bona deficiunt, quia tunc actio hæredis cum hæreditate confunditur. Consi.21.nu 65.66.& 70.fa 321. & fa.322.

fischarius emphiteuta, aut vassallus, & eorum hæredes non præscribunt contra dominum, etiam per mille annos. Consi.20.nu.23.fa.288.

fuga, seu protestatio incontinenti post cessatum metum non emissa purgat metum. Consilio 19.numero 92. fa.274.

fundanti intentionem in certo tempore illud debet probare. Consi.7.nu 16.fa.75.

fidei præstatio in Principe iuramento æquiparatur. Cõsi. 5.nu.48.fa.58.

mala fides defuncti hæredem minus salem afficit. ibidem num.59.

Et nocet successori immediate. Consilio 19.numero 65. fa.269.

malæ fidei possessor est, qui sit nõ esse iustam causam cõtrahendi. ibid.nu.76.

Et potest præscribere confirmationem dominii. ibid.nu. 100.fa.275.

mala fides impedit præscriptionẽ libertatis. 20.cõsi.nu. 31.fa.289.

Et in præscribente non purgatur per sententiam, Consi. 20.nu.86.

G

Ingenerali confirmatione statutorum censentur confirmata statuta licita, & iuri conformia. consi.23.nu. 28.fa.351.

Genera remoto remouentur, & quælibet species. consi.20. nu.75.fa.305.

In generali sermone includitur persona loquentis. consi. 22.nu.51.fa.335.

In generali obligatione bonorũ non veniunt feuda. cons. 27.nu.16.fa.348.

Genitus, cius, natura regulariter est imporare dominii aut possessionem. consi 3.nu. 17.fa.29.

Glosæ magna est auctoritas, & cæteris antecellit, ac ab ea non recedendum in iudicando, & consuleudo. consi 8.nu.3.fa.87.

H

Hæreditas semper præsumitur soluendo, nisi contrarium probetur. Consi.21.nu.73.fa.323.

Hæres non potest infringere factum defuncti cuius est hæres. Consi.2.nu.56.fa.22.

Hæres hæredis dicitur etiam hæres primi prædefuncti. ibid.nu.55.fa.24.

Hæres vltimus dicitur habere ratum factum primo cuius dicitur hæres media persona antecessorum. Consi. 2.nu.56.fa.24.

Hæredum, seu successorum mentio si reperitur facta in vltimis voluntatibus, & contractibus intelligitur ordine successiuo Consi.3.nu.21.fa.32.

Hæres mediatus, vel immediatus in feudo hereditario non potest contra factum defuncti venire. Consilio 4. nu.10 fa.37.

Hæres factum defuncti quando est nullum approbare non tenetur. Consi.14.nu.6.fa.144.

Hæres hæredis an possit impugnare factum primi defuncti. ibid.nu 8.

Hæreditarium feudi potest sine consensu domini legari, in dotem dari, & distrahi. Consi.21.nu.4.fa.312.

Hæredum appellatione in concessione feudi continentur veranei. vbi. 21 nu.45.fa.318.

Hæres adita hæreditate cum beneficio inuentarii in eo hæreditarium feudum describere tenetur. Consi. 1. nu.63.fa.320.

Hæres facto inuentario non propterea admittitur cõtra factum defuncti venire. Consi. 21.nu.72.fa.322.

Hypotheca in feudo recto consilium non potest. Consi.4. nu.2.fa.36.

Hypotheca sine consensu Principis super feudo nulla est. Consi.22.nu.3.fa.327.

Hypotheca detentionem rei hypothecatæ. ibid.num. 34.fa.333.

Hysteriographo non creditur in his, quæ dicit indicando de extrinsecis. Consi.5.nu.18.fa.47.

I

Iacobi de Beluiso intellectus ad ca.1. quem ador.feu.ad fil. pertin.reprobat cõmuniter. consi.11.n.9.fa.116.

Idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito. consi.21.nu.50.fa.319.

Idem iuris est in feudo, empto pecunia, quia id dicitur transmissibile, etiamsi expressè id actum non fuisset. ibi.nu.54.

Imperator ex causa pacis potest impellere subditum ad præstandum fidelitatem alteri subdito. consi. 19.nu. 26.fa.258.

Imperatoris, seu Principis scientia an requiratur in cõsuetudine seu præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non existit. consi:4.nu.18.fa.40.

INDEX.

Imperatoris donatio insinuationem non requirit. Consi. 5.nu.36.fa.55.

Imperatoris interest non mutare vassallum. Consi. 19. nu.109.fa.277.

Imperium merum non præscribitur, nisi quis habeat Castrum, & territorium, in quo illud exerceat. Cons. 20. nu.53.fa.295.

In alienatione rei prohibitæ requiritur præcedens interlocutoria, vt subsistat alienatio. Consi. 23.num. 54.fa.357.

in alienatione feudi consensus tacitus non sufficit, sed expressus requiritur. Consilio 22.numero undecimo, fa.327.

in causa propria quis non potest esse Arbiter. Consi. 19. nu.113.fa.278.

Nisi laudum ferat infra 60 dies. ibid.nu.114.

in correctoriis non est licita extensio, & si par, vel maior militet ratio. Consilio 22.numero 25.fa.331.& num.44.

indictio licet requiratur in instrumento, attamen si fuerit apposita, sed erronèè, non tamen vitiat instrumentum. Consi. 2.nu.5.fa.11.

in dubio semper pro possessore pro nuntiandum est. Cons. 23.nu.30 fa.356.

inducis finitis potest licitè bellum renovari. Consil.19. nu.84.fa.273.

in eum qui contra iura mercatur dominium rei alienæ non transit, Consilio vigesimo secundo, numero 58. fa.340.

in factis antiquis pro legalitate notarii præsumitur. Consi.19.nu.31.fa. 263.

in feudalibus non est recedendum a consuetudine, quæ observatur. Consi 21.nu.36.fa. 316.

infinitas quando tolleretur, & admittatur. Consi.8.nu. 7.fa 88.

infinitatis consideratio non attenditur, sed illa admittitur vbi volantas disponentis concurrit. Consi.15.nu. 24.fa.159.

infinitivi verbi natura est complecti omne tempus, etiam futurum. Consilio decimo quinto, numero quarto.fa.152.

in fraudem dicitur alienare vassallus, qui filios habere non potest. Consi.23.nu.68.fa.360.

in generali sermone includitur persona loquentis. Consi. 22.nu.51.fa.338.

in generali confirmatione statutorum censentur confirmata statuta licita, & iuri conformia. Consi.23.nu. 22 fa.349.

in generali obligatione bonorum non veniunt feuda Consilio 23.nu.16.fa 348.

in præiudicium non subditi non creditur assertioni Principis, Consi.19.nu.103.fa.276.

insinuationis defectus in donatione iuramento suppletur. Consi.5.nu.37.fa.56.

insinuatione non eget donatio remuneratoria, maximè iurata.ibi.nu.38.

instrumento habenti solemnia, de quibus in authentica, vt præponatur nomen Imperat. in prestandum est. Consilio 1.numero 01.fa.2.

instrumentum publicum dicitur manifestissimè probare contenta in eo, Consilio primo, numero secundo, fa.2.

instrumenta dotalia tam ex consuetudine, quàm ex iuris communis dispositione fieri debent. Consi.1.num. 30.fa 7.

instrumentorum pluralitas non præsumitur. ibidem nu. mero 31.fa.7.

Et Consi 2.nu.4.fa.11.

instrumento producto in termino assignato non opponatur, non poterit poste a opponi, Consilio primo, nu. 35.fa.8.

instrumento minus solemni in iudicio producto, si pars contra quam producitur non opponat, censetur illud habere pro publico, & authentico. ibidem numero 36.

instrumento standum est, nec potest in dubium revocari eius fides, quando contenta in eo habuerunt effectum, Consi. 1.nu.33 fa.7.

Pro instrumento, & eius fide in dubio iudicandi. ibid, nu.57.fa.8.

instrumentum non vitiatur, ex eo, quòd non sit appositus locus loci, vbi fuit rogatum, Consilio 2. numero 6 fa.12.

instrumentum est veritas apparens, & probatio probata. Consi.19.nu.35.fa.264.

instrumentum carens indictione non valet, ibidem numero 38.

ex inspectione instrumentorum clara elicitur probatio. Consi.21.nu.12.fa.313.

instrumento nullum verbum, nec etiam sylaba censetur superflue apposita. Consilio septimo, numero quinto, fa.71.

instrumenti et dispositionis una pars secundum aliã intelligitur, & una alteram declarat. Consi.15.nume. 12.fa.156.

interest directi domini non mutare vassallum. Consi.19, nu.59.fa.269.

interpretatio seu extensio decreti fieri non potest, nisi à Principe. Consilio vigesimo secundo, numero 26.fa, 331.

interpretatio illa facienda est, quæ minus ledit ius commune.ibi.nu.28.

interpretatio in quolibet actu ea semper facienda est, vt actus sustineatur. Consilio primo, numero nono, fa.4.

interpretatio sit contra se fundantem in verbis, cons.22. nu.31.fa.332.

interpretatio nulla melior alicuius actus, quam quæ sumitur ab effectibus subsequutis. consilio primo, num. 34.fa.8.

interuersio est necessaria ad præscribendum libertatem, consi. 20.nu.25.fa.288.

interuersio non est simplex abstinentia, nec verbalis contradictio, consi.20.nu.21.fa.288.

interruptioni post completam præscriptionem non est locus. consi.20.nu.82.fa.304.

interruptionis effectus non sequitur, ex actis iudicialibus inualidis. consi. 20.nu.83.fa.305.

inuasio ne dum alienarum rerum, sed etiam propriarum est prohibita, & officit rem, & comitatur etiam singularem successorem. consi. 20.nu.76.fa.304.

inuasio purgatur etiam ex superuenienti consensu. ibid. num.8.

Inuentarium informe, aut illegitimum impedit heredi vindicationem rei feudalis per antecessorem alienatæ. Consi.21.nu.86.fa.324.

Inue-

I N D E X.

Inueſtitura tenor attendi debet, & is communi naturæ feudorum derogat. Conſilio ſecundo numero 40. fo. 20.

inueſtituræ, fieri ſolent per traditionem alicuius rei corporalis, puta Annuli, Pilei, Enſis, ſiue Baculi. Conſi. 4. nu. 6 fa. 35.

inueſtitura, facta de beneficio alienius, ſine eius conſenſu pro infecta habetur ibid. nu. 7.

inueſtituræ tenor præcipuè attendi debet. Conſi. 7. nu. 3. fa. 71.

inueſtiturarum antecedentium à tenore receſſum non cenſeri, niſi expreſe dictū fit. Conſilio ſeptimo, num. 39. fa. 84.

inueſtitura ſemper intelligitur conceſſa iuribus alienis ſemper ſaltis, licet non dicatur. Conſi. 11. nu. 2. fa. 112.

inueſtitura conceſſa Ducibus Mantuæ per Car. V. quòd non ſit tanquam de feudo deuoluto, & aperto. Conſi. 13. nu. 16. fa. 139.

inueſtituræ prima attendenda, nec cenſetur immutata, niſi expreſſum actum ſit. Conſi. decimo quarto, nume. 10. fa. 136.

inueſtituram intelligi conceſſam iuribus alienis ſemper ſaltis ibi na. 13.

inueſtitura per Carolum V. Ducibus Mantuæ vti de feudo deuoluto, ob defectum maſculorum, conceſſa ex falſa cauſa dicitur ibid. nu. 14.

inueſtitura de re aliena non valet, ibidem numero 15. fa. 136.

inueſtitura obreptitia, & ſubreptitia cenſetur, ſi perſona, & Ius tertij taceatur ibid. nu 16.

inueſtituram concedere de feudo vacantis licet de iure permiſſum videatur, id tamen fieri non debere. ibid. num. 17.

inueſtitura conceſſa vti de feudo deuolato cenſetur conditionalis, ſi, & quatenus ſit deuolutum, & apertum domino. Conſilio decimo quarto, numero decimo octauo, fa. 149.

inueſtitura aut fidelitatis renouatio non eſt neceſſaria in feudo franco. Conſilio vigeſimo, numero 22. fa. 288.

inueſtitus pro ſe, & quibuſcunque, non ob id poteſt habere clericum ſucceſſorem. Conſilio ibidem, num. 71. fa. 143.

inueſtitus pro ſe, & haeredibus maſculis, & fœminis intelligitur ſolam de deſcendentibus. ibidem numero 72.

A prioribus inueſtituris non recedi tur, nec receſſum eſſe cenſetur per poſteriores, niſi expreſſe dictum ſit. Cõſi. 7. na. 21 fa. 77.

Ioannem primo genitum Ioan Iacobi Marchionis Montiſferrati non fuiſſe detentum probatur. Conſi. 5. nu. 19. fa. 48.

Iudex prorogatus non exequitur ſuam ſententiam. Conſ. 20. nu. 8. fa. 285.

Iudex ad vnam ſpeciem probationis admiſſus ſuum non alligat, ſed ad plures. Conſilio decimoſeptimo, nam 13. fa. 201.

Iudicis præſentia, & decretum cum iuramento ſuppleat defectum inſinuationis. Conſilio 19. nume. 24. fa. 257.

Iura probibentia alienationem feudi, intelliguntur de alienatione in extraneos, ſecus in deſcendentes ipſius, qui feudum recepit. Conſilio 14. numero primo, fa. 142.

Iura Sereniſſimi Ducis Sabandiæ ex facto deducta. Cõſi 19. na. 22. fa. 256.

Iuramento alicuius ſtatur in dependentibus ab animo. Conſi. 20. nu. 44. fa. 292.

Iuramentum operatur, vt ius abſenti acquiratur. Conſi. 3. nu. 27. fa. 33.

Iuramentum, quod non tergis in diſpendium ſaltus æterna ſemper eſt ſeruandum, maximè ſi non ſit alteri iuramento contrarium. Conſi. 5. na. 44. fa. 57.

Iurans ſeruare ſtatuta edita, non tenetur ſeruare Statuta edenda. Conſi. 15. nu. 22. fa. 158.

Iuri excipiendi ſententiam nullam non præſcribitur. Conſi. 19. nu. 123. fa. 279.

Iurisdictio in dubio cenſetur conceſſa in feudum. Conſ. 7. nu. 6 fa. 72.

Iuriſdictionis prorogatio in iudicem extraneum non tranſit in ſucceſſorem. Conſ. 19. nu. 116. fa. 278.

Iuriſdictio in qua habentur iura feudali ſeu ſpeciali non poteſt pignori. Conſilio vigeſimo, numero ſexto, fa. 284.

Iuriſdictionem quis non amittit, etiamſi ea per centum annos non vtatur, ſi caſus toto eo tempore non caenit Conſi. 2. nu. 18. fa. 287.

Iuriſdictio in actos tantum non in ſe ipſum poteſt exercere. Conſi. 23. nu. 8. fa. 346.

Ius in ſpe radicatum in contracta, & ſtipulatione ex cauſa de præterito probabile eſt, & conſiderabile. conſi. 2. nu. 47. fa. 22.

Inſex non vſa, & negligentia amittitur. Conſi. 19. nu. 7. fa. 254.

L

Laudum à partibus ratificatum cum iuramento vim tranſactionis obtinet. Conſi. 5. nu. 50. fa. 58.

Vigore laudi non tranſfertur dominium. Conſi. 19. num. 16 fa. 255.

Laudum ſuper quo non præceſſit compromiſſum emologari non poteſt. Conſi. 20 nu. 9. fa. 285.

Legitima non debetur filijs, niſi are alieno decacto, etiã in feudalibus, Conſi. 21. nu. 76. fa. 323.

L. cum præcam. C. de lib. cauſa diſpoſitio quomodo intelligatur, & procedat. Conſi. 4. na. 11. fo. 37.

L. conficiuntur, & l. ſi quis cùm nullum D. de iure Codicillorum declaramur, conſ. 10. na. 1, fa. 107.

L. Hæreditas. C. de pact. conuent. quòd locatur in extraneis, ſecus in filijs ſecundum aliquos. conſ. 12. num. 5. fa. 125

Legis beneficio dignus non eſt, qui committit in legem. conſilio 17. fa. 200.

L. cenſoribus C. de donat. qua reuocari ad eius diſpoſitionem conſi. 20. nu. 49. fa. 297.

Legis, dicti, ſeu ſtatuti publicatio requiritur ad hoc vt Leges. conſ. 4. nu. 31 fa. 42.

lex fea edictum vſu non receptum ſed antiquatum non ligat ibid na. 32.

liberorum appellatione omnes deſcendentes in infinitum veniunt. conſi. 3. n. 1. fa. 26.

liberorum appellatione apud antiquos omnes deſcendentes vſque ad trinepotem includuntur ibid. nu. 5.

Libertas non præſcribitur nõ vtendo etiã per 100. annos ſine facto præſcribentis, vtpote interuertendo poſſeſſionem domini. Conſi. 20. numero 20. fa. 287.

Libris Cronicorum non improbatis fides datur in factis antiquis. Conſi. 4. nu. 20. fa. 40.

Licentia nulla requiritur in alienatione feudi quando in eius conceſſione data eſt facultas alienandi. Conſi. 13. nu. 10. fa. 136.

Licentia alienandi feudum non datur per ſolam taciturnitatem. Conſi. 22. nu. 12. fa. 328.

Licentia iuxta ſupplicata intelligitur quatenus præces veritate nitentur, Conſi. 23. nu. 55. fa. 357.

Limitata cauſa limitatum producit effectum. Conſi. 22. nu. 9 fa. 127.

Lotharii Imperatoris cõſtitutio poſt conceſſionem Othonis factam Aledramo de Marchionatu fuit. Conſ. 13. nu. 20. fa. 149.

M

Mala fides præſumitur in occupatione feudo, & cauſis arduis. Conſi. 20. nu. 60. fa. 296.

Et in præſcribente non purgatur per ſententiam, ibid. num. 86.

Mala fides defuncti hæredem vniverſalem afficit. Conſi. 5 nu. 59. fa. 60.

Et nocet ſucceſſori immediato. Conſilio 19. numero 65. fa. 269.

Mala fides poſſeſſor eſt, quiſe is non eſſe iuſtam cauſam contrahendi ibi. nu. 74.

Nullo tempore præſcribit ibi. nu. 76.

Mala fides poſſeſſor poteſt præſcribere confirmationem dominii Conſi. 19. nu. 100. fa. 275.

Impedit præſcriptionem libertatis. Conſi. 20. nume. 31. fa. 289.

Mala fides impedit etiam centenariam præſcriptionem ibid. nu. 90. fa. 306.

Marchiones Saxoni diſpoſuerunt liberè de feudo Marchiæ, et ibi plures diſpoſitiones recenſentur. Conſ. 16. nu. 12 fa. 189.

Marchiæ Montisferrati alienationes, ſeu diſpoſitiones inter vivos per Marchiones facta recenſentur. ibid. num. 16.

Marchiones montisferrati ſolitos fuiſſe compromittere de bonis feudalibus Marchiæ. Conſi. 16. numero 30. fa. 196.

Marchio quis dicatur. Conſi. 19. nu. 39. fa. 265.

Manfredus Marchio Saluciarum Gubernator relictus in teſtamento Ioannis Saxoni vltimi Marchionis dotes reſtituit Margaritæ de Sabaudia vxori ipſius Ioannis in Caſtris Lancei, Ciriaci, & Caſellarum. Conſi. 4. nu. 17. fa. 39.

Marchiani Montisferrati fuiſſe, & eſſe feudum proprium aliqui aſſerunt. Conſi. decimoſexto, numero 8. fa. 188.

Marchiam prædictam fuiſſe feudum ante præfatũ Theodorum, & durante linea Marchionum Saxonũ probatur, Conſilio decimo ſexto, numero ſeptimo octauo, fa. 187.

Marchionatum Montisferrati fuiſſe feudum Imperii, maximè durante linea Marchionum Palleologorum. Conſi. 16. nu. 1. fa. 185.

Marchia Montisferrati an fuerit feudum ante Theodorum primum Palleologum, & aliquòd non. ibidem numero ſexto.

Marchionum Palleologorum diſpoſitiones de feudo Marchiæ multæ recenſentur. Conſilio decimoquarto, num. 12. fa. 146.

Marchiam Montisferrati fuiſſe ſemper feudum improprium, ſeu alienabile verius eſſe probatur. Conſi. 16. nu. 22. fa. 200.

marchiones montisferrati ſolitos fuiſſe facere pacta de ſuccedendo in marchionatu. conſ. 12. nu 22 fa. 129.

Marchionatum Montisferrati cenſeri comprehenſum in conceſſione Othonis facta Aledramo. Conſ. 13. nu. 3. fa. 134.

Marchiam Montisferrati fuiſſe, & eſſe feudum aſſertione, & confeſſione partium probatur, Conſi. 6. numero 1. fa. 63.

Marchiam Montisferrati eſſe alienabilem fatetur, & aſſerit Theodorus Primus Marchio Palleologus. Cõſ. 2. nu. 38. fa. 19.

marchiam Montisferrati fuiſſe feudum pro maſculis, & fœminis, & alienabile, ſeu improprium. Conſi. 6. nu. 1. fa. 63.

marchionatum Montisferrati eſſe feudum hæreditariũ, & alienabile, probatur. Conſi. 2. nu. 19 fa. 15.

marchiones Montisferrati eſſe ſolitos diſponere de Marchionatu pro arbitrio atteſtantur nonnulli, ex ipſis Marchionibus, Conſi. 4. nu. 25. fa. 41.

marchionum Montisferrati multæ alienationes, & diſpoſitiones de feudo Marchiæ recenſentur, ex quibus feudum indicatur improprium. Conſil. 2. n. 13. fa. 13.

marchionum Palleologorum Montisferrati alienationes, & diſpoſitiones multæ recenſentur facta ſine cõſenſu Imperatorii. Conſi. 4. nu. 16. fa. 38.

marchionis Io. Iacobi vti hoſtis Imperi bona, & oppida capere licuiſſet Duci Sabaudiæ. conſi. 5. n. 24. fa. 50.

marchiones Montisferrati ante Theodorum primum Palleologum tenuerunt Marchionatum pro maſculis & fœminis. conſi. 7. nu. 26. fa. 78.

maſculinitatis qualitas operatur quòd liberi in conditione poſiti cenſeantur vocati. conſilio 3. numero 6. fa. 27.

maſculus omnis ex primo inneſtito, ſive ſit ex maſculo, ſive ex fœmina ſemper excludit fœminam à ſucceſſione feudi. conſi. 6. nu. 5. fa. 64.

maſculus ex fœmina dicitur deſcendere ex corpore primi inneſtiti, & ideò excludit fœminas à feudo. conſi. 6. nu. 6. fa. 65.

maſculi cur fœminas excludant, & illis præferantur in ſucceſſione feudi ratio adducitur. conſi. 6. numero 10. fa. 67.

maſculi excludunt fœminas à ſucceſſione feudi recti, & feudum rectum dicitur, quod non eſt conditionatum, hoc eſt datum ad certum, & determinatum ſeruitiũ. conſi. 6. nu. 11. fa. 67.

maſculus ſuperueniens an excludat fœminam iam admiſſam à ſucceſſione feudi. conſi. 11. numero decimo ſeptimo fa. 119

mente diſponentium in conditionibus præcipuè ſpectanda eſt. conſ. 3. nu. 4. fa. 27.

merita ex aſſertione donantis, & donatarii probantur, vbi donatio non fit inter perſonas prohibitas. conſi. 5. nu. 42. fa. 56.

Metus vis, & dolus non præſumuntur, ſed probari debẽt conſ. 4. nu. 4. fa. 45.

Metus præſumptio excluditur ex præſentia inimicorum, propinquorum & ſimilium conſilio quinto, nume. 5. fa. 43.

Metus purgatio inducitur ex ratificationibus, & alia ſponte

ſponte teſtis per metum paſſam conſilio 5. nume. 32. fa.43.

Metus purgatio inducta cenſetur ex ratificationibus, & actus ſponte geſtis per metum paſſum conſi. 5. nu. 32 fa.43

Metus purgatio inducta cenſetur, & liber conſenſus ſen ratificatio præcedentiam inducitur ex obſeruantia actus meticuloſi conſ. 5.nu.34 fa.54.

Metus ex actis ſubſequutis publicè factis purgatus præſumitur conſ. 19.nn.93.fa. 274.

Et non impedit præſcriptionem ib.d.nu.94.

Metus purgatus præſumitur ex actu interuallo facto alio loco.ibi.nu.95.

Et terminatio.ibid.nu.96.

Metus præſumitur durare quò ad durat potentia opprimentis,ſed non in ſucceſſoribus conſi. 20.num. 81. fa.304.

Montisferrati conceſſionem factam Aledramo ab Othone Imperatore eſſe liberam donationem, non autem feudum,probatur conſ. 2.nu. 10.fa 12.

Montisferrati conceſſionem præfatam Othonis vbi ita feudum diceretur eſſe feudum impropriũ, & alienabile.ibid.nu. 11.

Mortuo vaſſallo ſuccedit in feudo deſcendens vaſſalli, vel proximior agnatus deſcendente non exiſtente, quamuis inæqualitus aliter de feudo diſpoſuerit. conſt. 22.nu.35.fa.333.

Mortuo vaſſallo ſuccedit agnatus, nec datur retenſio mulieri pro dote, conſt. vinteſimo ſecondo,nume. 42. fa 335.

Mulier accipiens feudum in ſolutum ſuæ dotis nõ tenetur,nec per ſe, nec per ſubſtitutum inſeruire domino conſi.22.nu.41.fa.335.

Mulier habet actionem contra ſucceſſorem feudi quando dos ſua in prouincia numerata conſtituta, & realiter tradita ſit cum ſit alienatis, nam ſi fuerint per maritum alienati, & pecunia non exiſtat, mulieris contra ſucceſſorem in feudo nõ datur actio conſ. 22.nu.52.fa.339.

Mulier vnà cum viro ſi fatetur recepiſſe pecuniam,præſumitur pro dimidia ad virumque peruenieſſe.conſ.23. nu.48.fa.335.

Mulier poteſt feudum dotalem aliter alienatum etiam conſtante matrimonio recuperare ibidem numero 72.

Multa fieri prohibentur,quæ tamẽ facta tenent conſ.13. nu.12.fa.138.

N

Nannus Marchio Ceuæ vniuerſum Marchionatum vendidit Ciaiſati Aſtenſi conſilio decimoſeptimo num. 29.fa.206.

Negatiua ab excipiente probari debet quando in ea fundat intentionem ſuam conſilio quarto, numero 28. fa. 42.

Negligentia non præſumitur in conſequendis proprijs iuribus conſi.21.nu.23.fa.214.

Nemo tranſfert quod non habet conſilio 19. nume. 49. fa. 267.

Nepotes an veniant in diſpoſitione, in qua dicitur ſit ſi ſine liberis deceſſerit ex ſuo corpore procreatis conſi. 3.nu.9.fa.28.

Non creditur inſtrumentum ſtare, & ſi ſit relatũ in aliquo inſtrumento de quo conſtare dicatur conſilio 23. nu.46.fa.

Non creditur referenti niſi cõſtet de relato conſ.23. nu. 43.fa 353.

Non dicitur aliquid actum,quando aliquid ſupereſt agẽdum conſ.23.nu. 7.fa.351.

Nondum nati nec concepti quòd non dicantur agnati vel cognati quomodo intelligatur, & quomodo procedat conſ.19.nu.26.fa.160.

Non eſt conſiderabilis metus qui in virũ conſtantem non cadit conſ 19 nu.83.fa.272.

Non nocet metus ,qui culpa vexatis inferatur conſ. 19. nu.90.fa.274.

Non probatur hoc eſſe quod ab hoc cõtingit abeſſe cõſ. 21.nu.13.fa.313.

Non licet locupletari cum aliena iactura conſ.21.num. 3.fa.323.

Non licet mulieri niſi prius excuſſis bonis alodialibus feudum pro dotibus retinere conſ.22.nu. 63.fa.341.

Non valet fidicommiſſũ in perſona præſbiteri grauati reſtituere filijs conſ. 22. nn.68 fa.342.

Notarius cenſetur rogatus de inſtrumento ex verbo,ſeu clauſula actum, & in inſtrumento appoſita conſi.1. nu.4.fa. 3.

præſumitur rogatus ex atteſtatione eius dum aſſerit ſe rogatum 16 nu.5.

Notarium non eſſe eſſe probare quando inſtrumentũ eſt antiquum ibi.a .6.

Notarius plures de inſtrumento rogatos ſubſcribere, & ſignare inſtrumentum neceſſe eſt ibi. numero ſeptimo fa.2.

notarii plures aliquando vti teſtes in inſtrumento ſuæ actus aliquo alio.ben. ut ibi.nu.12.

Ee cenſentur de inſtrumento rogati ſi fuerint ſubſcripti in inſtrumento ſed ſi non fuerint ſubſcripti non præſumuntur rogati omnes ibi nn. 17.fa.5.

notariorum confacendo circa inſtrumenta conficienda attendi debet ibi nu.18. fa.5.

notarii dicto aſſerenti in inſtrumẽto ſe rogatum ſtatur, & probatur rogitas ibi.na.19.

notarii plures de eodem inſtrumento rogati in ſolidum poſſunt ibi.nu.20.fa. 5.

notarii rogitas vt inſtrumentum probet requiritur, & ideò præſumitur in dubio ibi nu. 23.

Notarii cuiuslibet officium publicum dicitur auctorita ee virilitate ſtiam priuatum ibi nu. 24 fa.6.

Notarii æquiparantur iudicibus ordinarus cùm habeant iuriſdictionem ordinariam voluntariam ibi num.26. fa.6.

Notarii ſtipulatione acquiritur ius abſenti irreuocabiliter conſ. 15.nu.38.fa.164.

Notarius ex ſui natura quis non præſumitur conſ. 19 nu.6.fa.254.

O

Oblatio facienda agnatis in alienatione feudi intelligitur de exiſtentibus et natis tempore alienationis,quia naſcituris tanquàm impoſſibilis, & non pro futura emittitur,conſ. 21.nn.16.fa.314.

Oblatione non facta in alienatione feudi agnatis eorum noa intereſt,qui nondum nati,& concepti erant quillam pro eorum iuribus acceptare non poterant ibi nu.17.

Obligatio iudicialis feudi nocet domino non tamen extra iudicialis conſ. 22.nu.45.fa.336.

Obreptio vitiat conceſſionem ſeu gratiam Principis cõſ.

5.nu.51.fa 58.
Obreptio ſen ſubreptio non ſolum vitiat quando eſt cauſa finalis, ſi u inductiua concedendi reſcripti ſed etiam quando fuit cauſa impulſiua ibi nu.52.
Obreptione minima ſen ſubreptione inducitur defectus conſenſus Principis ſuccedentis ibi. nu.53.fa. 59.
Officium plurium quando eſt publicum auctoritate, & officij adminiſtratio eſt ordinaria nunc competit cui libet inſolidum conſ.1.nu.25. fa.6.
Oldradi conſilium 177. & aliorum ſequacium opinio reprobatur conſ.15.nn.46.fa 167.
Obreptitium quid dicitur non ſuum exprimendo falſum ſed etiam ſacrando veritatem conſ.23.nn.65.fa.360.
Othonis conciſſionem marchiæ factam Aledramo poſſe dici eſſe donationem in feudum alienabile conſ. 1. nnm. 23 fa.16.
Othonis Imperatoris conceſſio facta Aledramo primo march.montiſſ.an ſit donatio,an verò feudum contenſio eſt inter Doctores conſ.7 nn.4 fa.71.
Othonis cõceſſio facta Aledramo marchioni an ſenſeatur donatio vel feudum,ex his quæ ſubſequuta ſunt declaratum reperitur.ibi nu.7.fa.72.

P

Paciſcentes licet poſſint diſcedere à conuentione ipſius pacti in præiudicium ſucceſſorum,non tamen,& ſucceſſoribus liceret in præiudicium aliorum. conſ.3.nu. 32.fa.34.
Pacis & concordiæ inducendæ, & conſeruandæ cauſa geſta obſeruari omnino debent conſ. 5. numero 45. fa.57.
Pacis cauſa,ſeu pro bono pacis licitum ſit quod alias eſſet illicitum.conſ.5.nn.45 fa 57.
Pacis cauſa Princeps ſeu Ciuitas priuatorum bona donare poteſt conſ.5.nn.47.fa.57.
Pactum de ſuccedendo fieri poteſt, & tenet in Ducibus, Marchionibus, & alijs perpetuò inueſtitis, & in dignitate Regali conſtitutis conſ.2.nu.57.fa.24.
Pactum, ſeu conuentio valet, qua quis poſt mortem ſuam alteri eius bona ſi ſine liberis deceſſerit, promittit.ibid.nu 59.
Pactum, ſeu conuentio de ſuccedendum certis bonis eſt de iure validum conſ.2.nn.60.fa. 25.
Pacto hæreditas, ſeu ſucceſſio dari non poteſt conſ. 12. nu.1.fa.122.
Limita vt ibid.nu.2.
Pactum de futura ſucceſſione ſuſtinenda valet, licet ſecus ſit, ſi agatur de futura ſucceſſione, ſeu hæreditate obuenienda ibid.nu. 2.
Pactum inter patrem, & filium, quòd patri ſuccedere poſſit valet, ſtante ſtatuto quòd filia dotata non ſuccedat patri ab inteſtato ſtantibus filijs maſculis. ibi. num.3.
Pactum inter patrem,& filium de ſuccedendo ſtante predicto ſtatuto, valere, neque requiri conſenſum filiorum maſculorum ibid nu.4.fa.122.
Pactum de ſuccedendo in re feudali valet ibid.nu.7.
Pactum de ſuccedendo valet,quando agitur de ſuccedendo in feudo, quod procedit vt ibi declaratur ibid. num.8.
Pactum de ſuccedendo in certis bonis particularibus valet ibid.nu.9.conſ.12.fa.122.
Pactum quando eſt de ſuccedendo in certis rebus particularibus,non conſideratur quibus verbis ſit conceptũ ibid.nu.10.
Pactum de ſuccedendo etiam ſi agatur de vniuerſis bonis quando valeat.ibid.nu.11.
Pactum, ſeu conuentio conditionalis retrotrahitur eueniente conditione ad tempus conuentionis ibid. numero 12.
Pactum de ſuccedendo quòd valeat propter iuramentum ibid nn.13.conſ.12.
Pactum præditum firmari iuramento,etiam ſi agatur de ſucceſſione in vniuerſum ibid.nn. 14.
Pactum etiam de vniuerſali ſucceſſione non eſſe reprobatũ de iure naturali,ſed potius ſo iure approbari. ibid. nn.15.conſ.12 fa. 126.
Pactum de ſucceſſione ſeu hæreditate viuentis de iure ciuili non recipere firmamentum a lege,vt ex eo oriatur actio & obligatio ſed ſi interueniat iuramentum oritur naturalis obligatio conſ.12.nu.17.fo.327.
Pactum de ſuccedendo etiam in re particulari quando improbatur ibi nu. 18.
Pactum de ſuccedendo ſuſtinetur ſi ſint ex iuſtis, & honeſtiſſimis cauſis ibi nn.19.
Pactum de ſuccedendo valet vbi ſit acceſſorietas in conſequentiam alterius contractus præambuli licite ibi.nn. 2.fa.129.
pactum de futura ſucceſſione valere vbi eſt conſuetudo ita paciſcendi ibid.nn.24 fa.310.
papa communicans cum excommunicato non incidit in excommunicationem,conſ.22.nn.47.fa.337.
parentis appellatione non tantùm pater, ſed auus, proauus,& alij aſcendentes veniunt conſ.3.numero 12. fa.28.
paria ſunt aliquid non eſſe factum, aut minus legitimè factum conſ.21.nn.83.fa.324.
paria ſunt exprimere errorem in ſententia,vel apparere ex actis conſ.23.nn.63.fa.359.
pariſius conſ.30.nn 46.vol.4.declaratur, conſ.5.nn.55, fa.59.
participium pro creatos reſoluitur etiam in futurũ, ideſt qui procreati erunt, quando ponitur in oratione conditionali futurum tempus reſpiciens conſ. 15. num. 17.fa.157.
patric pia procreatus, & procreatis appoſita in pactum nito inter Theodorum Palleologum, & Aymonem Comitem Sabaudiæ qualiter intelligantur ibid. numero 28.
pater diſponens circa filios maſculos non prouidens filiobus cenſetur quantùm ad eas relinquere diſpoſitionem iuris communis conſ. 20.nn.14.fa.291
Per verbum, & ſucceſſoribus in inueſtitura poſitum ſentitur etiam vocati hæredes extranei conſ. 22.nu. 65.fa.341.
per negligentiam decem annorum amittitur ciuilis poſſeſſio conſ.19 nu.28.fa.261.
per clauſulam conſtituti vera transfertur poſſeſſio conſ. 22.nn.4.fa.327.
per diſpoſitionem decreti conſenſus dominiiu alienationc feudi precedere debet conſ.22.nn.38.fa.334.
prior inueſtitura attenditur,& ad eam recurritur, quoties ſequentes diſcrepant conſ.21 nu.41.fa. 317.
pluribus ordine ſucceſſiuo vocatis exiſtentibus in primo gradu ſequentes admittuntur qui tempore purificatæ ſonditionis reperiuntur conſ.3.nn.22.fa.32.
poſſeſſio non continuatur in hæredes ſine apprahenſione, ſed ſolùm in ſuis hæredibus,& in feudis conſ.20.num. 41.& 42 fa. 291.
poſſeſſio defuncti prodeſt hæredi vlteriori ad vſucapiendum, etiamſi medius hæres poſſeſſionem nactus non ſit,

fit, modò ab alio non fit oppraehenſo legitimè conſ. 20. nu. 45. fa. 292.

poſſeſſio ciuilis non poteſt alci ſtare in pendenti, ſed ſtatim atque cepit vt tare coniungitur naturali, ſed limito in naturali vaſſalli, aut fructuary conſ. 20. nu. 46. fa. 293.

poſſeſſio ciuilis amittitur ſtatim, et iam ab ignorante, cùm quis poſſeſſionem ingreditur cum tanta potentia, cui reſiſti non poteſt conſ. 20. nu. 69. fa. 308.

A poſſeſſione vnius oppidi non infertur ad poſſeſſionem aliorum conſ 19. nu. 128. fa. 281.

poſſeſſio praſumitur ex cauſa praeambula conſ. 1. nu. 32. fa. 7.

poſſeſſio ciuilis non continuatur in poſteros, niſi fuerit appraehenſa conſ. 20. nu. 16 fa. 286.

poſſeſſionem ciuilem non perdit dominus, etiam ſciens, et negligens ſi fructuarius à naturalis fuerit delictus conſ. 20. nu. 19. fa. 287.

poſſeſſionis cauſam nemo ſibi mutat, fallit ſi factum extrinſecus accedat vtili nouus contractus, conſ. 20. nu. 72. fa. 284.

Vel ſi mutet cauſam iniuſtam in praecedentem iniuſtã ib. num 73.

poſſeſſio naturalis non trahit ad ſe ciuilem conſ. 20. nu. 40. fa. 291.

praſcriptio ducentorum annorum habet vim priuilegii conſ. 20. nu. 83. fa. 305.

praſcriptio non currit fauore dubitantis ab initio, ſecus ſi ſupernemiat, conſ. 20 nu. 67. fa. 299.

praſcriptio non poteſt procedere poſt inuaſionem quàm fuerit reſtituta poſſeſſio priori poſſeſſori, ibidem numero 78.

praſcriptio violenta non perficitur, etiam in mille annis. ibid. nu. 79.

praſcriptione longiſſimi temporis tollitur omne ius. conſ. 19. nu. 8. fa. 254.

praſcriptio interrumpitur ex litis conteſtatione ibidem num 14.

praſcriptio temporis, cuius initii non eſt memoria in contrarium habet vim priuilegij, & ex ea acquiritur directum dominium ibid. nu. 20.

praſcriptionem perficere poteſt hareditas iacens. conſi. 19. nu. 15. fa. 286.

praſcriptio non currit in incorporalibus, etiam in mille annis, niſi prebetur patientia. conſ. 20. numero 37. fa. 290.

praſcriptiones non procedunt ſine facti, & iuris adminiculo ibid. nu. 39.

praſcriptio centenaria requiritur contra Imperium, vel Principem, habentem iura Imperii conſ. 20. nu. 50. & nu. 66. fa. 293. & fa. 198.

praſcriptio in rebus incorporalibus ſi non adſit ſcientia, & patientia requirit ſpatium centum annorum conſ. 20. nu. 52. fa. 295.

praſcriptio ſuperioritatis requirit ſpatium centum annorum. ibid. nu. 54.

praſens actus, & bis, qua geruntur, ſi non impediat cenſetur tacitè conſentire conſ. 21. nu. 56. fa. 320.

praſumitur pro ſententia antiquitus lata conſ. 19. nu. 18. fa. 256.

praſumptio finiſtra tollitur ratione coniunctionis ſanguinis conſ. 4. nu. 10. fa. 37.

praſumptio ad actus validitatem tendens fortior eſt omnibus alijs praſumptionibus. conſilio 4. numero 13. fa. 38.

praſumptio rogitus notariorum ad validitatem actus inducenda regulariter eſt potentior caeteris conſ. 1. nu. 22. fa. 5.

princeps contractum ſen pactum reuocare, nec ius virtute pacti alteri quaſitum tollere poteſt. conſ. 2. nu. 45. fa. 21.

princeps dominium, quod eſt de iuregentium licet quaſitum per actum iuris ciuilis tollere non poteſt, etiam de plenitudine poteſtatis ibid. nu. 46.

princeps in concedendis reuocationibus adhibere debet cauſa cognitionem, vocato eo, de cuius praeiudicio in reuocatione agitur conſ. 2. nu. 48. fa. 21.

principum conceſſiones, & priuilegia ſemper citra iniuriam, & damnum tertii intelligi debent conſ. 2. num. 42 fa. 20.

principem ſubditos inuitos alienare non poſſe, quando, et quo caſu ibi. nu non habeat conſ. 5. nu. 43. fa. 57.

principis confirmatio quatinneſtituris derogatur non aliter, niſi cauſa cognita, & parte vocato facta ſit conſ. 5. nu. 58. fa 88

princeps in dubio ius alterius ladere, aut tollere velle non cenſetur conſ. 12. nu. 1. fa. 112

princeps adipiſcendo poſſeſſionem ſui ſtatus adipiſcitur etiam poſſeſſionem omnium illi annexorum, quãdo poſſeſſio iſti ſeruata conſ. 20. nu. 43. fa. 292.

princeps conſentiens vt vaſſallus obiecti feudum prodat, ſi inde fiat locus caducitati talis aſſenſus Principi non praeiudicat conſ. 22. nu. 18. fa. 328.

princeps non legatur lege, quam condidit, niſi quatenus vult conſ. 22. nu. 46. fa. 337.

princeps non dicitur ſucceſſor in feudo. ibid. nu. 48.

printepe quamuis non comprahendatur ſtatuto ſubditorum in odioſis, cenſetur tamen comprahenſus in fauorabilibus. conſ. 23. nu. 7. fa. 346.

princeps non legatur ſtatuto, niſi conſentiat vt illud condatur ibid. nu. 12.

princeps confirmans ſtatuta alicuius ciuitatis non intelligitur comprahendere ſe ipſum ibidem numerò 13. fa. 347.

A prioribus innouaturis non receditur, nec reteſſum eſſe cenſetur per poſteriores, niſi ex preſſo dictum ſit conſ. 7 nu. 21. fa 77.

probatio nulla melior in antiquis fieri poteſt, quàm per inſtrumenta conſ. 6. nu. 3 fa. 3.

probatio non inducitur ex inſertione actus, etiamſi totus tenor inſeratur conſ. 2. nu. 52 fa. 23.

probationes plures imperfecta etiam diuerſi generis coniunguntur ad faciendam perfectam, & integram probationem conſ 17. nu. 14. fa 201.

probatio per teſtes de auditu ſeu credulitate in facto antiquo non admittitur, niſi etiam concurrat fama aliis adminiculis conſ. 18. nu. 6. fa. 210.

probatio per teſtes de auditu in antiquis facile profertur, ſi in aliquo teſtes deficiant ibid. nu. 8. conſil. 18. fa. 210.

probatio conſuetudinis vt valeat debet neceſſario, & in ſpecie concludere conſ. 21. nu. 21. fa. 314.

Ad probandam conſuetudinem non ſolùm requiruntur actus iudiciales ſed etiam ſufficiunt extraiudiciales conſ. 21. nu. 38. fa. 317.

prohibitio alienationis feudi fauore Principis introducta eſt conſ. 22. nu. 15. fa. 328.

producens inſtrumenta, vel libros in iudicio videtur fateri omnia contenta in eis vera eſſe conſ. 2. numero 3. fa. 10.

Producens intra ſeu ſcripturas in iudicio, cenſetur fateri omnia in eis contenta ibid. nu. 21.

Ampliatur vt ibid.

Pro inſtrumento, & eius fide in dubio iudicandū conſil. 1. nu. 37. fa. 8.

Pronomen hoc, eſt demonſtrativum corporis, & intellectus coniunctim conſ. 1. nu. 13. fa. 4. & conſ. 8. nu. 23. fa. 85.

Promiſſione ſine pacto, ſi aliquis deceſſerit ſine liberis, bona ſunt alterius vtilis actio in rem competit conſ. 3. nu. 29. fa. 33.

Propter vim extorſionem illatam ius amittitur. conſ. 19. nu. 21. fa. 256.

Propter violentiam amittitur omne ius, ibid. nume. 29. fa. 262.

Q.

Qualitas adiuncta verbo ſecundum tempus verbi intelligi debet conſ. 3. nu. 19. fa. 30.

Quadriennium quod datur pro reſtitutione ex capite ignorantiæ eſt vtile, etiamſi lapſi ſint centum, & vtera anni conſ. 20. nu. 64. fa 297.

Quando felonia eſt notoria, poteſt D. inceps vaſſallum priuare feudo, non expectata ſententia conſ. 19. nume. 89. fa. 273.

Quando prima diſpoſitio inducit ſequentem, ſed neceſſariò nō includit tunc actio cōcepit ex ſecūda ibi. n. 91.

Quando lex improbat venditionem, improbat quoq; promiſſionem de eadem conſ. 22. nu. 59. 323.

Quilibet reſ præſumitur iuſto pretio, & ſine colluſione vendita conſ. 21. nu. 74.

Quæ ſint examinanda ante feudi alienationem conſi. 22. nu. 39. fa. 334.

Qui non improbat approbare videtur conſ. 21. num. 58. fa. 300.

Qui habet regulam contra, ſe debet probare ſe contrariū intendit conſ. 22. nu. 53. fa. 334.

Qui lege prohibente mercatur rem, & pretium amittit quod fiſco, non parti applicatur, conſ. 23. numero 74. fa. 361.

R.

Ratificatio actus ex temporis diuturnitate ſubſequuta præſumitur conſ. 15. nu. 39. fa. 164.

Ratificare facto vel verbis paria eſſe ibi. nu. 40.

Ratio in ſtatuto aut alia diſpoſitione, ſi non exprimatur tamen vbi vnica reddi poteſt, pro expreſſa habetur conſ. 12. nu. 20. fa. 129.

Ratio eadem, ſeu æquitas, vbi militat, ibi, idem ius eſſe debet conſ. 15. nu 42. fa. 166.

Recognitio alterius factæ à vaſſallo non præiudicat vero domino inſcio, nec quò ad dominium, nec quò ad poſſeſſionem conſ. 20. nu. 34. & 37. vbi vide fa. 289.

Recuperatio rei venditæ ſubiectæ fideicommiſſo non comperit hæredi alienantis, licet ſit fideicommiſſum inductum pro honore familiæ conſeruando conſ. 21. num. 79. fa. 324.

Regularis natura feudi eſt illa, quæ à conſuetudine determinatur conſ. 21. nu. 37. fa. 316.

Reſerenti non creditur niſi, confiet de relato conſ. 79. nu. 10. fa. 254.

Relatio ad ea ſemper facienda, ad quæ congruum non autem ad quæ incongruè fieri poteſt conſ. primo nu. 15. fa. 4.

Relatiuum quæ reſtringit, & limitat antecedentia conſt. 1. nu. 26. fa. 17.

Relatum eſt in referente conſ. 19. nu. 25. fa. 257.

Rem propriam conducens ab alio vel infeudam accipit puras alienā facit actum ipſo iure nullam conſ. 1. nu. 37. fa. 19.

Res effecta alienabilis manet ſemper alienabilis conſil. 22 n. 32. fa. 332.

Res, quæ aſſumpſit vnam naturam facilius ad illam redit quam nouam aſſumat conſ. 6. nu. 8 fa. 66.

Res nunquam recuperatur prætextu affectionis, ſi vendetur ſit defectus, niſi is minor, & præſens ſit aut minus ſolemniter vendiderit conſ. 21. nu 78. fa. 323.

Res quælibet tranſit cum ſuo onere ibid. nu. 81.

Rogari de inſtrumento recipiendo, & ſtipulari pro aliquo diuerſa ſunt conſ. 1. nu. 8. fa. 3.

Reſtitutio conceditur vaſſallo aduerſus ignorantiam, & curſum temporis ad petendam inueſtituram intra quæ triennium à die ſcientiæ etiamſi elapſi iam eſſent centum anni conſ. 20. nu. 28. fa. 288.

Reſtitutio in integrum non debetur pro quærēdis, ſed pro quæſitis ſic conſ. 20. nu. 68. fa. 299.

Reuocatus gentilitius non intentatur ab eo qui tempore venditionis non erat conceptus conſi. 21. numero 19. fa. 314.

Reus fauorabiliter actore eſt potiſſimi, eò magis erat de dāno vitando conſ. 21. nu. 88. fa. 325.

S

Statutum ſeu conſtitutio idem diſponens quod ius commune interpretari debet vt aliquid addat iuri communi conſ. 9. nu. 9. fa. 101.

Statutum requirens conſenſum intelligitur de expreſſo tantùm conſ 22. nu. 13. fa. 328.

Statuta ſe inuicem declarant ibi. nu. 33. fa. 332.

Statutum iniquum ligat ſtatuentem ibi. nu. 49. fa. 337.

Statutum vercellarum permittens alienationem feudi pro debitis quibuſcunque, deficientibus alodialibus de quibus feudis intelligatur conſ. 23. nu. 1. fa. 345.

Statu. inferiorum non ligant ſuperiores defectu poteſtatis ibid. nu. 4.

Statutum non cenſetur confirmatum à ſuperiore in quācum minuit ius illius conſ. 23. nu. 14 fa. 347.

Statutum prohibens appellari, non excludit appellationem ad Principem ibid. nu. 21.

Statutum ſtrictè intelligitur, & interpretatur ibidem num 31.

Statutum prohibens ceſſionem intelligitur de ceſſione nulla ibid. nu. 33.

Statutum prohibens opponi contra inſtrumentum excludit ſemper oppoſitionem nullitatis ibid. numero 34. fa. 352.

Statuta interpretantur ſemper ſecundum ius commune ibid. nu. 45. fa. 354.

Statutum requirens præſentiam conſanguineorum intelligitur de actuali præſentia non autem per Procuratorem conſ. 23. nu. 56. fa. 357.

Stipulatione patris vel alterius ex aſcendentibus nequit venire ius, etiam natis poſt eius mortem conſ. 3. nume. 25. fa. 33.

Stipulatione notarii ius nō acquiritur abſentibus, & nōdum natis etiam ſine aliqua ratificatione ibid nu. 26.

Subditus ratione iuriſdictionis vniuerſalis licet non repellatur à teſtificando in cauſa, dominii attamen eiusdem nititur de fide conſ. 18. nu. 13. fa. 212.

Subditus Imperatori non poteſt indicere bellum nō monte Imperatore conſ. 19. nu. 13. fa. 255.

Subdici Imperatoris non poſſunt promittere de feudo Imperiali ſine conſenſu Imperatoris conſilio 19. numero

numero 107.fa.277.
Nisi concurrentibus ibid,nu.108.
Subrepsio nocet ,si fiat per ignorantiam.Consi.23.num. 66.fa.360.
Suspitio falsitatis oritur vbi rerum status repugnat. Consi.19.nu.5.fa.253.
Successorum appellatione veniunt etiam omnes descendentes in infinitum.Consi.15.nu.41.fa. 166.
Successor in feudo non tenetur ad debita defuncti,si non sit eius hæres simplex. Consi.23.nu.19.fa. 348.
Successor seu hæres vltimus dicitur successor , seu hæres primus. Consi.1.nu 49.fa.22.
Successor præsumitur ignorare inueſtituras anteceſſoris Consi. 19. nu.23.fa.257.
Successio legitime dicitur quasi à sola lege deducta absque hominis ministerio seu facto,Consi.10.num.12. fa.107.
Successioni feudis dignitatum procedit in infinitum inter collaterales descendentium. Consi.8. n. 31.fa.99.
Successio in feudo antiquo in transuersalibus, non datur vltra septimum gradum secundum aliquos, sed contrarium verius. Consi.8.nu.1.fa.85.
Successiones extendere debemus, & dilatare non restringere ibi.nu.5.
Successio in feudis sumn aspicit stipitem, & non alium, qui non sit stipes,et communis parens agnationis. ibi. num. 12.
Successio in feudis esse non dicitur neque ex testamento, neque ab intestato , sed est quadam successorum continuatio.ibi.nu.13.
Successiones de iure ciuili non procedunt ad transuersales vltra decimum gradum, attamen in descendentibus procedit in infinitum.ibi.nu.21.
Superioritas præscribi potest tràslatiuè de vno superiore ad alium consi. 19.nu.3.fa.281.
Superioritatis ius non vtendo amittitur.Consi.20. num. 17.fa.286.
Scripsum id dicitur quod oculo corporis legi potest,non quod virtute intellectus percipitur, Consi.1.numero 14.fa.4.
Scripturis ab alienis desumptis parte non vocata fides non datur,Consi.5.nu.35.fa.55.
Seruilium personale potest præstari per substitutum. Consi.21.nu.83.fa.324.
Scientia officialis nocet domino,Consi.19.n.79.fa.271.
Ex scientia officialis præsumitur notitia domini. ibi.nu. 80.fa.272.
Scientia,& patientia requiritur eius contra quem quis vult præscribere ius incorporale,Consi.20.nu.35.& 51.fa.290.& fa.295.
Scientia specifica requiritur quando requiritur pro actus sustentatione.Consi.20.nu.65.fa.298.
Scientia Rectoris prouincie habetur pro scientia domini.Consi.20.nu.71.fa.301.
Scientia,& tolerantia diuturna, vt puta anni sufficit ad inducendum consensum. Consi.21.nu.57.fa.320.
Semper secundum communem opinionem iudicandum est.Consi.22.nu.50 fa. 338.
Sententia lata à iudice electo sine consensu domini est ipso iure nulla. Consi.19.nu.111.fa.278.
Sententia lata super non comprahensis in laudo non valet. Consi.19.nu.120.fa.279.
Nec sententia lata contra defunctum.ibid.nu.120.
Sententia nulla non potest,executioni mandari. Consilio 19.nu.115.fa.278.
Sententia exequenda iuri præscribitur spatio 30.annorum.Consi.20.nu.87.fa.306.
Sicuti agnati in feudo succedentes possunt pro dotibus communiter ita etiam Princeps contrarium tamen auctor concludit.Consi.22.nu.43.fa.336.
Sine possessione non procedit præscriptio.Consi.19.num. 73.fa.270.
Sicut prohibetur alienatio feudi sine consensu domini ita feudi hipotecatio , & obligatio. Consi.23.nu.36. fa.352.
Socini intellectus ad §.quin etiam Episcopus vel Abbas refertur,& ibi reprobatur. Consi.10.nu.15.fa .108.
Socini intellectus ad §.quin etiam Episcopus vel Abbas quòd ille declaretur,& intelligatur per tex.in cap.1. de eo qui sibi,& hæredibus suis .
Sola traditio per clausulam constituti sine consensu domini est sufficiens ad feudi caducitatem , Consi.22. nu.5.fa.327.
Spatio longissimi temporis purgatur vitium rei possessæ per vim compulsiuam.Consi.19.nu.102.fa.276.

T .

Tantum præscribitur quantum possidetur. Consi-19.nu. 129.fa.281.
Tempus ad inducendam consuetudinem incipit currere à primo actu. Consi.17.nu.9.fa.200.
Theodorus primus Marchio Palleologus cõpiendo Marchiam fuisse,& esse feudum Imperij ac nouum feudũ constituisse voluerit.Consi.7.nu.13.fa.74.
Testes de auditu admittuntur vbi de facto antiquo agitur. Consi.18.nu.3.fa.210.
Textus.l.Titius D.de fuis,& legit.& l.1.§ si quis proximior D.vnde cognati in quibus terminis loquantur, & intelligantur.Consi.8.nu.18 fa.94.
Titulus non requiritur in præscriptione quando nemini affertur præiudicium.Consi.20.nu.55 fa.296.
Tutores sui natura habent administrationem in solidũ, ideò si plures administrantur debent censeri in solidum secundum sui naturam adhibito. Consi.1.nu. 27.
Titulus non requiritur in præscriptione etiam centenaria cui ius resistit.ibi.nu.54.
Titulus putatiuus non sufficit cum agitur de præscribendo in alieno territorio , nec quando concurrit cum eo putatiua traditio.ibi.nu.57.& 58.
Titulus verus,& tempus 40.annorum requiritur in præscribenda electione priuatiuè aut si titulus non adsit requiritur tempus immemorabilis initi.ibi.nu.63.
Titulus allegatio non requiritur in præscriptione 20.annorum.ibi.nu.84.fa.305.
Tutores Principum possunt donare . Consi.19.nume.45. fa.265.
Talem qui se dicit probare tenetur.Consi.23.numero 39. fa.52.
Tempus petendæ inueſtituræ non currit nisi à die scientiæ.Consi.20.nu.27.fa.288.
Tenor instrumenti scriptus in alio instrumento non facit, vt dicto tenori credatur nisi cõstet de originali ipsius instrumenti cuius tenor est in alio instrumento scripsus,idque militat,etsi notarius fatereturvidisse instrumentum tenoriz atum,Consi.23.nu.46.fa.
Testes non probant publicam vocem,& famam licet dicant audiuisse à multis.ibi.nu.7.
Testes de auditu vt probent requiritur, quòd audiuerint à pluribus secus se ab vno tantum.ibi.nu.9.

Te-

Testes de auditu in antiquis, si deponant audiuisse à diuersis, & diuersos nominent, non probant, sed dicuntur singulares. ibi. nu. 10.

Testes de auditu seu credulitate in facto antiquo, vt pro bensi requiritur quòd sint boni opinionis, & famæ, & omni exceptione maiores. ibi. nu. 11. fa. 212.

Testes, vbi ex aliqua dispositione requiruntur omni exceptione maiores, tunc illa qualitas probari debet. ibi. nu. 12.

Testis omni exceptione maior dicitur, cui nulla exceptio opponi potest ibi. nu. 15. fa. 212.

Testis de auditu in antiquis non probat, quando ijs à quibus audiuit non crederetur si deponeret, quia se ſibus non creditur, quorum repelluntur auctores. ibi. num. 17.

Testes parte Ducum Mantuæ examinati, quòd non probent exceptionem, vis & metus, deducta, ostenditur & cuiusque testis dictum diligenter examinatur. ibi. num. 18.

Testis in vno falsus in omnibus reprobatur, sicut, & instrumentum in vno capitulo falsum in alijs falsum reputatur. ibid. nu. 19.

Testes, in priuilegijs seu concessionibus Principum regulariter non appunctuantur. Cons. 2. nu. 7. fa. 11.

Testes duo ad probandam consuetudinem sufficiũt. Cons. 17. nu. 4. fa. 19.

Testes vt probent consuetudinem antiquam qualiter deponere debeant. ibi. nu. 12.

Testes singulares admittuntur, & probant vbi agitur de probando aliquid in genere, puta consuetudinem. ibi. num. 16.

Testes de consuetudine deponentes, rationem reddere debent cognitam etiam non interrogati, vt probent quod ibi declaratur. ibi. nu. 19.

Testium dicta extraiudicialia non valent, nec etiam in dicialia, parte non vocata. ibi. nu. 25.

Testi etiam præclaræ dignitatis non creditur absque iuramento. ibi. nu. 26.

Testis deponẽs super negatiua, nõ probat, sed potius ſuſpe ctus redditur ibi. nu. 27.

Testis, super facto deponere debet non autem iudicare ibi. nu. 28. fa. 206.

Testis dictum in vno falsum, quòd in omnibus reprobetur, declaratur procedere vbi falsum dicitur circa ſubſtantialia facti. Cons. 18. nu. 20, fa. 213.

Testis, vt probet, deponere debet de vs, quæ ſenſu percipit, ſed ſi deponat de vs, quæ ſenſu non percipiuntur, dicitur iudicare, & ideò non probat. Cons. 18. nume. 22. fa. 215.

Textus in §. Quin etiam, non recipere declarationem ex text. in cap. 1 de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis, iuxta intellectum Socini demonſtratur. Cons. 10. nume. 19. fa. 103.

Traditio non requiritur in contractibus in diem vel ſub conditione factis. Cons. 3. nu. 30. fa. 33.

Traditionem rei an operetur ſententia propoſitore lata. Cons. 20. nu. 92. fa. 307.

Traditione ſequuta in venditione feudi, aſſenſus domini poteſt ſuper alienatione quandocunque interponi nec præiudicat ſucceſſori, aut hæredi licet, retrotrahatur. conſi. 21. nu. 32. fa. 316.

Tranſmiſſibilia quæ non ſunt, ad extraneos hæredes, non tranſeunt cum vniuerſitate. Conſilio 20. numero 94. fa. 308.

V

Vaſallus ſi delinquat in perſonam, domini tunc feudũ domino applicatur, et excluſis filijs dagnatis omnibus. Conſi. 8. nu. 11. fa. 89.

Vaſallus de feudo teſtari non poteſt. Conſi. 16. num. 14. fa. 191.

Vaſallus feudum antiquum vni filiorum relinquere, ſeu præferre non poteſt in totum, nec in parte. ibi. numero 15.

Vaſallus feudum hippothecare non poteſt ſine conſenſu domini licet olim poſſet vſque ad dimidiã. ibi. nu. 17. Conſi. 16 fa. 191.

Vaſallus an ſit teſtis idoneus in cauſa domini ſunt multæ opiniones. Conſi. nu. 14. fa. 212.

Vaſallus amicus, & familiaris, ſeu domeſticus domini non eſt pro eo idoneus teſtis. ibi. nu. 16.

Vaſallus in ſui præiudicium poteſt compromittere. Conſi. 19. nu. 17. fa. 255.

Vaſallus per ſuum pactum non poteſt præiudicare directo domino ibi. nu. 58. fa. 268.

Vaſallus non præſcribit libertatem niſi requiſitus recuſet. Conſi. 19. nu. 61. fa. 269.

Vaſallus qui alium dominum recognoſcit, ipſoiure, & facto ſenatum amittit. ibi. nu. 88.

Vaſallus ſine conſenſu domini iuriſdictionem alterius iudicis prorogare non poteſt ibi. nu. 110.

vaſallus poteſt imponere ſeruitutem feudo ad ſui præiudicium Conſi. 20. nu. 11. fa. 285.

vaſallus poteſt conſtituere vſumfructum in feudo ibi, nu 12.

vaſallus poteſt alium de feudo recognoſcere, & quomodo id intelligatur ibi. nu. 13. fa. 286.

vaſallus amittit feudum propter non venonatam inueſtituram ſi dominus velit ibi. numero 29. Conſi. 20. fa. 288.

vaſallus intra tempus non recognoſcens, excuſatur, ne amittat feudum ſi ab initio fidelitas fuit præſtita pro ſe, & ſucceſſoribus. ibi. nu. 30.

Si vaſallus feudum amittat vti condemnatus actione perſonali, tenetur nihilominus præſtare ſeruitium, non tamen ſi fuerit condemnatus ex cauſa damni inferti. Conſi. 22. nu. 40. fa. 335.

vaſallus ſine ſpe habendi filios feudum alienans præſumitur in fraudem directi domini alienare. Conſi. 22. nu. 62. fa.

vaſallo decedente ante Calendas martias fructus illius anni ad dominum pertinent, non ad hæredem vaſalli. Conſi. 22. nu. 73. fa.

vaſallus pignori ſundum ſubiiciens cadit à iure ſuo pro parte pignorata. Conſi. 23. nu. 35. fa. 352.

vbi nullitas contractus eſt euidens poteſt iudex ex officio, & ſi nihil oppoſitum ſit contractum nullum, declarare. Conſi. 23. nu. 71. fa. 361.

velle quis non præſumitur quod non loquitur. Conſi. 15. nu. 16. fa. 156.

venditio ſucceſſionis ſeu hæreditatis valet de iure ciuili. Conſi. 12. nu. 16. fa. 127.

venientes ab inteſtato an dicantur venire ex tacito, ſiue præſumpto iudicio defunctũ. Conſi. 10. numero 10. fa. 107.

venientibus ab inteſtato non dicuntur dari bona ex diſpoſitione hominis, ſed non adimi ibi. nu. 11.

verbait, a quòd, & verbum, videlicet, ſicut declaratiue ad

ad præcedentio, idem de verbis ita tamen. ibid. Conſ. 7. nu. 23. fa. 77.

Verbum hæredibus in inueſtitura Henrici ſeptimi facta Theodoro Palleologo quomodo intelligatur, ibidem num. 24

verba ita quòd non ſolum inducãt declarationem ad præcedentio, ſed etiam argumentum, ibidem numero 23.

Verbum, hæredibus, in inueſtitura Theodori Primi Palleologi intelligi in ea proprium ſignificatum pro maſculis, & fœminis. ibid. nu. 18.

Verbum hæredibus feudo impropriò alienabili ſtat propriè comprehendens maſculos, & fœminas ibi. numero 32.

verbum nullum in quacunque diſpoſitione cenſetur ſuperfluè appoſitum. Conſilio ſeptimo, numero 18. fa. 75.

verba etiam narratiua, & enunciatiua in antiquis probant feudum. Conſilio ſeptimo, numero octauo, fa. 72.

verbum, hæredibus, in inueſtitura feudi intelligitur de deſcendentibus maſculis. Conſilio 7. numero primo, fa 71.

verba qualibet diſpoſitione ſecundum ſubiectam materiam intelligi debent. Conſilio quinto, numero 61. fa. 61.

verba enuntiatiua probant contra partem producentẽ, Conſi. 5. nu. 16. fa. 47.

verbis narratiuis creditur in rebus antiquis. ibi. numero 15.

Verbum, liberè, importat ſine alicuius alterius licẽtia ſiue conſenſu. Conſilio quarto, numero vinteſimo ſexto, fa. 41.

Verbum, quod poteſt ptei in præterito, & in futuro, in dubio vtrunque tempus amplectitur. Conſi. 3. num. 20. fa. 31.

verba uniuerſalia quoquo tempore tractum temporis in futurum continens. Conſilio tertio, numero deaimo octauo, fa. 30.

verba ambigua trahi debent ad ſenſum quo actus ſubſiſtere poſſit, non quo deſtruatur. Conſilio primo, numero 16. fa. 4.

verbum, ſicut, importat omnimodam ſimilitudinẽ in ſubſtantia, & qualitate. Conſilio ſeptimo, numero 33. fa 81.

verbum, liberè, in feudis quomodo exponatur, & intelligatur. Conſi. 2. nu. 16. fa. 15.

verba integrè, ſeu cum omni integritate, quid importent remiſſiuè. ibi. nu. 17.

verba relatiua ſicut, & eo modo, & forma &c. ſunt ſuæ natura reſtrictiua, & repetitiua omnium qualitatũ contentarum in præcedentibus diſpoſitionibus. ibid. num. 20.

verba ſeu dictiones prout, ſicut, & quemadmodum quando ſient conditionaliter, vel cauſaliter. ibidem nume. 21.

verbum ſeu dictio, ſicut, importat omnimodam ſimilitudinem. ibi. nu. 22.

verba præcedentia limitantur, & declarantur per ſequẽtia. ibi. nu. 35.

verba, quemadmodum, Prout, Sicut, & ſimilia præcedẽtium conceſſionum relatiua, & confirmatiua quid operentur. ibid. nu. 43.

verbum, Heredibus in feudo impropriò alienabili, comprehendere maſculos, & fœminas. Conſi. 7. nume. 35. fa. 82.

verba uniuerſalia quoquo tempore tractum temporis in futurum continent, Conſilio tertio, numero decimo octauo fa. 30.

verbum quod poteſt poni in præterito, & in futuro in dubio vtrunque tempus amplectitur. ibid. nume. 20. fa. 31.

verbum perpetuum vario modo ſumitur. Conſi. 8. nu. 6. fa 88.

verba inueſtituræ, (& quibus dederit) operantur quãdo realiter, & cum effectu facta fuerit datio alicui. Cõſ. 10. nu. 8. fa. 106.

verba cenſeri non debent ſuperflua aut otioſa, ſed cum virtute aliquid operandi cenſentur appoſita. Cõſ. 13. nu. 7. fa. 135.

verba, prout iuſtè, & legaliter poſſumus, in priuilegio appoſita ſtant cauſatiuè non conditionaliter. Conſilio 13. nu. 8. fa. 136.

verbum, liberi, eſt collectiuum plurium perſonarum, & graduum deſcendentium in infinitum. Conſi. 15. num. 2. fa. 151.

verba uniuerſalia, Principum ſunt ampliãda in fauorabilibus. Conſilio decimo nono, numero 131. fa. 281.

verbum contingerit eſt futurum ſubiunctiui extendens diſpoſitionem in futurum euentum. Conſi. 15. num. 3. fa. 152.

verba, quoquo tempore, quandocunque, vel quocunque tẽpore, denotant perpetuitatem. ibi. nu. 6. Conſi. 15. fa. 152.

verbum præſentis temporis quãdo ad futurum trahatur ibid. nu. 18.

verbum, poteſt, dicitur extenſiuum, & per illud verbo præſentis, vel præteriti temporis trahuntur ad futurum. ibi. nu. 20.

verbum tunc, & verba illo caſu, paria ſunt, & idem important. ibid. nu. 21.

verbum, Rectum, in inueſtitura appoſitum non ſtat propriè nec denotat proprietatem feudi, ſed variè ſumitur per qualitates adiectas. Conſilio decimo ſexto, numero vigeſimo ſeptimo, fa. 195.

verba ad libitum, ſeu liberè, important diſpoſitionẽ fieri ſine licentia impedimẽto, vel contradictione alicuius. Conſ. 17. nu. 32. fa. 208.

verbum prætenſum non inducit approbationem. Conſilio 19. nu. 125. fa. 280.

verbis narratiuis inſtrumenti creditur in antiquis. Cõſ. 20. nu. 10. fo. 285.

verba ad habendum &c. & quicquid placuerit faciendum, reddunt feudum hæreditarium, & tranſmiſſibile ad quoſcunque extraneos, vt merum alodium. Conſ. 21 nu. 46. fa. 318.

voluntatis ſpontaneæ, & liberæ præſumptio reſultat ex ſpontaneis ratificationibus, & confirmationibus ſubſequutis, Conſi. 5. nu. 11. fa. 46.

verba ſtatuti non referuntur ad perſonas, & res nõ ſuppoſitas. Conſi. 23. nu. 10. fa. 346.

vicini, & conuicti præſumuntur ſcire facto vicinorum Conſi. 19. nu. 75. fa. 271.

vigore laudi non transfertur dominium. Conſi. 19. num. 16. fo. 255.

vitium reale impedit præscriptionem. consi. 19. nu. 12. fa. 255.

una determinatio respiciens plura determinabilia illa æqualiter censetur determinare. consi. 22. nume. 32. fa. 334.

vt res alienari prohibita possit alienari, quæ sint facienda consi. 23. nu. 52. fa. 339.

Yolanda Filia Theodori primi Palleologi tempore matrimonii initi cum Aimone Comite Sabaudiæ erat comprahensa in inuestitaris, & vocata ad feudum Marchiæ consi. 15. nu. 7. fa. 153.

F I N I S.

RESPONSA
DIVERSORVM I. C.
PRO SERENISSIMO
CAROLO EMANVELE
DVCE SABAVDIÆ
PEDEMONTIVM PRINCIPE, &c.

Ad Cauſam iuriſdictionis, & ſuperioritatis ipſius Ducis, in terris Reuerendiſſimorum Antiſtitum, & aliorum Vaſallorum Imperialium, in ditione, & Dominio ipſius Ducis exiſtentium.

SVMMARIA.

1 CONTINENTIA Priuilegij Caroli IIII. quòd Epiſcopi, & ceteri prælati præſtent fidelitatem Sereniſs. Sabau. Ducibus.
2 Continentia litterarum Caroli IIII. hanc fidelitatem præſtandam præcipientium.
3 Confirmatio eorundem priuilegiorum per Imperatores, qui poſtea ſucceſſerunt,
4
5 Confirmatio Summorum Pontificium.
Alia confirmatio Imperatoris Rodulphi mandãs fidelitatem præſtandam, etiam pro terris in quibus ſecularem iuriſdictionem Epiſcopi exercent.
6 Terra, quæ tenentur ab Eccleſiis, iuris præſumptione proceſſerunt ab Imperialibus largitionibus, & numero 17.
7 Imperator tempore naſcentis Eccleſiæ erat dominus totius mundi.
8 Declara quod iuriſdictionem vniuerſalem.
9 Iuriſdictio pendet à Principe, mediatè, vel immediatè.
10 Dominorum omnium iuriſdictiones ab Imperatore deriuaſſe dicuntur contra num. 11. diſtingue, vt numero 12.
13 Papa Imperium eſt in vniuerſo.
14 Papa poteſt citare in terris imperij abſq; literis requiſitoriis.
15 Imperator non citat in terris Eccleſiæ.
16 Papa confert magnas, & regales dignitates.
18 Quicquid eſt intra fines Comitatus præſumitur eſſe illius cuius eſt comitatus.
19 Prælatus habens iuriſdictionem temporalem tenetur offendere titulum.
20 Prælatus ratione bonorum temporalium tenetur ad homagium niſi probet exemptionem, & nu. 23. & 30. 72.
21 Aſſertioni Imperatoris, in antiquis ſtatur.
22 Verba enuciatiua principis quando probent, & numero 26. 27.
24 Verba, pro feudis quæ à Sacro Romano Imperio tenent anſient conditionaliter, vel cauſatiuè, vel affirmatiuè.
25 Relatiuum, quæ adiectum verbo preſentis temporis inducit demonſtrationem affirmatiuam.
28 Iuriſdictio præſumitur feudalis, non allodialis.
29 Inferior à Principe tenens terras cum iuriſditione non poteſt dicere illas allodiales, quia iuriſditio eſt feudalis.
31 Vaſallus quilibet tenetur iurare fidelitatem domino, niſi in iramentum fuerit remiſſum.
32 Clerici tenentes feuda à laicis, tenentur iurare fidelitatem, & nu. 35.
33 Clericus vaſallus ratione feudi conuenitur coram laico.
34 Propter Feloniam Clerici, bona feudalia Eccleſiæ fiſco applicantur ipſius vita durante.
36 Clericus, ſub qua forma debeat fidelitatem iurare.
37 Præſcriptio contra Eccleſiam, & Principem non curit niſi centenaria.
38 Libertas non præſcribitur niſi quis interpellatus recuſet facere fidelitatem.
39 Vaſallus ſciens ſe tenri ad fidelitatem non præſcribit.
40 Appellatio in cauſa feudali ab Epiſcopo interponenda eſt ad laicum ſuperiorem, non ad Archiepiſcopum. Ampliatiamſi eſſet iuriſdictio conceſſa in allodium num. 41.
41 Alienatio Imperatoris expropriando ſe ſuperioritate non tenet.
42 Ius ſuperioritatis non amittitur etiamſi concedatur Eccleſiæ.
43 Donatio meri Imperij in Eccleſiam Romanam tranſit cum ſuperioritate, in alijs Eccleſijs, non item, & num. 47. 48. contra num. 50. ſolue diſtinguendo. 51.
44 Comites Palatini poſſũt creare notarios in terris Epiſcoporum.
45 Facultas cudendi monetas, non venit in generali

conceſſione regalium.

46 *Comites palatini non creant notarios in ducatu Sabaudiæ.*

49 *Conſuetudine introduci non poteſt, vt ad parem, vel minorem appelletur.*

52 *Donatum Eccleſiæ cenſetur donatum Deo.*

53 *Eccleſia Romana habet omnes Eccleſias inferiores ſibi ſubiectas.*

54 *Duces Sabaudiæ recipiunt appellationes à ſententijs prælatorum in temporalibus.*

55 *Dux Sabaudiæ poteſt imponere collectas ſuper bonis prælatorum.*

56 *Ius ſuperioritatis non poteſt præſcribi.*

57 *Iuri, quòd non appelletur non præſcribitur.*

58 *Inferior non poteſt acquirere, vt poſſit videri exemptus à ſuprema poteſtate.*

59 *Plenitudo ſupremæ poteſtatis non poteſt ab aliqua vllotempore præſcribi.*

60 *Reſeruata principi in ſignum ſupremi dominij à nullo præſcribuntur.*

61 *Contra principem præſcriptio non currit in competentibus ſibi ratione præexcellentiæ principalis.*

62 *Epiſcopus eximens Eccleſiam à ſe cathedraticum cenſetur retinere.*

63 *Princeps non præſumitur à ſe abdicaſſe iuriſdictionem ſuprematam.*

64 *Priuilegium Epiſcopi Gebennarum, vt nemini ſubeſſet fuit à Carolo V. caſſatum.*

65 *Iuriſdictio Imperialis, & Papalis nunquam deficient.*

66 *Superioritas, & priuilegium per non vſum non tolluntur niſi probetur, quòd cum caſus euenit, vti neglexit.*

67 *Vſus in parte conſeruat vſum in toto.*

68 *præſcriptio per non vſum ab Imperatore tolli poteſt.*

69 *Princeps poteſt tollere ius poſitiuum etiam ſine cauſa.*

70 *Imperator ſuperioritatem poteſt transferre communicatiuè, non priuatiuè.*

71 *Imperator plenitudinem poteſtatis in alium, vti eius vicarium conferre poteſt, vt num. 73. 74.*

75 *Poteſtas Papæ, & principis eſt infinita.*

76 *Papæ, & Principis confirmant, quòd eſt nullum.*

CONSILIVM

D. Senatoris Bagnaſachi.

1 CAROLVS Quartus Romanorũ Imperator de an. 1365. conceſſit† Amedeo tunc Comiti Sabaudiæ, & ſuis in Ducatu ſucceſſoribus in perpetuum, quòd oẽs, & ſinguli eius, & Imperij Sacri Vaſſalli Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & p̃lati, alijq; homines, & perſonæ nobiles, & ignobiles ciuitatũ, & dioceſium, Sedunen. & Lauſanen. Gebnenſ. Auguſtenſ. Hypporregien. Taurienen. Maurianen. Tarentaſien. Bellicen. & aliarum ciuitatum, quæ in dominio ipſius Comitis exiſtunt, omnia huomaggia, fidelitates, ſubiectiones, & obedientias, ad quæ & quas ipſi Imperatori, & ſacro Imperio renentur, pro feudis quæ tenent ab ipſo, & Imperio ſacro eidẽ Comiti, & ſuis in perpetuum ſucceſſoribus eiuſdem Imperatoris, & Imperij ſacri nomine facere, præſtare, & recognoſcere tenerẽtur infra duorum menſium ſpacium poſtquam per ipſum Comitem, aut ſuos per eum de pulandos fuerint ſuper hoc debitè requiſiti. Volens, & eidem Comiti, & ſuis in perpetuum ſucceſſoribus gratioſè concedens, quod ipſe, & ſui perpetuò ſucceſſores in Ciuitatibus dioceſibus, & limitibus ſupradictis ipſius Imperatoris, & Imperij ſacri nomine eiãde iuriſdictionem, ſignoriam, regalia, & ſuperioritatem habeant, tenẽãt & exerceant, & eidem pertineant, quæ prout, & quemadmodum ante conceſſionem eidem imperatori, & Romano Imperio pertinere poterant, debebãt, eũdẽ Comitem, & ſucceſſores ſuos in his Vicarios generales decernentes, ita quod ſicut in hac parte ipſius Imperatoris Vicarius, & Imperij ſacri nomine, pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus de vniuerſis, & ſingulis delictis, & exceſſibus, & forefactis, quæ in ciuitatibus, dioceſib⁹, & limitibus ſupradictis cõmitterentur, per ſe vel alium, ſeu alios, diligenter inquirere, exceſſus, ſeu delicta huiuſmodi acriter punire, & mãdata, ſtatuta, præcepta, ne exceſſus in antea perpetrarentur ſtatuere, & facere, & omnia alia, & ſingula in his neceſſaria, & opportuna exequi, & exercere poſſet, prout eidẽ iuxta conſilia prudentũ videbitur expedire Volens, ac etiã ſibi, & ſucceſſoribus ſuis mãdans, & præcipiens diſtrictè quatenus vniuerſos, & ſingulos ſibi in præmiſſis rebelles, auxiliũ, conſiliũ, & fauorẽ rebellibus præbẽtes multis pœnis legalibus, & alijs remedijs, & quib⁹ expedire viderit autoritate eiuſdẽ Cæſarea punire, & conſtringere deberet, quod eorum pœna cæteris tranſiret in exemplum.

Idem Imperator in exequutionem prædictorum per alias litteras† omnibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, prædictarum Ciuitatum, & dioceſũ diſtrictè, præcipiendo mandat, & p̃cipit ſeriosè Volẽs omninò, quaten⁹ dicto Amedeo, eius & Imperij Sacri in hoc Vicario iuxta formã, & tenorẽ dictarũ litterarũ fidelitates, huomaggia, obedientiam, ſubiectionem, & alia omnia, & ſingula ad quæ ipſi tenebantur ante cõceſſionem de ipſis eidem Amedeo factam præſtent, & faciant iuxta formam tenorem, et continentiam dictarum literarum, ſuper hoc ipſi Amedeo conceſſarum, alioquin ſuarum tenore literarum dicto Amedeo in mandatis dat quatenus ipſos, eorũ ſucceſſores, et ipſorũ quẽlibet pœniscõdignis, et alij remedijs quib. vi derit expedire ad p̃dicta coherceat, et cõpellat.

3 Vinciſlaus Imperator eiuſdẽ Caroli† Quarti filius de an. 1398. dictũ priuileggium, et oĩa alia confirmauit, approbauit, et de nouo quatenus opus eſſet conceſſit, et inueſtiuit.

Similiter Sigiſmondus, nec non Maximilianus primus, Carolus Quintus ac Ferdinandus diui Imperatores eadem priuileggia, & cõceſſiones cõfirmauit, & ap,p̃bauit ac de nouo,

nouo, quatenus opus esset, cōcesserunt comitibus & Ducibus Sabaudię successoribus, q̄ tempore fuerunt cū amplitudine ad Vassallos prælatos, & nobiles ciuitatū & diocesū Mōtisregalis, nec nō Vercellen. Alben. quoq; & Niciens. Grassen. vintimillium Glandeuen. & venecn.

Eadem Priuillegia Romanorū Imperatorū cō
4 firmata† quoq; & approbata fuerūt p̄samos, Pōtifices clemēte VII. Leone X Iulio III. & nouiss. sūmo p̄ Santiss. D. nr̄m Greg. XIII. & p̄fat. Clemēs VIII. & Carol. V. de ann. 1525. particulariter p̄cesserūt Episcopis Gebben & Lausan. quatenus Carolo tūc Duci Sabaudiæ fidelitatis, & homagij iuramentum eidem Ducis iuxta dictorū Priuillegiorum formam præstare deberent.

Nouissime ēt inuictissim⁹ nūc Romanorū. Im-
5 perator† Rudolphus eadem Priuillegia Serenissimis Duci Carolo Emanueli, cōfirmauit & approbauit, & de nouo, quatenus opus sit concessit; horū Priuillegiorū virtute Procurator Patrimonialis, Ducis prædicti instat, & requirit q̄oēs nostros, & vassalli seculares, & ecclesiastici pro terris, & Castris, q̄ habēt & tenēt in ciuitat⁹ & dioces⁹ p̄dictis, & in quib. ēt dicti prælati iurisdictionē temporalē exercent, cōpellātur ad præstandū fideli tatem, & obedientiā præfato Duci tanq Vicario imperiali, ad formā dictorū Priuillegiorū, q̄titur an præfati nobiles, & prælati teneantur, & ad hoc adstringi possint, & eadem D. Dux possit vice, & nomine sacri Imperij iura superioritatis, & supremæ iurisdictionis exercere in dictis terris, & Castris prout exercet, & existimo posse.

6 Nam certū est qui tā nobiles seculares, † q̄ prælati prædicti castra, & terras, ac iurisdictionē tēporalē quā habent, & exercent, ea habent, & tenent ex concessionibus, & largitionibus Imperatorū, prout, & ita à iure præsumitur q̄ ab ipso Imperatore habeant secundum Paulum de Castro cons. 125. incip. dubitatur primo an Comes Palatinus, col. 1. lib. 2. vbi loquitur de episcopis Germaniæ, & Patriarcha Aquilegiensi qui terras quas ipsi habent præfumantur peruenisse ad earū ecclesias ex largitionibus, & donationibus Imperialibus, & cons. 343. circa primū articulum quo agit nu. 3. eod lib. 2. & Paulū refert, & sequitur Nicolaus de vbaldis sacripalatij causarum Auditor in suo tract. de successione ab intestato in prima par. col. 42. vers. sed in hoc aduertendum, & ita cōsulendo pro dominio Venetorū contra Episcopū Cenet. dicebat Iaf. cons. 123. col. 2. in principio lib. 1. & nouissimè Did. Archiepiscopus S. Dominici lib. præct. quæstio. c. 4. col. 3. vers. cuius. Item ratio, vbi loquendo de episcopis regni castellæ ait q̄ ex temporalis, & ciuilis iurisdictionis potestas totius Reipublicæ Castellanæ solū sit penes Regem, ab eoq; in alios deriuetur, prælati ecclesiastici non possunt aliunde temporalē iurisdictionē habere, quam ex regia concessione, ciusq; titulo, & causa ita dicendum est in casu nostro, q̄ prælati aliūde terras, & iurisdictionē tēporalem in his partibus habere nō possit, quā ex Imperiali concessione.

7 Et hoc probaturnā Imperatorjante, & in ipso nascētis sacrosāctæ Christianę Ecclesiæ exordio fuit, & erat dominus totius mūdi, & ,pbat in diuinis literis luc. c. 2 in principio, dū dicitur, exijt edictū ab Augusto Cæsare, vt describeretur vniuersus orbis: si quidem mitteret edictum p̄ vniuersū & subere vniuersū orbem describi dēnotat imperiū, potestatē, & iurisdictionē sup vniuerso orbe hac autoritate ad hoc vtitur Bar. in l. hostes n. 7 ff. de cap. postlim. reuers. vbi propterea ait, q̄ si quis forte diceret Imperatorem non esse dominum, & Monarcham totius orbis, esset hæreticus quia diceret contra determinationē ecclesię cōtra textum prædictum, & Bartholm. refert Iason in l. cunctos populos nu. 7. ca p. de iust. tract. at & fide catholi & illud, dictum Euangelij adducit etiā ad hoc Bald. in rub. C. nu. 6 vers. nam Cæsar est Dominus vniuersalis, & Nicolaus de vbaldis de Perusio d. tract. de successione ab intestato in prima parte col. 31. vers. nam primo erat subiecta Imperatori, refert etiam Rol. à Valle consil. 88. nu. 7. & seq. lib. 1. vbi multos concord. adducit, & post Affli. ibi relatū ait hāc esse cōmunionem.

Probatur etiam iure canonico, & ciuili, vt 23. q. 8. c. cōsenior ibi, Imperatorē, vt potē in cui⁹ po testate essent oīa, & ibi gl. in verbo oia quo iure 8. distin. ac c. futuram 12 q. 1. ibi, totius orbis Monarchia tenebant, vbi gl. in verbo Romani, & Imperator Antonius respondit Eudemioni Nicomediensi, ego quidem mundi dominus, vt dicit tex. in l. deprecatio ff. ad leg. Rod. de iactu. & Imperator Iustinianus in l. bene à Zenone cap. de qua drien. præscriptio dicebat, quòd omnia Principis esse intelligunt, & vbiq; gl. & doct. not. ait quoq; Bal. cons. 323. quæritur si Rex Romanorū, sub tit. 8. lib. 1. q̄ sub Imperatore omnes Prouinciæ sunt constitutæ, q̄ vident ascendentem, & occidentem solem, et quæ ex latere idest meridie, & septentione sunt, auth. vt omnes obedianr iudici prouin principio. etiā prouincia Gallicana vt C. de off. præfec. præt. in nomine Domini, in verbo, Gallię seu francorum, quamuis hodie Rex Franco rum de facto Imperatorem, non recognoscat, vt probat tex. iuncta gl. in c. per venerabilem vers. insuper cum Rex, qui filij, sint legit.

Et prædicta cōclusio ,pcedit, & est indebitata q̄-
8 tū ad iurisdictionē† vt omnes Doct. declarāt in d. l. deprecatio, & d. l. bene à Zenone, & licet aliqui intelligant etiā quātum ad ,prietatem, & res particulares, vt volebat Martin glosator, attamen magis communis est, quod intelligatur quantum ad Iurisdictionem vniuersalem, vt plures ad hoc recensēt Portius Imol. lib. 4. com. opin. cōclus. 14. col. 2. vers. quo verò ac iurisdictionem, & Nouiss. mè Nat. cōs. 640. n. 7. & cōs. 636. n. 126. & nimirū.

9 Nam omnis iurisdictio originaliter est† imperatoris, & ab eo procedit in eos, quibus ipse confert c. 1. §. iudices, & §. ad hæc de pace iura firm. vbi doct. not. præcipuè Bald dicens, quod etiam minima iurisdictio non potest haberi, nec conferri nisi authoritate Principis mediata, vel immediata not. in l. 1. §. cum vrbem ff. de off. profe. vrb. & in l. priuatorum', C. de iurisd. om. iud. & expresse dicebat idem Bald. in d. §. ad hæc colum. 4. vers. ic. expremissis ergo, quòd omnes iurisdictiones sunt apud Cęsarē tanquā apud fontem, à quo fluunt, & refluunt tanquam flumina ad mare fluut, refert Affilict. in d. §. iudices in 2. notabili, & in d. §. ad hæc 2. & 3. nota in fin. Imperator enim fuit, qui iurisdictionem tribuit. creando Magistratus, & dignitates, puta Duces, Marchio-

nes, vel comites, vel præstando alis authoritatem creandi, vel confirmandi d. §. iudices d. § ad hæc & d. §. eum vrbem, & in auth. de defens. ciuit. §. interim, & vbiq; doct. & in e. r. quæ sint regalia, ibi potestas constituendorum Magistratuum ad iustitiam expediendam, & in cap. 1. quis dicatur Dux, comes, vel Marchio, vbi post alios Afflict. in primo notabili, & ex Baldo ibi relato ait, quòd non immeritò omnes dignitates, potestates, & iurisdictiones descendunt ab Imperatore, quia dicitur Deus corporalis in mundo, & sicut stella matutina in medio stellæ meridionalis, prædictis addo Anchar. consil. 310. tres domini colum. 3. vbi ait, quòd ab ipso Imperatore omnis iurisdictio temporalis deriuatur, velut ab vno fonte riuuli multi, & à sole multi radij, & ab vna arbore multi Rami, horum tamen omnium vnitas seruatur in origine 14. quæst. 1. cap loquitur, addo etiam Abba. consil 6 in quæstione quę vertitur colum. 2. versic. contrariam partem lib. 2. & eundem Bald. cons. 333. ad intelligentiam sequendorum col. 2. lib. 1. vbi ait, quòd ad Imperatorem pertinet gradatio, & degradatio, & allegat Senec. lib. 6. de clementia ad Neronē in principio, vnde inquit, omnes dignitates sunt scabellum pedum suorum, & potest eas infingere, remouere, & transferre eum sit Deus in terris, vt in authent. de consul. & ibi col. 3. ait idem Bald. quòd Imperator, esse, & statum ipse dat dignitatibus, ordines, & prærogatiuas auth. vt ab Illustribus, & qui super eos sunt, & C. vbi Senato. vel clariss. l. fi. ipse enim inquit, facit Duces maiorē, mediū, & minorem quo fit, vt dicam' p prędicta fūdatam esse de iure cōmuni intentionem illius, qui allegat omnem iurisdictionem, & potestatem distringendi, & in alios conferendi, fuisse apud Imperatorem, ita dicebat Alexan. consil. 24. ponderatis in principio lib. 5. not glos. in clementina pastoralis, in verbo districtum imperij, de re iud. idem Alex. cons. 87. accuratè in fi. lib. post. Ioan. Andreas, & alios ait, Imperatorem quoad iurisdictionem habere fundatam suam intentionem in vno quoque loco Martin Lauden. in tracta. de principe notabili 181. incipien. ius commune, quos refert Venerandū Collegium Bononiense inter responsa cauſæ finarienſis post tractat. Menochij de recuperanda possessio. responso. 4. num 47. hinc notabiliter dicebat Paul. de Castro consil 179. in causa quam magnificus num. 15.
10 & seq. lib. 1. quod iurisdictiones, † quas habent domini in terris, & Castris, illas ab Imperatore habere dicuntur, quia iurisdictio non potest habere iure priuato sed publico, vt in l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iure vbi dicitur, quod ius publicum constit. in Magistratibus, quod est ratione iurisdictionis, vt patet in diffinitione, quia dicitur esse potestas iure publico introducta iuxta nota in leg. 1. ff. de iurisdict. om. iud & in auth. de defenso. ciuit. §. iusiurandū vbi gl. magna, ius autem publicum originaliter consistit in Principe, & sic in Imperatore, vnde inquit, ipse creat ordinarios perpetuos. & tēporales in terris, & omnis iurisdictio inferiorū tāquā minus plena deriuatur a tua, tanquam plenissima, & tamquam à radice.

Contra tñ cōclusionem supra firmatā nōnulli
21 † tenuerūt, & antiqui, & moderni dicentes, verū non esse, ꝙ Imperator iurisdictionem habeat in vniuerso, put ex antiquis tenui Old. cōs. 69. cōsueuit. & ex modernis Didac. Couarruuias in c. peccatū in 2. parte relectionis §. 9. de reg. iur. in 6. quos refert nouissimè eorum opinionem sequutus Iacobus Men. in causa finarienſi post tract. de recuperanda poss. respōsori n. 67. vers. non obstat ergo primo, allegat eiusdem sententiæ fuisse etiā Alciat. in l. 1. cap. de summa trinit. & fid. Catholi. & Eguinar. Baron. tractat. de beneficijs feudorū lib 2. cap. 1. sed præcedens opinio verior est, & magis communis, vt supra ostensum est, istorum
12 autem opinio negatiua procedere † potest considerata, vt ab hodiernā hodie verū quidem nō est ꝙ Imperator habeat iurisdictionem in vniuerso, & sit dominus totius orbis quoad iurisdictionem vniuersalem, quandoquidem, vt videmus hodie multi Reges, & Principes nō recognoscūt Imperatorem prout plures in proposito recensēt Affl. in præludijs feudorum numer. 22. versic. & hodie de facto vtdemus, & in cap. 1 de feudo Marchiæ num. 4. & Menochius d. responso 2. num. 102. vsq; ad num. 106 quo fit, vt secundum eos non sit vera conclusio hodie ꝙ Imperator dicat Dominus totius mūdi quoad iurisdictionē, quinimò iurisdictio hodie in vniuerso pos' est apud
13 † Papam, qui est Vicarius Christi, cuius est terra, & plenitudo orbis terræ, & imperium hodie dependet ab ipso Papa, vt in c. ad apostolicæ de rescript. in ele. 1. de iureiur. & vbiq; gl. & doct. & apud ipsū est potestas vtriusq; gladij, vt in extrau. vna sanctam de maiorit. & obed. Bart. in extrau. ad reprimendū in verbo, totius orbis, & alibi sæpè, & præscribentes in additio. Salic. super prima constit. C. in apostilla magna, in verbo duo gladij, &
14 ideo pot † vbiq; locorū etiā in terris imperij citare absq; litteris requisitorijs iuxta eundē Bart. in d. extrauag. ad reprimendū in verbo per ędictū, & in l. 1. §. præsides in fi. ff de requir. reis Arer. cons. 58 diligenter consideratis col. 3. quos refert, & sequitur Hippolit. de Marsil. in l. fi. nu. 147 & seq. ff. de iurisdict. om. iud. Rebuf. in coment. constitut. Regiarū Frāciæ tom. 2. tit. de litteris requisitoris, seu rogatoriis glos. 4. num. 17. vers. primo limita
15 in Papa, quòd tñ non posset † Imperator in terris ecclesiæ, vt habetur in elem. pastoralis de re iud.
16 adipsum etiam Papam † hodiè pertinet collatio magnarū, & regalium dignitatū, vt ait Afflict. in cap. 1. in primo notab. de feudo Marchiæ reptæhendens Bald. ibi, qui diuersū sentiebat. Conclusio ergo per nos supra firmata vera est, vt ab olim non autem procedit hodie, prout declarat' Bart. in d. extrauag. ad reprimendum in verbo totius orbis, & Affl. in d. c. 1. in primo notab. de feudo Marchiæ, & in prælud. feudorum n. 22. & Fel. in c. cū non liceat sub. nu. 12. vers. 1. considero, de præscriptio vbi posteundē Bart. loco supra citato ait, ꝙ olim rectè dicebatur Imperator Dominus mūdi l. deprecatio. ff. ad l. Rod. de iac. sed hodie est vicari' Christi Papa, a quo Imperator inuestit, sed ꝑ nūc quātū attinet ad casū nostrū satis est, ꝙ cū olim Imperator fuerit Domin' quoad iurisdictionē in vniuerso, & ab ipso ꝓcesserit originaliter
17 oīs iurisdictio, ideo † Archiepiscopi, episcopi, & alij prælati iurisdictionē q̄ habēt tēporalē illā ab Imperatore hab' habuisse cēsēāt maxime in istis partibus

Lom

Lombardię & pro hoc adduco tex.in §.ſi qnis autem,tit de pace conſtātię,vbi dicitur de Epiſcopis ciuitatum,lombardię,dum ait,quod nos vel noſter anteceſſor Rex vel Imperator Epiſcopis,eccleſijs,Cinitatib⁹,vel alijs quibuſcūq; perſonis,clericis, vel laicis dedit vel quolibet cōceſſionis titulo cōceſſit:ſed nō negatur,nec negati poteſt ꝙ ab Imperatoribus habuerint,et niſi ab alio ſe habere edoceāt,certè ab Imperio eos habuiſſe neceſſariò dicendū eſt: prout reuera habnerunt,ꝙ ēt ex alio oſtēditur, nam Caſtra,& oppida eorundē prelatorū sūt intraditiones,& Prouincias Ducis Sabaudię,vt ꝓbat in priuilegio;dū dicitur,q̄ in dominio ipſius comitis exiſtūt Ipſi autē Duces Ciuitates,& ditiones quas habent,ex cōceſſionibus Imperatorū & à Sacro Imperio tenent,ſicut, & alij Principes,& domini circum vicini, ꝓut Duces Mediolani,Marchiones Mōtisferrati,& alij in tota Lōbardia, & cęteris partibus Italię ēt ipſa Romana Eccleſia,vt in can. palea conſtantin⁹ 96. diſtinct.ꝙ ſi ea q̄ ipſi Duces,& alij tenent,fuerūt Imperatoris,& ab eo prouenerunt,ergo ēt eiuſdē Imperatoris fuiſſe cenſentur,& ab eo ꝓueniſſe loca,Caſtra, & iuriſdictiones tēporales Archiepiſcoporū,Epiſcoporū, & aliorū p̄latorū,in ipſis ꝓuintijs,& territorijs Ducatus Sabaudię exiſtētia arg.l.inſulę Italiæ.ff de iud.vbi
18 Bal.not ꝙ † quicquid eſt intra fines Comitatus,præſumitur eſſe de Comitatu illius cuius, eſt comitatus latè per Soc. conſ.166. in cauſa cōmunitatis col 2.verſic tertia concluſio lib.1. poſt Paul.de Caſt.& alios alt,ꝙ illud quod eſt intra fines præſumitur eſſe de finibus,vel illius cuius ſunt fines, & dicit hoc probari in e.cum Bertoldus. de re iud.& Soc.reſert,& ſeq. Dec. cōſ.528.n.2. Bru.cōſ.34.col.2.verſ itē per ipsū inſtrumentum,& Aſſi.in c.1.de controu.inter maſc.& fęm.de beneſ.addo p̄dictis Aneh. cōſ. 142.clarior,& breuior in principio,& in termini Lup.io repet.c.p veſtras in 2. not §. ſed eſt pulchra dubitatio ſub nu.43.de don.int.vir.& 19 vx.vbi ꝓpterea dicit p̄latum † habentē iuriſdictionem tēporalem eogi oſtendere de titulo ſuo,aliàs poſſ pendente lite ſpoliari,quia ei ius cōmune reſiſtit. Accedit p̄dictis ꝙſcribit Gul. Benedic in repet.c.Rain.in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam, in ꝓtima deciſ.nu.289.& ſeq.vbi poſt Dom.& alios ait,ꝙ habere iuriſdictionem temporalem,& illius exercitium non competit Eccleſiæ naturaliter,ſed accidentaliter, nec de iure cōmuni,ſed ex quodam iure ſpeciali, & accidentali,& ideo Princeps ſecularis habet ſuam intentionem fundatam de iure Communi ſuper, temporalibus etiam ab
20 eccleſia poſſeſſis;itaq; tenentur inquit, † prælati pręſtare homagium ratione bonorum temporalium,niſi exemptionem probatent, addo etiam Chaſſan.in conſuetud.Burgond.rubr.9. §.4.num5.verſ. aliquando, & tertio,& verſic. aliquando, & quarto poſt Hoſtien. Panor. & Henr.Bohic quos refert,& in terminis Franciſ. Martius quæſtio deſſiuali 455.n....in 1.parte, & ſic per p̄dicta ſtat firma, & indubitata cōcluſio ꝙ prelati terras,& Caſtra, quę habent cū iuriſdictione tēporali,quam exercent in territorijs, & dioceſibus intra dominium Ducis Sabaudię exiſtentibus,illa habuere ab Imperatorib⁹ ſicut & ipſe Duces Sabaudię,ea quæ tenent, ac ſi dicatur,licet ab Imperatoribus habuiſſe cenſeātur,nō tamen cōſtat,nec præſumitur,ꝙ in feudum illa habeant,& teneant,adeo ꝙ pro eis teneantur,tanquā Vaſſalli Imperij iuramentum fidelitatis præſtare,quinimo potius libere, ſeu in allodium. Reſpondeo,quod imò eos etiā habere in feudum probatur ex ipſis priuilegijs Imperialibus vicariatus, nam in eis Imperatores atteſtantur,quod ipſa bona temporalia cum iuriſdictione ab Imperatore,& ſacro Imperio te
21 nent in feudum, & creditur † Imperatori ita aſſerenti,& eius verba plenè probant, maximè in antiquis,etiamſi ſint enunciatiuè prolata,vt in clem. 1. de prob. vbi gl. & doct. & in e cum à nobis de teſtib.per Nat. conſ.660. nu.1. poſt Bald Sal. Ant.de Butr. Abb Dom.Alexand. & alios ibi relatos,& d.cl.1.quæ loquitur in Papa procedit etiam in Principe laico,maximè verò in Imperatore ſecundum cōmuniter doct. vt de materia latè tradit Crau.ſuo tract de antiq. temp.par.c incipiente propoſitum nr̄m,& ibi nn.15.declarat d elem.1.procedere,quādo
22 verba † enunciatiua Principis ſunt emiſſa principaliter propter ſe nō autem incidentu,& dicuntur emiſſa principaliter propter ſe q̄do ſuper narratis ſeu enunciatis p Principē,eius fīdatur intentio,vt per cū ibid.nu.15.& ſeq.poſt Ang. Alex.& Aret.per eum relatos,dicens ēt iā ꝙ verba enunciatiua Principis dicuntur principaliter emiſſa propter ſe, & ſuper illis fundari intentio Principis, quando ſunt neceſſaria vel cōfernut ad id,de quo agitur,& ſuper quo enūciatur,vel quando ſunt fundamentum priuilegij,& conceſſionis,& ſuper eis Princeps ſe fundat ad cōcedendum id,quod petitur,nec terminantur ad aliud,nec reſpiciūt alium finem niſi ſe ſe,prout in caſu nr̄o,dum dicitur,pro feudis, tenent à nobis, & Imperio Sacro fidelitatem, & obedientiam præſtent, & homagium dictò
23 Comiti, & ſucceſſioribus ſuis, fundamentū † enim,& cauſa Priuilegij conceſſi Comiti,& ſucceſſoribus videlicet,quod Archiepiſcopi,Epiſcopi,& alij prælati eundem Comitē recognoſcant,nomine,& vice ſacri Imperij feudū,ꝙ ab Imperatore,& ſacro Imperio tenebant,neq;.n. ob aliud poteſt ꝑſona Eccleſiaſtica Principi ſe eolari iuramentū fidelitatis p̄ſtare c.ex diligenti de Sim. & c.nimis de iureiur. quo fit, vt dicta Verba dicantur emiſſa principaliter ꝓpter ſe,& nō propter aliud,ideo plenè probant, & ſtatur verbis Imperatoris modo quo ſupra ꝓlatis ab ipſo, qui veriſimiliter non id dixiſſet, neq; priuilegium Vicariatus conceſſiſſet, aut vices ſuas in hoc cōmiſiſſet Comiti Sabaudiæ, niſi verum fuiſſet,ꝙ prelati dictarum ciuitatū, & dioœceſum in feudum tenerent Caſtra,& iuriſdictiones temporales, & ipſi a Sacro Imperio ad fidelitatis iuramentum tenerentur. Nec
24 dicatur,ꝙ illa verba,† ꝓ feudis quæ à nobis,& Imperio facto tenent,ſtāt,eōditionaliter,videlicet ſi,& in quantū à nobis, & Sacro Imperio tenent in feudum,quia imò ſtant cauſatiuè, & affirmatiuè, vt in terminis ſcribit Alexander

conſ. 16.n.28.verſ.pondero illa verba lib.5.vbi in tertiorib. terminis loquēdo de verbis prolatis in priuil. gio cōcello ab eoꝫ Carolo Quar to pondeat verba conceſſionis, & priuilegij, dum dicit Imperator, ſicut digne poſſumus, & ad Romanū ſpectat Imperiū, & ait, quod hæc verba non intelligūtur cōditionaliter, ſed cauſatiuè, ideſt, quia ita eſt, iux. not. per gl. & Doc. in c. examinata de cōſtr. tut. vel inutili p c. Abbate de verb. ſig. & ſic videtur inquit affirmare Imperator in dicto priuilegio p illa verba, quod facultas concedendi dicta loca in feudū ſpectabat ad Romanū Imperiū, & in ſimilib. terminis eundē Alex. refert, & ſequitur Natta conſ. 636. nu. 172. & ſeqq & num. 175. poſt Io. And. Anto. de Butr. & Abb. in locis ibi relatis, ꝙ ſi illa verba, ſicut, ſeu prout ad Romanū ſpectat Imperium, dicātur ſtare cauſatiuè, & affirmatiuè, multò fortius in caſu noſtro, vbi nō ſūt verba, quæ videantur importare conditionē, ſed ſunt omnino affirmatiuè prolata, dū dicit tur. pro feudis, quæ tenēt a nobis relatiuū † nquæ, dicētū verbo præſentis temporis, inducit demōſtrationē affirmatiuā, ꝙ teneant in feudū nō aūt conditionē l. ſtichū qui meus erit cū ioi not. ff. de lega. 1. & in terminis quōd per verba enūciatiua Principis probetur feudū cōſuluit Alex. conſ. 15. n. 2. & ſequitur lib 5. quē refert, & ſequitur Affl. in c. 1. in prin. n. 75. ex quibus cauſeu amitta. & laſ. in l ſi priuſquā n 42. verſ. 2. limita. ff. de nou. oper. nun. refert, & ſequitur Chaſſan. in conſuetud. Burgondię tit. de feudis §. 4. nu. 17. verſ. limita ſecundo, & Alex. refert quoque, & ſequitur idē laſ. conſ. 235. in fi. lib. 2. facit etiā ad prædicta, quod tradit Affl. deciſ. 305. in cauſa n. 14. & 15. & in c 1. n. 32. de con-
26 trouer. feudi apud pares cur. termi dicens, † ꝙ ſi Princeps donat alicui feudum exiſtens in terra Baronis, dicens, concedimus tibi tale feudū exiſtens in terra talis Baronis, cuius collatio ad nos, ſeu ad curiā noſtrā pertinet, creditur eius aſſertioni, ſeu dicto, & talia verba plenè probāt, ꝙ tale feudū, quod concedit ſpectet ad collationē ipſius Principis, ſine dubio aūt in caſu noſtro dicta verba plenè probant accedentib. clauſulis in priuilegijs appoſitis, dū dicit Imperator ſe facere animo deliberato, non per erro rē, aut improuidè, ſed de ſua certa ſciētia quo caſu propter tales clauſulas multo magis ſtatur
27 verbis narratiuis † ſeu aſſertiuis Principis, & talia verba plenè probant, etiamſi eſſent narratiua facti alieni, dummodò tamen ſupereis fundetur intentio Principis, vt latè per Soc. conſ. 266. in cauſa quæ vertitur inter capitulū col. 10. verſ. ſed tamen ad præmiſſa lib. 2. vbi ait ꝙ narrationi Principis de geſtis ab alio, vel alibi, quā coràm eo creditur, ſed inquit, in hoc eſt differentia, quia quādo atteſtatur de geſtis coram eo, vel ab ipſo ſtatur aſſertioni, & nō admittitur probatio in cōtrariū, & ita procedit tex. in d. clem. 1. ſed quādo atteſtatur, & narrat de geſtis ab alio, vel coràm alio creditur donec cōtrariū probetur allegat ita vellę gl. in d. cl. 1. quam ſequuntur ibi Paul. Card & Imo. & ſecundum eum eſt bonus tex. quem ibi ad hoc ponderat Abbas in c. ad audientiam de præſcrip, allegat etiā Lapp. & Calder. & maximè inquit, quādo omnia ſunt narrata, & cōceſſa motu proprio, quo caſu, de geſtis coràm alio ſtatur, quia videtur, vt informatus verba proferre, arg cl. ſi ſum mus, de ſententex. eidem tenere dicit Lapū, Anto. de Butr. & Io. de Imola ibi relatos & idem inquit, ſi ex certa ſcientia, vt ibi latè p eū, idem tenet Alex. conſ. 112. col. 1. & 2. lib. 7. refert, & ſequitur Crau de antiq temp in prin. n. 10. vbi alios etiam ad hoc refert, & in terminis etiā ponderat ad hoc dictas clauſulas id. Alex. conſ. 16. n. 29. lib. 5. & Ioquūtur iſti Doct. in nō antiquis, ꝙ ſi ſtatur narrationi Principis de facto alieno, & coràm alio, etiā in nō antiquis, propter dictas clauſulas, motu proprio, & ex certa ſciētia gto magis in geſtis à ſe, et coràm ſe, put in caſu nro, & vbi verba ſun: emiſſa principaliter pp ſe, nō aūt pp aliud, & ſumus in antiquis, eo aūt magis iſta procedunt in caſu nro, ſtantibus cōfirmationib. & aſſertionib. tot Imperatorū, & etiā Sūmorū Pontificū, qui vt in facto præſupponitur eadem priuilegia cōfirmarunt, & de nouo, qua thenus opus eſt, cōcedunt, aſſerētes omnes idē nēpē pro bonis quæ in feudum tenent, quo caſu pleniſſima probatio inducta cenſetur arg. l. cū ſcimus, & ibi Bar. C de agric. & cenſit. lib. 11. & per eundē Bar. in l. 1. C. de pet. it. bonor. ſubla lib. 10 & per Bal in l nec damnoſa. C. de precib. Imper. offer. quę iura ad hoc propoſitō adducit idē Soc. d conſ. 266. col. 11, in prin. verſ. nō omitto etiā, & in ſimili cōſiderat Doc. conſ 153. in cauſa exēptionis ſub nu. 5. verſ. & quia illa verba repetita ſūt & gemināta, & in fine conſilij verſ. & iſta concluſio con firmatur ex reiteratione priuilegiorū, & in ſimili etiā Collegiū Bononienſe d. reſp. 4. n 51. & 52. vbi allegat ad hoc in terminis Dec. conſ. 588. n. 17. verſ. accedit. Ex prædictis ergo cōcluditur, ꝙ in caſu noſtro, plenè dicitur probari ex priuilegijs prædictis Imperatorū, & Pontificū, ꝙ Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij Prælati habeant & teneant ab Imperatore in feudū. Et adiuuatur hæc probatio etiā præſūptione iuris reſpectu ſaltē iuriſdictionis temporalis, quā in dictis terris, & Caſtris ipſi Prælati exercent. Nā licet alias feudū nō præſumatur, ſed alodiū iu-
ribus vulgaribus, nō tamē ita eſt in iuriſdictio-
28 ne, qa † illa potius præſumitur feudalis, eo qa nō iure priuato poſſidetur, ſed publico, vt diximus ſupra, & ita cōſuluit Pap. de Caſt. d. conſ. 176. nu. 15. lib. 1. vbi ait, quod licet aliquæ terrę non dicantur teneri in feudū quoad ipſa corpora locorū, attamen quoad iuriſdictionē, quā habent Domini in terris, & Caſtris, & dicūtur illas habere à Principe in feudū, in cuius ſolo, & territorio illæ terræ ſunt, eo quia iuriſdictio haberi nō poteſt iure priuato, ſed publico vnde, cū iure publico teneatur iuriſdictio, & ſic à Principe, ideò ab eo dicitur, & cēſetur haberi, & recognoſci in feudū, id. tenet lac. à S. Georg. in ſua inuect. in verb. de Caſtro col. 3. verſ. ſi in tenens Caſtrū, allegat eūdē Pau. cōſ. 163. ſed in meo eſt d. cōſ. 179. Chaſſ. in cōſu. Burgō. tit. de feu. §. 4. col. 1. n. 18. vbi ait, ꝙ licet ſit multæ terræ in Ducatu Burg. ꝙ dicūtur de Franc alleu, &
29 ſic allodiales, ſūt in illis inferior † à Principe habet

habet iuriſdictionẽ,nõ poteſt illas tenere tanq̃ ſint ex allodialibus,ſed poterit Princeps eas auferre feudales ratione iuriſdictionis & pdictos refert. & ſequitur Nardus Lipariuſ. Neapolit. ad ſtatutũ d.tit de controuerſ. mar. & fœm. de bene ſt ſuper verbo libera verſ. hoc ſallit in iuriſd. & vbi ad regulã, quã habet, q̃ quis, non p̃ſumitur feudatarius, quia res non p̃ſumitur feudalis niſi probetur dat limitationem, quod hoc ſallit in iuriſdictione, quę p̃ſumitur feudalis allegat p̃ter Iacob. à ſan. Georgio, & ea pticiũ in ſua Inueſtit. in verbo, feuda allodia col. ii. verſ. excepto ſi qs teneat iuriſdictionẽ, & in verbo, caſtris col. 2. verſ. eſt bene verũ, & verſ. feudor ũ appellationes, in fi. & ita cõtuluit Abbas cõl. 82 quã in his lib. 1. pdictis accedit, q̃ ait Bal. in d.c. ad audientiã col. vlt. de p̃ſcript. vbi notabiliter ait, & menti tenendũ dicit, q̃ ſi Eccleſia cõcedit iuriſdictionẽ indubio præſumitur cõcedere in feudũ, & ideo debet iurare fidelitatẽ, & hoc Baldi dictũ notabile appellat Ias. in 1. ſi prius nu. 42 verſ. limita prædictũ cõcluſionẽ ff. de no. oper. nun. quæ præsũptio ẽt coadiuuatur ex eo, q̃ aliqui ex ipſis p̃latis nominant ſe & inſcribunt Principes, alij comites & alij Marchiones, ex hoc enim arguitur q̃ habeãt, & tenga t, in feudũ ga Ducatus, Marchio natus comitat', & ſimiles ſũt tituli feudales nã Dux dicitur, q̃ ab Imperatore de Ducatu eſt inueſtitus Marchio q̃ de Marchionatu, & comes qui de comitatu c. 1. quis dicat Dux Marchio, vel comes, & c. 1. de feudo Marchię Duc. vel Comit. & dicitur proprie comes, qui eſt de comitatu inueſtitus, & ſine comitatu nõ dicit̃ proprie comes, ſed abuſiuæ, ſicut ſũt Comites Palatini, q̃ creãt tabellliones legitimant illegitimos & alia facit, q̃ cõmentur in eorũ primi legijs vt dicũt doct. maximè Bal. & poſt eum Aſſi in d. c. 1. n. 2 qs dicat Dux comes vel Marchio, vbi ait, q̃ Barones accipiunt dignitatem ex Baronijs datis in feudũ, & idẽ Comitibus & alijs q̃ recipiũt nomen à feudis ſic titulatis, q̃ tenẽt ex p̃miſſis ergo ſatis patet, q̃ p̃ſtat. p̃lati tenẽt in feudũ Caſtra, & terras, ꝛc iuriſdictionẽ temporalem, quã habent, & exercent.

Præmiſſus ſic ſtantibus, duplex firmatur cõcluſio prima eſt, q̃ p̃latis † Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij Prælati ciuitatũ, & diocesũ in priuilegijs nominatorũ, p̃ feudis q̃ tenẽt ab Imperatore, & Sacro Imperio, vt ſupra dictũ eſt, tenẽt ad fidelitatẽ, & obedientiã preſtãdũ ipſi Imperatori, & cõſequẽte ẽt D. Duci eius Vicario

Altera concluſio eſt, q̃ in locis, terris, & Caſtris, quæ tenent, & in quibus reſpectiuè iuriſdictionem temporalem exercent à ſententijs ipſorũ prælatorũ in temporalibus appellari debet ad Imperatorem, ſeu eius Vicarium non autem ad ſuperiorem eccleſiaſticum.

31 Prima cõcluſio, p̃batur, nã quilibet, † Vaſſallus tenetur, p̃ feudis iurare fidelitatẽ dño, vt in c. 1. qualit. Vaſſallus D. iura deb. fidelit. c. 1. de forma fidelit. c. 1. de noũ. forma fidel. & 22. q. 5. c. de forma fidelita, & hoc niſi tale iuramentũ expreſſe fuerit remiſſũ in conceſſione feudi, vt in c. 1. §. fi. per quos fiat inueſt. ibi, niſi eo pacto acquiſiũ ſit ei feudũ vt ſine iuram. fidelit. habeatur, & ibi doct not & p̃cur. de feudis in prima par. q. 7. verſ. ſed in contrariũ & ab tale iu-
32 ramẽtũ † tenentur ẽt clerici profeſſi, q̃ tenẽt a Laicis nã licet quantũ ad perſonas eccleſiaſticas ſit omnino prohibitũ iuramentum fidelitatis præſtare p̃ rebus ſpiritualibus, vt in c. ex diligenti extra de Iurã. c. nicolaus de iureiur. bene tamen profeſſo, q̃ tenent à Principe Laico tenentur ad fidelitatẽ, omnino feudi ſicut Laicus de cæt. nim. s à cõtrario ſenſu, in illis vebis nihil temporale obtinentes ab eis, vbi Abbas, & alijs, notant, idem Abbas in c. veniens in 2. nota. verſ. ex quo infertur extra de accuſatio. quem refert Iacobi à ſan. Georgio deſenſis in verbo in feudũ, col. pen. verſ. addo vobis vbi ait, q̃ Princeps Seculars habent intentionem fundatã de iure cõmuni ſuper omnibus bonis temporalibus Eccleſiæ, in tantũ q̃ prælatus pro talibus bonis temporalibus tenetur præſtare homagiũ Principi Seculari, intelligit tamen hoc procedere quando talia bona temporalia fuerunt per Prencipem Seculare conceſſa in feudum, vt per eum ibi, & hoc
33 caſu prælatus † Vaſſallus ratione feudi, conuenitur coram Domino Feudi Laico, vt in c. verum de foro compet. in c. ex tranſmiſſa cod. tit. & in c. cæterũ de iudæis & vbiq; doct. notant, & per Guido Papæ queſt. 139. vbi ait, q̃ ſecundũ communem opinionẽ canoniſtrarũ clerici nõ mutant forũ in cauſa feudali & vt dicunt doct. hoc vult natura cauſæ quæ ad ſe trahit perſonã, hoc caſu, non perſona ip-
34 ſam naturã. & propter felonia † clerici bona feudalia Eccleſiæ fiſco applicantur, vita prælati durante, vt eſt tex. in c. 1. §. fi. de c. Corradi & propterea, dicit Bartol. in extranag. ad repri mendũ ſuper verbo, cõditionis, in fine, quod Henricus VII. Imperator quosdam Epiſcopos propter inobedientiã, & rebellionem à ſacro Romano imperio feudis ſuis priuauit, non omitto q̃ dicit Bal. in rub. de feudis in vltima diuiſione, cuius dicta recitat Iacob. à ſan. Georgio in ſua inueſtitura, in verbo, in feudũ col. pen. verſ. quæro etiam, vbi quærit Bald. vtrum quando Eccleſia recipit feudum teneatur iurare fidelita. & dicit reperiri ſuper hoc quoda capitulũ extraordinariũ in quodam lib. cuius verba ſunt hæc de negotio ſuper quo nos cõſulere voluiſti tibi ſecundũ vſum curię, & illius feudi breuiter reſpõdemus, quathenus, p̃ feudo, q̃ ab aliquo p̃ Eccleſiam retinetur nulla ſit fidelitas facienda, q̃ verum eſt dicit Ba l. nomine Eccleſia ſed benè debet fieri nomine prælati, vt patet in Specul. de feudis Eccleſia enim deierare non videtur, ſicut nec pupilius, ſed prælatus ſic, puto tamẽ, q̃ ſi Eccleſia, quę debet eſſe mater iuſtitiæ in ſe & aliũ vt de alienati feudi c. 1. §. ſi clientulus, nõ ſeruat pacta, q̃ feudũ poſſit ab ea auferri non obſtante l. placet C. de Sacr of. Eccleſ. vbi res Eccleſiæ nõ incidit in comiſſũ, q̃a verũ eſt inquit q̃do venit cõtra legẽ tãtũ fec' ſi venit contra legẽ, & cõtra pactũ, & cõtra hominẽ vt ibi latè per eum, non tñ allegat d. c. 1. §. fi. de cap,

35 Corradi: quo fit, vt etiam si sint Clerici tenẽtur tamen Laicis præstare iuramẽtũ fidelitatis pro feudo ꝙ ipsi tenẽt, & ꝓpterea ad id astringi possũt, sicut Laici, & ita in hoc casu ꝓ Duce Sabaudię consuluerunt olim solẽnes doctores Bononienses Ioãnes de Imo. Iacobus de Saliceto, & Iacobus de Marescalchis, quorũ consilia vidi in Archiuio ducali manuscripta, & subscripta, & signata sigillis præfatorum doctorũ quæ intra transcribi iussi ad conprobationem addo prædictis Iacobũ Bonaudi in suo panegirico ad Franciam, Franciæque Regem col. 10. versi. ex se cõsequitur, vbi ait, ꝙ Episcopi Regni Franciæ debẽt iurare fidelitatẽ ratione tamen rerum temporaliũ, & feudorũ hoc. n. inquit, certissimum est in iure, quod Episcopi, Abbates, & alij Clerici tenẽtes bona feudalia concessa à Rege tenẽtur iurare fidelitatem, & facere homagium ipsi Regi allegat Henric. Bohic, Panormita. & Bal. in locis ibi relatis, & propter feloniam bona Ecclesiæ fisco applicãtur vita prælati durãte, quia venit cõtra Regẽ dominũ feudi, cui etiã Ecclesia feudũ tenens obedire tenetur, quia Ecclesia in se, & in aliũ mater, & cultrix iustitiæ est, vt in c. 1. Episcopi vel Abb. & de aliẽ. feudi §. fin. & in tali causa feudali efficitur Clericus Regis subiectus, in alijs autẽ nõ, & fubiũgitur ibi notabiliter post Ioã. 36 Ferald in tracta. de insign. ꝓr Episcopi, & ꝓlati feudatarij aliter dicũtur se habere, quã Seculares, nobiles, & Vassalli in iurãdo fidelitatẽ, & homagiũ præstãdo; nã ipsi, inquit, solẽt iurare stola adcollũ posita, & manu ad pectus admota, nõ autẽ habẽt ponere manꝰ suas fidẽtas intra mãus Regis prout Laici faciũt, & fuit quæstio in facto in Reu. Patre D. Iustiniano Episcopo Gebennen. qui cum deberet iurare fidelitatẽ Seren. Duci diuæ me Eman. Filiberto, quærebatur per D. Martoranum itunc nuncium Sedis A. postoliæ apud suam Altitudinẽ, quomodo se habere deberet in præstãda fidelitate an scilicet præstare eam deberet indutus vestibus pontificijs, & genibus flexis, & fuit dictum quod stans, & cum stola, ac manu ad pectus ad mota more Religiosorum, nolebat tamen idẽ Reuerendissimus nũtius, quod in præstatione iuramenti exprimeretur verbum, homagium, sed ego ostendi ei Instrumentum antiquum fidelitatis olim præstitæ per Archiepiscopum Tarentasien. Amedeo comiti Sabaudiæ iam de Anno 1366. in quo dicitur, quod præstit, & iurauit fidelitatem, & homagium, ostendi etiam eidem literas Clementis VII. in forma breuis directas Episcopo Gebennensi, de anno 1525. & alias Catoli, Quinti, Imperatoris de eodem anno ad eundem Episcopum, in quibus mandatur quod fidelitatis, & homagij iuramẽtum præstare haberet Carolo tunc Duci Sabaudiæ, vti Vicario Imperiali ad formã Priuilegiorum Imperialium, & censeo fidelitatem præstandam hoc casu per prælatos Imperatori, seu eius Vicario intelligi ligiam ex natura prædominãtis Principis, vt alias probauimus in alio casu, in qua tamen reseruatur authoritas, & iuramentum præstitum Papæ, quod reseruatum semper censetur, etiam si nõ dicatur, vt in c. veniens ex de iureiur.

Prædicta autem conclusioni non obstat in casu nostro, si dicatur, quod illa locum non habent quantum ad prælatos quosnunquam præstitisse aliquam fidelitatem alegatur, quia hi libertatem præscripsisse dicuntur maxime per spatium tanti temporis cuis initij, memoria non extat in contrarium; quo casu etiam contra Imperatorẽ præscribitur. Imo etiam cõtra Ecclesiam Romanam auth. quas actiones c. 37 de sacrosc. Eccles. nam in hoc aparit procedũt & eadem prærogatiua viuntur Princeps, & Ecclesia Romana, vt sicut contra ecclesiam non currit præscriptio nisi centenaria, ita nec contra Principem, sed per illud tempus bene præscribitur contra vtiunque gl. in auth. dẽ non alienan. §. vt autem lex, in verbo, nec multum, quem refert Bal. in l. sicut num. 19. vers. qua prærogatiua c. de præscriptio. 30. anno in l. 1. nu. 9. vers. non etenim præscribitur nisi spatio centum annorum c. de annali excep. in l. 1. num. 4. vers. & idem dico c. ne rei dom. vel tẽ plo. & in l. 2. in principio vers. hodie vero c. com. de vsucap. & per Alex. cons. 84. col. 2. vers. 2. dicimus lib. 1. quo fit, vt hij qui nec seruitium aliquod ratione feudi, nec fidelitatem præstiterunt Imperatori, nec Duci Sabaudiæ eius Vicario pro ipsis rebus temporalibus libertatem præscripserint.

Ad hęc respondetur, & pro responsione aduertendum est, quod ex forma ipsorum priuilegiorum mandatur quod dicti nobiles Vassalli prælati, & alij fidelitatem, & homagium facere, & præstare teneantur in fra duorũ mensiũ spatium. postquã fuerint debite requisiti, & sic tam ex forma priuilegiorum, quam etiam iuris communis requiritur interpellatio, & nisi appareat de requisitione, & interpellatione 38 non potuerunt præscribere, quia Vassallus tunc præscribit libertatem contra dominum, quando interpellatus, & requisitus iurare fidelitatem, & præstare seruitia pro rebus, & bonis feudalibus, recusauit illa exhibere, & deinde longissima tempora steterit, tunc enim bene præscribit libertatem, secus si nõ fuit interpellatus quia tunc nunquam præscribit, ita Bal. & post eum Aluaro, & præpositus c. licet Vassallus, si de feudo siue contro int. Dom & agna. & cum eis trãsitibi Afflic. in primo nota. vers. ex quo sequitur, dicens, post eundem Bald. nec non Angell Alex & Bar. in locis ibi relatis quod si Vassallus steterit per mille annos, & non præstet set seruitium, quia non fuit requisitus non dicitur præscripsisse, nisi probasset, quod dominus requisiuit eum, vt præstet seruitium, & ille negauit, & sic post interpellationem per tempora non præstitit seruitia, tunc bene dicitur præscripsisse, idem tenet lauden. in § si facta. in fi. cod. tit. & elleganter dicit idem Bal. in c. ex parte Adæ num. 3. de testibus quod in tex. c. 1 de feudo sine culpa non amittẽ. est admirabilis casus, in quo nulla mundi præscriptio currit videlicet si Vassallus per longissima tẽpora non seruiuit domino, quia dominus nõ requisi-

requiſiuit, vt quia fortaſſe non habuit neceſſitatem ſeruitij, per hoc enim non præſcribit ſe in libertatem, & nullum tempus in hoc ei patrocinatur, ſequitur Iaſon in vſibus feudorum nu. 58. & in l. fin. nu. 55. & ſeq. ff de conſtitu. Princip. & in terminis cõſuluit Brun conſ 35. col. 2. verſ circa ſecundum, & Larius conſ. 99. vtroque concludens, q̃ homines, & Vaſſalli licet nunquam præſtiterint iuramentum fidelitatis, ac ſeruitia, & obedientiam, quæ homines, & Vaſſalli præſtant dominis ſuis, hoc tamen in eis non habet cauſare præſcriptionem, niſi conſtaret, quod requiſiti negaſſent tãquã liberi ab eorum iuriſdictione, & tranſiuiſſent tempora præſcriptionis, idem Brun. conſ. 32. col. 2. verſ. nec extat, vbi loquitur de collecta per ſubditos ſoluẽda profilia domini maritanda, quem cum alijs refert, & ſequitur Boerius deciſio. 132. num. 1. & 2. late etiam in terminis cõſuluit Natta conſ. 518. per totũ, & conſ 601. nu. 42. & conſ. 304. nu. 9. & nouiſſime Andreas Gatjl. Agripinas vir doctiſſimus Ceſareæ Maieſtatis conſulijs, & Refrendarius in ſuo opere praticarum obſeruationum lib 2 cap. 60. num. 4. allegat vltra alios Bello. conſ. 1 num. 16. ex quibus pãtet hanc eſſe veram & communem concluſionem, & quia alias multis iuribus, & autoritatibus comprobauimus n õ repeto, ſed ad ibi ſcripta me remitto præterea cum ſciant nobiles† Vaſſalli Prælati prædicti ſe teneri ad
39 præſtandum fidelitatem, & obedientiam Imperatori præſcribere nõ poſſunt, quia ſunt in malafide quę impedit, vt nullo vnquam tempore præſcribatur iuxta ius canonicum, vt in c. vigilanti c. ſi diligenti, & c. veniens de præſcript. & in regula poſſeſſor malefidei de reg. iur. in 6 & late per Cruet. conſ. 146. col. 1. verſ. ſed præmiſſis vbi poſt franchũ Orlandũ de Curte, Bartolomeũ de Vulpe quos allegat inter conſilia caleanei, nec nõ Angel. & Alex. etiam relatos ait, quod adeo hoc eſt verum, vt procedat etiam in præſcriptione tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium, & in terminis late ſcrib. Natta conſ. 636. num. 12. vbi poſt alios ibi relatos hanc opinionem veriorem affirmat, & ibidem num. 11. ait ex Bal. Angelo, & Abbate quos refert q̃ nõ ſolum impeditur præſcriptio incohari quãdo certo ſciebant, ſed etiam quando dubitabant, an ratione iuriſditionis tenerentur ad fidelitatem. Additur prędictis, quod; etſi ex negligentia aliquorum Ducum anteceſſorum non fuerit petita fidelitas hoc non debet nocere Imperatori, nec etiã ſucceſſoribus Ducibus, ex his quæ tradit Anderas de Iſern. in c. 1. §. quid ergo ſub num. 7. verſ. item quod in feudo de Ineſti. de re, alie. facta, & Afflic. ibi nun. 10. verſ. in contrarium tamen, dum aiunt, quod non poteſt dici decurſa præſcriptio. contra Agnat. volentes auocare feudum alienatum. qui nundum erant nati, & quibus nõ debebatur feudũ niſi poſt mortem præcedentium. & ideo agere non poterant non valent autem agere, non currit præſcriptio l. fin. C. de ann. præſcriptio. l. 1. in fi. de bon. mater idem tenet Aluaro in c. 1. §. hoc quoque col. n. de ſucceſſ feudi quos refert, & ſequitur Natta conſ. 437. num. 6. cum multis alijs relatis deciſione Pedemõra. 177 nu. 3. verſ. quibus addo. & ſic ex præmiſſis patet, q̃ nõ obeſt D. Duci allegata præſcriptio, & infra Latius confirmabitur, & pro nunc circa hanc primam concluſionem dicitur DD. prælatos, & nobiles prædictos teneri ad præſtandum fidelitatem, & obedientiam Imperatori pro feudis quæ tenẽt ab eo, & Sacro Imperio, & conſequenter etiam D. Duci Vicario Imperiali perpetuo,

Secundo autem concluſio quæ habet, quod à ſententijs ipſorum prælator in temporali-
40 bus appellari debeat, & recurri ad ipſum Imperatorem ſeu eius Vicarium, probatur, Nam certum eſt, quod in conceſſione meri mixti Imperij, & omnimodæ iuriſdictionis non intelliguntur cõceſſe appellationes, & recurſus niſi nominatim tuerit dictum vt per Iacobi, à San. Georg de feudis, in verbo cum mero mixto Imperio col. 2. verſ. ſed an ille, allegat notata p. Angel. in l. 1. §. qui mandatam ff. de iurid. om. iud. & per canoniſtas in c. cæterum extra de iud. addo Brun conſ. 102 & Boff. in tit. de Principe, & priuillegijs eius, num. 282. cum pluribus alijs relatis per Didacum d. cap. 4. practicat. quæſtio col 16. verſ. prima concluſio. vbi in terminis loquitur. vnde niſi expreſſe probentur conceſſæ appellationes, debet ab ipſis prælatis iuriſdictionem temporalẽ habentibus in feudum appellari ad Dominum feudi, & ſuperiorem Laicum; non autem ad Archiepiſcopum, aut alium ſuperiorẽm eccleſiaſticũ, probatur in c. Romana §. debet autem, de appell. in 6. & ibi gl. in verb. alio, & Filipp. Franc col. 1 nominatim dicens, quod ſi Epiſcopus habet iuriſdictionem temporalem in feudum, tunc ab eo, debet appellari ad dominum feudi; quia ipſe facit gradum ſupra Epiſcopum, & ſubditos, cum retineat ſibi dominium ſaltim directum, & ſic talis iuriſdictio non eſt totaliter tranſlata in Eccleſiam, ideo debet ad ipſum dominum appellari idem vult gl. in c. ſolitæ in verbo, ſuſcipiunt de maior. & obed. & ibi Inno. dicens q̃ ab Epiſcopo appellandus eſt Imperator quia tunc cognoſcit, Epiſcopus quaſi ciuilis iudex, ſequitur ibi Felin. ſub. num. 4. poſt Bart. Abba. Ludo. Rom. Specula. Archidia. & Hoſtien. per eum relatos, idem Filipp. Francus in rub. de appell. col. 7. verſ. tertio quæritur ſi Epiſcopus. & ibi etiam præpoſitus col. 17. verſ. ſed quid de clericis iudicantibus, cõcludentes, quod ſi iuriſdictio temporalis eſt totaliter tranſlata in Eccleſiam, & proilla nõ recognoſcit ſuperiorẽ temporalem tunc ab Epiſcopo appellatur ad Archiepiſcopum d. §. debet, & ratio eſt, quia dicto caſu iuriſdictio temporalis eſt totaliter cõcreta cum Eccleſia, & ſeparata à iuriſdictione Principis Seculatis, ſed ſi Epiſcopus, ſeu alius prælatus habet iuriſdictionem temporalem à Prencipe Seculari, tunc ad eum appellari debet, quia tunc iuriſdictio non eſt totaliter tranſlata in Eccleſiam Quinimo etiã
41 ſi† iuriſdictio tẽporalis fuerit conceſſa Eccle-

ſiæ

sīæ non iure feudi, sed libera, & allodialis, ita quod à nemine recognoscatur, sed ad ipsam Ecclesiam pertineat, iure proprietatis attamen adhuc ab ipsis Episcopis iurisdictionem exercentibus temporalem ad Imperatorem, vel Regem concedentem appellaretur, non autē ad Archiepiscopum, vel Patriarcham ita consuluit Iason pro Clarissimo dominio Veneto contra Episcopum ceneten. d. cons. 123. quod causæ appellationum lib. 1. & Guliel. Benedic. in repetitio. c. Rainutius in verbo, & vxorem nomine adelaſiam decisione 2 num. 317. dicens ibi num. sequenti quod dispositio rex. in d. §. debet de appel. lib 6. non habet locum in Regno Franciæ, quod ante eum dicebat etiam Speculator tit. de appella. § nunc trademus ad quem sit appellandum, & Ioan. And. in d. §. debet, & ibi etiam Filipp. Franc. prædictis addo Didacum Archiepiscopum Sancti Dominici libro practicar. quæstio. d. cap. 4. num. 1. versic. hinc factum est, vbi ait super hoc in Hispania olim fuisse factam Regiam constitutionem p̄ Ferdinandum Regem, & Helisabet Reginam de anno 1511. & est inter cōstitutiones Regni lex. 19. eo quia inquit, per Concessionem iurisdictionis etiam liberam, & totalem factam in Ecclesias, seu Episcopos, non censetur translata iurisdictio suprema, & ius superioritatis, sed illa semper remansit apud ipsū Regē, quā ratione Episcopi, & eorum subditi tenentes ita saltem significatione Vasalli dicuntur Regis, Imo in quit, hanc suprema iurisdictionem nullo modo posset Rex totaliter alienare, & omnimodo abdicare à se, eo quia suprema iurisdictio, & ius superioritatis est ipsa forma, & substantialis essentia maiestatis Regiæ, & ideo impossibile erit in Regno, & de Regno aliquem esse exemptum vel exceptum ab illa, allegat tex. optimum in c. cum non liceat de præscriptio. allegat etiam Lucam de Penna, & dictum Guliel. Benedic. nec non Carolum de Grassalio in locis ibi relatis, idem ergo dicendum est in Imperatore qui quamcumque concessionem factam Episcopis, vel alijs prælatis non censetur etiam transtulisse, & abdicasse à se supremam illam iurisdictionem, & superioritatem, quæ ossibus Imperij adeo hæret vt ab eo auelli totaliter non possit, & ideo in quacunque donatione Imperatorem supremā illam iurisdictionem sibi reseruare voluisse præsumendum est, vt dicit venerandum collegiū Patauinum inter responsa causæ finarien post tract. Menoh. de recuperan. possessio. respōso 3. num. 3. & ad hæc faciunt, quæ scribit Bal. in rub. de feudis col. 4. vers. istam quæ sionem vbi
41 ait, quod si † Imperator alienat expropriādo & omnino abdicando à se omne dominium iurisdictionem, & superioritatem, tunc non potest, & non tenet talis alienatio, sed si alienet salua Imperio fidelitate, & superioritate, valet, sequitur ibi Affic. num. 63. & in §. præterea Ducatus num. 17. vers. bene factor, & nu. 27. de prohib. feudi aliena. per Feder. prædictis addo Claudium de Sāsello tract. de feudis tit. qui feudum dare poss. col. 13. vers. primo ergo limita, dicens post Bal. Cardinal. Alex. Imol. & Iasonem in locis ibi relatos, quod Princeps potest sine dubitatione dummodo retineat sibi superioritatem, sed vellet à se abdicare, & expropriare omnem iurisdictionem. & superioritatem, non potest, ad idem Affic in §. ex eadem lege Corradi col. 2. vers. potest autē Rex, & Iason cons. 227. col. 6 vers. 5. tacit lib. 2. & Socin. cons. 4. num. 9. lib. 3. Alex. cons. 24. num. 22. lib. 5. vbi ait, quod concessio Imperialis cum plenitudine iuris, & iurisdictionis absque vlla relevatione est de iure iuuabda, multis alijs comprobari id possit, sed non expedit, quia ista est vera, & communis conclusio. & sic patet ex prædictis quod ius supremum, seu' suprema iurisdictio Imperatoris sicut transferri non possit, ita nec translata censeatur per quā quonque concessionem, seu donationem. & ideo ad eum appellari debeat. & reccurritur cum prædictis tenet etiam Nardus Liparulus Neapolitanus ad Iserniam in tit. de controuers. inter masc. & fem. de benef. in additione magna quæ incipit hoc idem, super verbo, libera dicens p̄ quando appareret rem non esse datam in feudum, non inconuenier, tratione superioritatis Cesareæ, quæ nō potuit transfere, quod saltem appellationes ad eum spectarent, adducit ita tenere capicīū in sua inuestitura, in verbo fauda allodia. col. fi. vers. excepto si quis teneat iurisdictionem, & in vers Castris col. 2. vers. est bene verum, & vers. feudorum appellationes, in fine, & per eundem in verbo, Imperator vers. primo erit declaratio in fine addo etiam Marin. freciam tract. de feudis tit. de differentiis feudorum quaternatorum differentia 22. nu.
42 34. & sequenti, vbi ait, quod † ius supremum. Sē Regnum ab eo nunquam amouetur, siue Ecclesiæ ciuitati concedat Rex quæ iurisdictionalia sunt non mutaturius potestatis supremæ, à corona, quædam sunt connexa quæ auelli non possunt, & idem ficiatur. de differentijs inter feudalia regalia titulata, & alia nobilia, differentia quinquagesima. tertia ait, p̄ quocumq; iuge data sit iurisdictio Ecclesiæ siue in feudū siue libere semper eo iure donata censetur, vt ad donantem appellatur, & sic quod etiam si iurisdictio sit in allodium, transeat tamen sub sua natura, ita ad cōcedentem appelletur, quia defecunda causa non est expressum in expressis facta est alteratio rei, in non expressis retinet, nec inconuenit ex qualitate rei, vt per Bal. in l. si quando C. de appellat. & ante hos ita tenuit Iouan. And. dr. ad Specula. tit. de iurid. om. iudic. §. 1. in additio. magna incipien. videtis duas opiniones, super verbo, pastoralis, vbi distinguendo ait, quod in donatione, quæ per
43 † Imperatorem facta fuit, vel fit Ecclesiæ Romanæ, per quam transeat merum, & mixtum imperium, nulla adhæsio iurium superioritatis & supremæ iurisdictionis remanet penes donatorem, vel imperium, sed si talis donatatio fiat. vel facta sit in Ecclesiam inferiorem, vel Laicū, licet transeat in eum iurisdictio, tamen semper hæret ossibus Imperij iura superioritatis, ita quod etiam illa, delata ad ipsum cau

sæ per

ſa per appellationem vel aliter, poterit exercere, & ibi reſpondet ad tex. in d. §. debet autem, de appella in 6. & Io. Andreas refert, & ſequitur Paul. de Caſtr. conſ. 70. quia fruſtra nu. 19. lib. 1 & conſ. 341 circa primum articulum nu. 3 lib. 2. & cõl 125. dubitatur primo an Comes Palatinus colu 1 verſ breuiter dici poteſt eod. lib. conſulens propterea idẽ Paulus, quód Comites Palatini, qui creãtur ab Imperatore cum
44 poteſtate legitimãdi, & creandi† notarios poſſunt talia iura exercere in terris, villis, & oppidis Epiſcoporum, prout exemplificat in terris Epiſcoporum Germaniæ, & Patriarchæ, Aquilegenſis, & hoc ratione ſupetioritatis, quã Imperator in illis habet, & quam ſibi retinuit, & facit ratio, quia huiuſmodi iura regalia per quãcunque conceſſionem non cenſentur traſlata nec veniunt in quacunque conceſſione quantũuis larga, & generali, niſi nominatim, & ſpecificè dictum ſit. c. quod tranſlationem de off. lega. c. ſicut vnire de exceſſibus prolato. Natta conſ 659 nu. 4. verſ. veritas eſt iſta, & conſ. 69. num. 17. Boſſ. tract. de regal. num. 23. & ſequen.
45 & in tit de Monetis vbi ait quod ſub generali† conceſſione regalium non tranſit facultas cudendi monetam, multò minus erga talia iura regalia vſurpanti, vbi in conceſſione non eſt facta expreſſio regalium in genere. quo fit vt in caſu noſtro prælati talia iura regalia in terris ſuis exercere non poſſint, quia nõ fuerunt eis conceſſa, ſed reſeruata cenſentur Imperatori concedenti in ſignum Maieſtatis Imperialis, ſeu poteſtatis ſupremæ quam in ipſis terris habet, & nemo alius in eis exercere poteſt niſi ipſe Imperator, & cui ipſe conceſſit expreſsè, ita Martin. Laudens. tract. de Principe notab. 115. incipient. Si Princeps; dicens poſt Alber. & Bal. ibi relatos quod ſi Princeps donat Caſtrũ cum omni iure non intelligitur concedere iura regalia, quæ habet in illo Caſtro, itaque q̃ dicit Caſtren. de Comitibus Palatinis exercentibus iura regalia, non habet locum in terris, & dominijs Eccleſiæ Romanæ, quia in illis Imperator nullam iuriſdictionẽ, nec voluntariã, nec contentioſam exercet prout hoc eſtẽ expe ditum dicit Sal. ſuper prima conſtitutio c nu. 8. in fin. & ibi in additio, eo quia quiſlibet Imperator ante eius coronationem iurat, quod nullam exercebit iuriſdictionem in terris Eccleſiæ Romanæ, vt de forma iuramẽti patet in clem. Romanã de iureiur. & hanc eſſe magis cõmunẽ opinionem, & ab ea iudicando non eſſe diccendum dicebat Alex. conſ 67. num. 8 verſ. & ita ſe habet lib. 1 & vt hoc etiam obiter dicam
46 iſti Comites† Palatini nec etiam poſſunt exercere talem facultatem in terris, & dominijs Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, quia hoc ex ſpeciali priuilegio Imperatorum conceſſum eſt, vt talcs Comites huiuſmodi iura non exerceant in terris, & dominijs Ducatus Sabaudiæ. & puniũtur ſi id faciunt, quia in eis ipſe ſolus Dux iura regalia exercet habens iura Imperij, & qui ea poteſt in ſuo dominio, quæ Imperator poteſt in Imperio prout atteſtantur multi Doct. Maximè Iacob. à San. Georgio de feudis in verbo Carolus Dux verſ. quæro de pulchra quæſtione, & hoc præſuponi pro conſtanti dicebat Iaſon cõſ 227. Carolus olim Illuſtriſs. Dux col. 9. verſ 11. facit, & col. ſeq. ver. 12 facit lib 2. Socin. conſ. 4 num. 25 lib 3. Pariſ. conſ. 1. num. 39. lib. 1 Purpur. conſ 404. in prin. & multis alijs comprobauimus alias ſcribendo pro D. Duce ad propoſitum autem redeundo, diſtinctionẽ prædictam vtrũ donatio facta ſit Eccleſiæ Romanæ, an vero Eccleſiæ inferiori, ſequitur etiã Præp. Mediolan Epiſcopus Alexandrinus Sedis Apoſtolicæ Referendarius, & Sacri Palatij Apoſtolici Auditor in ſuo comento feudorũ in c. 1. col. 6. ver. tamen eſt aduertẽdum de cap. qui cur. vend. allegat ita voluiſſe Angelum in l. 1. fi. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. vbi idem
47 Angel exemplificando infert, † quod à ſentẽtijs latis in Ciuitate Bononiæ non poſſit appellari ad Imperatorem, ſicut nec à latis in vrbe Romana, ſed in alijs licet tranſeat iuriſdictio, & Imperiũ, quæ cohærent territorio l. pupillus §. territorium ff de verb. ſign. nihilominus Imperium, & iuriſdictio manẽt adhuc ſalua apud concedentem, vnde a ſententijs inquit, latis p̃ donatarium appellari poteſt ad cõcedentem, & Ang. ac Præpoſ. refert quoque, & ſequitur Boſius Mediolanen tit. de crimine leſæ Maieſtatis num. 100. idem Præpoſ in rub. de feudis col. 10. ver. tamen quoad donandum alij, & dicta Ioannis Andreæ multũ commendat, & perpetuò notanda dicit Ioan. Baptiſta à Sanc. Seuerino in l. Imperium col. 14 verſ. hinc belliſſimè ff. de iuriſd. om iud ſequitur etiam, & ſecundum hanc conſuluit Iaſ. d. cõſ 123. lib 1. Franciſ. Martius, qui multis cõprobat deciſio Delfin. 454. & idem voluit Alex. conſ. 24 num 23.
48 & ſeq. lib. 5. vbi poſt multos ibi relatos ait, † q̃ donatio, ſeu conceſſio Imperatoris cum plenitudine iuris, ſeu iuriſdictionis abſque vlla reſeruatione facta alteri, quam Eccleſiæ Romanæ, non teneret, quia tali modo Imperator donare non poteſt, vt ibi per eum, ſequitur etiã Io. Campez. inter conſilia Bruni conſ 11. colu. 8. verſ. & facit; & ſic patet ex prædictis, quod Doctores legendo, & cõſulendo communiter ſequuntur opinionem Io Andreæ, & confirmatur ratione eius diſtinctio, nã inter Papa, & Eccleſia Romana ſint ſupra Imperium, & Imperator ab eis pendeat, non poteſt conſiderari ſuperioritas in Imperatore quo ad ipſum Papã, & Eccleſiam Romanam ſed potius minoritas iuxta c. ſolitæ de maior. & obedien & ideo impoſſibile eſſet, quòd per aliquam donationem diceretur retenta aliqua ſuperioritas, ſeu ſupremа iuriſdictio, cuius ratione debeat ad ipſum appellari, quia appellatio eſſet de maiore ad minorem, quod eſt contra ſubſtantiam appellationis, quæ eſt vt ad maiorem deuoluatur, nõ autem ad parẽ aut minorem. l. 1. §. ſi quis ergo ff. de appel. glo. in c. 2. in verbo officiali de conſuetud. in 6. & ibi Docto. & per Franc. in rubr. de appell col. 1. verſ. appellatio eſt ad maiorẽ, & ibi etiam Præpoſitus col 5. verſ. reſulta etiã,
49 dicentes, quod nec etiã † conſuetudine introduci poteſt, quoad minorem, vel parem appellet ut

letur cum minor in superiorem potestatem nō habeat c. inferior 21 distin. cum vulgar. Itaque propter maioritatem quam supra Imperatorem habent Papa, & Ecclesia Romana, nimirum si per donationem factā ecclesiæ Romanæ nulla adhesio iurium superioritatis, & supremæ iurisdictionis remanet penes concedentem, quia esset inconueniens, imò impossibile, quod remaneret, eū fieri non possit, quòd Imperator, nec alius sub Cœlo sit maior Papa, & Ecclesia Romana, quæ ratio cessat in prælatis, & Ecclesijs inferioribus, nam istis possunt donari, & concedi temporalia retenta superioritate tacite vel expressè, prout videmus, quia illis fiunt concessiones in feudum, cuius ratione dicuntur subesse iurisdictioni, & superioritati concedentis, vt supra probauimus, ideò nimirū si per donationem ipsis factam non censetur translata, sed potius retenta per concedētem superioritas, seu suprema iurisdictio cuius ratione debeat ad concedentem appellari, & hæc est vera ratio distinctionis Ioan. Andreæ, hac ratione vtitur Bal. cons. 353. præsuponendum est vna cum veritate colu. 1. lib. 1. vbi ait, impossibile esse, & implicat contradictionem, quod Ecclesia Romana possit recognoscere aliquam superioritatem ab Imperatore, vel etiam paritatem. His scriptis peruenit ad ma-
50 nos † Iacob Mandellus de Alba qui scribendo pro Episcopo Nouariensi in cons. 62. num. 14. & cons. 64 num 81. & seq. sustinet, quòd imò Imperator etiam donando Ecclesijs inferioribus omni modo abdicat a se superioritatem, & hanc esse communem opinionem dicit cōtra distinctionem Ioan. Andr per glos. Innoc. Abb. & Felin. quos refert in cap. solitæ de maior. & obedien. & Anchar Perus. & Gemin. in c. Romana §. debet de Appel. in 6. sed, vt ex supradictis patet, distinctio Ioan. And. communiter recipitur, præterea ipse Alba si aduertatur idem sentit quod nos, nā ibi declarat mentem
Ioan. And. non tractare an Imperator possit,
51 † sed quid cēseatur actum in dubio, vt tūe bene procedat eius distinctio inter Ecclesiam Romanam, & inferiores Ecclesias, vt si Imperator donet Ecclesiæ Romanæ, censeatur donare absoluto modo abdicando à se omnem superioritatem secus si simpliciter donec Ecclesiæ inferiori, & rationem ad fert quam supra aduximus, quia Ecclesię Romanæ indecēs esset, ꝙ aliqd acciperet in feudū a Principe laico, adeo ꝙ eum aliquo respectu recognosceret in superiorem; propterea semper iudicandum est, quod in Ecclesiam Romanam censeatur facta libera allenatio, quæ consideratio cessat in Ecclesijs inferioribus, quia eis non est prohibitum, neque indecens habere in feudum à principibus secularibus c. verum de foro compet. & sic in summa Alba vult Ioannem And. loqui, & intelligi, quòd Imperator bene possit si velit expressè superioritatem transferre, & omni modo abdicare, donando nedum Ecclesiæ Romanæ, sed etiā inferiori, sed si nō expressè dixerit, & simus in dubio an id voluerit, tunc in dubio donando Ecclesię inferiori non censeatur translata superioritas, sed retenta, secus in Ecclesia Romana, sed si benè legatur Ioan And. apparebit eum loqui etiām si expressè agatur, quod nec tunc donando Ecclesiæ inferiori possit omnimodo superioritatē abdicare, sed in Ecclesia Romana sic, sed, vt cunq; sit ꝙ attinet ad casum nostrum satis est iuxta eundē Albam, quòd in dubio non censeatur donatū liberè, & absoluto modò Ecclesijs, & prælatis de quibus agitur, sed censeatur per Imperatorem retenta superioritas. Nec mouet ratio idē titatis, quam adducit Alba dum ait, quod siue Ecclesiæ Romanæ fuerit donatum, siue inferio
52 ri idem semper vtroque casu videatur † quia scilicet censetur donatio facta deo, vt per Bar. in prohem. Florum colu. 1. & 2. & passim per doct. dum tractant de donatione Constantini, & quicquid donatur ecclesijs inferioribus censetur donatum Ecclesiæ Romanæ, quia illa
53 habet omnes ecclesias sibi subiectas tanquam propria membra c. cuncta per mundum 9. q. 3. quia respondetur, quod licet vtroq; casu censeatur donatum deo, hoc tamen non efficit quin diuersum constituatur inter vnam, & alteram donationem, quod patet, quia Ecclesiæ inferioti potest donari in feudū, vel expressè rētā superioritate in re donata, vt dixim⁹ supra, ꝙ fieri non potest donando Ecclesię Romanæ, nō ergo valet argumentario dū dicitur, siue ecclesię inferioti siue Romanę donat ūsi, cēsetur semper donatio facta deo, ergo vtroq; casu cēsetur facta donatio absoluto modo, & nulla retenta superioritate quia in vno casu, & tacitè, & expressè potest donari retenta superioritate in alio verò non; quo fit, vt non procedat regula l. illud ff. ad l. Aquiliam. similiter non procedit dictum, quod quicquid donatur Ecclesijs inferioribus, censeatur donatum Romanæ Ecclesię quia si id ita esset, nunquam posset donari Ecclesijs inferioribus in feudum, nec retenta aliqua superioritate, nec tacitè, nec expressè, quia semper diceretur donatum Ecclesiæ Romanæ, quæ nō potest recognoscere aliquam superioritatem ab Imperatore, nec ab alio, aut paritatem, vt diximus supra ex Baldo, & alijs, & hoc sine dubio, est verum in casu nostro quod non censeatur donatum Ecclesiæ Romanæ stantibus prædictis priuilegijs, ex quibus cum appareat expressè retēta superioritas, ideo nō potest censeri donatum Ecclesiæ, Romanæ, quo fit vt vera sit distinctio Ioan. Andreæ, & sequacium quicquid dixerit Alba. in dictis consilijs. Concluditur itaq; quòd per concessionem iurisdictionis temporalis factā prælatis, & Ecclesiis inferioribus etiam non in feudum, nō censetur translata, sed potius retēta per Imperatorem concedentem suprema iurisdictio, & superioritas, & consequenter ab ipsis prælatis ad Imperatorem sit appellandum, non autem ad superiorem Ecclesiasticum, quæ conclusio multis aliis iuribus, & rationibus cō probari posset, sed nō expedit, quia in casu nostro probatum est iurisdictionem censeri concessam prælatis, & ecclesiis in feudum, & sic reseruata superioritate, & suprema iurisdictione,

ne, imò in ſpecie extāt priuillegia eiuſdē Caroli, Quarti Imperatoris antea cōceſſa ꝑfato Amedeo Comiti de anno 1356. confirmata per ſucceſſores Imperatores, & etiam per Sūmos Pontifices, quòd à ſententijs ipſorum prælatorum ad ipſum Amedeū, & ſucceſſores, Comites, & Duces appellari, & recurri debeat, & appellationes recipi, ac in eis cognoſci vice, & nomine ipſius Imperatoris, vnde indubitāter ab ipſis prælatis ad Imperatorem, ſeu eius Vicarium tamquā ad ſuperiorem eſt appellandum, & recurrendum, nō autē ad Metropolitanū, aut alium ſuperiorē Eccleſiaſticū, quia Metropolitano, aut alijs, nulla eſt facta cōceſſio iuriſdictionis ab Imperatore, aut in eos tranſlatum ius ſuperioritatis, & poteſtatis cognoſcēdi in cauſis appellationū, ideo ſine cōceſſione illa vti nō poſſunt, nemo enim hoc ius habere, & exercere poteſt, niſi per conceſſionē aut confirmationē principis auth. de deffenſo. Ciuit. §. interim l. 1. C. de man. principū l. probatorias C. de diuerſ. off. lib. 12. cum ſimilibus ſed hoc ius conceſſum eſt Ducibus Sabaudiæ tamquā vicarijs Imperialibus, qui propterea ab immemorabili tēpore
54 ſunt ſin vſu, & quaſi poſſeſſione recipiēdi appellationes, & recurſus à ſententij, quæ ferūtur in curiis ipſorū prælatorum inter ſubditos ipſorum, in tēporalib⁹, & etiā exercēdi alios actus ſuperiori-
55 tatis maximè verò imponendi onera, ſeu collectas ſuper homines ipſorū prælatorū, prout temporum qualitas, & neceſſitas poſtulat, ꝓ pace, & trāquilitate ſubditorum, ac manutentione, & deffenſione ſtatus, prout de huiuſmodi vſu ſeu conſuetudine immemorabili, ꝓbatur perbreue Leonis X. tranſmiſſum Carolo olim Duci de an. 1519 & vbi aliter fuiſſet obſeruatum per aliquos ſubditos ipſorū prælatorum, quod ab ipſis, ſeu eorum vicarijs foret appellatū ad ſuperiorē eccleſiaſticū
56 nō tamen per hoc dici poſſet præſcriptum cōtra Imperatorē, vel contra Ipſum Ducem eius Vica-
riū quia tale † ius ſuperioritatis nullo tempore præſcribi poteſt, vt notabiliter ait Bal. in auth. quas actiones col. vlt. verſ. ex his apparet C. de ſa-
57 croſ eccl. dicens, quod non poteſt † præſcribi, ꝙ nō appelletur ad Principē ꝙ hoc pertinet ad ſupremā iuriſdictionē, ſed bene poteſt præſcribi inquit, ꝙ nō appelletur ab Epiſcopo ad Archiepiſcopū, quia hoc nō ꝓinet ad ſupremā iuriſdictionē, ſed ad iuriſdictionem, inferiorē, ſeu ad ordinē ꝙ dicit, benè probari in c. venientes de iureiur. & Bal. in terminis refert; & ſequitur Ias. d. conſ. 123. col. 2. verſ. nec prædictis habet obſtare, & notabile dictū Baldi appellat Prepoſ. in rub. de appel. col. 10. circa mediū, & cōmendat Io. Baptiſta à S. Seuerino in Limperiū col. 17. verſ. illud ēt bene not. ff. de iuriſd. om. iud. & ibi etiā repetentes Hiſpani col. 35. in fi. verſ. hinc etiā videmus, Ias. ſub nu. 20. verſ. aliter diſtinguit Bal. & col. ſequen. Didac. d. c. 4. pract. quæſtio in principio, & Nat. cōſ. 98. nu. 30 & eſt vera concluſio prædicta, qa ſi poſſet præſcribi, ne ad Imperatorem appelletur ſeu recurratur, tolleretur hoc modo ſuprema illa iuriſdictio, & poteſtas, ſeu ſuperioritas Imperatoris, quę nullo vſu, nullaq; præſcriptione tolli poteſt, vt tradunt doct. in d. l. imperiū ꝓcipu è Ias. n. 20. verſ. limit. iſtā cōcluſionē, & Io. Baptiſt. à San. Scuerino
col. 13. & 14. vbi ait maioritatem, ſuperioritatem & imperij maieſtatem, & ea quæ ſūt ſigna ipſius ſuperioritatis, & maieſtatis nō præſcribūtur, & ita intellegit ipſe dicta canoniſtarū in c. cū cōtingat de ſo, cōp. in c. ꝓuenit de cenſibus in c. 1. de Cleri co egrot. lib. 6. & Bar. in l. hoſtes ff. de cap. & poſtli. reuerſ. & Angel. in l. 2. C. com. de vſucap. dum
58 ait, † quòd nō poteſt inferior acquirere, vt videat exemptus à ſuprema poteſtate, & ibi inſert ad ea quæ ſunt reſeruata principi in ſignū vniuerſalis dominij, & poteſtatis, quę ſoli cōuenit Imperatori, vel Papæ, quòd illa nō ſūt quæſibilia ſcilicet, qa inferiores nō ſunt capaces, ſequūtur repeten. Luſi tani ibi in d. l. imperium col. 35. verſ. iſta, eſt Cōmunis cōcluſio, eamq; opinionem etiā cōſtu lendo tenuit idem Ias. conſ. 208 col. 3. lib. 2. referens Abbatē eādem tenuiſſe in pluribus locis ibi
59 relatis, & concluditꝫ ꝙ plenitudo † ſupremæ poteſtatis Imperatoris, vel Papę nō poteſt ab aliquo præſcribi V llo tempore, etiam cuius initij nō eſt memoria, & hāc eſſe magis communem opinionem doctiſſimorū virorū dicit Soc. cōſ. 275. col. 3. verſ. ſi verò volum. lib. 3. vbi plures huius ſententiæ refert, & idem poſt cūdem Soc. Atteſtatur venerandū collegium Bononienſe inter reſpōſa cauſę finarien. reſpōſo 4. n. 51. poſt tract. Men. de recuper. poſſ. prædictis addo Bal. conſ. 300. ad eui-
60 dentiā lib. 5. vbi air, ꝙ ea † quę ſūt reſeruata Principi in ſignū ſupremi dominij à nullo inferiore ꝑſcribi poſſt l. cōper. t C. de præſcr. 30 vel 40. an. nā inquit, ſi aliquis præſcriberet merū imperiū, & ſupremam iuriſdictionem cōtra Principem eſſiceretur maior ipſo, & Principem in ſuo territorio delinquentem poſſet punire, ꝙ eſt falsū, nā ille, qui eſt ſupremus, nō poteſt habere aliū ſupra ſe, & ipsū ſupremū imperiū, eſt indiuiſibile, & ei⁹ dicta refert, & ſequitur Nat. conſ. 640 n. 16. & n. 28. verſ. quia reſpōdetur, & idem conſ. 636. nu. 13. & 53 & conſ. 511. per totum conſ. 512. nu. 4. & 6. vbi q; multis iuribus & rationibus, hanc concluſionem comprobans, & in terminis idem tenet Didac. d. c. 4. practic. 6. queſt. in principioꝙ verſ. ted potiſſimū ꝙ nulla tēporis præſcriptione, vbi poſt multos ꝑ eum relatos air, ꝙ ſicuti ſuprema iuriſdictio nullo modo à Rege alienari poteſt, ſic nec etiā præſcribi, qa ſuprema iuriſdictio, eſt ipſa forma, & ſubſtantialis eſſentia Maieſtatis Regiæ, vt ibi per eū, qui multa ad rem noſtram adducit, & ante iſtos hanc cōmunem concluſionem tenuit Luccas de Penna in l. viros col. 2. verſ. cōtra Principem verò C. de diuerſ. officijs lib. 12. vbi multis iuribus, & rationibus ꝓbat, nō poſſe præſcribi cōtram Principē, ea quæ ſūt regalia merè, adeo ꝙ dicitur quodāmodo eius oſſibus inhærere, & quæ ſibi cōpetunt, nō tāquā Patrimonialia, ſed ratione regiæ dignitatis prout dicitur in ſimili in c. Abbate ſ. ſed ad hæc de re iud lib. 6. & quæ ſibi etiā inuito inhærent, & ab ipſo licet volente nequeūt ſeparari, & ibi multis ꝓbat, & inter alia adducit, ꝙ ſicut cōtra Eccleſiā Romanā in Priuilegio prælationis, quo ſuper aliis Eccleſiis obtinet principatum, nulla currit præſcriptio, vt 93. diſt. qui cathedram, & 24. q. 1. quia ex ſola, & cap. rogamus, & cap. ſciſma, eadem ratione præſcriptio
61 non currit † contra Principem, in his quæ debentur

bentur ſibi ſuper alijs, ratione præcellentiæ principalis, item quia, talia vſurpari eſt contra debitum obedientiæ quam omnis priuatus, & ſubditus Regi impendere tenetur, vt ff. ad leg. Rhod. de iactur. l. deprecatio, & in auth. vt omnes obed. iud. prouin. §. abripiat; ibi omnes obediant legi, & C. de off. profec. pret. Aphric. l. 1. in fi. ergo præſcribi nõ poſſunt, extra de præſcript. c. cum non liceat, cum ſimilibus, item, quia, quod non poteſt pacto vel Priuilleggio, nec etiam poteſt præſcriptione, quæ minoris, vel ſaltem æqualis eſt poteſtatis, ſed Princeps non poſſet à ſe eximere priuatos, cũ in eis ſuminũ imperium, & iuriſdictio nẽ obtineat argum. 93. diſtinct. cap. nulla ratione, & 16. quæſt. 2. viſis in fi. allegatetiam ad hoc tex. notabilem in cap. paſtoralis, extra de donation
62 vbi † habetur, quod quamcumque generaliter Epiſcopus eximat Eccleſiam à ſe, intelligitur ſemper ſibi retinere correptionem, procurationem, viſitationem, & Cathedraticum, idem Nota. in cap. conſtitutus de religioſ. dom. & in clem. 2. eodem tit. ergo hoc minus fieri poteſt præſcriptione, nam Imperator nunquam tantam concedit poteſtatem nec concedere cenſetur, quin Maiorem ſibi retineat ad hoc text. notab. in cap. dudum in §. nos autem de cenſibus lib. 6. ibi, penes nos tamen nihilominus remanſit maior, & ibi gloſ. in verbo, eadem, & Geminian. referentes dictum Archidiaconi, quod ſons ſcaturiens maior eo quam riuus ab eo procedens, & illum text. ſingularem, & peregrinum ad hoc dicit Gramaticus conſil. 6. num. 23. & idem Gramat. voto 28. num. 3. & 4. vbi ex eo textu dicit, quod ſemper remanet Domino concedenti, & & maior iuriſdictio, & poteſtas, quam transferat in alium, & ideo per quamcumque conceſſio-
63 nem numquam videtur Princeps † concedens ſe excluſiſſe, ſeu à ſe abdicaſſe iuriſdictionem ſupremam, eundem text. ad hoc allegat Afflict. in §. item ſi quis feudum num. 6. & 7. in fin. quibus modis feud. amittat. tit. 1. & in §. ad hæc num. 6. de pace iuram. firman. vnde quod dicunt aliqui de Venetis, & Florentinis, quòd libertatem ab Imperatore habeant ex Priuilegio, vt imperatorem non recognoſcant, tale priuilegium non teneret, quia vendere aut donare ſupremam iuriſdi-
ction nõ eſt in Marſupio Imperatoris, & poſt ſucceſſor tale priuilegiũ reuocare, vnde vt hoc obiter dicam Federicus primus, qui Epiſcopo Gebennenſi Arducio conceſſit anno 1162. Ciui-
64 tatem Gebennarum, † ita vt nemini ſubeſſet, vt de ea vidi quodam exemplar in archiuio Ducali, hoc tamen non potuiſſet, & meritò tale Priuillegium ſucceſſores imperatores reuocarunt, volentes, & ſtatuentes, quòd idem Epiſcopus, ſicut, & cæteri recognoſceret Duces Sabaudiæ, & eiſdem fidelitatem, & obedientiam exhiberet, & præſtaret, prout ipſi Imperatori, & nominatim diuus Imperator Carolus Quintus dictum Priuilegium Federici primi caſſauit, & annullauit, vt patet in conceſſione ſpeciali conceſſa Carolo Duci ann. 1528. quamquam hęc reuocatio, & annullatio fuerit ex abundanti, tum quia dicta conceſſio de iure, non ſubſiſtebat, tum etiam, quia vt audiui à Domino meo Magno Cancellario Sa-

baudiæ D. Milliet, huiuſmodi priuillegium non eſt, prout præſupponitur cũ omnimoda abdicatione, & exemptione ſuperioritatis, quinimo cõtinet reſeruationem ipſius, quo fit, vt ſuprema iuriſdictio, autoritas & poteſtas ſemper pœnes imperatorem remaneat, & ab eo Auelli, aut ſeparari non poſſit, per quamcumq; conceſſionem, & ſicut expreſsè illa concedi non poteſt, ita nec præſcribi, alioquin maioris eſſet potentiæ præſcriptio, ſeu præſumpta conceſſio, quæ ex præſcriptione inducitur, & cauſatur, quam conceſſio vera, & expreſſa, quod non eſt dicendum, & ſi aliquo modo ſuprema iuriſdictio, & ſuperioritas Imperatoris tolleretur, aut præſcriptione aut priuillegio, minueretur, imò tolleretur Imperialis dignitas, ſeu Maieſtas, & eſſentia, paulatimque deſineret imperium, & ad nihilum reduceretur, quòd eſſe non poteſt, vt in §. fi. in authen. quando opporteat Epiſcopos, ibi, & imperium quod ſemper eſt, nam, vt ait Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. 10. cap 8. prout refert Bald. conſil. 328. quæritur ſi Rex Romanorum num. 8 in fin. lib. 1. ma-
65 periuni Romanorum † debet durare vſque in finem huius ſeculi, & per Imperatorem regi in temporalibus, & per Apoſtolicum Regi in ſpiritualibus, & ſicut dno luminaria Magna in cœlis perpetuò mundum illuminabunt, ſic duo lumi-naria in terris Papa ſcilicet, & imperator indeſinenter mundum donec durabit regen, & gubernabunt, vt in cap. ſolite de maior. & obedien. & & in cap. duo ſunt 96. diſtinct. & duo gladij quos Dominus noſter dixit Petro ſufficere, deficere non opporter, ſed perpetuo eſſe, & permanere. Hinc ergo patet dici non poſſe quòd D. Dux ꝓpter non vſum, aut præſcriptionem ſit priuatus iuriſdictione, & facultate ſibi conceſſa per Imperatores in terris, & caſtris Epiſcoperum, et aliorum prælatorum, et vbi in aliquibus locis, & terris probaretur ipſos Duces vſos non fuiſſe iuriſdi-ctione ſuprema, maximè in cauſis appellationũ, non tamen per non vſum dici poſſent amiſiſſe
66 priuilegium, † et facultatem ſibi conceſſam, niſi probetur quod euenerint caſus, et voluntariè vſi non ſint cum vti potuerint, ſecus ſi vti non ſint ex neceſſitate, vt quia ad eos non fuit appellatũ, aut recurſum iuxta Bald. in d. l. imperium in prima lectura col. pen. verſ. vltimo vnum dico, et in 2. lectura colum penult. verſic. et quæritur nunquid per non vſum, et ibi etiam alij communiter et pluribus probat Iaſon in l. fin num. 53. verſic. limita iſtam concluſionem, et num. 54 et ſequen. ff. de Conſtit. Princip. et ſufficit, quòd in aliquĩ-
67 bus † vſi ſint, licèt non in omnibus, quia vſus in parte conſeruat ius in toto, vt per eundem Iaſonem ibi num. 56. verſic. imò vtendo in parte, per text. notab. in l. ſi is qui vſumfructum. ff. quibus mod. vſus frum. amittat. vbi doctor. not. in l. vna eſt via ff. de ſeruit. ruſticor. prædior. et ſimilibus terminis tradit Cravet. de antiquit. tempor. part. 4. §. materia iſta ſingularitatis num. 29. vbi ait, quod in materia præſcriptionis vſus in parte conſeruat ius in totum per d. l. ſi is, qui vſumfructum allegat Bart. Roman. Paul. de Caſtro, et comcum in locis ibi relatis. Poſtremò additur, quòd omnis difficultas, quæ fieri poſſet ſuper præſcriptione

ex non

ex nõ vſu tollitur ex eo, quia ipſe imperator in eõfirmatione facta Carolo Duci 2. de anno 1521. dicit expreſſe, quòd liceat dicto Duci, & eius ſucceſſoribus dictis Priuileggijs, & facultatibus in eis contentis plenarie, vti frui, & gaudere, eaſque, & ea exequi in omnibus, & per omnia, prout in ipſis continetur, impedimento, & contradictione quibus cunq; non obſtantibus, etiamſi illis vſi non fuiſſent, quoniam ſic ex ſpeciali Priuileggio concedimus, & fieri volumus, ex quibus ſublata cenſetur omnis præ-
68 ſcriptio ex non vſu † in ducta, quod facere poteſt Imperator, etiam ſi ſit tanti temporis cuius initij memoria non extet in contrarium, & ius ex huiuſmodi præſcriptione quæſitum tollere poteſt, prout ad hoc plura adducit, & multis probat Natta conſ. 511. nu. 11. & ſeq. & conſ. 512. num. 3. & num. 7. & ſeq. per totũ. ac conſ. 636. num. 52. & num. 164. vbi poſt Bal. ibi relatum ait quod nemo præter Principẽ antiquiſſimam conſuetudinem tollere poteſt, Princeps autem poteſt, & Bal. vocat inquit, antiquiſſimam conſuetudinem, quę excedit hominum memoriã idem Natta conſ. 640 num. 18. & num. 30. poſt Alex. Ang. odofre Alber. & Decium. in locis ibi relatis, & licet aliqui tenuerint contrarium quod imo ius quæſitum ex præſcriptione temporis immemorabilis, non poſſit Princeps tollere, eo quia ſit fortius, & potentius, quam ius quæſitum ex priuileggio, prout dicebat Ioan. Baptiſta à San. Seuerino in d.l. Impetium col. 16. verſ. itẽ ſecundũ Bal. & repeten Hiſpani ibi col. 37. verſ. itẽ eſt etiam aduertendũ, & contra Nattam conſuluit, Alciat: reſponſo 208. Attamen præcedens opinio affirmatiua verior eſt, & communis, nam negari non poteſt, quin tale ius dicatur quæſitum miniſterio iuris poſi-
69 tiui, quod bene † poteſt Princeps tollere prohibito, etiam ſine cauſa, neque video cur potentius, & efficacius iudicari debeat ius queſitũ ex præſcriptione immemorabili, quam priuileggio, vt illud tanquam potentius non poſſit tolli, iſtud autem ſic ; cum tamen par debeat eſſe poteſtas vtriuſque, vt pote proueniens alterũ à lege mortua, alterum vero ab ipſo Principe, qui dicitur lex viua. aloquin ſi ius queſitum præſcriptione temporis immemorabilis Princeps tollere non poſſet, vera non eſſet cõcluſio, quæ habet, quod omne ius quæſitum miniſterio iuris ciuilis, puta per ſententiam, vel per præſcriptionem Princeps tolere poteſt nam ſicut poteſt tolere ius poſitiuum ſi vult, & ſic cauſam ſeu modum per quem acquiritur & in eſſe deducitur ius, cur non debet poſſe etiam tolere cauſatum ſeu effectum ab ipſo in re ciuili prouenientem quare exiſtimo indubitanter veriorem opinionem, quod Princeps tale ius quæſitum præſcriptione immemorabili poſſit tollere propterea iure merito idem Imperator præfato Carolo Duci iubet, & mandat, ac concedit, quod ſi iura regalia cæteraq; ad Imperium ſpectantia, aut aliqua ex eis diſtracta, ſeu quomodo libet vſurpata fuerint, ea omnia, & ſingula ad dictorum Dueũ Sabaudię, ſacrique Imperij commodum retrahat, & reducat, ex quibus patet quod ius queſitum alteri Imperator tollere voluit, & potuit, maxime cum clauſulis, ex certa ſcientia, de imperialis poteſtatis plenitudine, & non obſtantibus quibuſcunque nam vbi dubitari contingit an Princeps voluerit ius alterius auferre, inſpicitur an vti voluerit plenitudine poteſtàtis, quia eo caſu præſumitur hoc voluiſſe, quomodocunque etiam ſi tractetur de graui præiudicio vt concludit Anionius de Butr. & ibi clarius Imola in c. quæ in Eccleſiarum de Conſtitu. & tenet Alex. conſ. 216. nec arguendi ſumus col. 5. verſ. ſexto confirmatur lib. 2. quos refert, & ſequitur Natta conſ. 657. num. 15. plura ad hoc allegari poſſent, quæ omito ne longius hæc ſcripta protraham, quam par ſit, eo maxime, quia ſuper prę ſcriptione inſiſtere in caſu noſtro nõ expedit, eum Duces Sabaudiæ ſemper exercuerint in teris prælatorum iura ſuperioritatis, & ſupremæ iuriſdictionis imperialis.

Sed, quia fortaſſe quis obijciet, amice tu, priotę iugalas gladio, nam modo dixiſti, quod Imperator non cenſetur tranſtuliſſe in Epiſcopos totalem iuriſdictionem, & ſuperioritatẽ nec poſſet ſupremam ſuam poteſtatem, & autoritatem Imperialem tranſſere, & à ſe omni modo abdicare, quomodo ergo potuerunt hæc iura ſuperioritatis, & poteſtatis ſupremæ in Duces Sabaudiæ tranſſere an non ſpeciale aliquid magis inuenitur in Ducibus Sabaudiæ vel alijs, quam in prælatis, vt iſtis non poſſint Imperatores talia iura concedere, alijs vero ſic Reſpondeo prout, & alias dicebam inſimili pro eodem D. Duce ſcribens quod Impera-
70 tor † in Duces Sabaudiæ non tranſtulit ſuperioritatem, & ſupremam iuriſdictionem omnimodo, & abdicatiue ſeu priuatiue à ſe, quia hoc non poſſet, ſed illam contulit per participationem, ſeu communicatiue, tranſferendo ſcilicet exercitium eorum, quæ ſunt ſupremi, & maximi imperij ſeu iuriſdictionis, committendo ipſis vices ſuas, vt in Priuileggio dicit quod quidẽ poteſt, & ſolet facere Imperator ita eleganter Bal. tradit. conſ 333 ad intelligentiam ſequendorum col. 2. ver. nemo vnquam, & col. ſeq. verſ ſane nemo lib. 1. dicens quòd nemo dubitat, quin Imperator poſſit committere alicui vices ſuas, quia quod poteſt per ſe, poteſt & per alium, cum ipſe perſonaliter vbique eſſe non poſſit, ideo alios ſibi aſſumit in partem ſolicitudinis, nihil ſibi abdicando de iuriſdictione ſuprema, quæ cum ſit quid perfectum, nec creſcere, nec minui poteſt, vt in c. dudũ de præben. lib. 6 nã quia, Imperator per ſe propter locorũ diſtantiam non poteſt Italiam regere poteſt dimittere aliquẽ in locũ ſuum, qui ius dicat, vt ff. de off. eius cui mandata eſt iuriſd. l. 1. §. eius rei, & l. 2. §. poſt deinde verſ. quoties. ff. de orig. iur. idem Bal. conſ. 328 Rex Romanorum lib. 1. ait, quòd in poteſtate Imperatoris eſt vnum creare, qui ſit maior alijs, & ad quem ſaltem propter abſentiam Imperatoris appelletur, & habeatur recurſus vt C. de appella. l. præcipimus, & hoc videtur expreſſe tenere Bartol.

ſecun-

ſecundum eum in leg. fin. ff. vti poſſid. & non eſt dubiũ, inquit, ſi verba Priuileggij iſtum cenſum patiuntur, & non ſolum appellationibus, ſed etiam in aliis mandatis rationabilibus, & iuſtis, & conſil. 267. ad euidentiam præmitto quòd concubinatus eodem lib. 1. vbi colum. 7. verſic. ſecundo præmitto ait, quod habere plenitudinem poteſtatis in temporalibus competit ſoli Imperatori, vel libero Regi in regno ſuo, vt ff. de captiuit. & poſtlim. reuerſ. leg. hoſtes, inferioribus autem non competit iure ordinariæ poteſtatis, ſed
71 bene poſſunt habere † ex ſpeciali Priuileggio, puta ſi Vicariatus eſt ei collatus cum plenitudine poteſtatis, nam quod Princeps poteſt per ſe, poteſt, & per alium ſicut quotidie videmus, hæc oĩa tenet Baldus in locis prædictis cuius dicta recitat Ioan. Baptiſta à San Seuerino in repetitio. leg. imperium colum. 13. queſt. 14. ff. de iuriſdict. omn. iud. dicens, quod Baldus in prædictis conſilijs vult; quòd Imperator poteſt merum imperium ſupremum communicare alteri, & illam ſupremam poteſtatem, quam alteri communicat, non tamen abdicat à ſe, quia ſuperioritatem, & maioritatem ac Imperij maieſtatem, & honorem non poteſt in alium transferre, cum nullus inferior, ſit capax, nec poſſit Auelli de corpore Imperij eundem Bald. refert quoque eius dicta tranſcribens Natta conſil. 402. num. 19 & 20 conſil. 608. num. 1. & 2. conſil. 639. num. 167. & & ſequen. conſil. 640. num. 12. & 41. & ſequen. ac conſil. 686 num. 12. imperatores † itaque ſupremam iuriſdictionem, ſeu ſupremum merum imperium, & ſuperioritatem Reuerendiſſimis Epiſcopis, & Metropolitanis non conceſſerit, non quidem expreſsè cumomnimoda abdicatione ab ipſis Imperatoribus, & Sacro imperio, quia id nec etiam potuiſſent, nec in dubio id cenſetur feciſſe, quinimo potius ea ſibi reſeruaſſe, nec etiam participatiuè ſeu comunicatiue illa cõceſſerunt, quod ſaltẽ apparet, ideo pace dominorum meorum dictum ſit non poſſunt cum bonafide ea iura excrcere, ſed bene illa competunt Ducibus Sabaudiæ, quibus Imperatores vices ſuas commiſerunt, volentes, & concedentes, pront in Priuileggijs ipſorũ habetur, quòd vice, & nomine ipſorum Imperatorum, & Sacri Imperij eandem iuriſdictionem, ſignoriam, regalia, & ſuperioritatem habeant, teneant, & exerceant, quæ prout, & quemadmodum eiſdem Imperatoribus, & Imperio Sacro pertinere poterãt & debebãt ipſos Duces in his vicarios, generales Imperiales, perpetuos decernẽtes, quinimo expreſsè prohibent, nullum alium in dioceſibus, & limitibus ditionis Sabaudię ſimili Vicariatus Impetiali vti poſſe, nec debere.

Quare concludimus Sereniſſimun Ducem noſtrum tamquam Vicarium Imperialem petuum habere, & exercere poſſe ius ſuperioritatis & ſuptemę iuriſdictionis in terris Reuerendiſſimorum prelatorum intra limites, & dioceſes Ducatus Sabaudiæ exiſtentibus, & conſequenter à ſententijs ipſorum prælatorũ ad ipſum Ducem eſſe appellandum, & eidem præſtandam fidelitatem per ipſos ptælatos ad mentem, & formam ipſorum Priuileggiorum, & ita iuris eſſe cenſeo ſub, corectione ego.

Antonius Bagnaſacus Conſiliarius, & Aduocatus Patrimonij Ducalis Sabaudiæ.

RESPONSVM D. IOANNIS DE IMOLA

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, eiuſque Matris Virginis, gloriоſæ Mariæ, vtriuſque Ioannis, totiuſque Cæleſtis curiæ triumphantis Amen. In caſu præmiſſo videretur prima facie dicendũ quod dicti prælati non poſſint cogi, nec teneãtur ad ea quæ in prædictis literis continentur, quoniam clerici non vidẽ-
72tur † teneri poſſe ad homagium, vt in cap. fin. de reg. iur. & ſimiliter nec ad fidelitatem, vt in cap. ex diligenti de Simonia cum ſimil. pro hoc facit, quia Clerici non videntur poſſe ſubijci Laicis, de conſtitutio. in cap. Eccleſia Sanctę Marię, & de foro competenti, ſi diligenti, cũ concordant. & eo tit. ſignificaſti, facit auth. ſtatuimus. C. de Epiſcop. & Cler. & in corpore vnde ſumitur, & 99. diſtinct. benequidem. Incontrarium videtur veritas, quoniam licet ꝓ ſpiritualibus Clerici non teneantur ad prædicta, ſaltem eopulatiuè, vt legitur, & nota. per Ioan. And. in d. cap. ex diligenti, tamen ꝓ temporalibus, quę in feudũ haberent à Laicis, tene-

t eneri poſſunt ad prædicta, per id quod habetur in prælegato cap. fin. de reg iur. à contrario ſenſu, & in d. cap. exdiligenti. ad quod benè facit, quòd legitur, & not. de maior. & obedien. in cap. ſolitæ, & in cap. Romana §. debet de appellat. lib. 6. & probatur expreſsè in cap. vnic. §. verum, de ſtatu regul. eo lib. & ibi etiam hoc expreſsè tenet Specul. in tit. de feudis §. quoniam in princip. & verſic. 24. & verſic. porrò, & ex prædictis concluditur, quòd prælati prædicti iuxta tenorem dictarum litterarum ſint aſtricti ad faciendum dicto Domino D. Comiti, ea quæ in prædictis litteris continentur pro feudis, quæab Imperatore tenent, & ſic per conſequens omnia huomaggia, fidelitates, ſubiectiones, & obedientias, ad quæ, & quas Sacro Imperio tenentur pro prædictis Dicto Domino D. Comiti recipienti vice, & nomine Sacri Imperii, & dicti Sereniſſimi Principis Domini Vinciſlai concedentis facere, præſtare, & recognoſcere tenentur iuxta tenorem dictarum litterarum; poteſt enim Imperator talia committere alteri, cum, & merum, & mixtum imperium poſſit alteri delegare iuxta id, quid legitur, & notatur in l. vnic. C. qui pro ſua iuriſd. & in l. imperium, & l. iubere cauere ff. de iuriſdict. om. iud. & 33. quæſtio. 5. Illud facit etiam quod habent in ſimili in cap. ſi diligente de præſcriptio, vbi Archiepiſcopus Piſanus nomine Romman. Eccleſiæ iuramentum fidelitatis recipit a iudice Tralaritano. 73

Ita, vt ſuperius eſt ſcriptum videtur mihi Ioanni de Imola iuris vtriuſq; minimo doctori fore de iure, ſaluo ſemper conſilio ſaniori. & ideo me propria manu ſubſcripſi, & ſigillaui.

RESPONSVM IACOBI DE SALICETO.

EGO Iacobus de Saliceto legum doctor, dico, & cõſulo prout ſupra eſt conſultum nam priuatus poſſet ius ſibi competens in alium transferre, & alienare regulariter, vt patet inſtit. quibus modis alie 74
licet vel non poſſ princip. & in l. exempto in princip. ff. act. empt. leg traditionibus C. de pact. cum ſimil. multo ergo magis Princeps, qui totius mundi Dominus eſſe de ſcribitur l deprecatio ff. ad leg. Rod. de iac. & leg. bene a Zenone C. de quadr. preſcript. & ideo poteſt ea delegare, quæ alii non poſſunt, vt in iuribus allegatis in præcedenti conſilio, & eſt certum quod huomagia, & feuda prædicta transferuntur cum onere ſuo, ſic in ſimili not. Bart. in bonis translatis in l. Eccleſias in l. reſcripto § fin. ff. de mun. & hõn. ex quibus ego idẽ concludo, quod ſupra, ideo me ſubſcripſi, & ſigillaui.

RESPONSVM IACOBI DE MARESCALCHIS.

CHRISTI à cuius ore omne rectum prodiit iudicium nomine repetito, & & eius matris ſemper Virginis Gloriоſæ totiuſq; cœleſtis curiæ nominibus, & ſuffragiis inuocatis viſis circa dictum punctum conſiliis ſupraſcriptis, quia per alios tangitur de principis poteſtate, quod eſt ſuper- 75
fluum, quia principis, † & Papæ poteſtas eſt infinita l. deprecatio. ff. ad leg. Rod. de iac. & per iac. Butr. in l. quoties de præcibus imper. offer. & l. bene à Zenone de quadr. præſcript. & p Ioan. Andr. in c. per venerabilem qui filii ſint legit. & in c. quia pleriq; de immun. Eccleſ. 24. q 8. conuenior, & c. ſeq. in fin. & 12. q 2. futuram, not. per Bar. Iac. Butr. et doct. in præm. ff. in quæſtione, an donatio facta per Conſtantinum Papæ Siluestro de iure tenuerit. Item Principi Soli competunt regalia, ac merum imperium, legitimare ſpurios, reſtituere famæ, & his ſimilia, de quibus plenè in l. 2. C. de natal. reſt. per Iac. But. et per Bal. in l. Imperium ff. de iuriſdict. om. iud. hoc autem merum imperium ſolus Princeps concedit, et delegat, vel habens à Principe poteſtatem, vt C. qui pro ſua iuriſd. l. 1. in fin. et per Bald. in l. imperium ex quibus clare cõcluditur in propoſito quòd Imperator omnem iuriſdictionem merum imperium, et alia iura ſibi competentia contra dictos ſuos feudatarios, et homines potuit in A. Comitem liberè, et abſolutè transferre, qui-

§§ primò,

nimo,& confirmare,vt in secunda concessione,& confirmatione facta B. moderno Comiti; nam vt dixi valuit prima concessio,Multo
76 fortius confirmatio, quia etiã quòd † est nullum confirmat Imperator, & Papa, vt in cap. ad petitionem de accusat. in glos. 2. & per Io. And. in reg. non firmatur in sua mercur & de nouo concedit. Ad aliud dubium, an clerici possint teneri ad homagium,& fidelitatem pro rebus,quas à laicis tenent in feudum, & Gulliel. in Specul. de feudis §. quoniam, in princip. indistincte videtur firmare, quòd quoad Spiritualia, & temporalia possunt teneri. Sed est verius quod dicti Episcopi, & prælati, quoad temporalia procul dubio præstare debent homagagium dicto A Comiti, & successiue B. Comiti moderno, vt in c. vnico §. verum iuncta glos. in verbo, huomagium, de statu regul. lib. 6. facit cap. antiqua de priuileg. quo autem ad spiritualia nullo modo tenentur, quia esset Simonia, vt in c. ex diligenti de Simonia,& est casus in c. fi. de reg. iur. vbi per Io. Andr. ad hoc
18 distinct. si Episcopus. Item fidelitatem, & iuramentum fidelitatis pro rebus quas clerici tenent à laicis, ipsis laicis quoad temporalia præstare tenentur,& est casus in c. nimis, de iureiur. not. Io. Andrea post Hostiens. in d. cap. ex diligenti ex quibus omnibus concludendo & me cum dictis doctorib. contormando.

Ita dico, & consulo de iure ego Iacobus de Marescalchis minimus inter iuris vtriusque Bononienses Doctores in quorum testimonium me subscripsi,& mei nominis consueto Sigillo Sigillaui.

FINIS.

Imprimatur.
Argenterius.

REGISTRVM

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ Aa§ §§

Omnes sunt quaterni. præter Aa terni.